Universidad de Deusto
Biblioteca

XI

Auerrois
in Aristotel:

De dnima
VIa

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sem. M. A. Theol.

Sextum Volumen.

ARISTOTELIS
LIBRI OMNES,

Ad Animalium cognitionem attinentes.

Pertinet ad Lrā CVM D. Damiani

AVERROIS CORDVBENSIS
VARIIS IN EOSDEM COMMENTARIIS.

M. A. Zimaræ Contradictionum Solutiones, proprijs annexæ locis.

Quorum titulos, numerum, ac ordinem versa pagina narrat.

15942

VENETIIS APVD IVNCTAS.
M. D. LXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN HOC SEXTO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS de Historia Animalium libri Nouem, Theodoro Gaza interprete.
Decimus vero nuper a Ioanne Bernardo Feliciano translatus.
De Partibus animalium libri Quatuor, Theodoro interprete.
De animalium Incessu, Nicolao Leonico Thomæo interprete.
De Anima libri tres. Cum triplici interpretatione, scilicet Michaelis Sophiani, Antiqua, & ea quam exponit Auerroes.
AVERROIS Paraphrasis in libros Quatuor de Partibus animalium, in singulis eorum partibus inserta, Iacob Mantino interprete.
Commentarij in Tres libros de Anima.
Commentum Quintum libri Tertij de Anima, vltra antiquâ translationem à Mantino latinitate donatum.
Trigesimum sextum etiã commentũ eiusdem libri, ab eodem translatũ.

In Sexti voluminis parte secunda hæc habentur.

DE Sensu, & Sensilibus.
De Memoria, & Reminiscentia.
De Somno & Vigilia.
De Somnijs.
De Diuinatione per somnum.
De Animalium Motu.
De Generatione animalium libri Quinque, Gaza interprete.
De Longitudine & Breuitate vitæ.
De Iuuentute & Senectute, Vita & Morte, & Respiratione.
De Sanitate, & Morbo libri initium.
Omnes quidem diligentissime castigati, ac in Summas nonnulli, omnes vero in Capita diuisi.
Paraphrasis in librum de Sensu, & Sensilibus.
In librum de Memoria, & Reminiscentia.
In librum de Somno, & Vigilia, de Somnijs, de Diuinatione per somnum.
In libros Quinque de Generatione animalium, suis quibusq; in locis collocata, Mantino interprete.
In librum de Longitudine, & Breuitate vitæ.
Omnia ex optimis exemplaribus, vt & alia eius opera, castigata, ac ad maximum candorem redacta.
In huius voluminis fronte apposita est Theodori Gazę in libros Aristotelis de Animalibus præfatio.
M. Ant. Zimare Contc. Sol. suis annexæ locis.
Summarum item, & Capitum Index.

THEODORI GAZÆ THESSALONICENSIS, IN LIBROS ARISTOTELIS DE ANIMALIBVS,

ad Nicolaum V. Pontificem Maximum Præfatio.

YCVRGVM Lacedæmonium, qui leges ciuibus suis constituit, reprehendunt nonnulli, Pontifex summe Nicolae Quinte, quòd ita tulerit leges, vt belli potius quàm pacis rationem habuisse videretur. Numam vero Pompilum regem Romanum laudant maiorem in modum, quòd pacis, adeo studiosus fuerit, vt nulla causa moueri ad bellum pateretur. quorum sententiam etsi alias probo, vt debeo (nihil enim pace commodius, nihil sanctius) tamen cum vita hominum ita ferat, vt bella vitari interdum nequeant, sic censeo præsumendum consulendumq;, vt & bellum interdum sit suscipiendum, si res vrget, & pax seruanda sit semper, si fieri potest: nec belli ratio vnquam probanda sit, nisi vt demum rebus compositis, quieto tranquilloq; animo viuamus. Non enim ad pugnam & homicidia, non ad discordias & bella nati sumus, sed ad concordiam & humanitatem. Itaq; principis institutum atq; officium id esse reor, vt pacem summa opera petat, seruet, & colat. Quod cum Romanos pontifices ferè omnes fecisse, quoad potuerint, intelligam, laudo illorum animum, quod neq; ab instituto naturæ bonæ recesserint, & præceptum authoris diuini seruarint, quòd sæpissime pacem conciliarint & commendarint. Sed vsum nonnullorum ausim reprehendere. Pace enim, qua vti debuerant ad literarum & artium bonarum studia, & virtutis officia, illi quidẽ ad voluptates parum honestas abusi sunt. quod, cum omni hominũ ordini sit turpe, tũ pontificis personæ turpissimum est. Fuerunt tamen & qui rectè pace vterentur, & pontificatũ magna cũ laude gererẽt, quibus te simulẽ video planè successisse: præstas.n. doctrina & moribus. Quo fit, vt nomen tuum immortalitati mandãdũ censeas, studio potius literarũ, quæ nunquã pereunt, quã vel ædificiorũ, quæ breui tpe delentur, vel thesauri gemmarum & auri, cuius hæredes inimici plerunque succedunt: vtq; voluptates, quæ animi lumen extinguunt, respuas, vnamq; literariã voluptatem, quæ animum illustrare potest, expetas, atq; in ea requiescas. Itaque oẽs Pontificem talem habuisse lætamur, & quisque ciuis, siue peregrinus studet pro viribus rem afferre, qua & virtutem tuarũ laudem, & animi tui voluptatem augeat. Quem.n. ab eius merita non solum veneramur & obseruamus, sed ẽt perinde ac patrẽ amamus, ei perlibenter opera studiorum nostrorum dedicanda putamus. Alij igitur alia: ego ti bi libros Aristotelis Philosophi, quos de Natura animalium scripserat, convertere in latinum sermonem volui, existimans rem tibi gratam me facturum, si hi libri latinis literis mea industria mandarentur, & emtus atq; integrius, quam ullum ab aliis adhuc est, exponerentur. Videbam per multa errasse interpretes, tum imperita lingua, tũ Aristotelicæ disciplinæ inscitia. Itaq; officiũ esse putaui, vt si quid facultatis in me esset, qua præstare hæc possem meliora, rem aggrederer, & pro viribus dignius quic-

quam efficere conarer. Laborani equidem hac in re vehementer, quoniã nihil adiumẽti ab ijs, qui eadẽ interpretari volutre, capere poterã. Aut. n. græce illi dixerunt, q latine audire homines Latini desyderant: aut verũ aliarum nomina alijs impropriè tribuerunt, aut noua ipsi inepte finxerunt. Suam vero authoris passim adeo depranarũt, vt argumento quadẽ interpretationis eorũ nemo tam indoctus sit, qui nõ rectius iudicare de rebus naturæ, quam Arist. posse videatur. Locutionem et genus ne tale quidem, quod legi posset, non modo non Arist. eloquentia dignum, adhibere potuerunt. quod si quid præ sua facillima cognitione peruerti ab omni veritate non potuit, id etiam propter inscitum, horridum, & ineptum sermonem interpretis vix intelligi potest. Afferrem hoc loco scripta illorum interpretum, errores q; singulatim enumerando reprehenderem, nisi longior essem in re nõ dubia, præsertim apud te Princeps doctissime, qui vt ante doctor pro tuo singulari iudicio semper damnasti illorum interpretationem, melioremq; desyderaste: sic nunc factus Princeps, accuratius agis, vt hæc aliquando explanentur, & vna cum sui authoris sententia lucem latinæ linguæ recipiant. Vtinam tantum facultatis in me esset. Princeps sapientissime, vt hoc meum interpretandi genus esse optimum illud, quod quæris, confirmare possem. Sed quoniã hoc plus est, quã vt vel homo modestus de se polliceri debeat, vel meæ vires attingere possint, nihil ego tale de me: illud vero dicere licet, hanc esse omnibus, quæ adhuc factæ sint, horum librorum interpretationem, & Philosophis ad eloquendum commodiorem, & eloquentibus ad disputandum vtiliorem, & vtrisq; ad Arist. sensum percipiendum aptiorem. Nec acta equidem ego, sed à male consertis primus ego Latinis hominibus aperui, quæ his libris Aristo. scripserat. Sed illuc redeo. Me plurimum elaborasse in his libris interpretandis fatebor, cum nihil à primis interpretibus illis iuuari possem, sed omnia ex codicibus veterum authorum petere necesse haberem, lectione longa, notationeq; varia. Plinium, Cornelium, Columellam, Varronem, Catonem, M. Tullium, Apuleium, Gellium, Senecã, complures alios linguæ latinæ authores euoluere diligentius oportuit, quorũ libros vel semel accurate legisse laboriosum est, nedum ad vsum interpretãdi accommodasse. Nam enim ita vsum verborum accipit interpres, vt suo arbitratu rem disponat, mandetq; elocutioni: sed totidem fere verbis sensus alienos accommodate exprimere cogitur. quod perdifficile est. Accedit ad hæc altera causa laboris, quòd exemplaria græca, libros hos de Animalibus dico, mendosa admodum habentur, vel librariorum culpa, vel eo casu, quem apud Strabonem Geographum legimus. In his enim emendandis elaborare interpres sine dubio debet, ne ipse errasse in conuertẽdo videatur. Ita enim plerique iudicãt, vt si quid bene ab interprete dicitur, id authori operis tribuant: si quid male, id interpreti vitio asscribant. de ijs interpretibus loquor, qui non minus laudis mereantur in conuertendis aliorum libris, quàm illi, qui eos magna cum laude ediderunt: non de ijs, qui & sibi & authori, quem interpretantur, dedecus pariunt. Quid autem? cum vel ipsa latina exemplaria, quorum ope iuuari iutimur, nõ minus sint emendanda quàm Græca. Quæ enim vilitas librorum Plinij satis interpreti afferretur, nisi emendarẽtur & corrigerentur? Iam ante etatem nostram seculi multis iacuit inutile opus eius authoris, quod de Historia naturali inscribitur, scilicet propter innumeros librariorum errores. Quamus enim authoritate, tum scriptorii, tum rerum scriptarum peteretur, & à pluribus scriberetur, tamen legi ne à doctissimis quidem viris poterat, vsque adeo mendosum corruptumq; habebatur. Caruerunt certe diu Latini homines magno

magno fructu eorum librorum: quamquam nunc doctrina insigni singularique industria Ioannis Andreæ præsulis Halerensis, facilis facta est & lectio eorum librorum, & imitatio. hic enim primus hos libros emendauit, atque vtiles reddidit. Quod nisi fuisset, in cæteris quoque libris corrigendis hic fudasset, labor sanè aut nullus, aut longe minor scriptoribus interpretibus relinqueretur. Sed quoniam hunc virum alia munera tui felicissimi principatus & reipub. à literarum studijs primatis diuerterint, accidit res cuique proculdubio difficilior. Mihi autem vel illa difficultas laborem accumulat, quæ non ad eos interpretes spectat, qui res difficiles græce dicant, faciles vero latinis verbis improprijs peruertant: sed ad eos, qui ne ea quidem inconsyderata relinquunt, quæ Antiqui authores negligentia quadam non facile excusanda prætermiserunt. qualis quæstio de thoe quadrupede, & panthera, de dasypode, de lynce, de alijs plerisq; occurrit. Sed an ego dignum quicquam vel meo tanto labore, vel tuo desyderio efficere potuerim, tu mihi eris & index, & censor. Fuit quidem studium mihi emendandi, non eum interpretibus illis, quos vincere nullum negocium est, sed cum Aristotele ipso, vt libros, quos ille Alexandro regi suo principi non minori industria quã doctrina conscripserat, hos ego tibi Principi meo latinos redderem non deteriores. sed an effecerim quod mihi statueram, tu videris. Habes vero in hoc codice libros duodecim inscilicet nouem de Historia animalium, quatuor de Partibus, quinque de Generatione. Historia primum obtinet locum, atque vt nomẽ ipsum significat, expositionem continet rei, quod est, sine vt sit: quod scholæ philosophorum nostræ ætatis, quia est, dicere solent. Mox libri de Partibus, ac de Generatione causam, cur ita sit declarant: alteri finalem præcipue, alteri agentem. Cum enim rem, cuius causam reddere volumus, explorata cognitione quod est, habere debeamus, recte & scribitur historia animaliũ, & præcedit in educendis causis, vnde nam, aut quem ad finem, siue cuius gratia condita quæque sint à natura præcipue inquam, finalem, agentemq; causam. Nam obiter quidẽ materialis quoque passim pro rei desyderio exponitur, vt simul aut necessitatis, notæq; melioris ratio declaretur: aut ex quo, vndeque consistant quæque, demonstretur. Sed quamquam libris nomen interpretatio hæc historiarum consumatur, tamen qui nouus in exemplari græco contnetur, hunc ego septimum collocaui: nec id temere factum existimo. Agitur enim in eo de hominis generatione: quam rem Aristoteles continuo à generatione cæterorum animalium pollicetur explicaturum. Itaque cum quinto et sexto libro cæterorum animalium generationem exposuisset, nulli dubio esse debet, quin ille septimum hunc collocarit. Sed Appellicon Teus, de quo Strabo plura, vt alia permulta in exscribendis Aristotelicis libris depranauit, sic id permutasse videtur, existimans vltimum esse totius historiæ collocandum: quoniam, cum Aristoteles agere de generatione inciperet, vltimo loco de homine dicturum pollicitus est. At ille non vltimo totius historiæ dixit, sed eius loci, quem de generatione tractaret. quod patet ex ijs, quæ in sexto, qui secundus de generatione est, locum eum absoluens, scribit. Sequitur, inquit, vt pari modo de ijs, quæ in terrestrium genere animal pariunt, atque etiam de homine differamus. Tertius igitur hic à primo de generatione collocandus est: quo fit, vt idem septimus totius ordinis historiæ habeatur. Sunt etiam exemplaria tum græca, tum vero latina, quæ habeant fragmentum quoddam historijs additum: sed id causas quasdam materiales agentesque generationis humanæ exponit, non historiam complectitur. itaque nonnemo historiæ libros hoc ego ponendum duxi?

sed, si collocandum vspiam est, libris de generatione, meo quidem iudicio, coniungendum est. Inspicere singulos hos libros ac legere velis, summe Princeps, quoad tuæ occupationes patientur: vt & re explorata iudicare, & si quid voluptatis est in legendis naturæ operibus, oblectari possis. Non enim me offensurum tuæ aures puto, quamquam non græco mihi patrio, sed peregrino vtor sermone. Non qđ ab interprete dicitur, id ex græco exemplari intellegere desyderabas. Ipsa latina oratio sensum Arist. ita explicabat, vt nimme græcam desyderes. Nihil miscet, nihil inculcat, nominat vsu veterum probatissimorum authorum genera animalium. Si quid noui imponit, ita inserit, vt familiare cognomen; id quoq; videri possit. Si quid græce appellat, id nõ durum occurrit. aut n. vsitatum, & vt ita dixerim, vagum latinos est: quale est nomen delphini, canis, elephantis, crocodili, ichneumonis, aspidis, salamandræ, & reliquorum generũ eiusdem. aut ita sonat, vt non minus latinum esse, quàm græcum videatur. Cur enim tetricem anem, aut crocem, aut clerum, non eadem hoc nomine vocem, si non comperio latinum, eum, quasi latinum sit, ita congruat? Quis latacem ambiguam illam belluam, aut hacrum, siluaticum piscem ita nominans, peregrinum sonare videbitur? Nec vero contemnendum vulgus interdum est, si quid nondum à literarum professoribus mancupatum, suo ipsum nomine appellat: vt brucum genus locustæ terrestris, quod Græci atte labon vocant aut martam genus mustulæ rusticæ, quod Græci ictida dicunt, quamuis pluræ eius genera sint. Nec temere actum dixerim, si quis viuerræ nomine ea complectatur. plenius enim ita docebimus, si id martam, aut viuerram vocemus: mustelæ autem nomen in eo tantum remaneat, quod Græci galen appellant. eodemque modo, si locustæ illius terrestris alterum genus locustam, alterum bruchum nuncupemus. Sed n. sufficeret lingua latina singulis Græcæ orationis, siue vocabulis, siue sententijs: quamquã nonnulli, quæ latinæ exprimere nequeunt, hæc inopiæ linguæ tribuunt latinæ, suamq; pauperiem vitio dare linguæ locupletissimæ audent: quos satis conuinci à M. Tullio puto, cum ille linguam romanam ne copia quidem verborum à græca superari autumet. Exclamat ille aliquantulum quidem importune. O inopem interdum linguam græcã. sed non sine causa, quando nonnulli ita contendunt, vt Græcis nihil deesse, Latinis permulta desyderari pronuncient. Sed de his hactenus. Aristo. vero laudem, quamuis mox interpretum sit, eum, quem interpretantur authorem, uberius laudare, tamen si latine persequar, vereor ne mihi idem obiiciatur, quòd illi, qui apud Lacedæmonios de Herculis laudibus agere voluit. Quis Herculem vituperet, aut minus bene de eo sentiat? Quis illum non inter Deos immortales enumeret, colat, obseruet, vt tu laudare velis? Lacedæmonij subsiderunt. Tanta est enim Aristotelis existimatio, tanta authoritas iam apud omnes mortales, vt frustra quis prædicet, quo ingenio, quæ doctrina hic fuerit, quo artificio rem quancunque explicãdam sibi statueris, tractet: quanta vis in hoc disserendi, quanta in cognoscendis, exponendisq; rebus diligentia. Hunc & Latij decus M. Tullius ita laudat, ne excepto Platone, facile Philosophorum principem appelles. Excipit ille quem amat, laudat vero quem doctissimum esse iudicat. Missa haec facio. Librorum, quos interpretatus sum, fructum, quantus sit, explicasse quoad possum, & locus hic patitur, non abs re fuerit fortasse. Omnis n. philosophandi ratio naturalis, vbi à primis illis naturæ initijs, materiã dico, formã, siue, agens, & motũ (vt ita loquar) emerserit, hic versatur, ac diutissime immoratur, hic suas vires exercet, atq; multiplicem, variam, & admirabilem rerum constitutionem amplissime explicat. Persequitur ordine

ordine discrimina omnia, quibus natura suas animantes differre inter se voluit: colligit summa genera, reliqua sigillatim exponit: partitur in species genera, & singula q circiter quingenta numero in his continentur libris, describit, pergit quæque explanãs, quemadmodum oriantur, siue terrestria, siue aquatica: quibus suam constent membris, quibus vescantur alimentis, quibus afficiantur rebus, quibus moribus prædita sint, quantum viuendi spatium datum cuique est, quanta corporis magnitudo, quod maximum est, quod minimum est: quæ forma, quis color, quæ vox, quæ ingenia, quæ officia: denique nihil omittit, quod in animalis genere natura gignat, alat, augeat, & tueatur. Quæ omnia eo spectant, vt (quod sanctissimus quoque author ille, quem Deus sibi veluti suppellectilem quandã preciosam elegerat, admonet) ex ijs quæ a natura proueniunt, Deum immortalem, ex quo ipsa pendet natura, intelligamus, admiremur, atque colamus: qua re nihil pulchrius, nihil grauius, nihil dignum homini cẽ potest. Tantus fructus horum librorum est. Nec audiendi sunt inquiunt, multa Arist. de musca, de apicula, de vermiculo: pauca de Deo. Vermulta enim de Deo tractat, qui doctrina rerum conditarum exquisitissima, conditorem ipsum declarat. nec vero musca, nec vermiculus omittendus est, vbi de naturæ mira solertia agitur. Vt enim artificis cuiusuis, sic naturæ ingenium in minutissimis potius contemplandum est. Quanettam cum rerum causas cognoscere pulcherrimum sit (hac enim una cognitione, homo perfici, absolui; potest, vt Deo immortali similis, quoad eius fieri potest, euadat) his suauè libris plene docemur, cur quæq; res in animalium genere ita sit: plenq; felicitatẽ assequimur illam nobiliarẽ, quæ in actione animi consistit: quam sapiens quoque poeta prædicens,

Felix, inquit, qui rerum potuit cognoscere causas.

Quid de alia loquar, de qua toties publice, priuatimq; disputatur? Nusquã suorũ libro vti tã aperte Philosophus hic suã opinionẽ exponit, quam in his libris, quid ãa sit, vndeq; in corpus recipitur. Ad hæc, mores illi, & virtutũ officia, quibus virũ appellamus bonũ, laudeq; prosequimur, longe melius hinc accipi possunt, quam vel à Rhetore, quẽ Græci sophistam vocant, vel a Prædicatore, nomine iam trito Latinis auribus. ijs enim sæpenumero vita discrepat à præceptis, & melius hortantur alios, quàm ipsi officio fungantur: vt interdum frustra illa virtutis egregia laus recitata sit, prolixaque eorum præceptio vacet, & taceat, cum exempla desyderentur vitæ præceptoris, et authoritas, quam qui respicit, facilius & mouetur ad virtutem, & in officio tenetur. At vero in contemplandis animalium moribus exempla suppetunt omnium officiorum, & effigies offeruntur virtutum summa cum authoritate naturæ omnium parentis, non simulatæ, non commentitiæ, non inconstantes & labiles, sed vere ingenuæ atque perpetuæ. Quis enim tam peruersa natura hostis sui generis est, quis emendetur & emigetur, cum nullum animal occidat à sui generis bestia videatur? Quis tam in parentes impius, ne cum ciconiæ aues, aut meropis pietatem erga parentes intelligat, pientior efficiatur? Quis adeo inhumanus, illiberalisque est, quem offirmatæ benignitas in pullos aquilæ, & non faciat benigniorem? Quis tam piger, uers, & segnis est, quin excitetur ad vitæ munera, cum formicarum, aut apum labores atque industriam intuetur? Quem non pudeat per metum peccare, cum non solum leonis animum muticum cogitat, sed etiam reguli auiculæ, quæ cum aquila pugnat, certatq; de imperio? Quis principem bonum non colat atq; obseruet, cum si rex regum in itinere aberrauerit, omnes eum inquirere, odorarique

sanguis perfequi, donec inuenerint, cognitum habeat: gestari etiam regem à plebe cum volare non potest, & si perierit, omnes discedere? Numquid parùm exempli ad boni principis siue desyderium, siue obseruantiam datur? Quis princeps non ad clementiam facile imitetur, cum reges apum armati quidem aculeo, sed eo nunquam vti intelligat? Quæ fides, quis amor in ciuibus? Quanta in elephantis mansuetudo? Quæ in ansere verecundia? Quantum studium ornatus ac polituræ in pauone? Quanta opera vocis amœnæ suauisq; in luscinia? Quid de rostris apum dicam, quæ colligunt quidem ex ijs, quibus aliquid dulcedinis in est, sed sine vllo fructuum detrimento? Quid de castitate elephantis, qui quam impleuerit coitu, eam rursus non tangit? Aut columbæ, quæ neque coire cum pluribus patitur, neque coniugium iam inde à primo ortu initiũ deserit, nisi vidua, aut cælebs? Disciplina autem & eruditio elephanti, quem non faciat studiosiorem? Omnino nulla pars vitæ humanæ est, quæ non suorum officiorum exempla commodissime hinc accipiat. Nam, vt omittam artes illiberales, quæ & ipsæ ingenijs animalium parum iuuantur, valetudinis exempla quæso vnde commodius peti, quam ex animalibus possint? Locapro temporis conditione solem illa mutare: non plus edunt, aut bibunt, quam sibi salubre sit: non diutius dormiunt, quàm ratio valetudinis postulat: modum mouendi quiescendiq; seruant: nouit sua quodq; medicamenta inuenit sua quodq; sorte contentum, & gaudet. hæc latè à Medicis præcipiuntur. At vero exempla, in quibus vis maior quàm in præceptis est, ab animalibus certiora præbentur. Addo vtilitatem, quæ in dicendi facultate ex hac animalium ratione afferri potest. Comparationes enim, assimilationesque illæ, quas Græci parabolas vocant, & plurimum orationem exornant, auditoremq; tenent, hinc varie, copiose, aptissimeq; accipi possunt: vt siue oras, siue communem partiris cum alijs sermonem, eloquẽs, aptus, suauisq; esse possis. Poeta vero vidensum pulchrius sua illa rerum et mira accipiat, quàm ex his libris, qui naturæ arcana rimantur, enarrant, aperiunt? Medicus autem, quod fatetur se sua inde ordiri, vbi Philosophus desinit, nusquã plenius quicquã hic viderit. Quod quæ à Galeno Medicorum principe traditur, Aristotelem primum anatomen, hoc est mẽbrorum dissectionem scripsisse, hic agnoscet: & quod idem & primus, & optimus fuerit author, percipiet. Iam & Philosophi nostræ ætatis, qui quadrifariam rerum causam ex prima illa librorum Naturalis auscultationis institutione, accipiunt quidẽ cõmuni quadam ratione: sed quemadmodum his natura vtatur, in constitutione generationeq; animalium parum, authore Aristotele, vident, inopia scilicet exemplaris Aristotelici, quod legere possint, hic vidisse aliquando gaudebunt, & Physici, quos se appellant, digniùs de cætero profitebuntur. rationes enim ideo quærimus vniuersales, vt demum res particulares, & sensiles teneamus. Accedit adhæc voluptas, qua iuuari ac perfici quamuis actionem Aristoteles ait, quam in contemplandis rebus naturæ auidissimæ capimus. Nam si pictor nos vehementer oblectat, cum animal scite pinxerit: quãto vehementius natura ipsa afficiet voluptate, cum eius tam multa et varia animalia, mira membrorum cõmentitia, inauditaq; moderatione et elegantia facta cernamus? Cum hos legimus libros, contemplamur profectò quàm varius ac pulcherrimus fructus horum librorum, & vtilitas amplior, quàm vt verbis exprimi possit. Sed quorsum hæc? Vt si in traducendis his tam necessarijs, tamq; commodis, & amœnissimis libris, satis ego interpretis munere functus sum, tu sententiam feras. Princeps doctissime, edasq; in vsum publicum opus, quod ego sine tua authoritate edere nec possum, nec debeo. Si quid etiam dignum ex meo ingeniolo exit, quod in ea bibliotheca ponatur, quã magnifice confidens hominum communi vtilitati, condere statuisti: si quid, inquam, tale effici mea opera potuit, censeas ea ipsa bibliotheca tanquam ciuitate donari hunc codicem, nondum cognitum, aut vllam in sedem receptum. Non ego primus te constituo iudicem: iampridem consensu omnium doctorum virorum habitus es existimator, & architectus eorum, qui in studijs liberalibus elaborant. Facit.n. tua illustris doctrina, tumq; summum ingenium, vt nemo te vel iudicio grauior, vel authoritate locupletior habeatur. Principem et summum te nuper quidem habuimus sed quod optauimus, talem habemus, vt facile temporibus his tuis sperare possimus publicam illam felicitatẽ, quam Plato vir doctissimus futuram confirmat, cum aut Philosophi regnant, aut Reges philosophãtur. Tu enim & Philosophus es illustris, & fortuna summi imperij vir tuti tuæ coniuncta est. Legeigitur, Princeps sapientissime, & indica, an ego rem tibi non repudiandam attulerim: & si bene, vt spero, cesserit, age pro tua liberalitate, vt pari studio laborem suscipere alterum, plus aquè indies afferre huius operæ possim.

De Theodoro Gaza Hermolaus Barbarus in præfatione in Themistij Paraphrasin ad Sixtum IIII. Pont. Maximum hæc scribit. Magnam, incomparabilemq; iacturam non pridem fecimus Pontifex Maxi. in Theodoro Gaza: qui vir Græcos Latinos oẽs in hoc munere scribendi, interpretandiq; superauit. Is si diutius uixisset, linguam latinã hac quoq; in parte locupletasset. quod & fecit his libris absolutis de Animalibus Aristotelis, & Theophrasti de stirpibus. Hic vnus mihi certare cum vetustate ipsa uisus est. hunc mihi, quem imitarer, proposui: ab huius scriptis aditum me & fateor, & prædico: hunc ego non magnopere incuriosius legi, quam M. Tullium, Plinium, Columellam, Varronem, Senecam, Apuleium, & cæteros, quos in hoc genere commentandi diligenter euoluere necessarium est.

Index

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX SVMMARVM, AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Capita Primi Libri de Historia Animalium.

IN quibus animalia inter se differãt, quibusue cõueniant, eorundéq; naturæ diuersitas. Caput 1. fol. 6

Quæ corporis partes animalibus communes, quæ ité propriæ sint. Cap. 2. 3. D

Quomodo animalia inter se differant in seminis prolifici emissione. Cap 3. 3.F

Humorem quodq; animal habere, aliter tamen vel hunc, vel illa messe. C. 4. 3.H

Quæ animalia perfectũ animal, quæ oua quæ vermem gignant, quoue ritu, quæque incedant. Cap. 5. 3. L

Quæ animalia habeant sanguinẽ, quæue eodem careant. Cap. 6. 4.I

De summis in hominis corpore partibus, & quid caput, quid item thorax sit. Cap. 7. 5.F

Quid facies, & frons in homine. Caput 8. 5.H

De supercilijs, oculis, palpebris, cilijs, pupilla nigro, candido, angulis, & de ijs animalibus, quæ oculis careant. Caput 9. 5.I

De oculorum varietate in quibusq; animantibus. Cap. 10. 5.M

De aure, naso, tẽporibus, maxillis, labris, gingiuis, dẽtibus, lingua, palato, columella, eorumq; in quibusq; animantibus differentijs. Cap. 11. 6.G

De collo, pectore, eorumq; partibus Cap. 12. 6.M

De venere, inferioribusq; vsq; ad femorale membrum. Cap. 13. 7.B

De varietate seminalis membri viri & mulieris, et nonnullis alijs thoracis partibus. Cap. 14. 7.E

De dorso, ac eius partibus, costis, ac extremis membris, & hominis partium ordine ad ipsum vniuersum. Cap. 15. 7.F

Cum quibus animantibus hominis cerebri, gula, arteria, & venter conueniãt. Cap. 16. 8.F

De corde hominis, cæterorumq; animantium, & eius fele: pulmone etiam, ac septo transuerso. Cap. 17. 9.E

De iecinore, liene, felle, renibus, & vesica. Cap. 18. 9.M

De genitali membro, & testibus: quibusnẽ corporis partibus mas à fœmina dissentiat. Cap. 19. 10.E

Capita Secundi libri de Historia Animalium.

QVæ animalia in quibusdam conueniant, in quibusdam autẽ differant. Cap. 1. 10.H

An canes mutent dentes, quoue modo vetustiores à recentioribus dignoscantur. Cap. 2. 13.I

Dentes equorum in senectute candidiores fieri, plures q; mares, quam fœminæ habere dentes. Cap. 3. 13.K

Hominibus circiter vicesimũ annũ genini dentes gigni. Cap. 4. 13.M

Elephantes mares à fœminis distare in ordine dentium. Cap. 5. 14.A

Exiguã esse elephantis linguã. c. 6. 14.B

Quæ aialia ori magnitudie disrepẽt, ibiq; de equo fluuiatili Aegyptio. c. 7. 14.c

De genere simiarũ, quod partim hominẽ, partim quadrupes imitatur. c. 8. 14.D

De cœlis. Cap. 9. 14.K

Omipara quadrupeda quibus cum cæteris quadrupedibus conueniant, & dissentiant. Cap. 10. 14.L

De chamæleone, & eius cum cæteris similitudine. Cap. 11. 15.B

De animum natura, & quibus cũ cæteris

terræ animãtibus cõuenãt. c. 12. 15.H

De genere piscium, eiusque differentijs. Cap. 13. 16.D

De genere serpentum. Cap. 14. 17.A

Quæ membra quadq; animaliũ genus interiora sortiatur. Cap. 15. 17.D

Quæ animalia rembus, & vesica careãt. Cap. 16. 18.A

Quam corporis partem, in quibusq; animãtibus cor, gula, arteria, iecur, pulmo, lien, fel, venter, & intestina obtineant. Cap. 17. 18.B

Capita Tertij libri de Historia Animalium.

DE situ, & forma genitalium membrorum omnium animantiũ, eorumq; differentijs. Cap. 1. 20.B

De partibus animalium similaribus, ibiq; Syẽnesis Cyprij, Diogenisq; Apolloniæ opiniones de sanguine, & venis. Caput. 2. 21.K

Polybij sñta de venarum ordine, ibiq; falsarum opinionũ refutatio. Ca. 3. 22.K

De aorta vena minore, eiusq; sede. Cap. 4. 23.I

De neruis, eorumq; origine. Cap. 5. 24.G

De fibris. Cap. 6. 24.M

De ossibus, eorũq; differentijs. C. 7. 25.b

De cartilagine, eiusq; cum osse differẽtia. Cap. 8. 25.K

De vngula, cornu, & dentibus, eorumq; cum osse cõuenientia. Cap. 9. 25.M

De pilis, & ijs, quæ pilorum vice sunguntur. Cap. 10. 26.C

De pilis, & cute, & ijs, quibus pili, et cutis. Cap. 11. 26.F

De pennis auium, & earum mutatione, aliarũq; animaliũ, è potu quorundam fluminum. Cap. 12. 27.E

De membranis in sanguineis animalibus. Cap. 13. 27.I

De omento. Cap. 14. 27.L

De vesica, & quomodo generentur calculi. Cap. 15. 27.M

De carne. Cap. 16. 28.B

De adipe, & sebo: & q̃ animalia adipe, quæ sebo pinguescant. Cap. 17. 28.D

Pupillas oculis animantibus easdem esse. Cap. 18. 28.G

Sanguinẽ omnibus & communem, et necessariũ esse animãtibus sanguineis, deq; sanguinis varietate. Cap. 19. 28.I

De medulis, lacte, sero, et caseo. c. 20. 29.E

De coagulo, et pabuli genere, quod lactis copiam extinguat, quodq; idem augeat. Cap. 21. 30.D

De semine genitali, et eius aã. c. 22. 30.K

Capita Quarti libri de Historia Animalium.

DE animalibus, quæ sanguine cãrẽt, quatuorq; eorum generibus, præcipueq; de mollibus. Cap. 1. fol. 31.B

De aialibus q̃ crusta aũ tegũtur. c. 2. 32.H

De partibus animantium crusta intectorũ, quibusue cum ijs, quæ sanguinẽ habent, conueniant. Cap. 3. 34.B

De animalibus, quæ testa integuntur, eorumq, inter se differentijs. Cap. 4. 34.F

De echinorum genere. Cap. 5. 36.D

De vertibulis, & vrticis, deq; eorum animantium natura. Cap. 6. 36.K

De insectis, eorumq; varietatibus, & natura. Cap. 7. 37.D

Quibus aialibus ĩsit sẽtiẽdi vis. c. 8. 38.c

Quæ animalia vocẽ, quæ sonũ, quæ murmur edãt, quæ ité loquãtur. C. 9. 39.L

De somno, et vigilia aialiũ, multaq; pter hominẽ aialia somniare. Ca. 10. 40.M

De sexu masculino, fœmineoq; eorũq; in animãtibus differentijs. Cap. 11. 41.I

Capita Quinti libri de Historia Animalium.

OMnium animantium generis partitio. Cap. 1. fo. 42.H

Quomodo quæq; animalia generatim coeant. Cap. 2. 44.C

Quomodo quadrupeda ouipara coeant. Cap. 3. 43.L

Universidad de Deusto
Biblioteca

De coitu eorum, quæ pedibus carent, longaq; sunt corpore, ideſt ſerpentium. Caput. 4. 43.K
De coitu piſcium. Cap. 5. 43.L
De coitu mollis generis piſcium. Cap. 6. 44.G
De coitu piſcium cruſta opertorum. Caput. 7. 44.I
De coitu inſectorum, quonę tempore venereus ſtimulus magis animalia queq; excitet. Cap. 8. 44.L
Quæ animalia ſemel, quæue pluries in anno pariant. Cap. 9. 45.F
Quoties, quibusue anni temporibus cartilaginea pariant. Cap. 10. 45.K
Quibus mẽſibus piſces pariãt, maiori ex parte. Ca. 11. 46.A
Molle genus piſcium nemo tempore parere, ſeipſam vero omnibus anni temporibus. Cap. 12. 46.E
De anium fœtura, & quotiẽs, quibusue anni temporibus hirundo, merula, colũbæ, & gallinæ pariant. Ca. 13. 46.H
De fœtura viuiparorum animantium, et quo ætatis tempore incipiat, quonę deſinat. Cap. 14. 46.I
De ijs, quæ ſilicea integuntur teſta, quæ coitus omnino expertes ſunt. Cap. 15. 48.E
De vrticis, & ſpongiarum genere, quonę modo gignantur. Ca. 16. 49.H
De locuſtis, et earum partus tempore, deque cæteris cruſtaopertis. C. 17. 50.D
De Polypo, ſepia, lolligine, cæterisq; mollibus ouiparis, deq; eorum fœtura, & partu. Cap. 18. 50.L
De ijs inſectorum generibus, quæ aut ex eruca, aut ex vermibus, aut ex ſimo gignuntur. Cap. 19. 51.H
De veſparum generatione, & eius tempore; quando etiam inſectorum genera quamplurima pereant. Cap. 20. 53.A
De coitu, & generatione apum variæ opiniones. Cap. 21. 53.D
De apum generibus, & earum ducibus, & ætate, deq; ſauorum confectione, & ſchadonibus, ideſt apum ſobole. Ca. 22. 43.G
De fœtura crabronum, & veſparum. Cap. 23. 54.E
De parte nonnullorum ex genere bombycum. Cap. 24. 54.G
De coitu, & partu formicarum. Caput. 25. 54.H
De partu terreſtrium ſcorpionum. Caput. 26. 54.I
De generibus araneorum, & eorum partu. Cap. 27. 54.K
De coitu, & partu locuſtarum, earumq; ætate. Cap. 28. 54.M
De brucis, & eorum fœtura. Cap. 29. 55.C
De generibus cicadarum, & earum coitu. Cap. 30. 55.D
De coitu, & generibus pediculorum, culicum, cimicum, quæue animantium genera hi inſeſtent. Cap. 31. 55.I
De genere tinearũ, quod in lanis procreatur: deq; xylophtoro, quod in lignis: nec nõ de ficarijs vulicibus, quos caprificus generat. Cap. 32. 56.B
De fœtura quadrupedum ouiparorum. Cap. 33. 56.G
De viperæ, cæterarumq; ſerpentium fœtura. Cap. 34. 56.K

Capita Sexti libri de Hiſtoria Animalium.

AVes omnes ouã parere, diuerſis tamen anni temporibus, nec in eorum numero omnes conuenire. Cap. 1. fol. 56.M
De natura, & diuerſitate ouorum oñm animã, ſemineq; genitali, & incubandi officio. Cap 2. 57.D
Quot dierum ſpacio pullus in ouo genere tur, deq; eius creatio is ordie. C. 3. 58.g

Genus

Genus columbacem bina ouã, vel terna ad ſummum parere, deq; eius fœtificationis ordine. Cap. 4. 59.G
De nidificatione, & fœtura vulturis, & hirundinis. Cap. 5. 59.L
De aquilarum genere, & fœtu. deq; anſeris, accipitris, milui, & corui partu. Cap. 6. 60.A
De cuculi natura, & eius partu. Caput 7. 60.E
De auium inculatu, quonę tempore mas, quo item fœmina incubet. Ca. 8. 60.H
De pauone & eius fœtu, quotieſq; in anno pariat: deq; auium teſtibus, qui coitus tempore grandiores efficiantur. Caput. 9. 60.K
De piſcium fœtu, eius demq; inter eos diuerſitate, & vulnæ forma. c. 10. 61.A
De effluẽtia genitalis ſeminis in piſcibus maribus fœtus ipſe, quomodoq; differãt genitales meatus maris & fœminæ: deque cartilagineorũ partu. C. 11. 61.M
De partu, & pullorum numero piſcium viuiparorum, delphino, balena, vitulo marino, & reliquis, quæ cete appellantur. Cap. 12. 62.E
De partu piſcium ouiparorum, deq; ſexus fœminæ, & maris diſcrimine. Cap. 13. 62.I.
De partu, & generatione piſcium lacuſtrium, fluuiatiliumq;. Ca. 14. 63.G
De generibus piſcium, quæ vel limo, vel arena, vel ſpuma maris, ex imbre excitata procreantur. Cap. 15. 64.G
De procreatione anguillarũ. c. 16. 64.K
De vtero, et tempore partus aquatilium, quomodoq; alterum ab altero ĩ fœtibus emittendis differat. Cap. 17. 65.A
De coitu, eiusq; tempore, & libidine quadrupedum, quæ animal pariunt. Cap. 18. 65.M
De coitu, fœtuq; ouium, & caprarum. Cap. 19. 67.F
De coitu, & fœtura canum, eorumq; vita longitudine. Cap. 20. 67.K
De coitu & partu boum, deq; maris & fœminæ ætate. Cap. 21. 68.B
De coitu & partu equorum, de amiſſione dentium, deque maris & fœminæ ætate. Cap. 22. 68.M
De coitu aſini, & aſinæ partu, marisq; et fœminæ ætate. Cap. 23. 69.L
De mulo, & eius coitu, & etate. Caput 24. 70.D
Indicium etatis quadrupedum. Cap. 25. 70.G
De partu, & etate camelı. C. 26. 70.H
De elephãtorum coitu, deq; tempore, quo vterus fertur, & eorum pullis. Cap. 27. 70.H
De coitu ſuum ferarum, & eius tempore. Cap. 28. 70.K
De cervorum coitu, partu, & natura. Caput. 29. 70.L
De vrſi coitu, & partu, & pullis, deq; hiſtricis natura. Cap. 30. 71.E
De partu leonum, & pullorum numero, deq; dentium mutatione. Ca. 31. 71.G
De hyenæ natura, meatibusq; genitalibus maris & fœminæ. Cap. 32. 71.I
De coitu, & fœtura leporum. Cap. 33. 71.I.
De coitu, & partu vulpis. Ca. 34. 71.M
De partu luporum, felis, ichneumonis, lupi cauarij, et lupi cerualij. c. 35. 72.A
De mulis, quos terra Syria fert. Cap. 36. 72.D
De natura, & variis generibus murium, deq; pullorum numero ſitate. Caput. 37 72.E.

Capita Septimi libri de Hiſtoria Animalium.

DE ſignis, quæ puerorum ſeminis emiſſionem, puellarumq; viripotentiam præueniunt. Cap. 1. fo. 72.L
De menſtruis mulieris. Cap. 2. 73.K
De iudicijs conceptionis, & quot dierum ſpatio

ſpatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index in

ſpatio mas, quas item fœmina in vtero moueatur: deq; abortiuis. C. 3. 74. E

De iis, quæ à conceptione ad partum vſq; mulieribus eueniunt, quoue tempore pariant, quotq; vno partu parere poſſint. Cap. 4. 74. M

De lactis bonitate, et malignitate, deq; mẽſtruorum muliebriũ fine. Cap. 5. 76. B

Vſque quo maribus ſit generãdi facultas, & de prolis ſimilitudine cũ parentibus, vel cum aliis: Cap. 6. 76. D

Quomodo ſemen genitale informetur. Cap. 7. 76. I

De alimento animalis in vtero exiſtentis, deq; hominis ſtatu in eodem. C. 8. 77. A

De doloribus mulierum in partu, & quæ facile, quæue difficulter pariant. Cap. 9. 77. E

De obſtetricis cura, & de infantis exitu, de tarditate durationis oſſium, & dentium amiſſione. Cap. 10. 77. G

De aduentu lactis in muliere, & malo pueri, deq; lactis duratione. C. 11. 78. B

Puerus vt plurimum ante ſeptimum diẽ conuulſione interit. Cap. 12. 78. E

Capita Octaui libri de Hiſtoria Animalium.

DE varietate actionũ, & victus omnium animantium. Ca. 1. 78. H

De victu aquatilium animalium. Ca. 2. 79. D

De victu animum, & quæ carnivoræ, quæ fruginoræ, quæue omnivoræ ſint: quæ item cibum è terra, quæ ex aquis petant. Cap. 3. 81. E

De victu ſerpẽtum, cæterorumq; animalium cortice inſectorum. Cap. 4. 82. E

De victu lupi, vrſi, leonis, eorumq; quadrupedum, quæ ex lacubus, fluuijs q; victum petant. Cap. 5. 82. H

Quæ animalia lambendo, & quæ ſorbendo, quæue mordendo bibant: quibuſq; rebus cornigera omnia paſcantur, necnon de victu ſuis. Cap. 6. 83. A

Quibus rebus paſcantur Loues, & de eorum incremento. Cap. 7. 83. E

De paſtu, & potu equi, muli, & aſini. Cap. 8. 83. H

De paſtu, & potione elephanti, deq; etate eiuſdem, & Cameli. Cap. 9. 83. I

Quibus herbis oues, et capræ veſcantur, & de cauſa impinguationis earundem. Cap 10. 83. L

De paſtione, & potu inſectorum. Caput 11. 84. G

De actionibus animalium, & rebus, in quibus eadem verſantur. C. 12. 84. D

De actionibus piſcium, querũdq; terre ſtrium, vſugiẽdis aduerſis. c. 13. 85. A

Quo tempore inſectorum genera ſeſe abſcondant, aut æſtus, aut byemis impetũ. Cap. 14. 85. M

De genere ſerpentum, quod byeme abditur: deq; nonnullis piſcibus, qui byeme frigoris cauſa condantur, quiq; æſtate propter calorem. Cap. 15. 86. B

De auibus, quæ byeme occultantur. Caput. 16. 86. H

De quadrupedibus, quæ byeme lateant: de que iis, q ſenectute exuant. c. 17. 86. L

Non oia animalia eãdem proſpere valere, quæue tẽpus auibus conducat. ca. 18. 87. G

Quæ animantia pluuia gaudeãt, quibuſue noceat. Cap. 19. 87. I

Quæ ſtuuialibus, & lacuſtribus piſcibus noceant quoue ingenio eidem capiãtur. Cap. 20. 88. G

De morbis ſuum, eorumq; remedijs. Cap. 21. 89. A

Quibus morbis infeſtentur canes. Caput 22. 89. B

Morbi boum gregalium. Cap. 23. 89. G

Quibus morbis laborent equi gregales, domeſticiſq;, & de morborum indicijs, et remedijs: necnon de hippomane, & potu equorum, & bouũ. Cap. 24. 89. I

Aſines vno morbo laborare, frigorisq; impatientes eſſe. Cap. 25. 90. D

De

Volumen de Animal.

De elephantorum morbis, & eorum curatione. Cap. 26. 90. E

De morbis inſectorum, & præcipue apũ. Cap. 27. 90. G

Animalium differentia pro locorum varietate. Cap. 28. 90. I

Morte eruere animalium pro locorũ qualitate differre, venenaq; ſerpentum vel mutiora, vel aſperiora eſſe. c. 29. 91. G

Quo tempore piſcium genera præſtantiora in cibum reddantur. Cap. 30. 91. L

Capita Noui libri de Hiſtoria Animalium.

DE effectibus animorum omnium animalium, deq; iis, quæ perpetuo inter ſe inimicitias gerunt, et earũ cauſis. Cap. 1. 92. E

De iis piſcibus, qui gregatim, anicerq; viuunt, quiue non gregatim immicue ſint Cap. 11. 94. B

De genere auili amente & ſtulto. Cap. 3. 94. E

De ſocietate bouum, equarumq; mutuo inter ſe amore. Cap. 4. 94. H

De cernæ prudentia in pullis edendis: deq; earũ cornuum amiſſione, & reparatione. Cap. 5. 94. I

De quibuſdam animalibus, quæ prudentia quada naturæ inſtituit. Ca. 6 95. D

De ea intelligentiæ parte, qua animalia q̃dam hominum rationẽ repræſentant, vt hirundines, & omne columbaceum genus: deq; ætate columbarum, perdicũ, et paſſerum. Cap. 7. 95. L

De iis auibus, quæ nidum non ædificant, deq; perdicis aſtutia. Cap. 8. 96. F

De pico marito, & tribus generibus eiuſdem. Cap. 9. 97. B

De prudentia gruum. Cap. 10. 97. D

De domiciliis agreſtiũ volucrũ. c. ii. 97. f

De generibus anium, quæ apud aquas degunt, deq; chalcide aue, & eius natura, nec non de concertatione eiuſdem cum aquila: & gruũ pugna. Cap. 12. 97. K

De partu, & nidificatione picarum, meropis, lutea, argathylis, & cinnamomi Arabici: deq; ciconarum, & meropum prudẽtia in aledis parietibus. c. 13. 98. b

De ſpecie, nidulatione, & partu alcedonum. Cap. 14. 98. F

De partu, & naſcentiũ vpupæ, pari, atri capillæ, ſali, & vireonis. Cap. 15. 98. I

De velia aue, & eius colore, & ſtatura. Cap. 16. 98. K

De moribus, & natura cregis, ſcitæ, vlulæ, certhiæ, & ligurini. Cap. 17. 98. M

De tribus ardeolarum generibus, & earũ vita. deq; phoicis natura. C. 18. 99. A

De duobus merularum generibus. Cap. 19. 99. C

De tribus turdorũ generibus. c. 20. 99. d

De aue cæruleo nomine, & eius forma, Cap. 21. 99. E

De vireone, & mollicipite auibus. Cap. 22. 99. F

De pardalo, & colluricne, deq; auibus cæteris, quæ ſp eſſpecuæ ſunt. C. 23. 99. G

De tribus generibus monedularum. Caput. 24. 99. H

De duobus alaudarũ generib. c. 25. 99. I

De gallinagine, & ſturno, earumq; forma. Cap. 26. 99. I

De ibe, et duob⁹ earũ gẽribus. c. 27. 99. K

De duobus aſionũ generibus. C. 28. 99. L

De cuculi ſetu, et eo⁹ prudẽtia. c. 29. 99. m

De apodum nidulatione, & caprimulgi forma. Cap. 30. 100. C

De coruorum nidificatione, et fœtu. Caput. 31. 100. D

De ſex aquilarũ generibus, earumq; nidulatione & venatione. Ca. 32. 100 F

De aue quadam ſcythica, & eius nidificatione. Cap. 33. 101. C

De noctua, cicoia, et oſſifraga. c. 34. 101. d

Fulicorum occupatio. Cap. 35. 101. H

De accipitrũ gener. num. decẽ. c. 36. 101. I

De ẽgenio marinorũ, et fluuiatiliũ piſciũ p̃rone cõmodioris vitæ. Ca. 37. 102. A

De

De ingenio insectorum, et formicæ studio. Cap. 38. 103.H
De generibus araneorum, eorumq; industria in venatione, & tela conficienda. Cap. 39. 103.K
De generibus apũ, earumq; studio in ædificandis favis, deq; his herbis, quibus apes alũtur. Cap. 40. 104.D
De duobus vesperum generibus, & earũ studio in favis construendis. Cap. 41. 107.F
De crabronibus, vicluque eorum, & alueis. Cap. 42. 108.D
De genere bombycum, et teredinum, earumq; fœtibus. Cap. 43. 108.I
Mores animantium differre & mansuetudine, & feritate: deq; leonum generibus & natura, & lupis ceruarijs. Cap. 44. 108.K
De natura, specie, & partu bonasi. Cap. 45. 109.E
De ingenio, & sagacitate elephanti. Caput. 46. 109.I
Camelum matrem nunquam superuenire: deque prudentia equi regis Scytharum. Cap. 47. 109.L
De mansuetudine, amore, celeritate delphinorum. Cap. 48. 110.A
De his animalibus, quæ pro actionibus afficiũtur, moribusq; immutantur. Caput. 49. 110.E
De ijs animalibus, quæ castratione immutantur, quæue ruminent. C. 50. 111.B

Capita libri Decimi de Historia Animalium.

DE situ uteri in muliere ad conceptũ idonee. Cap. 1. 111.M
De menstruorum ratione, vt recte concipere mulier possit. Ca. 2. 112.D
Quæ circa uteri os, ad conceptionis aptitudinem dignoscendam, sint consyderanda. Cap. 3. 112.M
Qua humiditate præditus mulieris uterus esse debeat, si mulier cõcipere valeat. Cap. 4. 113.F
De uteri cervice: ac quo pacto animalia coitum appetentia dignoscantur. Cap. 5. 114.B
De cuentatione, connulsione, oris uteri tuberculo, ac eius clausione, uteri affectibus conceptum in eo impedientibus. Caput. 6. 114.M
De dissimilitudine inter virum, & mulierem, non fœtificandi causa. De robore item, ac imbecillitate in seminis emissione. Cap. 7. 115.B
Fœminam omnem ad seminis fœcunditem conferre. Cap. 8. 115.I
De Mola, quæ in utero generatur, eius causa, ac dignotione. Cap. 9. 116.B

Capita primi libri de Partibus Animalium.

DVos esse contemplandi, & docendi præcipue habitus. De causis rerũ naturalium. Et quæ necessitas in eis reperiatur. de quibus multa aduersus Antiquos. Cap. 1. 117.B
Contra eos, qui genus singulare in duas dividunt differentias. Ca. 2. 121.K
Contra eos, qui differentias per privationes dividũt. Et quomodo fieri divisio debeat. Cap. 3. 122.A
De genere, & specie. Ca. 4. 123.D
De substantijs naturalibus, partim mortalibus, partim immortalibus: et de quibus tractandum sit. Cap. 5. 125.H

Capita Secundi libri de Partibus Animalium.

TRiplicem esse rerum omnium cõpositionem: deq; sensus tactus instrumento: nec non de animalis principio. Ca. 1. 127.D
Partium similarium alias molles & humidas, alias siccas & solidas esse: deq; ordinis similarium discrepantia: deque calidi & frigidi acceptionibus eorũ excessa.

cessu. Cap. 2. 130.F
De sicco, & humido disputatio. Et de sanguine quamplura. Cap. 3. 132.H
De fibris, et quæ animalia ijs careãt: deq; metus cã, & semei natura. c. 4. 133.G
De seuo, & adipe, eorumq; differentia & quæ animalia seuum, quæ item adipem habeant. Cap. 5. 134.L
Quid medullæ, quibusq; animalibus data sit, quibusq; minime. Cap. 6. 135.M
De cerebro, et eius natura, deq; capitis fluxionibus, & somni cã. Cap. 7. 136.L
De carne, seu ijs, quæ vice carnis habeantur. Cap. 8. 139.H
De venis, ossibus, & cartilagine. Caput. 9. 140.C
De duabus partibus in quibusq; animantibus necessarijs, quæ viuunt, quæ cibũ capiant, & quæ excrementa emittant: deq; sensuum vi, & eorum loco in corpore. Cap. 10. 141.D
De situ auriculatum in quadrupedibus. Cap. 11. 143.F
De meatibus auditorijs auium. Caput 12. 143.G
Genus hominum, auiũ, & quadrupedum conteclos oculos habere, quoue modo ipsorum quodq; cõmineat. C. 13. 144.D
Quæ ãalia cilium habeãt, quæue eodẽ carent: deq; cauda, & iubis quorundã animalium, & hoĩs capillo. Cap. 14. 144.M
Quas ob causas supercilia, & cilia in animalibus natura cõstituit. c. 15. 145.E
Quo in hoĩbus, cæterisq; animatibus nares, et labra sint collocata: deq; laborũ, & narium officio. Cap. 16. 146.G
De lingua, eiusq; situ, & varietate in quibus animalibus. Cap. 17. 148.C

Capita Tertij libri de Partibus Animalium.

DE ordine, & constitutione dentiũ, oris, et fac ei: eorundemq; in oĩbus animantibus diuersitate. C. 1. 150.A
De cornuum constitutione, & quæ animalia habeant cornua, quæ tem ijs careant. Cap. 2. 152.D
De collo, gula, & arteria, et earum officio in corpore animantiũ. Ca. 3. 154.G
De cordis essentia, & principatu, quamq; ob causam animalibus inuncliũ sit. Cap. 4. 155.K
De venis, & earum loco in corporibus eorum animantium, quæ sanguine prædita sunt. Cap. 5. 163.C
De pulmone, & eius forma: quibus item inseritur, quibus non. Cap. 6. 165.E
De viscerum forma, et eorum loco in corpore animantium, & officio: præcipue vero de iecinore, & liene. Ca. 7. 166.E
Quibus animalibus data sit vesica: deq; eius officio, & situ in corpore animantium. Cap. 8. 169.A
De renibus, & eorum officio, quibusque animalibus dati sint. Cap. 9. 169.E
De septo transuerso, siue præcordijs, & eius officio. Cap. 10. 171.A
De mẽbranis, & earũ ossiõ. C. 11. 172.E
Non omnia viscera omnibus animalibus inesse. Cap. 12. 172.G
Differentia viscerum à carne. Cap. 13. 172.K
De intestino, & ventre, eorumq; officio, et locis conecclionis. Cap. 14 173.A
Quæ coagulum habeant, quæ non, & de eius loco. Cap. 15. 175.H

Capita Quarti libri de Partibus Animalium.

VIscera, & ventrem, cæteraq; superius exposita in quadrupedibus ouiparis, & ijs, quæ pedibus carent, eodem modo haberi, at in nonnullis alijs differre. Cap. 1. 175.L
Quam ob causam animalia alia fel habeant, alia non. Cap. 2. 176.F
De omento, & eius ortu, & officio. Caput. 3. 178.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

De lacertis, & eorum ortu, & quam ob causam animalibus sanguine prditis data sint. Cap. 4. 178. F
Mollia, crustacea, testata, & insectorum genus omnibus supradictis membru carere: deq; ijs, quæ vice eorum fungantur. Cap. 5. 178. M
De partibus exterioribus generis insecti, earumq; inter se distinctione. c. 6. 184. E
De partibus testatorum exterioribus. Caput. 7. 186. A
De exterioribus partibus crusta intectorum. Cap. 8. 186. F
De partibus exterioribus mollium animaliu, & sanguine carentiu. C. 9. 187. E
De exterioribus animantium viuiparorum sanguineq; præditorũ partibus, & eorum cum homine in ijs differentia. Cap. 10. 189. B
De partibus animalium ouiparorum, tũ quadrupedum, tum expedum: & quam ob causam sic à natura digestæ sint. Caput. 11. 196. I.
De partibus anim exterioribus, & earũ differentijs, quasq; ob causas sic à natura posita sint. Cap. 12. 198. C
De partibus exterioribus piscium, & causis, quare sic à natura institutæ sint. Caput. 13. 201. B
De struthione Africo, & eius natura, & forma. Cap. 14. 202. I

Capita libri de Incessu Animalium.

PRoponuntur quæstiones de animaliũ incessu. Cap. 1. 204. B
Suppositiones quædam præmittuntur. Cap. 2. 204. G
Varij animalium motus, quo fiant declarantur. Cap. 3. 204. I
Dimensiones, quibus animalia distinguuntur possunt, sex eé numero: quo pacto, & in ipsis reperiantur. Quodq; motus in vnoquoq; à dextris incipiat. c. 4. 205, A
Quo pacto animalia sanguine prædita quatuor, non pluribus mouẽtur notis: cuiq; serpẽtes pedibus careant. Ca. 5. 206. B
Animal pedestre necessario pares habere pedes. Cap. 6. 207. E
Motum omnem localem in animalibus, quiescentibus quibusdam fieri partibus. Cap. 7. 207. K
Quo pacto verum sit aues quatuor moueri notis: multaq; alia de ipsarum volatus differentijs. Cap. 8. 208. G
NVnc interiorum ordinẽ persequemur. & primũ in eo genere, q̃ sanguine constat: hæc. n. ratione summa genera a cæteris differunt, q̃ hæc sanguĩea sunt, illa exãguia. Sanguine prędita sunt, homo, & quadrupedes, quę animal, ouumve pariunt: atq; etiã aues, pisces, ceræ: & si quid aliud vacans noĩe, qm̃ genus non sit, sed species simplex in singulis intelligatur, vt serpens, vt crocodil⁹. Igitur quæ quadrupedes viuipare sunt, ñs gula, atq; arteria oĩ bus est, & eodem situ, quo homini. Quiparis etiam quadrupedibus, atque auibus eadem illa adiuncta videmus, sed discrimẽ species affert earum partium. Deniq; omnia, quæ aerem accipiunt, & reddunt, habẽt pulmonem, arteriam, gulam, & situm gulæ, atq; arteriæ similem, quãquam eas partes dissimiles: pulmonem autem ne situ quidem F simili continent. Cor item omnibus est, quibus sanguis, & septũ transuersum, quod præcordia, & cinctus appellatur: verũ hoc in minutis præ sua tenuitate, exiguitateq; non æque spectari potest, nisi in corde. Peculiare est, quod de nonnullis bubus prodi tum est: genus. n. quoddam boũ suo in corde officulum continere aiunt. At vero pulmo nõ omnibus datus est: pisces. n, & omnino

Quę asãlia sanguinea sint. E

Quę pulmone careant.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nino quæ branchias habent, carent pulmone. Iecur in omnib⁹ Quib⁹ lie nō est, in quibus sanguis. Lien magna ex parte omnibus, quibus sanguis: sed magnæ parti eorū, quę non animal, sed oua pariūt, lien vsque adeo exiguus est, vt propemodum sensum effugiat: quod magna in parte auium experimur, verbi causa in columbis, miluis, accipitrib⁹, noctuis. Capriceps auis liene omnino caret. In quadrupedib⁹ etiam oui-
H paris similis ratio est: nam ea quoq; admodum exiguū habēt lienē: vt testudo, mus aquatilis, rubeta, lacerta, crocodilus, rana. Fel alijs adnectitur iecori, alijs minime. Ex genere.n. quadrupedum, quæ animal generant, ceruo, & damæ deesse notatum est: atque etiam equo, mulo, asino, vitulo marino, & murium nonnullis. Ceruis Achainis cognomine, fel contineri in cauda creditur. Est, quod ibi contineri aiunt, colore quidem simile fel-
I h, sed non ita, vt fel humidum, sed lieni simile parte interiore.
Vermes i ceruorū capite. Vermes tū cerui continent omnes suo in capite viuos, qui nasci solent sub lingua in concauo circiter vertebram, qua ceruici innectitur caput, magnitudine haud minores ijs vermib⁹, quos maximos carnes putres ædiderint. Gigni vniuersi, atq; contigui solent numero adeo circiter viginti. Sed ceruus felle, vt dictū est, vacat: quāquā eius intestinū amarum adeo est, vt ne a canibus quidem attingatur, nisi cer-
K uus præpinguis sit. Elephanto etiam iecur sine felle: ēciso tamē pte, qua fel adhærere solet, humor felleus effluit plus minus. Delphinus inter ea, quæ mare excipiunt, pulmonemq; habēt, vnus felle priuatus est. Aues, pisces que omnes fel habēt: & quadrupedes, quæ oua pariunt, dixerim in vniuersum, omnes aut plus, aut minus fellis fortiūtur. Sed piscium alijs in iecore positum est, vt musteligenis, & siluro, & squatinę, leuiraię, torpedini: atq; ex longis anguillę, acui, libellę. Pulchro etiam in iecore
L. inest proportione corporis maxime omnium copiosum. Alijs intestino annexum est, dependens a iecore, meatibus quibusdam perpetuis summę tenuitatis. Ergo hamia suo intestino pari processu obductum habet, sæpe etiam replicatum, reduxque aliquatenus: reliquis collectim intestinis commissum est, aut se motius a iecore, aut propius: vt
M raię, accipenseri, dentici, muræ næ, gladio. Sæpe etiam gen⁹ idē vtrunque patitur situm, vt conger: alijs enim ad iecur, alijs ifra sepositum adhæret. quod etiam in auibus pari modo perspectū est: alijs enim ventri, alijs intesti no iungitur, vt columbæ, coruo, coturnici, hirundini, passeri: alijs iecori simul, & ventri, vt capricipiti: alijs iecori simul & intestino, vt accipitri, miluo.

Quę

A *Quæ animalia renibus, & vesica carent. Cap. 16*

REnes, atq; vesicam omnes, quę animal generāt, quadrupedes possident. At vero ex ijs, quæ oua pariunt, aues, pisces q; non habent. quadrupedum vna testudo marina habet magnitudine ad cęterarū partium rationē. similes bubulis renes ei oīno adhærent, quasi ex multis exiguis constituti. Bonatus etiam interiora omnia bubus similia continet. situs idem
B earum partium est omnibus, q̄ ex ijs constant.

Quam corporis partem in quibusq; animantibus cor, gula, arteria, iecur, pulmo, lien, fel, venter, & intestina obtineant. Cap. 17.

COr prorsus in medio pectore omnibus, prętereā; in homīe, est: huic.n. parti potius læue commissum est, vt ante exposui. Tendit omnib⁹
C priorem in partem suo turbinato mucrone, prætereā; piscibus: ijs enim nō ita eē videri potest, cum eorum cor suum mucronē non ad pectus spectantem, sed ad os habeat, extremumq; inde pendens, qua branchiæ dextræ, atq; sinistræ inter se coeunt, copulanturq;. Sunt etiam meatus alij de corde ad branchias tendē tes singulas, pro desyderio magnitudinis, hoc est maioribus laxiores, minoribus arctiores: inter quos crassa admodum, & cā dida fistula est, quę de cordis ex
D tremo oritur. Gula paucis in pi scibus inest, vt congro, anguillę, Loc⁹ iecoris falant. ijsq; exigua. Et iecur qui habēt, si non fissum est, dextro latere totum continetur: sin fissum a principio vsq; dextro maior ps applicata est. Quibusdam enim partes sepositæ sunt, nec eadem certa origine continentur, vt inter pisces mustelino generi, & inter quadrupedes leporum generi cuidam, quod tum alibi, tū etiā in Sycino agro circiter Bol
E bam lacum gignit: quippe quos bina habēr iecinora credideris, quoniam meatus procul admodum coeant: quod idem vel in pulmone spectare auium licet. Lien etiam parti sinistræ adnectitur iecori aduersus, situq; valet iusto naturę. Quòd, si qua dissecta quadrupede, lienem latere contineri dextro, iecur sinistro visum est, prodigiose id euenisse putandum. Tendit arteria omnibus ad pulmonem, quemadmodum post explicabimus. Gula
F ad ventrem perfertur, transiens septum transuersum, scilicet in ijs, quæ habeant gulam. pisces enim magna, ex parte gula carent, vt dictum est, vt qui annexum statim ori ventrem habeant, quocirca sæpius euenit grādibus nonnullis, vt, dum per impetum insectantur minores, vētriculus in os procidat. Habent omnia, quæ adhuc enumeraui, ventrem situ consimili: septo.n. transuerso continuo subest, intestinumq; de eo porrectum finit

G ad exitum cibi, & eam partem, quæ Podex dicitur. Sed ventris dissimilitudo primum, qđ' qua drupedes viuiparæ, cornigeræ, altera maxilla dentatæ quaternos eiusmodi habent sinus: quæ quidem & ruminare dicuntur. Gula enim incipiens ab ore deorsum tendit ad pulmonem, septumq; transuersum: hinc se ad ventrem applicat maiorē, qui parte interiore asper, interceptusq; est, ac prope gulæ commissuram sinum sibi adnexum habet, quem ex argumento Reticulum vocant: est enim ventri extrinsecus similis, intus reticulis mulierum implexis, magnitudine multo q̄; venter minor. Hūc excipit Omasum parte interiore asperum, cancellatū, crustatum, magnitudine reticuli. Abomasum venter ab eo alius iungitur, magnitudine amplior omaso, forma oblongior, cācellis intus, & crustis multis magnis, & lęuibus innormat⁹. mox intestinum iam sequitur. Cornigera altera maxilla dentata, omnia ad hūc modum suum habere ventrem certum est. Sed differunt inter se magnitudine, aut figura, atq; etiam q; gula, vel in medium ventris tendat, vel in latus vergat. At vero omnia dētata maxilla vtraq; ventres singulos habent, vt homo, canis, sus, vrsus, leo, lupus. Quinetiam thos, quem lupum ceruariū appellem, interna omnia lupi similia habet. ijs igitur omnib⁹ simplex ventriculus est, quem excipit intestinum. Verum alijs amplior, vt sui, vt vrso: & suillo qui dē crustæ læues pauciores sunt. alijs arctior, nec multo amplior intestino, vt cani, leoni, homini. Cæterorum etiam species omnium, respectu eorum, quos modo enumerauī, distinguuntur. Alijs enim venter suillo similis, alijs canino, tam in maiore, q̄; minore animalium genere. Sed discrimen in ijs quoq; magnitudine, figura, corpulentia, exilitate oritur: atq; etiam situ gulę, quo meatum ad vētrem ducat, & conuio iungatur foramini. Intestinorum etiam natura vtriq; illi animalium generi, hoc est vtraq; dentato, & altera maxilla dentato, sibi differt magnitudine, crassitudine, replicamentis. Sunt certe maiora omnia intestina non vtrinq; dentatis: nec immerito, nam ipsa ita dētata omnia sunt auctiora: pauca enī parua eo in genere habētur. Admodum paruū inter cornigera nullum est. Quibusdam etiam appendices sunt intestinorum. Rectum autē intestinum nulli est, cui non parte vtraq; dentes. Elephanto intestinum ita est sinuosum, vt aluos habere quatuor videatur. in hoc ēt cibus recipitur: nullum.n. conceptaculū cibi aliud separatim adest. Exta quoq; eidē suillis proxima, sed maiora: iecur.n. quadruplo maius bubulo est, & reliqua pari ratione, excepto liene: hic.n. minor

Vētris alia lium dissimilitudo.

H

K

L

Intestinorum natura.

M

A nor ex proportione est. Hæc eadem ratio ventris, intestinorūq;, vel in ouiparis quadrupedibus est, vt in testitudine, tum terrestri, tum etiam marina, in lacerto, crocodilo vtroq; 3: omnibus deniq; generis eiusdem. simplicem enim vnumq; habent ventrem, aut canino, aut suillo similem. Genus serpentum nulla euariat ratione: & omnia fere, proxima lacertis ex terrestri ouiparo genere habere spectes: si pedes ijs demas, longitudinem addas: quippe quod intectum cortice sit, & prona, supinaq; perinde, atq; lacerti habeat, sed testibus caret. nec alio modo, q̄; pisces meatus duos coeuntes in idem, & vuluam longam, ac bifidam habet. Cætera interna eadem serpentibus sunt, quæ lacertis. Verum omnia earum viscera propter longitudinem, & angustiam corporis longa, arctaq; habentur, itavt dignosci prę suę figuræ dissimilitudine non queant. Arteria nanq; longa admodum est, atq; etiam gula lōgior. Arteriæ origo ita iuxta os ipsū posita est, vt esse sub lingua videatur: & quidem videtur linguæ præminere, quoniam lingua contrahitur, nec vt cæteris manet. Lingua autē ipsa tenuis, longa, & atri coloris est: atq; 3, si extrahas, porrigi lōgius potest. Peculiare, prēter cæterorum linguas, serpentibus, & lacertis ē, vt summa eorum lingua bifida sit: sed præcipue serpentū, quippe quæ tenuissimis quibusdam quasi capillamentis discreta vibretur. Vitulo etiam marino lingua scissa est. Ventriculum serpentes, velut intestinum laxius habent, canino simile: tum intestinum longum, tenue, & ad exitum vsq; 3 vniforme. Cor arteriæ postremæ adhæret exiguum, sed longum, & renū speciem referens: quamobrem videri interdum potest min⁹ mucronem suum dirigere ad pect⁹. Pulmo deinde adnectitur simplex, fibrosus, fistulosus, prælongus, longeq; 3 a corde sepositus. Iecur item longum, & simplex. Sed lien exiguus, rotunduq; 3, vt lacertis. Fel similiter atq; 3 in piscibus habetur: natricibus enim adnexum iecori est, cæteris intestino magna ex parte adhæret. Dētes exerti omnibus sunt. Costæ totidem, quot dies mensem integrum complent: singulis.n. tricenæ. Euenire serpentib⁹ idē, quod pullis hirundinum nōnulli aiunt: oculis enim serpentum laceratis, subnasci alios referūt. caudæ etiam lacertis, atq; 3 serpētibus amputatæ renascunt. Hęc eadem ratio intestinorum, & vētris piscium quoq; 3 est. Venter enim ijs vnus, & simplex, sed figura varia est: nōnullis.n. diuersa omnino species ventris est, vt ei, quem Scarum vocant, qui & ruminare solus piscium credit. intestinum etiam simplex replicans se, quod in vnum, continuumq; 3 resoluatur. Peculiare pi-

Serpētib⁹ fere ossa interna cū lacertis similia.

B

C

Lingua aliq; serpētū ptes.

D

E

F

G scibus, & magna ex parte auib⁹ appẽdicum agnatio est: sed auibus subter, & paucæ, piscib⁹ superne circa ventriculum exeũt. & nonnullis complures, vt gobioni, mustelo, percæ, scorpioni, fidiculæ, mullo, scaro, mugili: cui parte altera plures exeũt, altera vna tantum. aliis paucæ, vt iecorino, glauco. auratæ etiã paucæ. Tum autem ipsi eiusdẽ speciei cõsortes inter se differũt. Auratarum enim aliis plures, aliis pauciores. Sunt etiam quibus nullæ omnino sint, vt magnæ cartilagineorum parti: exteris ita, vt aliis paucæ, aliis vel plurimę habeantur. Omnes tamen pisces ad ipsum ventrem eas appendices continent. Aues & inter seipsas differre, & a cæteris discrepare animalibus interiorum partium ratione, apertum est. Aliis enim ingluuies p̃posita ventriculo est, vt gallinaceo, palumbo, columbo, perdici. Ingluuies cutis in amplum sinuata est, qua primum cibus ingestus continetur incoctus. hæc parte, qua iungitur gulæ, angustior est, mox amplior, tum qua desinit in ventriculum, arctior. Ventriculus parti plurimæ carnosus, callosusq; est, cutis intus robusta, crustatisq; facile detrahi integra potest. Aliis ingluuies deest, sed eius vice gula pertinet latior, & patentior, vel tota, vel qua propius ventriculum adit, vt monedulæ, coruo, cornici. Quinetiam coturnici gula amplior infra, & capricipiti pars inferior paulo latior est, atq; etiã noctuæ. At anati, anseri, grauiq;, cataractæ, tardæ gula tota ampla, & lata est. Multis etiã aliis auibus gulam huiusmodi esse p spectum est. Nec desunt, quibus ventriculus ipse similis sit ingluuiei, vt tinunculo. Sũt item, quibus neq; gula, neq; ingluuies amplior sit, sed ventriculus longior, scilicet auiculis omnibus, qualis passer, aut hirundo est. Sunt etiam, quãuis paucæ, quæ ingluuiei, gulæq; amplitudine careant, longitudine autem admodum prolixa vtantur, videlicet quæ longa, angustaq; colla habent, vt porphyrio: quæ fere omnes alui excremẽtum humidius, quam cæteræ solent, reficiunt. Coturnici præ cæteris hæc propria habentur, vt & ingluuiem, & gulam prope ventriculũ amplam, & latam habeat. Distat ingluuies a parte gulæ propinqua vẽtriculo multum, pro magnitudinis proportione. Tenue quoq; intestinum parti plurimæ auium est, & simplex resolui potest. Appendices autem illę paucæ in auibus sunt, vt dictum est: nec supra, vt in piscibus, sed infra, qua desinit intestinum. habent eas nõ omnes, sed plurimę, vt gallinaceus, perdix, anas, ciconia, ascalaphus, anser, olor, tarda, noctua. minoris etiã generis nonnullæ habent, sed perexigue, vt passer,

H

Auiũ q̃ peculiares, & ab aliis differẽtes partes.

L

K

M

Arist.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER TERTIVS.

De situ, & forma genitalium membrorũ omnium animantium, eorumq; differentijs. Cap. 1.

DE cæteris interioribus partib⁹, quonam, aut quales sint, & quas inter se habeant differẽtias, dictum iam est. Restat vt de ijs, quæ ad generationem ministrant, disseramus. Ergo & fœminis omnibus intus conditæ habentur: maribus autem multiplici differentia euariãt. Nam inter animalia sanguinei generis, aliis testes nulli omnino sunt: aliis sunt quidem, sed intus. Et iis, quæ intus continẽt, aut lumbis adhęrent circiter sedem renum, aut aluo crediti sunt. Aliis foris dependent, quibus genitale aut aulo annexũ sustinetur, aut demissum pendet cum testibus. Nec vero modo eodem ad aluum omnibus continetur, sed aliter iis, qui ex aduerso mĩgũt, aliter iis, qui ex auerso. Piscium igitur nulli sunt testes, nec cæteris, quibus branchiæ, neque vlli serpentum, nulli deniq;, quod pedibus caret, nisi intra se formare animal possit. Auibus testes dãti omnibus sunt, non tñ, qui foris pendeãt, sed qui intus adhæreant lumbis, quo modo quadrupedibus quoque ouipa ris habentur, vt lacerto, testudini, crocodilo, & inter ea, quę animal generant, herinaceo. Quę autem intus continent, iis ad aluum nectuntur, vt delphino ex iis, quę pedibus vacant: vt elephãto, ex iis, quę quadrupedes vluiparæ sunt. Cæteris conspicuos eẽ testes natura voluit. Discrimen autem eorum, qui ad aluum, aut locum proximum positi in propatulo sunt, diximus. Aut enim hærent annexi retro, nec; tremuli pendent, vt suibus: aut ante propensi, demissiq; geruntur, vt homini. Pisces, vt modo dixi, & serpentes testibus cărent: sed meatus cõtinẽt binos, qui de septo exorti, latus spinæ vtrunq; perreptent, coeantq; superne in vnum, atq; ita ad ostium excrementi finiant: quod enim ad spinam est, id superius nomino. Pleni hi meatus humoris fœtifici redduntur tempore coitus, attrituq; mutuo semen effluit genitale candidum. Sed quibusnam ipsi inter se differentiis discrepent, in dissectionibus speculari oportet. nos etiam differentius post exponemus, cum sua singulis reddiderimus. Omnibus autem, quæ ouã ædunt, siue bipeda, siue quadrupeda sunt, testes lumbis innexi infra septum continentur, vel candidiores, vel pallidiores, venulis admodum tenuibus circundati. Meatus de singulis singuli pertinent, eodẽq; coeũt supra ostiũ ex-

B

Quales, quoq; loco alibi testes sint

C

D

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G excrementi, sicut agi in piscibus dictum est: isq; meatꝰ, qui ex coitu amborum consistit, genitale est, quod in minoribus latet: in maioribus vero, anserem dico, & reliqua huiuscemodi, euidentius est, cum recens inierint. Meatus autem tã iis, quàm piscibus lumbis adhærent, subter aluum, ventrem, & intestina, inter venam maiorem, de qua meatus ad testem pertinẽt vtrunque. Sed, vt piscibus lentor ille prolificus tempore initus haberi sentitur, meatusq; latissime patent: vbi vero id tempus præteriit, incerti vel meatus ipsi interdum redduntur: sic auium testes, prius quàm coire incipiant, aliis exigui, aliis omnino obscuri sunt: at vero, cum venerem exercent, insigni tantisper magnitudine augentur. quod apertissime palumbis, & perdicibus euenit, atque ita, vt hybernis mensibus, nevllos quidem testes in iis haberi nonnulli arbitrentur. Quibus autem parti priori testes cõmissi sunt, iis aut intus iuxta aluum conduntur, vt delphino, aut foris in aperto vltima aluo positi sunt. Quibus vtrisque, cum cætera sint eadem, vnum illud discrimen existit, quod quæ intus cõtinent suos testes, nulla cute habent obductos: quę autem foris, hæc coniectos in conceptaculum, quod Scrotum vocamus, gerunt. Testes vero ipsi omnibus grestibus viuiparis sunt ad hunc modum. Meatus K duo venales ad capita testium de vena aorta pertendunt, & alii totidem a renibus eodem deueniunt: sed hi sanguinolenti, illi, quos mittit aorta, exangues sunt. A capite autem ipsorum testium meatus excipit spissior illo superiore, atque neruosior: qui progressus per testem flectit sese inde, & caput eiusdem repetit: vnde rursus in idem coeunt, & in parte priore subeunt genitale. Qui caput repetunt, ipsi tam continua membrana obuelantur cum iis, qui residet, testibus, vt vnus esse meatus videantur, nisi membranę diuortium feceris. humorem adhuc sanguineum continet is, qui residet, sed minus quam illi superiores. At vero, qui reuersi cerucem subeunt genitalis, humorem iam habent candicantem. Quinetiam de vesica meatus perfertur, & se ad ceruicem applicat, quem veluti putamen canaliculatum ambit id, quod penem vocamꝰ. Specta ea, quę dixi, descriptione hac, Sit α initium meatuum, qui de aorta proficiscuntur. ϰ ϰ meatus descendẽtes ad capita testium. ω ω qui ab iis aslident testibus. ββ, qui repetunt, scilicet quibus humor candicans continetur. δ genitale. ε vesica. ⸸⸸⸸ testes. Ex citis, detractisve testibus, meatus sursum se retrahunt. Castrare solent duobus modis: aut enim testes nouellos adhuc frãgunt,

Meatus duo venales ad testes pertendunt.

Vuluarũ discrimẽ.

Castrandi ratio duplex.

A gunt, aut adultos iam firmosq; excidũt. Taurũ aliqñ excisum, initu protinus acto, ꝓgenerasse traditum est. Testes animalium ita se habere cognitũ est. Vuluæ siue vteri nec eodem situ habentur, nec similes omniũ sunt: sed differunt inter se, tum eorum, q̃ animal generant, tum illorum, quæ oua pariunt. Habent oẽs, qui iuxta genitale continentur, sinus geminos, alterũ in latere dextro, alterum in sinistro. Initium vero vnum est: & commune ostium, quasi ceruix carnosa admodũ, cartilagineaq;, pti plurimę, auctissimęq; animãtiũ tributũ ẽ. Pars vuluę iterior Loci, & Vterus appellat: vnde fratres vterinos cognominamus. ostiũ autem et ceruix Matrix dicitur. Sed bipedes, atq; ẽt quadrupedes, quę animal procreant, omnes vuluam aut vterum infra septum transuersum cõtinent, vt hõ, canis, sus, equus, bos. Cornigera quoq; omnia situ habẽt eũ dẽ. Extrema plurimarũ vuluarũ, quę cornua vocant, inuolui perspectum est. At eorum, quæ oua ædunt, situs nõ similis omnium est. Sed auiũ vuluæ iuxta septũ annexæ sunt: piscium infra, sicut bipedum, aut quadrupedum, q̃ animal pariunt: sed tenues, & membrana constantes, & longæ, ita vt in minutissimis piscículis sinum vuluæ vtrunq; jũgi in faciem oui vnius videatur, tanq̃ bina habeãt oua hi pisces, quorum ouũ arenidum est

B

C

D

non. n. continuum, sed quoddã arenulentum est. ita diffundi in multa põt. Vulua auium, ceruicẽ habet carnosam, callosam'q; parte inferiore: at superne, quà septo iungitur, membrana constat, & ꝑtenuis adeo est, vt oua extra vuluam eẽ existimes. Auibus ergo auctioribus membrana conspectior est, & per ceruicẽ inflata extollitur, atq; sinuatur. At in minoribus obscuriora hęc oĩa habentur. Quadrupedũ quoq; ouipararum hæc eadem ratio vuluæ est, vt testudinis, lacertæ, ranæ, & reliquorũ generis eiusdẽ. enimuero ceruix vna in vno, & carnulentior est: fissura autem, & oua proxima septo sustinentur. Necnon ea, quæ in genere pedibus priuato animal ædunt in lucem, posteaquã oua inter se pepererunt, vt musteli, et reliqua cartilaginea dicta (qc quid. n. ĩter marina pedibus orbatum, & branchias habens animal generat, sub eo nomine ĩtelligitur) ĩs vulua partita, pertinensq; ad septũ, quomodo auibus, est. atq; ẽt de medio sui bipartiti sinus, arctior ad septum vsq; perrendit: ac oua tam hic, q̃ supra ad septi originẽ consistũt: mox prolapsa in spatium latius fœtus animales excludunt. Sed eorum ipsorũ differẽtia vulug, quà tum inter se, tum vero à cæteris piscibus discrepent, accuratius per dissectiones spectari figuris singulis potest. Serpentes etiam tam ab iis supradictis,

E

F

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

G q̃ inter se differre apertũ est. Vipera.n.animal ædit, postq̃ intra se oua peperit, cũ cætera serpentum oĩa genera oua ædãt in lucẽ. quo fit, vt viperæ vni vulua similis vt cartilagineis sit. Tẽ dit porrò serpẽtibus vulua prolixior, modo corporis exorsa in ferius, vno continua meatu, diuctaq; in latus spinæ vtrunq;, quasi duplex meatus vsq; ad septum: in qua oua ordinatim gignuntur, & ædi inde non singulatim, sed serie continente solẽt.

Sola ex serpẽtibus vipera animal ẽst.

H Vulua oĩbus, quæ & intra se, & foras aĩal generãt, supra aluum posita est: quæ oua pariũt, ĩs infra lũbis adhæret. Quæ animal ædũt in lucem, cum intra se oua generarunt, ĩs anceps ratio est: nã & infra lumbis adiũgitur ea pars vuluæ, qua oua continenẽ, & supra intestina ostiũ eius sustinetur. Ad hæc discrimen vuluarum est, quod cornigera, & vna parte dentata, acetabula habent vuluæ, dum partũ gerunt: atq; ẽt parte vtraq; dẽtatorum,

I lepus, mus, vespertilio eadem illa acetabula suis cõtinent locis. At cætera vtrĩq; dẽtata aĩalis fœcunda, pedibus prædita, vuluã læuem oĩa habẽt, & partus ipsi vuluæ, non acetabulis adhæret.

Partes dissimilares animalium interiores, exteriores q; hunc in modum haberi cognitum est.

De partibus animalium similaribus, ibiq; K Siennesis Cyprij, Diogenisq; Apolloniatæ opiniones de sanguine, et venis. Ca. 2.

SImilarium sanguis potissimum communis aĩalibus sanguineis oĩbus est. nec minus cõis ea pars est, qua sanguis cõtinetur, quæ vena dr̃. Locum aũt communitatis ſm obtinent ea, quæ ĩs proportionenẽ, hoc est sanies, & fibra, atq; ẽt caro, quod præcipue corpus aĩalium inest. Os item, & quod uice fungitur ossis, vt spina, & cartilago. Adde cõitati eiusmodi cutem, membranã, neruos, vngues, pilos, & quæ ĩs ex proportione respondeant. Ad hæc adipem, sebũ, atq; excrementa, stercus dico, pituitã, bilem tum flauam, tum ẽt atram. Sed, cum natura sanguinis, venarumq; principium esse videatur, primũ de ĩs differẽdum est: præsertim cũ authores nõnullos ex ĩs, qui res eas tractarint, minus recte dixisse intelligam. Causa vero ignorationis occultioni earum partium, ac perdifficili cõtuitui tribuẽda est: nam in aĩalibus mortuis natura venarum principaliorum aboletur, propterea qd' ipsæ in primis effluente sanguine langueſcant, & collabantur. ex ĩs.n. quasi vase, vniuersus sanguis effunditur: quippe qui oĩs in venis contineat̃, p̃ter exiguũ, q; in corde est. In viuis ãt fieri nõ p̃t, vt quẽadmodũ habeãt, cernãtur: intus.n. natura earũ occultatur. Itaq; alĩ, cũ i cadaueribus

Quanam ratione ſanguis diſtinguatur. M

L

De venis variæ opiniones. Ca. Lex umbilico ortæ lũbũ.

B

C

A bus dissectis inspicerẽt, summa principia cernere nequiuerunt. Alĩ in hominibus admodũ extenuaris, per ea, quæ extrinsecus viderẽtur, interna venarum principia definiere. Syennesis Medicus Cyprius ita scribit. Venæ corporis crassiores oriuntur ad hunc modũ, & tendunt̃ {de oculo propter supercilĩũ, } per dorsum ad pulmonem sub mãmis: altera de latere dextro ad sinistrum, altera de sinistro in dextrum: & altera per iecur in renem, ac testem, altera ad lienẽ, & renem, & testem, postremo ad genitale perfertur. Diogenes Apolloniata hæc. Venas hoĩs cõstare ad hũc modum nouimus. Duæ maximæ habentur, quę p̃ uẽtriculum prope dorsi spinam pertendunt, altera dextrorsum, altera sinistrorsum, vtraq; ad pedem sibi subiectum, & in caput eædem per iugulum prope humeros efferuntur: hinc sparsa ramorum serie, aliæ minores mẽbris oĩbus sanguinem riuant, de dextra dextrorsum, de sinistra sinistrorsum. Maxime autẽ illæ duæ cor adeunt, circa ipsam spinam dorsi: alteræ item duæ paulo superius per pectus sub ala vtraq; in manum dispẽsatę pertendũt, quarum altera lienaria, altera iecoraria vocatur. Harũ postrema ita scindunt̃, vt parte pollicem adeant, parte volam: tũ ex ĩs ramorum tenuiorũ frequentia in digitos, manũq; spargit̃ totã. Propagines tenuiores à primis venis mittunt̃, à dextra D ad iecur, à sinistra ad lienẽ, & renes. Quæ aũt pertinẽt ad pedes, scindunt̃, qua femur iungit̃, tenduntq; per totum femur: quarũ maxima femur ex auersõ perreptat, crassaque apparet: altera paulo interius minus crassa procedit per femur: tum p̃genu tẽdũt ad crus, pedemq; imũ, quo modo ad manus: hinc subeunt plantã, & se spargunt̃ digitos. Complures ẽt tenues de eisdem illis ad ventrẽ, & costas sparsæ obrepunt, q; porrectæ per iugulũ perũt caput, apparentq; crassiusculæ in ceruice: quarũ extrema fissura multiplici permeant per caput, dextra dextrorsum, sinistra sinistrorsum: atq; vtraq; ad aurẽ desinũt. Sunt p̃terea venæ, collo cõmissę iuxta maiorẽ, paulo minores, vtroq; ex latere trãseuntes, ad ĩs plurima illarũ capitis pars cõtẽdit: q̃ ĩmersæ p̃ iugulũ mittunt aĩs ad scapulas. & man⁹. Apud lienariã ẽt, & iecorariã aliæ paulo minores apparẽt, qb⁹ adigere cultellũ solemus, quoties aliqd sub cute assligit. At, si qd circa vẽtrẽ ifestat, sanguinẽ ex iecoraria, & lienaria mittim⁹. Quinẽt ad mãmas hĩc aliæ p̃tinẽt. Sũt itẽ, q̃ de utraque p̃erãt ad testes, p̃ dorsi medullã tenues: atq; ẽt aliæ, q̃ subditæ cuti tẽdant p̃ carnẽ ad renes, cessentq; ad testes viris, adverterũ mulieribus. Prodeũt primę à ventriculo ãplioresq; attenuãt̃, dũ de parte dextra ĩ lęuã, indeq; trã

F

seant

G scant ad dextrã, quę seminariæ nominantur. Sanguis crassior à carne ebibitur: sed, cũm ad loca deuenerit, tenuis redditur. & calidior, & spumosus. Syennesis, ac Diogenes ita.

Polybii sententia de venarum ordine, ibiq; falsarum opinionum refutatio.

Cap. 3.

POlybius hæc. Venarum paria quatuor habentur. Primũ, qđ à sincipite ortum tẽdit per ceruicem, summa perreptans latera spinæ, ad clunes, & crura: deinde per tibias ad malleolos exteriores, & pedes. quamobrẽ doloribus dorsi, & coxarũ de poplitib⁹, malleolisue exteris sanguinẽ mitti solitum est. Secundum venarum par de capite circũ aures p ceruicem, quę iugularię dictę sunt, intus prope spinã, et lumbos ad testes, & femora perferẽ, atq; p poplites, & tibias tendit ad interiores malleolos, & plãtas. quapropter doloribus lumborũ, & testiũ sanguinẽ ex poplitibus, aut malleolis mittimus. Tertiũ par venarum à temporibus per ceruicẽ sub scapulis porrigitur ad pulmones: & altera de parte dextra in sinistrã pergens, mammam subit, & ad lienẽ renemq; descendit: altera de sinistra ĩ dextrã procedẽs, à pulmonibus mãmã subit, mox iecur petit, et renẽ: vtraq; postremo ad testes desinit. Quartũ par ortũ ꝓ pore capitis, de sede oculorũ p ceruices ad humerorũ clauiculas deuenit: vnde per lacertos ad agilem, mox per cubitos ad volã, & digitos ad malas ẽt de humero propaginẽ mittit, quę costas perreptat, dum altera ad lienẽ, altera ad iecur perueniat, deinde vtraq; eminẽs per ventrẽ ad genitale desinit. Hęc ferẽ sunt, q̃ à cæteris Medicinę authorib⁹ dicta accepimus. Nec desunt naturæ interpretes, qui tametsi accuratius, perinde vt Medici nõ tractarunt de venis, tñ omnes earum ortũ à capite, atq; cerebro deducunt: qđ error est. Cũ itaq; perdifficile sit venarũ examen, solis in strangulatis animalibus iã ante extenuatis effici potest, vt satis percipiat, cui hæc res curæ sit. Sed. n. natura venarũ ita se habet. Duę intra pectus venę continent spinæ appositæ, altera maior, altera minor. maior partẽ priorẽ adit, minor posteriorem. & maior dextrã potius, sedem obtinet, minor sinistrã, quam aortam nonnulli vocant, eò q; nervosa eius pars conspici vel in mortuis potuit. Ambę ex corde originem ducunt: transigunt. n, toræ cætera viscera, per quę tendunt, suam seruantes naturam, vt nihil contrahant detrimenti, quo minus & sint venæ, & appellentur. Sed cor non eodem permeant modo, verum ei tanquã suę parti continuantur, magisq; ea, quæ prior, & maior est. Situ autẽ tali oriuntur, vt altera supra, altera infra sit, & cor inter se positum amplectantur.

H In dorsi, et coxarũ doloribus, q venæ incidẽdæ.

I Iteꝝ testiũ & lũborũ.

K Tres cordis sinus.

Habent

A Habent intra se corda omnia sinum triplicem, sed magnitudine varia. minutissimorũ. n. animalium sinus arctiores sunt, ita vt vnus, qui amplior est, vix cõspici possit, reliqui sensum effugiant. mediocrium animalium secundus ẽt conspicuus est: maximorum perspici omnes pñt. Et, cũm priorem ĩ partẽ cor suo mucrone spectet, vt dictũ est, sinus, qui amplissim⁹ est, dextrũ supremumq; recipit situm, minimus sinistrũ, mediocris mediũ. qui autem maximus inter eos est, hic longe reliquis ambobus amplior ẽ. oẽs tñ ad pulmonẽ foramine spectant perpetuo, sed propter exiguitatẽ meatuũ latent, prętercp ĩ vno. Oritur ex eo amplissimo, supremoq; sinu vena maior, sedemq; dextrã tenet, mox per mediũ sinum formã recipit venæ, vtpote cũ ipse ventriculus cordis venæ particula sit, in q̃ sanguis restagnet. Aorta de sinu medio exit, nõ eodem mõ, sed per fistulã multo arctiorem init societatem, & tẽdit à latere cordis, cũ vena maior sua radice cor transfigat, cũ se promit. Vena itẽ ipsa maior mẽbrana, & cute constat. Aorta arctior est, & vehementer nervosa, deductaq; longius, hoc est ad caput, aut imas partes, in angustum admodum coarctatur, ac nervi naturam ex toto accipit. Pars pria venæ maioris sursum à corde proueniens, scinditur bipartito. Adit alterũ membrum pulmones, alterum spinã, & vertebram colli nouissimã. rursus membrũ, quod pulmonẽ adierit, bipartito se scindit, quia pulmo in duas partes discretus sit: deinde singulas fistulas, singulaque foramina subit, amplius ampliora, arctius arctiora, ita vt pars nulla sit sine foramento, & venula: quanquam postrema diminutionum præ sua exiguitate visum effugiunt: quo fit, vt pulmo omni ex parte refertus sanguine videatur. Hos autem venæ meatus induci supra fistulas ex arteria pertinentes certũ est. Membrum alterũ, quod ad spinam, & colli vertebram dixi mus tendere per spinam ipsam porrigitur. quam venam Homerus notat, cum ait, Venamq; inciderat omnem, Quæ, per dorsa meãs, ceruices fertur ad imas. Hinc venulæ singulæ ad singulas costas, & vertebras ferũtur. Finditur etiam bipartito hæc eadem vena iuxta vertebram, quę supra renes posita est. Ita hæc mẽbra venæ maioris in ramos sparguntur: sed rursus parte superiore, qua ex corde protendit scissa numerosiore venarũ propagine, duo petit loca: quippe quæ alias in latera, & humeros mittat, quæ mox per alas homini ad manus feruntur, quadrupedi ad pedes priores, auibus ad alas, piscibus ad pinnas, quæ parte prona continentur. quarũ venarum capita Iugulares, qua primũ scinduntur, appellamus.

B

C

D

E

F

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sed qua scissæ ceruicem subeũt, juxta pulmonum arteriam tendunt. quibus interdum foris apprehensis corruũt homines sensibus ereptis, & palpebris compressis. ita porrectæ, amplexę́ arteriam, ad interuallum auriũ seruntur, qua maxillæ faucibus coeunt. Denuo inde scinduntur in venas quatuor, quarum vna remeans per collum, & humerũ descendit, & cem priore propagine ad flexum brachĩ copulatur. secũda ad palmam & digi-
H tos cessat. tertia de vtraq; sede auriũ ad cerebrũ pertinet, atq; ĩ mnltos prętenues ramulos spargitur, itaq; membranã custodẽ cerebri subit. Cerebrũ autem ipsum omniũ expers sanguinis ẽ, nec aliquid venæ, vel auctioris, vel minutioris in id cessat. Reliqui rami, qui ab eadẽ vena mittunt, partim ambiũt caput, partim ad sedes sensuũ, dẽtesq; gracili venularũ serie terminãtur,

De aorta vena maiore, eiusq; sede. Cap. 4.

I VEna ẽt minor, quã Aortã diximus nominari, eodem spargit modo in ramos, q partes venæ maioris cõsequant: verum meatus eius, et venulæ multo minores sunt ę́ venæ maioris. Locis á corde superioribus venas hũc in modũ haberi nouimus. Pars aũt maioris venæ cordi subiecta ferẽ elatior, per septũ q́ applicata, tum ad aortã, tũ ẽt ad spinã mẽbraneis, flaccidis q́ meati b⁹ cõtinet, mox vena ad iecur ab ea mittit & breuis, sed lata: de qua multę, ac tenuos sparsæ in iecur obliterantur. Rami inde ab ipsa iecur trãsigẽte duo procurrũt. quorũ alter ad septũ, & prȩcordia dicta cessat: alter supera repetit, ductusq; p aliã ad lacertũ brachĩ dextri se porrigit, quã cęteris venis se applicat iuxta flexũ interiorẽ. Quãobrem sanguine hĩc missũ, dolores iecoris quidã leuari possunt. Pars altera venæ eiusdem, breuis quidẽ, sed crassa, latus petit sinistrum, pergitq; L ad lienem, quæ sparsa in ramulos subit, itaq; aboletur. Quinetiam ab eadẽ maiore propago pari modo ad lacertum sinistri brachĩ mittitur. sed quæ ad brachium dextrum procedit, eadẽ, quæ pertingit ad iecur, est. hæc vero diuersa ab ea, quæ ad lienẽ pertinet, est. Aliæ itẽ á vena maiore duæ propagantur, quarum altera ad omentum, altera ad id, quod á carne Pancreum appellatum est. de qua venarum frequentia per lactes tendunt, quæ oẽs in vnam desinunt venã grãdem, per totum intestinũ, & vẽtriculum ad gulam vsq; porrectam, quæ & ipsa ramos dę́s, quas perreptat, partib⁹ spargit complures. Vtraq; igitur, tã maior, quàm aorta, renum tenus vna, atq; perpetua tendit. hic capitibus renum potius adhærescunt, findunturq; bipartito, velut in literã A, aut V literã inuersam. vergitq; magis in partẽ posteriorem

A steriorẽm cõporis vena maior, q́ aorta. Spinæ annecti aortã potissimũ circa cor venulis prætenuibus, & neruosis notũ est. Ducitur eadẽ de corde nimirũ amplitudine insigni, sed procedens arctior, atque neruosior euadit. Mittit ea quoq; adlactes ramos, quemadmodũ maior, verũ longe minores: per anguſtos. n. & fibris proximos, quippe quos ex tenuatos, in fibras, cauas tũ cessare aduerterimus. Ad iecur, aut lienẽ nulla ab aorta pertinet vena. Rami aũt illi, in quos venã scindi vtranq; dixi, ad coxam
B vtranq; proficiscũtur, atq; os ipsum attingunt, ad renes ẽt á maiore, aortaq; venæ deueniũt: sed cauum non subeunt renum, verum in corpus eorum absumuntur. Necnon alĩ duo meatus ab aorta validi, & perpetui ad vesicam procedunt: atq; ẽt alĩ de cauo renum eodem veniũt, qui nihil cõe cum vena maiore sortiũ
C tur. Singulis itẽ renibus de medio venæ exorsæ, cauæ, neruosæq;, iuxta spinam ipsam per venas se porrigunt: mox in coxam vtranq; condunt, ac delitescũt: deinde denuo porrectæ in clunes apparent: quarum & ipsarũ postrema, vt in sexu virili ad vesicam, genitale q́ conn̄ciũtur, sic in fœmineo ad vuluam, aut vterum pertinent. Nullã sane venã de maiore vuluam adire videmus, cũ de aorta multę, frequentesq; veniant. Ramis ẽt rum aortæ, tum ẽt maioris, aliæ mittunt propagines: quæ primum ad inguina ampliusculæ, cauæq́ accedunt: deinde per femora, cruraq; in plãtas, & digitos finiũt. Atq; ẽt duę aliæ p inguina, & femora cõmutatis vicibus perferunt: altera de parte dextra in sinistram, altera de sinistra in dextram, ac cæteris venis circa poplites se coniungunt. Quẽadmodũ venæ se habeant, & vnde nã suã originem ducãt, apertũ iam est. Continet aũt genus animantium oẽ sanguinis cõpos venarũ initia, & gñia summa, eo, quo E expositum modo. nã reliqua copia venarum non simili rõne in oĩbus est. neq;. n. partes eodẽ modo, aut eædẽ in oĩbus habentur. nec vero æque in oĩbus patet venarũ series, sed potissimũ in ĩs constat, q́bus sanguinis copia, & p̃cipua magnitudo est. nã in minutis, sanguinisve ĩopibus, vel per naturã, vel p immodicam corporis obesitatẽ, haud æque inspici possunt. Alteris. n. meatus quasi alueoli quidam, multo ĩtersepti limo p̃miscent: F alteris paucæ, eædẽq; fibræ potiusq; venæ cõtinent. vna tũ, q́ maiorem ex p̃cipua magnitudine cognominamus, potissimũ euidens in omnibus, etiam minutis animalibus est.

De neruis, eorumq; origine. Cap. 5.

NEruorũ mox ordinẽ persequemur. Origo eorũ quoq; in corde est: id. n. neruulos suo ampliore ventriculo cõtinet, & vena, aorta appellata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lata, neruosa est, & quidē postremacius neruo oīno cōstāt: quippe q̄ nullo ītus cauo distīguant, tendanturq; modo neruorum, qua desinunt, applicata ad nodos ossium lubricos. Cæterum natura neruorum non more venarum continua de eodem initio procedit. Venæ enim, vt in depictis canabis, hoc est fontibus riuo multiplici sparsis patet, figuram totius corporis distribuunt, ita vt corporibus admodum extenuatis partes oēs venulis refertæ conspiciantur. locus enim idem venulis in macilentis, carne in corpulentis redūdat. Sed nerui diducti, distractiq; passim ad artus, & flexus ossium applicantur. quod inde etiam percipi potest. nam, si eorum natura esset continua, late iā in extenuatis corporibus continentia omnium pateret. Summæ neruorum partes, quæ mēbrum ad saliendum accommodatum continet, Poples dicta: & quæ se geminā porrigit, Tendo nomine: & quæ ad vires corporis iuuant, Attendo, & humerarius. reliquæ quibus ossium nodi deligantur, nomine vacāt.

Venę p totū corpus sparse.

H

I Nam ossa omnia, siue foris vicissim tanguntur, siue alterum inseritur alteri, neruis ligantur: & circiter ossa quæuis neruorū copia ducitur, capite excepto, id enim non neruis, sed futuris ipsorum ossium continetur. Nerui natura fissilis in longitudinē tendit: scindi per latitudinē non potest: intendiq; vehemēter idonea ē. Humor circa neruos mucori similis, albidus, glutinosusque cōsistit, quo ipsos neruos & nasci, & ali certum est. Neruus ignem non patitur, cum vena patiatur: & incisus solidari non potest. Pars corporis nulla stupore tentatur, quæ neruo caret. Neruis plurimis pedes, manus, & scapulę continentur: atq; etiā ceruices, & lacerti. Quibus datus est sanguis, iisdem omnibus nerui adiūcti sunt. Sed quæ nullos habent articulos, priuataq; pedibus & manibus sunt, ijs prę tenues incertiq; habentur. quapropter in piscibus, qui iuxta pinnas positi sunt, ij præcipue veniunt in conspectum.

K Alię neruę.

De fibris. Cap. 6.

Fibrę inter neruum & venā, suam habent naturam: & nonnullæ humorem, saniē appellatum continent. tendunt à neruis ad venas, ac inde ad neruos. Secundum etiam genus fibrarum est, quod consistere in sanguine solet: quanquàm non cuiusq; animalis. Spissari autē sanguis non potest, si id genus fibrarum detrahatur: spissatur vero, si non detrahatur. Genus id ergo fibrarum tametsi maiore ex parte in sanguine animaliū inest: tamen cerui, damæ, bubali, & aliorum quorundam sanguini deest: quocirca eorum sanguis non similiter atq; cæterorū concrescit. Sed ceruorum perinde vt leporum solet spissari, videli-

M Quę fibras sanguis.

A delicet non coitu firmiore, vt cæterorū, sed fluido, quale lac est, quod sine coagulo sponte coīerit. Bubali sanguis aliquantulo amplius spissat: quippe qui proxime ouillo, aut paulo minus cōsistat. Vena, neruus, & fibra ita se habent.

De Ossibus eorumq; differentijs. Cap. 7.

Ossa alia ab alijs nexa, & oīa inter se apta vnā continuant seriem modo venarum: nec est vllum os, qd seorsum ipsum per se maneat. Initiū vero in oībus, quæ ossibus constant, spina est: quæ cōpacta ex vertebris à capite ad coxas porrigitur. Vertebræ oēs foramine medio peruiæ sibi iungunt. Extat os capitis continuum, nouissimis superimpositū vertebris, qd Calua dr. Eius pars serrata Suturæ noīe significat. Pars hæc non simili modo in quoq; genere aīalium habetur. alijs. n. osse continuo calua perficitur, vt cani: alijs compacto, vt homini, eiusq; fœminæ futura circulariter est. Mari tres in summū verticem ascendunt futuræ, coeunt que in figuræ triangulæ speciē, sed iā & viri caput visum sine ulla futura est. Constat sane caput non quatuor ossib⁹, sed sex, quorum duo exigua. s. reliquorum cōparatione, circa aures posita sunt. Maxillæ à capite prorendū tur ossa duo: quarū inferiorem aīalia oīa mouēt, excepto fluuia tili crocodilo: hic. n. vnus non inferiorem, sed superiorē mouet.

B

C Caput quot ossib⁹ cōster.

Anim. cū cō. Auer.

Maxillis dentiū genus inhæret.

D os partim cauum, partim solidum, & adeo firmū, vt solum inter ossa ferri aciem respuat. Oritur à spina Fibula, Iugale, & ordo costarū. Pectus ēt costis impositum est: q̄ quidem aduersæ inter se coeunt, cum reliquæ breuiores sint, q̄s vt facere idē queant. Nullum. n. aīal est, qd' circa ventrem os habeat. Sunt itē ossa humerorum, & q̄ Scapulæ appellantur, & quæ ijs annexa dependent, Brachia, & Manus. Modus idem cōpaginum vel in ijs est, quæ crura habent priora. Acetabulum infra, qua spina desinit, à coxa est: & ossa iam crurū oriunt, quibus femora & tibiæ constant, Pernæ aut Culinæ nomine. quorū pars Malleolus est, & malleoli Calcar: videlicet in ijs, quæ hūt malleolos. ab ijs ossa pedis minuta, & plura subiacent. Quæ igitur ex sanguineis pedestribus aīal generant, hæc ossa non multo diuersa habent, sed ad proportionem tātummodo duritia, mollitie, magnitudine discrepant. Ossium item aīalis eiusdem alia medullam intra se continent, alia minime. Sunt nonnulla, quæ suis in ossib⁹ nullam oīno habere medullam iudeātur, vt leo: quod admodum exiguam ac tenuē habeat, eāq; in paucis ossibus: solis. n. inferioribus, atq; brachijs. Constat profecto leo præcipue oīum animalium ossibus solidis: sunt. n. adeo dura, vt ex eis cōcussis, ignis ve

E

F Leonis ossa dura, & sine medulla.

D lut

G lut à silice elidatur. Delphinus etiam ossa habet, non spinas. Cęterorum aĩalium sanguineorũ ossa, aut paulo inter se differunt, vt auium: aut proportione eadẽ sunt, vt piscium. Qui.n. ĩter eos ąmal generant, cartilaginem pro spina habent: vt ea, quæ cartilaginea appellauimus. qui aũt oua pariunt, spinam continent: quæ perinde vt dorsum in quadrupedum ordine habetur. Sed proprium piscibus est, quod nõ nullis spinulæ quædam prætenues separatim per carnem in-
H hærent. Serpentibus ẽt dorsum, piscium more, compleri apertũ est. At vero ea, quæ ĩter quadrupedes oua pariunt, os, aut spinã ꝓ suæ magnitudinis modo meruerunt. maiora.n. ossis naturã potius obtinẽt, minora spina potius in ossis vicem fulciuntur. Omnia prorsus aĩalia, quæ sanguinem habent, dorso constant, aut osseo, aut spineo. cætera ossa alĩs insunt, alĩs desunt. vt enim partes corporis quæq; habẽtur, ita ossa quoq; ad partes accommodata habentur. quibus enim
I crura & brachia desunt, ĩs pernæ aut culinæ prędictæ etiã desunt. Nec vero ĩs, quibus partes eædem quidem, sed dissimiles sunt, eadem ossium ratio seruatur: sed aut pluris minorisve modo differunt, aut proportione. Ossa igitur ita se habent.

De cartilagine, eiusq; cum osse differentia. Cap. 8. K

CArtilago differt ab osse pluris, minorisve ratiõe, cum aliàs natura eadem, qua ossa, cõstet. Et, quemadmodum os pręcisum nunquam recrescit, ita & cartilago rupta nũ quã reparatur. Terrestriũ, quæ & animal gignunt, & sanguinẽ habent, cartilago nullo foramine hiscit, nec ossium more medullam continet. At vero aquati L liũ cartilagineis, quod per dorsum proportionatũ ossibus tendit, cartilago est, humorẽ in medullæ speciem continens. Grestilium, quæ animal gignunt, auriculæ, nares, extremaq; ossium nulla cartilagine constant.

De ungue, ungula, cornu, & dentibus, eorumq; cum osse cõuenientia. Ca. 9.

SVnt item alia partium genera, quæ naturam nec eandem habent, quam ea, quæ expositа sunt, nec longe ab ĩs remotam, vt vngues, vngulę, cornua: præterea rostrum, quale datum auibus est. hæc.n. & flexilia, & fissilia sunt, cum nullũ os vel flecti, vel findi possit, sed fragile quodq; habeatur. Colores cornuum, vnguium, vngularũ pro cutis, pilorumque colore sequuntur. etenim cutis nigrę, cornua nigra, & vngulę nigrę oriũtur: & candidę pari modo in colore respõdent & cornua, & vngues, & vngulę: medĩs etiã medium eadem colorem pręferũt. At dẽtes naturam ossium ęmulantur:

A lantur: quamobrem hominum nigrorum, vt Aethiopum, atq; similiũ dentes, & ossa candent: vngues nigri modo sub cutis apparent. Cornua parte plurima caua sunt ab radice, quatenus ambiunt os, qđ ortum à capite cauo cornu inseritur, totũq; implet: in mucronem tñ solidum exeunt, & simplici parte extrema constant. Cerus tantũmodo tota solida, et sparsa ĩ ramos,
n & oĩbus annis decidua, nisi castrentur: cum ex cęteris cornigeris nullum cornua amittat. De castratis aũt postea differemus. Adhęrent cornua cuti potius, quàm ossi. vnde fit, vt in Phrygia, & alibi boues sint, qui cornua, perinde vt auriculas, moueant. Quæ hñt vngues (habẽt aũt quibus digiti: digiti vero ĩs sunt, quibus pedes, excepto elephãto: huic.n. digiti indiuisi, ac leuiter formati, nec vngues omnino sunt) hæc ergo aut rectis
C vnguib⁹ sunt, vt homo: aut adũcis, vt inter pedestria leo, inter volatilia aquila.

De pilis, & ĩis, quæ pilorum nice fungũtur. Cap. 10.

DE pilis, atq; de ĩs, quę uicem pilorum suppetũt, & ob eam rẽ pili proportionalia dicuntur, atq; ẽt de cutęres ita se habet. Pilos habẽt quę pedestria, eadẽq; viuipara sunt. Cortice aũt integuntur, quę ouipara sunt pedestria. Squama vero pisces tñ, qui ouũ arenidũ illud pariunt. mm ex longis con

ger: tale ouum non ędit, nec mu- D
ręna. anguilla vero nullum omnino ouum generat. Crassitudinis, tenuitatis, copię, & magnitudinis pilorum discrimina pro partium, quibus adhęrent, cõditione, atq; pro cutis qualitate, pueniunt. fit.n. magna ex parte, vt pili & duriores, & crassiores cuti crassiori enascantur: plures aũt longiores humidioribus locis, atq; cauatioribus (dummodo sint ad gignendum pilũ idonei) prodeunt. Hoc idem de genere quoq; tam squama muni- E
to, ĉ cortice, intelligi licet. Quę igit molles suapte natura pilos hñre solent, hęc per vsum pabuli melioris duriores incipiunt gerere: contra aũt molliores, pauciores que ea, quæ duros copiososq; habuerint, eadẽ illa. s. ratione. Regionum ẽt repore, aut frigore differentia est, vt pili hominum locis calidis duri, frigidis molles orianť. Sũt molles, q promissi, & simplices: duri, q crispi. F

De pilis, & cute, & ĩis, quibus pili, & cutis. Cap. 11.

NAtura ossium pilorũ fissilis ẽ: sed pluris, minorisve rõne inter se differũt. Nonnulli paulatim adeo duritate degenerãt, vt nõ pilis ꝑterea, sed spinis sĩles esse videanť, vt pili herinaceorũ. Quod idẽ vnguibus ẽt euenit: quippe cũ in nonnullis aĩalium genus vnguium prę nimia duritudine nihilo ab ossib⁹ differat. Cutis homini ꝓ- Qualis cutis aĩalũ.
portione magnitudinis tenuissi-

ma est. Inest in cute omnium lẽtor quidam mucosus, verũ alĳs minus, alĳs magis: vt in tergore bubulo, ex quo glutinum facere solent. Quinetiam è piscibus glutinum à nonnullis excoquit. Sensu cutem ipsam carere constat, maximeq; in capite, qm̃ ibi nulla interposita carne ossi adhęreat. Vbicunq; cutis per se, ac sine carne est, vulnerata non coit: vt in gena, bucca, præputio, palpebra. Cõtextu perpetuo cutis in oĩbus aĩalibus continuatur: nec alibi interpellatur, q̃ vbi naturales meatus solent euaporare, atq; ẽt in ore, & vnguibus. Cutem oĩa habent, quibus est sanguis: pilos nõ oĩa, sed sicut distinctum iam est. Mutatur color pilorum in senectute, candidiq; pili efficiuntur in hominibus. qd' vel cęteris aĩalibus accidit, sed non satis aperte, præterq; in equo. Cãdescunt pili à parte sui postrema. Plurimus tm̃ canorũ numerus cãdicans illico existit: qua ex re patet canitiem nõ ariditate cõmitti, vt quidã volunt. nihil.n. illico aridũ gigni solet. Cutis aũt vitio, quod Vitiliginẽ appellamus, pilos oẽs produci canos apertum est. Iã nonnullis pili, dũ ægrotarent, incanuerũt: quibus in bonam valetudinem restitutis nigri enati sunt, canis defluxis. Canescere pilos ocyus opertos, q; detectos, difflatosq; aduertimus. Tempora hoĩum, & partes primores q; posteriores celerius canitiẽ sentiunt, pubes nouissime canescit. Pili in hoĩe animalium oĩum vno partim simul, partim postea per ætates gignuntur. Congeniti sunt pili capitis, & superciliorum, & palpebrarum: post geniti, pubis primũ, mox alarum, postremo mẽti. Loca.n. quibus pili proueniant, totidẽ sunt congenitis deputata, quot post genitis. Deficiunt, ac defluunt maxime, primiq; per ætatem pili capitis, nõ tm̃ oẽs, sed tm̃ priores: parte nanque posteriore caluus nemo effĩcitur. Ergo capitis ęquitatẽ, Caluitium nũcupamus: quam rem in supercilĳs Salitium appellem⁹, quoad melius vocabulũ inuenerimus. neutrũ eorũ, priusq; cœptus coitus venereus sit, accidere nouimus. Caluitq; mulieres esse immunes, & pueros, & spadones apertum est. Pili post geniti ĳs, qui ante pubertatẽ castrati sunt, nõ exeunt: & post pubertatẽ excisis soli decidunt, prętercq; pubis. Pili in mento mulieris non prodeunt, nisi interdum pauci, cũ menstrui cursus substitũrit: & vt in terra Caria mulieribus sacerdotibus euenire aiũt, qd' diuinationis indicium interpretantur. Reliqui pili, q; postea gigni solent, mulieribus quoq; pueniunt, sed parcius. Fieri põt vt homo, tũ mas, tum ẽt fœmina, pilis postgenitis careat, iã inde ab ortu naturæ vitio contracto: &, nisi vt pubescant contingat, steriles in gignẽdo sunt. Crescunt cæteri pili plus, minusve, prout

prout singulorũ rõ postulat, maxime in capite, mox in barba, et pẽcipue qbus pili tenuiores. Nõnullis ẽt supercilia per senectutẽ adeo hirsuta redduntur, vt tondendũ sit: qd' propterea euenit, quia cohęsioni apposita sint ossium, quæ senescente ætate laxãtur, & inde plus humoris transmitti patiuntur. At vero pili palpebrarũ nunq̃ plus iusto excrescunt, defluũt rebus venereis incœptis, eoq; magis, quo vsus veneris fuerit amplior: eosdem ẽt lentissime oĩum canescere clarũ est. Pili euulsi subnasci denuo pũt, dum citra ætatis florẽ degitur, nec vlterius. Habet aũtẽ genus quodq; pilorũ ad suã radicẽ lentum quendam humorem, quo protinus, vbi euulsum est, si qua leuiuscula tãgat, adhæret, vt ea trahere possit tenaci⁹. Quibus vero aĩalibus versicolores sunt pili, eisdẽ ẽt in cute varius ille color habetur, atq; ẽt in lingua. Barba nõ pari modo effunditur oĩbus, sed alĳs tam maxillæ, q̃ mustax, & mentum pilorum frequentia integuntur: alĳs mentũ læue, & mustax, maxillæ pilosæ cernuntur. Caluescere minus solent, qui mento sunt bipartito. Crescunt ẽt pili quibusdã in morbis, vt pẽcipue in tabificis. Quinetiam in senectute, & defuncto augescunt, durioresq; reddunt: quod idem vnguibus quoque euenit. Libidinosis pili cõgeniti maturius defluũt: post geniti celerius sese promunt. Minus, qui varices hãt, caluescunt. Et, si calui habere incœperint, pilos nõnulli pducunt. Pili pẽcisi non ab incisura augent, sed inferius ab radice exeunt: atq; ita euadunt lõgiores. Piscibus quoque extenuatis, ac senescẽtibus squamæ duriores, crasioresq; efficiunt. Quadrupedum ẽt villi, lanęve senectute prolixius augentur, quanq; rarescãt, fiantq; pauciores, & vngulæ quoq; maiores in senecta redduntˉ. qd idẽ rostris etiam auiũ euenit. Incremẽtum vngularum idem, quod vnguium est.

De pennis auium, & earum mutatione, aliorumq; animalium, è potu quorundam fluuiorum. Cap. 12.

PEnnę auiũ nullę p ætates mutanˉ, prętercq; gruum, quas nigrescere in senecta perspectum est. At vero per assectus tẽporarios, quoties frigora vrgent acriora, pẽnę volucrum vnicolores interdũ è nigris, aut nigriusculis, albidisve in albas transeunt: vt corui, passeris, hirundinis. cuius rei contrariũ, vt quicq̃ ex gñe albo veniret in nigrum, nunq̃ visum est. Temporum quoq; vicissitudine bona pars auium ita colore immutatur, vt quęnã sint latere possint, nisi rem peritius noueris. Aquarum item diuersarum vsu nonnulla suos immutant colores: alibi enim candida, alibi nigra reddunt. Sunt etiam aquę multis in locis, quas, cũ oues biberint, mox q; inierint, nigros generent

D iĩ agnos:

Aquis quibusdã vis immutandi colores animãtiũ

G agnos: vt ī terra Assyritide agri Chalcidici Thracię facit amnis, quem prę nimia frigiditate Psychrum vocant. Et in Antandria quoq; duo sunt fluuij, quorū alter candorem, alter nigritiā pecoribus facit. Scamander ēt amnis flauas reddere oues credit: quamobrē Xanthū pro Scamandro nūcupatum ab Homero autumant. Lepori vni pili & ī buc ea intus, & sub pedibus sunt: cū cętera asalia nec intra os habeāt
H pilos, nec parte pedum resupina, sed prona. Musculus ēt piscis pilos in ore intus hēt vice dentium, quibus oīno caret, suillis similes. Sed pili, vt dictum est, p̄fecti augeri ab radice p̄nt, super ne non possunt. pēnæ aūt nec ab radice, neq; superne ab incisura possunt reparari, sed cadant necesse est. Nec pēna apū, aut quis infissa renasci potest, cū euulsa est. Aculeo etiam apibus detracto, nullus subnascit alius: imò breui moriantur necesse est.

I *De membranis in sanguineis animalibus. Cap. 13.*

SVnt & membranæ in sanguineis asalibus, quę quidē pars similis cuti prætenui, spissęq; est. sed diuersum sane genus id est, quippe qđ nec fissile, nec euulsile sit. Ambit singula, tum ossa, tum ēt viscera mēbrana, tam in maiore, q̄m in minore asalium genere: verum in minore sensum effugit, qm̄ admodū tenuis, atq; exigua sit. Maximæ inter membranas duæ sunt illæ, quibus cerebrum opertum munitur: altera supra adhæret ossi, quæ firmior, & crassior est: altera infra contigua cerebro. mox quę operit cor, magna habetur. Præcisa membrana ipsa syncera non coit: & ossa suis dispoliata membranis syderantur. K

De omento. Cap. 14.

OMentum quoq; non nisi membrana est: quod oīa habent, quę sanguine nō carent, sed alia pingue, alia macilentum. Oritur id, & depēdet in I. ijs, quę animal generant: eadēq; dentata parte vtraq; sunt, à medio ventre, qua veluti quædam futura ducitur. nec secus in ijs, q̄ altero dentium ordine carent, a maiore ventre dependet.

De uesica, & quomodo generentur calculi. Cap. 15.

VEsica etiam membrana est: sed genus id aliud mēbranæ est: quippe quod tendi ingenue possit. Non omnibus data vesica ē, sed ijs tm̄, quæ animal gignunt. ouipari autem M generis nulli, præter testudinē, data est. Nec vesica præcisa coire potest, nisi ad ipsum exordiū suæ cerui cis. quanquā non ignoro ita aliquādo cōtigisse, vt vulnerata vesica solidescceret. sed quod admodum raro cōtingit, parum id obseruandum cēseo. Defunctis nihil humoris in vesicam transmittitur. At viuis non solum humor, sed etiā sicca quædam concrementa descendunt, ex quibus calculi conficiantur.

Iam

A Iam nonnullis talia in vesica cō stiterunt, quæ nihilo differre à conchylijs viderentur. Ergo de venis, neruis, fibris, cute, membranis, atq; etiam de pilis, vngui bus, vngulis, cornibus, dētibus, rostro, cartilagine, ossibus, eorumq; proportionalibus statuē dum ad hunc modum est.

De carne. Cap. 16.

CAro autem hæc, & quod carni simile, in genere sanB guineo, est omnibus inter cutem, & ossa, aut quæ ossium proportione continentur. Vt.n. se habet spina ad os, ita carnis ę. mulum illud ad carnem. Diuisibilis vndiq; caro est, nec venarum, aut neruorum more in longum secari tantum idonea. Abo letur, & in venas, fibras q; trāsit, quoties animal extenuatur, & gracilescit. Vertitur item in pingue, quoties pabuli copia suppetit. Quibus multum est carnis, C ijs venæ arctiores, & sanguis rubentior, & vēter, ac viscera parua. Quibus parum, ijs venæ ampliores, sanguis atrior, viscera maiora, & venter auctior. Pinguescunt intra carnem, quibus paruus est venter.

De adipe, & sebo: & quæ animalia adipe, quæ sebo pinguescant. Cap. 17.

Adeps, & sebū quid differant.

ADeps autem, & sebū differunt inter se, cum sebū fragile vsquequaq; sit, & cum refrixit, concrescat: adeps liquidus sit, minimeq; aptus durari. Iura enim sebo opimorum concrescunt, vt ouis, vt capræ. D Adipe pinguium liquida resistunt frigori: vt equi, vt suis. Locis etiam discrepāt. adeps enim inter carnem, cutem q; solet consistere: sebum in fine carnis semper est. Omentum quoq; adipe pinguescētibus adipeum est, sebo obesis sebale. Quę parte vtra que dentata sunt, adipe pinguescunt: quæ vna, sebo. Iecur è visceribus adipeum nonnullis cōsistit, vt inter aquatilia cartilagineis: quorum iecinoribus colliquatis oleum facimus. ipsa tamen cartilaginea nullo discreto E adipe carni, ventrive adhærente pinguescunt. Piscium sebum adipem præ se fert, nec concrescere solet. Animalia quęuis aut intra carnē, aut seorsum pinguescunt. E quibus autē pinguescentium, pinguiu sculū est, velut suis: sic sebo obesorum squalidiusculum sentitur, vt ouis. Renes ex visceribus maxime pinguescūt: verum dexter minus semper, quām finisster, & quamuis vehementer fuerint pingues, tamen aliquid semper medijs deest. Quæ sebo pinguescunt, magis q̄ quæ adipe ī renibus opimādis luxuriāt, ac oīum præcipuæ oues, quip-

Renes cętetis visceribus pinguiores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pe quę renibus pingui vndique obductis intereant, qđ' vbertate pabuli fit, vt in Sicilia agro Leõtino fieri constat. Quocirca sero diei agere oues ad pascua pasto res loci illius solẽt, quo minus capiant pabuli.

Pupillæ omnibus animantibus easdem esse. Cap. 18.

OMnium vero aĩalium cõmune pupillæ institutio est, oĩbus. n. quę partem hanc possident, nec duris oculis sunt, sebo constat. Minus esse fœ
H cunda, quę adipe pinguescunt, siue mares, siue fœminę, notum est. Oĩa ętate prouecta potius, quàm nouella pinguescunt: sed præcipue, cum iam suę longitudinis ac latitudinis modum adepta, augeri ĩ profundũ incipiũt.

Sanguinem omnibus & communem, & necessarium eẽ animantibus sanguineis: deq; sanguinum varietate. Cap. 19.

SAnguis in primis necessarius, cõisq; sanguineis omnibus aĩalibus est: nec aduẽ
I titius suppetit, sed vernaculus, atq; intimus in oĩbus integris atque imputidis habetur. Venas hic vasa sibi, & cõceptacula habet: nec ĩ vllo alio, nisi in corde, p̃ter venas continetur. Tactum nullo in genere sentit: sicut excrementa quoq; in aluo contenta sensu carere certum est. Quinetiam cerebrum, & medulla tactum non sentiunt. Effluit sanguis, quamcunq; partẽ incideris carnis viuę, ac incorruptę. Si sanguis integer est, rubet, & dul

Integri sãguinis notę.

cis saporis est: sed, si vel natura, K
vel morbo sit vitiatus, atrior cernit: nec vero admodũ crassus, aut admodũ tenuis est, qui optimo habitu cõstet. Humidus, & calidus semper est, quandiu in corpore animalis continet: at, vbi effluxerit, concrescit oĩum, prętquã ceruorũ, & damarũ, & si quid aliud natura eiusmodi sit. Itaq; cęterorum omnium sanguis spissari solet, nisi fibrę, quibus refertus est, eximantur. sed celerrime omnium sanguis L
taurorum coit, durescitq;. Copia sanguinis in primis animalibus ĩs, quę animal et intra se formant, & in lucem ędunt: mox ĩs sanguineis, quę pariunt oua. Quę autem vel natura, vel arte bono habitu sunt, ĩs nec multũ admodum sanguinis est, velut ĩs, quę per aliquam potionem recentem sanguine exundant: nec parum, velut ĩs, quę nimiũ sunt obesa. quippe cum præpinguia omnia sanguinem, quamuis purum, tñ paucum habeãt: & quò plus pinguedinis, eò mi- M
nus possideãt sanguinis. pingue .n. omne exangue est. Obesa itẽ sanguinem habẽt imputidum, quanquã sanguis, & quę sanguinea sunt, facile putrent: ac præcipue quæ ad ossa propius applicantur. Homini sanguis tenuissimus ac mundissimus: tauro, & asino inter ea, quę animal generant, crassissimus & niger rimus: parte etiã inferiore crassior et atrior est, quã superiore:

Palpitat

A Palpitat ĩtra venas sanguis omnium animaliũ, pulsuq; simul vndique mouetur: solusq; omnium humorum sparsus per totum corpus animalium est. Et semper, quandiu vita seruatur, sanguis vnus animatur, & feruet. Oritur primum in corde, antequam totum corpus formet. Si multum sanguinis effluat, anima deficit: si nimium, vita interit. Si sanguis immodice hũescit, morbus infestat: sic enim in speciem sanici diluitur, & adeo
B fœtescit, vt iam nonnulli sudore cruento *exundarint. Idem etiã interdum causæ est, vt qui effluxerit, aut omnino concrescere nequeat, aut incompte, particulatimq; spissetur. Dormientibus porrò sanguinis copia partes exteriores deserit, subitq; interiores, ita vt adacto cultello non æque effluere possit. Fit per cõcoctionem ex sanie sanguis, ex sanguine adeps. Vitiato, excrescentq; sanguine, profluuium vel è naribus, vel per infera marisci
C mouetur, aut varices fiunt. Idẽ putrescens pus redditur, quo demum concalescente porus idest tofus lapis consistit. Fœminis sanguis nigrior & crassior, quã maribus est, dummodo cætera adsint pariter, quæ vel ab ætate, vel a sanitate proficiscantur. & minꝰ sanguinis per summa corporis fœminarum est: plus enĩ parte interiore continetur. Sed omnium fœminarum maxime mulier sanguine abundat. Et q̃ menstrua appellamus, plurima D
fieri in mulieribus solent: quod genus sanguinis vitiatum, ęgro tansq; fluit immodice, atq; profluuium ob eam rem dictũ est. Cæteris morbis sanguinis minꝰ mulieres infestantur, q̃ viri, paucis item mulieribus fiunt marisc æ, aut varices, aut è naribꝰ profusio sanguinis. &, si quid eorũ acciderit, detrimentum in menstrua decumbit. Aetatum etiã ratione sanguis discrimen, tum in modo, tum in genere recipit, E
etenim in ætate admodum iuueni li saniem trahit, & largior est: in senectute autẽ crassus, niger, & paucus. medium tenet in media, firmaq; ætate. Concrescit ẽt facile senum vel in corpore sanguis, qui per summa est: quod idem nunquam iuuenibus euenit. Sanies sanguis incoctus est: aut quia concoctus nõdum est, aut quia in serũ degenerauerit,

Menstrua sanguis nota.

*exudarint

Sanies.

Symptomata corrupti sanguinis.

De medullis, lacte, sero, & caseo. Cap. 20.

MEdullæ rationem ĩs adF
dere debemus: nam ea quoq; humidis annũeranda generibus in nõnullis sanguineis animalibus est. Omnia vero, quæ suapte natura humida in corpore sunt, conceptaculis quibusdam tanquã vasculis continẽtur: vt sanguis in venis, medulla in ossibus: alia in membranis, aut cutibus, aut ventribus. Nouellis adhuc animalibꝰ medulla cruẽta admodum est: Medullæ dira q̃ ex ætate est.
ætate prouectis, vt adipe pingue

scen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fcentibus, adipem trahit: sic sebo deputatis generibus sebum præfefert. Sed, quanquam medulla nō nisi inclusa ossibus est, tamen non ossa omnia medullā intra se cōtinent, sed ea tantum, quæ caua habentur: tametsi ne ipsa quidem omnia continent. Ossa enim leonis partim nullā, parrim admodum exiguam habent: quamobrem nullam omnino medullam leones habere nonnulli putarunt, vt dictū est.

H In suillis etiam ossibus min⁹ medullæ est, & nonnullis omnino deest. Hæc ferè semper ī animalibus natiua, & congenita hūidi genera habentur. Adnata autem posteriora q̄ fit Lac, & Genitura: quorum alterum non eodem modo in omnibus est, sed quibusdam pro genitura thor⁹ genitale virus sui generis habeſ, vt piscibus. Quæ vero lac habēt omnia, mammis id continent.

Lac, & Genitura.

Quib⁹mã mæ.

Mammæ autem datæ ĩs sunt, q̄ animal & intra se concipiunt, &

I in lucem ædunt: vt ea, quæ pilis integunt, velut homo, & equus. Cetę etiam ī aquatili genere, vt delphinus, vitulus marinus, balena. hęc enim mammas habēt, & lac. At ea, quæ oua pariunt, aut ouo intus concepto, animal post in lucem excludunt, hęc & mammis carent, & lacte: vt pisces, vt aues. Genus autem vnūquodq̄ lactis habet tum saniē dilutam, quod Serum vocam⁹: tum corpulentum quiddā, qui Caseus dicitur. Plus casei lac illud habere videmus, quod crassius est. Coit lac eorum, quę nō vtrinq; dentata sunt. quapropter caseus ex ĩjs fit, quæ inter vrbana, dentium ordine carent superiore. eorum autem, quæ vtrinq; dentata sunt, lac coire nō potest, sicut nec pīgue, & tenue, dulceq; est. Tenuissimum cameli est, mox equæ, tum asinæ, crassissimum bubulum est. Nullum lac coit frigore, sed serum poti⁹ trahit. igne nimirum omne spissatur, & crassescit. Nulli fere animalium lac fieri solet, antequā

K

L

vterum ferat: nec, dum ferunt, vtile omne est, sed primum, nouissimum q̄ inutile. Non prægnātibus aliquando, sed raro, edulĩs quibusdam efficitur vt lacte scant. etiam quibusdam mulieribus natu maiorib⁹ fuctu frequētiore lac prodĩt, & copia tanta, vt infantem enutrire potuerint. Vbera etiam caprarum, quę coitum non patiūtur, pastores mōtis Oetæ vrtica perfrificant vehementer, vt dolorem infligāt. ita q̄ primum cruentum humorem eliciunt, mox purulentum, postremo lac nō minus, quā ex ĩjs, quæ venerem patiantur. Maribus magna ex parte, nec best ĩjs, nec hominibus gignitur lac. fieri tñ potest, vt aliquibus interdum gignatur. nam & in Lemno insula capro ex mãmis, quas geminas iuxta genitale gerit, tãtum lactis emulgebatur, vt colostra inde conficerent. quod idē etiam proli masculæ capri illius eue-

M

A euenisse accepim⁹. Sed hæc ostēntis annumeranda potius ducūt. nam & Lemnio illi pecoris domino consulenti Deus amplius incrementum peculĩ futurum respōdit. Viris post pubem exiguum nonnullis exprimitur: verūtamen per fuctum frequentiorem, vel multum prodisse aliquibus, traditum est. Lacti inest pinguedo, quæ etiam concreto oleum prope trahit. Caprinum lac miscere cum ouillo Siculi, &

B quibuscunq; fit copia caprini, consueuerunt. Coit, spissaturq; potissimū, non modo quod plurimum habet caseum, verum etiam quod squalidiorē. lactis copia quibusdam maior, quam ad fœtus alendos satis sit. Commodum ad conficiendum, reponendumq; caseum præcipue otillum, caprinumq; est: mox bubulum: equinum, ac asinī nū miscent ad phrygium caseum conficiēdum. Bubulum fertilius caseo est, quam caprinum. cum. n. ex amphora lactis caprini for-

C magines obolæ vndeuiginti cōficiantur, bubulum eadem mēsura triginta facit, vt pastores cōfirmant. quibusdam quātum satis ad fœtum sit, tantum gignit: nec vlla copia, aut ad reponendū cōmoditas suppetit: vt quibus mammæ plures, quam binæ. nulli enim in eo genere lac, vel copiosum, vel caseo vtile. Cogitur lac succo ficulno, & coagulo. Succus lana exceptus pauxillo lacte abluitur: quod iniectum lactis copiam densat, D atq; coloſtrat.

De coagulo, & pabuli genere, quod lactis copiam extinguat, quodq; idem augeat. Cap. 21.

COagulum, lactis substantia est: quippe quod in eorum ventriculo, quæ adhuc lactēt, contineatur. Est ergo coagulum lac, ignem habens intra sese, quod, cum animalis tepore concoqueretur, caseum traxerit. Habēt coagulum omnia ruminantia: & inter dentata vtrinq; lepus. Quō vetustius coa- E gulum est, eo præstantius. tale profluuio alui mederi præcipue potest: atq; etiam quod leporis est. sed laudatissimum hinnuli. Plus minusve emulgeri, discrimen aut pabuli, aut magnitudinis animalium efficit. Nam pusillæ buculæ, quas Phasiana regio fert, singulæ abunde beneficio pabuli mulgentur, & Epiro

In Epiro p̄cipuæ magnitudis quadrupedes.

ticæ, vaccæ præ sua p̄cipua magnitudīe amphoras singulas sin- F gulæ implent lactis, mensuræq; eius dimidium mammis duab⁹ præstant. erectus, qui mulget, aut paululum se inclinat: quoniā sedendo vbera contingere nequeat. Cęteras etiam quadrupedes magnas terra eadem Epirus gignit, excepto asino: sed præcipue boues, & canes. Pastu opus est grandibus largiore: quē terram illam abunde præbere, & loca singulis anni temporibus accommodata habere certum est, Boues igitur egregia magnitudine

G tudine ibi sunt: atq; etiam oues Pyrrhicæ, a Pyrrho rege ita cognominatæ. Pabuli genus aliud copiam lactis extinguit: vt medica herba, & præcipue ruminantibus. aliud auget: vt cytisus, vt eruum. Sed cytisus, dum floret, incommodus est: vrit enim tantisper, atque extinguit. Eruum prægnantibus non prodest: facit enim partum difficiliorem omnino. Quę in quadrupedum genere sunt edaciora, eadem vt ad posslidendum meliora, ita ad lactis etiam copiam esse fœcundiora, videlicet dum alimenti copiam habeāt, planum est. Nonnulla etiam flatuosa, pastu exhibita copiam efficiunt lactis: vt fabæ largius datæ ouibus, capris, bubus, capellis: faciunt enim vt vbera demittantur. Indicium autem futuræ copię lactis, cum ante partum vbera spectāt deorsum. Edurat diu lac omnibus, si non coeant, nec I pastu careant copioso. sed omnium maxime quadrupedum, ouibus: quippe quibus mulctra mensium octo spatio continuetur. Denique ruminantibus lac & copiosius, & caseo vtilius emulgetur. Boues circa Toronā paucis ante partum diebus lacte carent, reliquo tempore habent perpetuo. Mulierum lac commodius lactentibus est, qđ liuorem trahit, quàm quod candidum est. & fuscæ salubrius habent, quàm candidæ. Est porrò ad alendum validius, in quo K plus casei est: sed infantibus salubrius, qđ minus casei cōtrahat.

Fabarū cibo lac augeri.

De semine genitali, & eius natura. Cap. 22.

SEmen genitale omnia emittunt, quæ habent sanguinem. Quid, & quemadmodum conferat hoc ad generationem suo loco dicetur. plurimū vero proportione corporis homo emittit. Pilos habentium semen lentum est: cæterorum nullam habet lētitiam. Album omL nium est. nec audiendus Herodotus, qui Aethiopes genituram colore nigro promere scripserat. Exit profecto semen hoc genitale, album, & crassum, si integrum est: sed foris tenue totum redditur, & nigrum. Numquam id gelu concrescit: imò admodum extenuatur, & aquæ tum colorem, tum etiam substantiam trahit: calore autem coit, & crassescit. & quod de vulua effluxerit, aliquandiu in M ea iam immoratum, id crassius prodit. nonnunquam etiam siccum, contortumq;. Delabitur in aqua, quod fœcundum est, atq; subsidit: quod autem infœcundum est, diffunditur, atque exolescit. Falsum etiam est, quod Ctesias de genitura elephantorum scripsit reliquit.

Aristo.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM. LIBER QVARTVS.

De animalibus, quæ sanguine carent, quatuorq; eorum generibus, præcipueq; de mollibus. Cap. 1.

DE partibus animalium habentium sanguinem, quas cōmunes, quasve proprias singula habent genera: atque etiam de ijs, B quas similares, dissimilaresq; appellauimus: deniq; de omnib⁹, tam interioribus, quam exterioribus partibus, dictum iam est. nunc ordinem animalium, quæ sanguine carent, persequemur. Genera in hoc ordine plura sūt. Primum, quæ mollia appellauimus, hoc est quæ sanguine carēt, & foris carne molli obducta, solidum intus, modo sanguinei generis continent: quale sepia est. C Secundum, quæ crustis tenuib⁹ operiuntur, hoc est quæ partem solidam foris, mollem, carnosamq; intus continent: durum illud eorum tegmen, non fragile, sed collisile est: quale cācrorum genus, & locustarum. Tertium, quæ filicea testa cōclusa muniūtur, hoc est quibus pars carnea intꝰ, solida foris, fragilis, atq; ruptilis, non collisilis: quale genus concharum, & ostrearum est. Quartum insecta omnia. quod quidem genus multas, & varias complectitur species animaliū. D Sunt porrò insecta, quæ, vt nomen ipsum declarat, incisuras parte sui vel supina, vel prona, vel etiam vtraq; habent, nec osseum quicq; discretum, aut carneum, sed quiddam inter hæc ipsa medium continent: quippe q̄ corpore pariter intus, foris q; duro constent. Sunt alia impennata, vt iuli, vt centipedæ: alia pennata, vt apes, vespæ, scarabęi: alia vtroq; modo, vt formicę. est enim pars formicarum pennata, pars impennis, quod idē vel E in ijs, quas cicindelas vocant, licet contemplari. Partes eorum, quæ mollia nominauimus, exteriores, pedes vulgari nomine, si ue brachia: & ijs continuum caput: tum alueus siue sinus continens interiora, quē pinnulæ ambiunt in orbem. caput eum non nulli minus recte appellarunt. Euenit in mollibus sane omnibus, vt caput inter pedes, & ventrem habeatur. Brachia tergo octona omnibus binis acetabulo F rum ordinibus, ductu perpetuo omnibus, excepto genere vno polyporum. Sepię, Iolligenes, & Iollij peculiares binas fortiūtur promuscides longas, acetabulo parte extima bino asperiuscu las, quibus capiūt, & ad ora ad mouent cibos. ijs etiam, quoties tempestates vrgent, ad saxa aliqua adhærentes se veluti anchoris iactis stabiliunt. pinnulis autem, quibus alueum circundari diximus, natant. Polypus ergo

Partes mollium exteriores.

Alamūdgna, q̄ sanguine carent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G luis brachijs, vt pedib⁹ ac manibus vtiſ: qppe q duob⁹ ſupra os poſitis cibū admoueat. Vltio vero qđ & acuti⁹, & ſolū albicās ē, & pte ſui extrema biſurcatū, dorſoq; adnexum (dorſum aūt ptē ſquē appellāt, à qua acetabulorum ordo inchoatur) hoc vltimo, inquam, brachio ī coitu vtitur. Fiſtulam idem ante alueum poſitam ſupra brachia gerit cauam, qua mare tranſmittit, quā tum ſuo admiſerit alueo, quoties aliquid ore capit: eamq; mo H do in dexteram partē transfert, modo in ſiniſtram. hac eadem fiſtula ſuum quoq; atramentū fundere aſſolet. Natat obliqu⁹, pedes in eam porrigēs partem, quod capitis nomine appellatū eſt. atq; ita efficitur, vt, cum natat, proſpiciat in aduerſum (nā oculi ſupra ſunt conſtituti) & os habeat ex aduerſo. Caput illud polypis quādiu viuunt prædurum, & quaſi inflatum eſt. Tangunt, ac tenent brachijs ſupinis, membranamq; interiectam totam extendunt. in arenam tamē I elapſis facultas apprehendendi, retinendiq; nulla eſt. Differunt polypi a cæteris, quæ modo enumeraui, mollibus, eò q̄ alue⁹ polyporum paruus, & crura p̄longa: cæteris è diuerſo, alueus amplus, crura breuia, ita vt poteſtas nulla ſit ingrediendi. Ipſa autem inter ſe diſcrepant, quatenus lolligo lōgior, ſepia latior eſt. Lolligine vero longe grandior, qui lollius nominatur: quippe qui vel in cubita quīq; excre K ſcat. Sepias quoq; aliquas in bina augeri cubita notum eſt. Brachia etiam polyporum tantundem, atq; etiam plus magnitudinis capiunt. Sed lolliorum genus puſillum admodum eſt, & facie quoq; a lolligine diſſidēs. pars enim lollij, quæ exit in acutum, latior eſt. Pinnulæ etiā circundantes illæ totum in lollio alueum ambiunt, cum in lolligine partem aliquam relinquant. Pelagius tamen lollius nō alio modo, quām lolligo cōſiſtit. Caput L omnibus iter crura, quæ & brachia, & barbæ, & cirri appellantur. Eius pars oris habitus eſt, in quo dentes duo, ſupra quos oculi totidem grandiuſculi, quibus diſcrimen exigua quædam præſtat cartilago continens cerebellum. Ineſt etiam in ore caro quę dam exigua, qua vice linguæ vtuntur. lingua enim nullis hoc ī genere data eſt. Alueus a capite amplioris capacitatis propēſus, cuius caro fiſſilis eſt, verum nō M per directum, ſed in orbem, cuteq; omnibus intecta eſt. Os gula excipit anguſta, & lōga. quā guttur ſequitur ampliuſculum, neq; abſimile auibus. cui iungit venter, tanquam omaſum, facie clauiculæ buccinorum. Inteſtinum ab eo tenue, partem repetens ſuperiorem ad os fertur, qđ laxius, quām gula eſt. Viſcera mollium nullis: ſed habent quā mutem appellant, atrumq; illū humorem, cui nomen Atramentū,

polypi q̄d diſcrepāt ab alijs mollibus.

Q̄ñ mollia ſuum atramētū effundāt.

A tum, quod plurimum in ſepia eſt. Effundunt ſuum id atramentum omnia metu perculſa, ſed præcipue ſepia. Mutis ergo ſub ore eſt, & gula per eam tendit. At vero atramentum infra continetur, quā īteſtinum petere incipit ſuperiora: foramenq; ſuum eadem obuolutum habet membrana, qua inteſtinum. atq; idē meatus emittendi atramenti, ex erementiq; eſt. Capillamenta etiam quædam ī corpore omniū habentur. Sepiæ, lolligini, & lol B lio partes duræ, ac ſolidæ intus per dorſum, & corporis prona continentur, quas nō eodem appellant nomine: ſed quod inſertum ſepijs eſt, ſepium vocant, quod lolliginib⁹, id gladiolum. Differūt enim, quod ſepium robuſtum, latumq; eſt, inter ſpinā & os mediam præſeferens naturam, fungoſam intra ſe complectens, & friabilem corpulentiā. Gladiolus arctior, & cartilaginoſior eſt. forma etiā diſcrepat, videlicet pro alueorum modo, C quibus ipſe inſertus continetur. Polypus nihil ſolidum ītus, ſed caput cartilagine prope cōſtat, quæ ſenescentibus maiorem in modum indurescit. Differūt fœminæ a maribus, quia in mare meatus ille ſubditus gulę a cerebello in ima aluei pertēdit, idq; ipſum, ad quod fertur, ſpeciem mammæ imitatur. In fœmina duplex idem illud, ſupraq; habetur. vtroq; tamen in ſexu corpuſcula quædā rubentia parti ciuſ

B Ouum polypi.

modi ſubiuncta ſpectantur. Ouum polypivnum incomptum foris, & grāde, intus humorem candicantem concolorem totū, atq; æquabilem continens. Tāta eſt eius oui vbertas, vt vas impleat amplius capite polypi ipſius. Sepię alueus bipartitus eſt, oua candicantia grandini ſimilia complectens permulta. Sed quiſnam ſitus ſingularum, quas enumerauimus, partium ſit, ex deſcriptione diſlectionum contemplare. Cum vero mares in E hoc genere a fœminis differunt, tum vel maxime ſepiæ id probant. Mas. n. pna ſui corporis nigriora ſupinis potius, partesq; oēs aſperiores hēt q̄ fœmina, & lineis interuenientibus varias: caudam etiam acutiorē. Sed polyporū gña plura ſunt. eſt. n. qđ & conſpectius, & maximū eſt, cuius terreni maiores q̄ pelagñ ſunt, & quod corpore exiguo, varioq; eſt, cibo ineptū. & qđ eledonam vocant, crurum prolixitate diuerſum. & quod vnū ex mollium numero ſimplicē F acetabulorum ordinem agat: cętera nanq; omnia duplici calicu lantur. Ad hæc quod alū bolitæ nam, alij oſſolem appellāt. Duo item viſuntur genera conchis ſin dita, quorū alterum nautam ali qui vocant, alterum pompilū, ſi ue ouum polypi. teſta ñs, vt pectunculis, concaua, ſimplex tū, nec ita deſtinata, vt ei inhæreāt. ſępius ñ iuxtā terrā paſcunt: vnde euenit, vt fluctibus iactati in

polyporū gña plia.

plin. nauſilū. & pōpilū deūdē facit.

ari-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caridam elidantur, & testa dilapsa nudi capiãtur, aut in terra anima extinguantur. constant exiguo corpore, facie similes bolinis. Est etiã qui cochlearũ more filiceo tegmine ita muniatur, vt nũquam egredi soleat, suaq; interdum brachia exerat. Sed de generibus mollium satis dictũ iam est.

De animalibus, quæ crusta integuntur.

Cap. 2.

H Crusta autem intectorum genus primũ locusta: cui proximum genus alterũ est, quem gammarum vocant. Differt is a locusta brachijs, q denticulatis forcipibus protendit: atq; etiam quibusdam alijs discriminibus, quanquam non multis. Tertiũ genus squilla est. Cancrorũ genꝰ multiplex. Quartum cancer. quorum sane plura habentur genera. Squillarum enim genere continẽt gibbę, crangines, & paruæ, quę maiores nunquã effici possunt. Cãcrorum etiam genus multiplex I est, nec facile enumerandũ. Maximum, quas maias appellant. Secundum paguri, & quos heracleoticos vocant. Tertium fluuiales. cæteri minutiores, & nullis pene nominibꝰ annotati. Genus cancrorum littorale Phœnice fert, tantæ velocitatis, vt vix consequi sit: vnde hippeas, hoc est equites illos appellarunt. ijs nihil fere intus propter inopiã pabuli. Genus itẽ aliud est, qđ magnitudine cancrum non excedat, facie gãmaris simile, sed ijs omnibꝰ, vt ante dixi, pars dura, & testacea foris pro cute est, mollis & carnea intꝰ. supina corporis planiora, & tabellatiora sunt, quibus & oua deponunt, cum pariunt. Pedes locustis vtroq; ex latere quini, vltimis annumeratis, qui in forcipem exeunt denticulatum. Cãcris etiã omnes deni cum forcipibꝰ sunt. Squillarum generi, quas gibbas vocamus, quini vtriq; situ, quo cęteris, quorum proximi capiti acutiores: & quini vtrinq; alij ventri subiuncti, quorum extrema latiuscula sũt. tabellæ ijs nullæ parte supina: prona similis locustarum est. cancris è diuerso: quippe quibus primi vtrinque quaterni, tum terni alij, ordinẽ eodem modo explentes. reliqua bona pars corporis pedibus caret. Flectuntur omnium crura ĩ obliquum, sicut & insectorum. Brachia forcipata quibus sunt, introrsum se flectunt. Locustis & cauda est, & pinnæ quinæ assunt. Squillis etiam gibbis cauda, & pinnæ quaternę. Crangonis quoq; lateri caudæ vtrinq; pinnę adnexę sunt: quarum pinnarum media vtroq; in genere spinulis horrent. verum in crangine latiora, in gibbis acutiora sunt. Cancris ex crustaceis solis cauda deest, & corpus rotundũ est, cum locustis, squillisq; longum sit. Differt mas locusta à fę-
mina, q̃ fœminę primus pes duplex, mari simplex. Pinnæ etiã
parti supinæ adnexę, fœminæ ma-

A maiores, & quę collo proximæ sunt, minores habẽtur. mari omnes æque minores, nec vsquam per diminutionem dissimiles. Adhæc mari in nouissimis cruribus, velut calcaria maiuscula p̃minent acuta, quæ fœmina parua habet, & læuiora. vtriq; tamen cornua ante oculos bina, & longa, & aspera, quibus alia minuta, & leuiora cornicula subiacent. Oculi ijs omnibus duri, & apti tum intro, tum foras, tũ etiã in obliquum moueri: quaB les etiam sunt parti plurimę cãcrorum, imo vero mobiliores. Gammaro color, quod ex toto dixerim, nitet: nigrisq; maculis dispersis euariat. Pedes inferiores ad grandes vsq; dispositi octo. tum grandes ipsi longe maiores, extremaq; parte latiores, quàm locustæ habentur, sed nõ specie eadem. dexter enim suũ extremum latum, & oblõgum, & tenue habet: sinister crassum, & rotundum: vterq; tamen scissus in extremo, perinde vt maC xilla, tam infra quàm supra dentatus est. Vertũ dexter pusillos, serratosq; dentes continet oẽs: lęuus primos serratos, intimos velut maxillares, scilicet parte inferiore quatuor, & continuos: supiore tres nõ cõtinuos. Vterq; tamẽ partem mouet superiorẽ, ad inferioremq; astringit. Blæsus item vterq; situ inferiore tãquam nati ad capiendum, præmendumq;. Duo supra eos grãdes habẽtur: alij hirtiusculi, pau-

Gammarus.

D lo ab ore inferiores. mox branchiæ os circundant, non sine hirsutia frequẽtes, quas assidue mouet. Flectit, atque in os adducit duos illos hirtiusculos pedes. surculi etiam graciles geruntur a pedibus, qui ori proximi habentur. Dẽtes huic quoq; duo, vt locustæ, supra quos cornua breuiora, tenuioraq;, quàm locustæ. Quatuor item alia adsunt cornua, specie quidem duobus illis similia: sed tenuiora, & breuiora. super hęc oculi constituti sunt parui, crassiusculi, nõ vt loE custæ, maiusculi. frõs quasi quædam acuta, & aspera supra oculos extat, latior quàm locustæ. Deniq; facies acutior, & pectꝰ latius, quàm locustæ, totumq; corpus mollius, & carnosius. Pedum autem octo numero pars scissa in extremo bifurcatur, ps desinit indiuisa. quatuor enĩ bifurces sunt, reliqui quatuor simplices ex toto pertẽdunt. Quod autem collum appellant, quiq; partiũ foris est: & sextum latius illud fitũ loco nouissimo habeF, tabellis cõtinuatum quinq;. interiora vero, in qb⁹ fœmię prius pariũt, q̃ fœtũ ædãt, hirtiuscula q̃dã quatuor cõtinent, qbus singulis spinæ singulæ breues, arrectæq; eminẽt ad exteriora. Pectꝰ, corpusq; totũ læue ẽ, nõ more locustarũ aculeatũ, & asperũ. Verũ in pedibꝰ magnis aculeos ptes exteriores maiores esse manifestũ est. Fœminam hoc ĩ gñe nullũ discrimẽ à mari distinguit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nã & mari, & fœminæ forceps alteruter grandior more incerto est: parem vero vtrunq; neuter vnquam habere visus ē. mares omnia ei⁹ generis ore excipiūt. Sed cancri parte oris exigua adducta respuunt: locustæ suas ad branchias transmittunt, quas ipsę plures, quàm cętera habent: communis enim omnibus brāchiarum adnexus est. Dētes oībus bini. locustis enim duo primores: & in ore caruncula quædam constituta pro lingua est.
H Tum vēter os protinus excipit, præterquam locustis: ijs enim gula ante ventrem exigua. Mox a ventre intestinum: quod locustis, & squillis, & gammaris recta in caudam finit, qua excrementa emittunt, & oua pariunt. Cancris autem, qua applicatū illud operculum geritur, medio applicaminis ipsius: verum ijs quoq; parte exteriore, qua oua pariunt, desinit. Fœminis item huius generis locus ouis deputa
I tus iuxta intestinum oībus est. Et quam Mutem, siue Papauer appellarūt, amplius, parciusve habēt hæc omnia genera. Discrimina propria contemplari ī singulis congruum est. Locustis igitur, vt modo dixi, dētes bini maiusculi, & venter, quo humor similis muti continetur. caruncula etiam inter dentes linguæ representans effigiem: & gula ab ore breuis, quam venter mēbraneus excipit: cuius ostio tres dēticuli inhærent: duo aduersi, reliquus infra. intestinum vero a vē K tris latere simplex pari crassamēto ad excrementi vsq; ostiū fertur. Hæc locustæ, & gammari, & cancri fortiuntur. Sed locustis meatus quoq;, a pectore pēdens, ad excrementi exitum pertinet: qui fœminis pro vulua est, maribus genitalis seminis receptaculum sufficit. meat⁹ hic iuxta cauum carnis continetur, ita vt media caro interiaceat: intestinum enim deuexum pertingit: meatus vero cauo applicat. L nec secus, quàm in quadrupedū genere hæc habentur. Nulla maris meatum, ac fœminæ dīia distinguit: quippe cum vterq; tenuis sit, & albidus, & humorem intra se continens pallentem: vterq; etiam ex pectore pendet. Squillas ēt ouum, clauiculasq; similem in modum habere certum est. Maribus sanè prę fœminis propria in pectoris carne bina quædā candicantia constāt, discreta a cæteris partibus colore, formaq; ,pmuscidi sepiarū, p M xima: verū hæc torta ī vertiginē mor buccinorū papa ueris, quorū origo ab acetabulis, q̄ subdita: pedib⁹ nouissimis ordinanē. Caro in ijs quoq; est colore sanguinis rubra, & tactu lēto, nec similis carni. ab hoc, pectori anfractus alter strue buccinea, crassitudine lineæ sese porrigit: sub quo duo quædā arenæ cōditioi similia, semini genitali accōmodata, intestino adnectunt. hæc mare. Fœmina aūt ouū rubidū pa-

A parit, membranaq; obuolutum prætenui, ventri, lateriq; vtriq; intestini annexum, atq; ad carnem vsq; adhærens. Partes has habent interiores, atque exteriores.

De partibus animantium crusta intectorum, quibusve cum ijs, quæ sanguinem habent, conueniant.
Cap. 3

Sed, cum animalia quæque sanguinea partes tum interiores, tū ēt exteriores, suis quasq; appellatas nominib⁹ habeant, genus, qd̄ sanguine caret, pluribus vacat. lā. n. viscera, quę cuiq; sanguineo insunt oīa, nullī exangue qd̄ habeat, nou im⁹: sed cōes gñi vtriq; partes, gula, venter, intestinum. Cancris aūt forcipes, pedesq; haberi, & ij quales essent, dictū iam est. omnibus vero magna ex parte grādior, ac validior forceps dexter, quam læuus est. Quinetiam de oculis diximus, visum parti plurimæ esse in obliquum. Alueus
C vero totius corporis indiscret⁹ est: nec. n. caput distinctum, nec aliud quicquam. Oculi non eodem situ omnibus positi, sed alijs ē latere supra *continuo sub prono, amplo distātes discrimine: alijs in medio breui discrimine, vt heracleoticis, aut maȳs. Os oculis subditum, in quo dētes duo, vt locustis: verum nō rotundi, sed longi. Tegmina dētes operiunt duo, inter quæ talia interiacent quædam, qualia locustarum dentibus adnecti expo-

B Quæ gtes gñis sanguinei, & exanguis cōmunes

*Iuxta cōtinuo, & nullo medio

sui. Humorē igitur ore accipit, D regmimbus illis depellēdo: emittitq; meatu oris superiore, obductis meatibus, quā interfluxit. Duplex ille meatus sub oculis ē. Quoties ergo aquā acceperit, vtroq; tegumēto os obturat, atq; ita respuit humorem. Gula post dentes breuis admodum est, ita vt ptinus venter os excipere videat. Venter bisulcus gulæ subiungitur, cuius ex medio intestinum simplex, & tenue ,pcedit, qd̄ sub applicato exteriore operculo desinit, vt dictū est. Qd̄ aūt E inter tegumenta interiacet, huius, sicuti locustarum, dētib⁹ adnectitur. Humor intus in alueo pallidus, & mīnutā quędam ob longa, albida continentur. ruffa ēt alia maculis dispersis. Differt a fœmina mas, magnitudīe, crassitudine, & operculo: id. n. amplius in fœmina est, & distātius, & hirsutius, & opacius, quale ēt fœminæ locustarum fortiūtur. Partes crusta intecti generis ita se habent.

F

De animalibus, quæ testa integuntur, eorumq; inter se differentijs.
Cap. 4.

Caro intectorum testa.

Quæ vero testa operiuntur animalia, vt vmbilici, cochleæ, purpuræ, & omnia, quę ostrei, aut conchæ nomine appellamus, atque etiam echinorum genus, carnem quæcunque habent, similiter atq; crustata habēt: quippe quæ intus eam contineant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G testaq; foris claudantur, nec intra se durum habeant quicquã. Sed ipsa inter sese numerosa discrepant differentia, tum testæ, tum carnis interioris ratiõe. Alijs enim i eo genere nulla est caro, vt echinis: alijs est, sed penit⁹ inclusa, nec vlla ex parte conspecta, excepto capite, vt terrestriũ limacib⁹, & ijs, quæ cocalia quondam appellarũt, & aquatilium purpuris, buccinis, cochleis, & reliquis omnibus turbinatis. Cętera aut duplici constant valuula, aut simplici, vt genus alterũ
H biualue, alterum vniualue possit nuncupari. Biualue appello, quod gemina testa continetur: vniualue, quod testa singulari clauditur. Sunt itẽ quibus altera pars superficiei detecta carnem ostendat, vt patellæ. Biualuis generis pars clusilis est, vt pectunculi, & mitili. eiusmodi nanque omnia parte altera ligata, altera soluta constant, vt & concludi possint, & aperiri. Alia binis q̃dem concluſa valuulis sunt, ve-
I rum vtroq; latere connexa: vt vngues, siue digiti. Non desunt quæ testa tota occulant, vt nulla ex parte carnem detectam habeant: vt quæ vertibula, siue tubera, & callos appellamus. Ipsarum etiam testarum magna varietas: nã aliæ læues, vt vngues, mitili, & concharum quædam, quas aliqui galadas appellãt: aliæ scabræ, vt ostreæ, pinnæ, & conchæ nonnullæ, & buccina: quędam etiam pectinatim diui-
K sæ, vt pectunculi, & concharum nonnullæ. Crassitudine quoq; differũt, & tenuitate, tum toti⁹, tum partis: velut labrorũ. alijs enĩ labra tenuia, vt mitilis: alijs crassa, vt ostreis. Itẽ alia se mouent, vt pectines, quos etiam volare nonnulli aiunt: nam & deferramento, quo capiuntur, sæpe exiliunt. Alia item natura immobili sunt, vt nunquam sedẽ, in qua hærent, sponte ipsa mutare valeant: vt pinna. Omne sane turbinatorum genus mouetur, L & serpit. patella etiam saxis absolui, i pastumq; ferri solita est. Cõe aũt & ijs, quæ adhuc enũerauí, & cæteris testacei generis, vt testa intus æqualis, læuisq; habeatur. Caro biualuis, & vniualuis generis ita testæ adhęret, vt nisi per vim nequeat detrahi. At turbinati laxior continetur; & absolutior: cui generi peculiare est, vt testæ postrema a capite intorqueãtur. Operculum ẽt eadem iam inde ab ortu naturę omnia gerunt. Mouentur itẽ ea-
M dem omnia parte dextra, nõ advertiginem, siue clauiculam, sed in aduersum. Partes exteriores eius gñis dr̃ijs ijs variantur. Interiorum natura similis quodammodo in oĩbus ẽ, maximeq; in turbinatis. differũt. n. Iter se magnitudinis, excessusq; affectu. Nec vero multum vniualue, ac biualue genus cõclusile sibi dissident, quippe q̃ parũ dr̃ię inter se afferant: quanc̃ps lõge ab imobilibus discrepent, qd̃ latius po-

Turbinatorũ differentiæ. G stea patebit. Natura ergo turbinatorum similis constat, nec nisi magnitudine variat, vt mõ dixi. alijs. n. partes maiores, atque eudẽtiores: alijs minores, obscurioresq; sunt, ad hæc discrimẽ illud duritiæ, molliriæ, cæterarũq; gñis eiusdẽ affectionũ. Caro. n. prima in ore testæ, quã oĩa torosiusculã habent, alijs magis talis, alijs minus. Caput eius medio partis prominulum iungit, & cornicula duo, quæ pro magnitudine animantis plus min⁹
H capiunt incrementi. Exerunt caput more oĩa eodẽ, idẽq; p̃ motũ retrahunt intro. nonnullis ẽt os, & dentes acuti, breues, & tenues, vt cochleis. Promuscidas item gerunt mõ muscarum: qd̃ quidem mẽbrum linguę effigiẽ prę̃fert. Habent hoc idem & purpuræ, & buccina firmũ, & torosum, quo similiter, vt alili, atq; tabani, quadrupedũ tergora penetrãt: imo lõge validi⁹: testas. n. escarum possunt p̃forare. Venter os, p̃tinus excipit, simi-
L lis in vnibilicis gutturi auium: habentq; parte inferiore duo q̃dã albida, torosa, mammis similia, cuiusmodi carunculas vel i sepijs eẽ aduertimus: sed hæc torosiora. Gula a vẽtre duplex lõga potrigit se vsq; ad papauer, qd̃ postremũ fundo cõmissum est. Hæc ergo, vt in purpuris, & buccinis conspicua, in clauicula testæ cõtinenť. Qd̃ aũt gulæ subiungitur, intestinũ est, gulæ ipsi continuũ, simplexq; ex toto, vs-

papauer quib⁹ horũ gñium insit.

K que ad exitum. cuius initiũ circa anfractũ papaueris est, qua & laxius hæret. quod. n. papauer appellamus, quasi materia vacãs, atq; excrementitia, magna sui parte in oĩbus testaceis generibus inest. Hic sursum versus replicãs, carnis repetit sedẽ, finitq; ad caput, vnde eĵciť excrementum, pariter in oĩbus turbinatis generibus, tam aquaticis, quàm terrestribus. Mẽbrana in grãdiusculis vmbilicis a ventre gulæ attexitur continua, per
L quam meatus prolixior albicãs colore, similis superioribus illis mammillantibus carniculis tendit. Hẽt etiã incisuras, quales in ouo locustarum habentur: verũ hoc albidum, illud rubidũ est. Nullus exitus huic, nullum fora mẽ postremum patet, sed prætenui mẽbrana cauo perduct⁹ angusto continetur. Tendũt ab intestino ad imum nigrantia q̃dam aspera, atq; continua, qualia vel in testudine visuntur, sed minus nigra. Cæteri quoq; vmbilici hæc habẽt eadem: sed quo minores, eo minutiora. Vniual-
M ue autem, & biualue genus partim ijs simile est, partim diuersum. caput. n. & cornicula, & os obtinẽt, atq; ẽt quod linguę speciem gerat: verum hæc in minutioribus sensum præ sua exiguitate effugiunt. Nonnulla etiã in exanimatis, aut non mouentib⁹ percipi nequeunt. Papauer illid, quod etiam mutẽ appellamus, oĩa habeat, sed non loco eodẽ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec par, nec ex æquo manifestū, sed patellę in imo, biualuia vero ad partem, qua mutuo testarū complexu continentur. Capilla mētis etiam illis hæc omnia circundantur: & qd' ouum appellant, tēpore quo gigni solet, ambitu alterius lateris oræ continetur, videlicet ijs, quibus datum id a natura est, sicut etiam albugo vmbilicis. id.n. illis iunctum simile intelligimus. Sed eiusmodi partes, vt dixi, cum cōspicuæ in magnis habeantur, in paruis tamen aut nullo pacto, aut vix sentiuntur: quamobrem in magnis pectūculis pręcipue patēt, quod genus id est, cui altera valuularum latior, velut tegmen superposita est. Ostium excrementi cæteris a latere est. foramen.n. quo egerant, omnia habēt: quippe cum papauer illud, vt dictū iam est, excrementitium quiddam oīa membrana contētum fortiātur. At illi, quod ouum appellant, foramen, nullo in genere tributum videmus, sed carni ipsi intumescit: nec eadem, qua intestinum, parte cōtinetur, sed dextera, cum intestinum habeat sinistra. Cæteris ergo talis excrementi exitus est. At vero patellę ferę, quam marinam aurē quidam appellarunt, parte ima testæ excernitur, qua foramen habetur. Ventrem etiam post os eē in hoc eodem patellæ genere cōstat, atq; etiam ouis illa similia. Sed quis eorum cuiq; situs sit diligentius ex dissectionibus petē dum est. Quem autem cancellū appellant, communis fere socię crustatorum, & testatorum generum est: quippe qui specie locustis similis spectetur, nasciq; seorsum per se solitus sit. Verum quod testam deinde petit, quā ingressus vitam traducat, hinc similis testa contectis animantib⁹ est: quapropter is in ancipiti esse, genusq; sibi vēdicare vtrū q̄s videtur. Forma tamē (quod simplicius dixerim) similis araneis est: nisi quod partem capiti, & pectori subditam ampliorem, q̄s aranei, habeat. cornicula duo rufa tenuia gerit, quibus oculi totidem subiacent, qui nunquā intro recedant, vt cancrorū, sed semper eminētes appareant. os sub ijs est, quod velut capillamētis quibusdam pluribus circundatur. ijs pedes subiūcti duo bifurces, quibus cibum ori admoueat. Bini item vtriq; adhærent lateri, & tertius paruus. Thoracis pars inferior mollis tota est, dissectoq; sinu pallidum int⁹cernitur. Meatus ab ore ad vētrem pergit. Foramē excrementi perspici nullum pōt. Pedes, ac thorax duritiē p̄seferunt, sed minus q̄ cæteri. Nexu nullo testis adhæret, purpuratū mō, & buccinarum, sed absolutus, libercp vagatur. Oblōgior est, qui turbinem subit, quam qui neritē, quē naticem interpretamur. genus.n. diuersum est, qd' in natice degit, cętera quidem non absimile: sed dextrū bifurculatum pedē paruum

uum habens, cū leuū grandiusculum habeat, & īgredi eodem ipso grandiore potissimum solet. Tale profecto genus, vel ītra conchas, quarum adhæsio similis cętęris est, reperitur: quod & Squillam paruam appellāt. Natex testa læui, ampla, & rotunda, forma buccinis proxima ē: papauere tamen non nigro, vt illa, sed rubro. testę adnexum corpus medium eius firmiter est. Pascuntur hæc mari tranquillo, absoluta saxis. At quoties flatus vrgent, cancelli hospites illi sese in saxa recipiunt, atq; latibulis tutantur. Natices saxis adhærescunt more patellarum, & muricum, ac cæterorum generis eiusdem: nec nisi tegmine dimoto adhærent, qd' velut operculum sibi possident. Vsum enim, quē biualuibus pars vtraq; administrat, eundem altera exhibet turbinatis. Caro intus, qua oris habitus. Modus hic idem muricibus, purpuris, atq; omnibus generis eiusdem. Quibus vero sinister pes grandior est, ñ nunquā cum turbinatis hospitantur, sed cum naticibus tantum ineūt societatem, vt dictum est. Sunt inter cochleas, quæ intra se bestiolas habeant similes gammaris pusillis, qui vel in flumine gignuntur, sed ea differentia, vt præmollem intra suam testam caruunculam habeant. Forma quales nam sint ex dissectionibus contemplare.

Echinis caro negata ē, idq; ipm habēt peculiare, vt nullā intus carnē contineant. Nigra q̄dā in oībus vice carnis spectam⁹. Gña echinorū prima. Primū, qd' cibo idoneū est, in quo quæ oua appellant, magna, esculēraq; cōsistūt, pariter ī maiore corpore, & minore. nā nouelli adhuc, paruiq; pleniusculi illis cōstant. Secūdū, ac tertiū spatagi, & brissi, q̄ gña pelagia sunt, raraq; inuētu. ad hęc q̄ Echīometra appellaī, quasi matrē aut matricē dixeris echinorū, q̄ quidē oēs magnitudine excedit. Genus itē aliud ē minutū, spinis lōgis, p̄durisq;, gigniī alto gurgite solitū, quo nōnulli ad destillatiōes vrinæ medicamento vtunt. Circa Toronē echini nascunt cādidi & testa, & spina, & ouo: augeri forma, p̄ductiore, quàm cæteri, soliti. Spina ijs parua, nec rigida, sed mollior. nigra aūt illa ori applicata, plura, & foramē exterius coeūtia habentur, sed disiūcta inter sese, quib⁹ quasi interuētu limāsū discriminant. mouent agili⁹, & frequentius, qui sunt cibo idonei. cuius rei argumētū, qd' semp̄ aliquid algæ suis spinis implexū gerāt. Sunt ergo omnibus oua, sed nō nullis exigua, nec cibo apta. Euenit aūt, vt quod caput appellāt, & os, versum in terrā sit. qd' vero ad excremēti exitū deputatum est, id supra habeatur. qd' idem omnibus turbinatis, patel

Glisq; euenit: past⁹ enim de imis petatur necesse est. vnde fit, vt os inuersum ad pastum sit, excrementum vero superius parte prona testæ contineatur. Dentes quini echinis omnibus sunt, caui intrinsecus: inter quos caruncula quædam interiacēs linguæ officio fungitur, mox iungitur gula, deinde venter in parte quinque distinctus, plenus excrementi: cuius meatus omnes in exitu excrementi coeunt, qua testa forata est. ventri autem subdita sunt, quæ oua appellāt. membrana obducta diuersa, eodem in omnibus impari quinario numero: quorū quod nigricat parti creditum est superiori, ex dentiū origine pendens, amarum, nec esculentum, quale in multis inesse animaduertimus, aut certe eius proportionale. nā & in testudine, & in rubeta, & in rana, atq; etiam in turbinato genere, & in molli: sed colore diuerso, & aut omnino ingustabili, aut magis ab vsu cibario alieno. Corpus echinis priore, atq; nouissima parte spissum, & continens: cætera vero non continuum, sed simile laternę, cui nō obducta mēbrana est. Spinis suis echini vtuntur, perinde, ac pedibus: ijs enim nitibundi mouentur, sedemq; permutant.

Echinorū dentes.

De vertibulis, & vrticis, de quę eorum animantium natura. Cap. 6.

QVæ autem Vertibula, siue Callos speciali nomine a tegminis qualitate appellamus, naturā inter hęc genera peculiarem sortiri notū est: ijs enim solis corpus totum tegumento includitur, cuius durities iter testam, & corium est: quamobrem modo præduri bubuli tergoris secatur. Adhæret ergo id genus saxis sua testa, duoqtie sepositā inter se foramīa exigua admodum habet, & visum vix patientia, quibus humorē accipit, & reddit. Excremētum enim nullum in eo spectat, quale in cæteris ostreis, vel echinōū, vel quod appellant papauer, cō tinetur. Dissectis, primum mēbrana neruosa, crusta ambiente obtenta ostenditur, qua vertubuli caro ipsa continetur, nulli è cęteris similis, in omnibus tamen sui generis eadē. Adhæret hæc vtroq; ex latere membranæ circundanti, & corio: & qua adhærer, arctius in partem vtranque est, videlicet qua tendit ad meatus ductos foras per crustam, q̄ bus redditur, & accipitur cibus, & humor, quasi alterum sit os, alterum ostium excrementis delegatum. Nec modus idem, sed alterum crassius, alterum tenuis est, cauumq; intus vtrinq;, exiguo quodam interueniente continuo, humorq; in altero cauo consistere solitus est. pars vero alia, quæ vel instrumentalis, vel sensualis sit, nulla omnino percipitur: neq; excrementitiū quicquam, vt dictum iam est, quo i cæteris more continetur. Color vertibulis, aut pallidus, aut rubidus est. Vrtica etiam sui generis cernitur: quippe quæ & adhæreat saxis, more nonnullorū intectorum testa: & interdū saxis abiuncta vagetur. Nulla huic testa, sed corp⁹ omni ex parte carnem præsefert. Sentit, & manū admotā corripit, adhæreſcitq;, perinde ac polypus, suis brachijs, ita vt caro intumescat. Os medio in corpore continet, & de saxo quasi de testa viuit, & prænatantes piscículos excipit, retinetq;, sicut manu admota hominis agi dictum est, deuoratq; in hunc modum quæcunq; nacta esse esculenta. Absolui etiam saxis genus quoddam vrticæ, vt modo dixi, notatum est, quod & echinos, & pectunculos, in quos offenderit, corrodit. Excrementum nulla in vrtica esse videtur, sed hac re similis stirpis est. Duplex genus percipitur vrticarum: alterum corpore paruo, quod cibo aptius est: alterū maiusculo duroque, quale circa Euboiæ Chalcidē gigni scimus. Sunt omnes hybernis mēsibus carne constante, atq; rigidiusculā: quamobrem per id tempus capiuntur, cibiq; idoneæ sunt. At æstate rarescunt, & resoluuntur: præmadent enim, & marcent, vt, si tetigeris, facile discerpantur, atq; dispereant. Deniq; nulla tātisper euelli integra pōt, ac ęstus īpatiētia saxa subire ītērius solēt. Partes tā expositi mollium, vel crusta, vel testa intectorū, tam exteriores, q̄ interiores.

Vrticæ alalis natura.

De insectis, eorumq; varietatibus, & natura. Cap. 7.

NVnc de insectis pari ratione tractandū est. Continet genus vel species plures: quarum nonnullis, quāuis cognatis, nomē nullum cōest inditum, vt api, crabroni, vespæ, cæterisq; generis eiusdem. Item quibus pennæ vagina inclusæ continentur, vt gallerucæ, fulloni, pilulario, & reliquis generis eiusdem. Omniū ergo partes communes tres illas haberi constat, caput, aluum, & quod inter hæc situm est: quale in cæteris pectus, dorsumq; habetur. Vnum id, quod interiacet, magna ex parte est. Quæ tamē sunt longa, & multipeda, ijs ferè totidem sunt, quæ interiacent, quot incisuræ. Insecta diuulsa ēt viuere possunt omnia, exceptis ijs, quæ vel admodum frigeant, vel præ sua exiguitate quam primū refrigerentur. nam vespis quoque diuulsis, nō deest viuacitas. viuit ergo cum pectore tum caput, tum etiam aluus: at sine eo caput auulsum viuere non pōt. Diutius ea viuūt diuulsa, quib⁹ corpus longum, pedesq; multi. & pars, quæ abscissa est, in vtrū que se mouet extremum: nam & caput versus ingreditur, & in caudam: vt in ijs, quas vocant cētipedas, moueri videmus. Oculi in omnibus patent: sed nulla ex cęteris partib⁹ sensorijs manifesta est, præterquam lingua i nonnullis, quæ vel testa intectis omnibus

Insectorū sensoria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G oibus data est, qua et gustant, et cibum attrahunt. hæc aliis mollis, infirmaq; est: aliis dura, & valida, vt purpuris, tabanis, asilis, atq; aliis plurimis. oia. n. quibus nō in aluo aculeus est, linguam eiusmodi veluti arma gerūt. nec dentes habent, quibus iunctum id ē, exceptis quibusdā paucis. Nā & muscæ, eo ipso pertingētes, cruorem mouent: & culices eodē acrius pungunt. Hūt aculeos itē pleraq; insectorū, vel intus conditos, vt apes & vespæ: H vel extra prominentes, vt scorpio: qui ēt vnus inter insecta lōgo spiculo armatur. is brachia quinq; bisulcis dentata forcipibus habet. atq; ēt bestiola, quæ in libris similis scorpioni creat. Quæ autē in eo genere volucrū sortiuntur naturā, iis præter cætera membra pennæ adnexę, aliis binę, vt muscis, aliis quaternæ, vt apibus. nullis binę, quibus in aluo aculeus. Itē ex volucribus ipsis alia pennas crusta superueniente, quasi vagina inclusas gerūt, vt scarabei: alia detectas habent, vt apes. nullis volatus regitur gubernaculo caudæ: & penna ipsa nullo caule constat, nulla scissura discernitur. Ad hęc antennæ nonnullis ante oculos p̄tenduntur, vt papilioni, & sulloni. Quæ vero ex iis saliunt, hæc vel crura posteriora habent longiora, vel gubernaculis quibusdam saltui accōmodatis fulciūtur retro curuatis, vt crura quadrupedū. Omnibus partes corporis pronę differunt à supinis; K sicut vel in cæteris animantibus est. Quod aūt pro carne in iis habetur, id nec testā imitatur, neq; qđ in testaceis genus carnis continetur: sed mediam quandam inter hæc refert naturam. quam obrē his non spinam, non os, nō aliquid sepio simile, non testam ambientem natura dedit: ipsum enim corpus se sua duritia tueri pōt, & seruare: nec est qđ aliun de muniri desyderet. Cute omnia circundantur, sed admodū tenui. Partes insectorū exteriores has esse, atq; in hūc modū se habere constat. Intra sinum ab ore intestinum pluribus directū ac simplex vsq; ad exitū fertur: paucis id est replicatum. Viscus nullū in iis, nullum pingue, sicut neq; in cæteris, quę sanguine carent. Ventrem ēt nonnulla habere aduertimus, à quo reliquum intestinum vel simplex, vel replicatum proficiscitur, vt locustas. Cicada inter hæc, & omnino in animaliū genere vna oreM caret: prolixū quiddam cōpactum, induisumq; gerit, simile ei, qđ linguæ speciem refert, in iis, quibus aculeus in ore: eoq; ipso rorem haurit, alimentū vnū, & peculiare. Excrementū cicadis nullū in aluo reperitur. Plura earū sunt genera, quæ magnitudinis mō differunt: atq; ēt qđ aliis corpus sub transuerso septo præcinctum distinguitur, membranamq; liquido refert: vt iis, q̄s ab argutiolo sono, Acheras appel-

Quæ, & quā parte aculeos habeant.

Cicadæ quales sint.

A appellarunt, aliis non ita est, vt Cicadastris. Sunt vel in mari nō nulla animalia effigie insolenti, & sui generis: quæ qm̄ rara inuentu sint, constitui in genus nō decet. iam. n. piscatores vidisse se retulerunt quędam trabuncu lis proxima, pullo colore, tereti figura, pari ex toto crassamēto. Item alia scutorū effigie, colore rubro, pinnulis crebris. Ad hæc alia, quæ genitale viri imitarentur, tū specie, tū magnitudine, sed pennis subnexis binis loco B testium, eiq; Veretile nomen inditum est: exceptumq; est aliqñ genus tale hamorum frequētia vsitata. Partes animalium omnium interiores, exteriores q; generatim, tum propriæ, tum cōmunes ita se habent.

Quibus animalibus insit sentiendi vis.

Cap. 8.

NVnc de sensibus differendum est. non. n. pariter f omnibus vis inest sentiēdi: sed aliis sensus oēs, aliis pauciores dedit natura. Sūt sanè sen C sus, qui plurimi habeantur, & supra quos nullū adesse aliū generis sui nouerim⁹, numero qnque, visus, auditus, olfactus, gustus, tactus. Homo igitur, & q̄cunq; terrestrium animal generant, atq; ēt quæ & sanguinē habent, & animal pariunt, omnia hos oēs habere sensus videmus, nisi quid læsum, lacesitumq; sit quale genus talparum, cui visus deest. non. n. oculos in aperto id habet: cute tū detracta, q̄ crassiuscula obtenta sedem luminum D opacat, oculi intus lacessiti imp sectiq; visuntur: sed ita, vt partes easdem habeant oēs, quibus oculi integri constant. Habent enim nigricantem illum orbiculum, & quod intra eum continetur, quam vocāt pupillam, atq; ēt portionis albidæ ambitionē: sed non tam liquido, q̄ oculi cōspecti, & eminentes. nec in partem exteriorem apparere hæc possunt, propter cutis obductæ corpulentiam, vtpote cū natura inter generandum lędatur, at E que ita opus inchoatum relinquatur. pertinent. n. à cerebro, quā cū neruo coniungitur, meatus duo neruosi validi ad ipsam oculorum sedes, qui in dētes superiores finiunt. Cætera igitur, & colores, & sonos sentiunt, atque etiam odores, saporesque. Quintum autem sensum, quem tactum appellamus, omnia habēt animalium genera. Ergo in nonnullis vel ipsæ sensorię partes latissime patent, ac præcipue videndi. Nam visui sedes certa, F descriptaq; est, atq; etiam auditui: cum aliis auriculæ prominēāt, aliis foramina pateāt meatus audiendi. Olfactus item pari modo constitutum est diuersorium. Nam auium generi foramina tantum sunt odorandi, cum aliis permultis nares ēt habeantur. Similis & linguæ, partis saporum percipiendorū ministræ, ratio est. Aquatilium tū generi, quos pisces vocamus, data

Sensus quinq..

Talpis oculi ipsi desunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G data quidem est lingua, sed imperfecta, incertaq; : ossea enim, nec absoluta. Sed palatum nonnullis carnosum pro lingua est, velut inter fluuiales cyprino, ita vt nisi diligenter inspexeris, lingua id esse videatur. Pisces autē sensum gustus habere constat, eoq; multi suis quibusdam saporibus gaudēt, & escam in primis ex pisce amia expetunt, & piscium pingue, vt qui gustatu eiusmodi delectentur, voluptatemq; ex eo genere esculenti capiant. Auditus vero olfactus ve nullum continent membrū manifestum. Quod enim rale videri potest per loca narium, id nō ad cerebrum vsq; trasmeat, sed partim obseptum, & cęcū mox desinit, partim ad branchias fertur. Audire tamen, atq; olfacere pisces palàm est: sonos.n. immodicos, vt triremium remigia, fugere visuntur. Itaq; fit, vt facile intra sua stabula capiantur. Nā etsi externus strepitus paruus ē, ns tū, qui demersum in humore suum auditum habent, æque omnibus ingēs, molestus, grauisque occurrit. quod certē vel in delphinorum captura euenit. Cū.n. piscatores repente alueis vniuersum circundederint gregem delphinorum, inde obstrepentes in mare, efficiunt vt territi crumpāt vniuersi in litora, capianturq;, tentato, grauatoq; capite, præ strepitus inflicti nimietate. quanquam ne in delphinis quidem pars vlla est manifesta, quę sensum ministret audiendi. Ad hæc, inter piscandum quam maxime cauēt, ne vel remo, vel retibus moueant strepitum: sed cum aliquo in loco gregatim pisces stabulari intellexerint, certo interuallo coniectantes retia dimittunt, vt neq; remo, neq; impetu cymbæ, strepitus ad locū deueniat piscium: & omnibus præcipitur nautis silētio quam maximo nauigēt, dum gregem circundant. Nonnunquam vbi aggregare pisces placuerit, idē faciunt quod in delphinorū captura. obstrepunt.n. iactis lapidibus, vt deterriti in arctius coeant, atq; ita vniuersi irretiantur: & antequam circumueniāt, omnem, vt modo dixi, strepitum vetant. at, cum circūdatum iam est, clamandum, obstrependumque iubent: strepitum.n. tumultumq; sentientes perterriti compelluntur, interrumpūtq; incauti. Item vbi piscatores ē longinquo pisces agminatim pascētes, ac pertranquilli sereniq; maris summa oberrantes aspexere, libuitq; magnitudinem, genusq; cognoscere, si silentio sensimq; accesserint, latent, supernatantesq; adhuc comperiunt. At si quem, priusquam occuparint, strepitum citarint, fugam inde plane arripere videntur. Addo ēt piscículos fluuiatiles Cottos nomine, qui sub saxis stabulantur. capiuntur.n. à nonnullis saxo percusso, sub quo latent: protinus.n. inde exturbantur, vtq;

Saporibus suis pisces gaudere.

Delphini quō capiātur.

A audiant, & caput per strepitum teneretur. Pisces igitur audire ns, ac alijs eiusmodi documentis cō stat. Sūt aūt qui vel maxime animalium pisces auditu valere arbitrētur, videlicet hominum experimento, qui assidue in mari versantur, remq; piscatoriam pereallent. Sunt vero qui liquidius inter pisces audiunt, mugilis, chromis, lupus, salpa, & reliqui id genus. Cętera piscium genera minus audiunt: quamobrem imis gurgitibus versari potius solent. Olfactus quoq; similis intelligitur ratio. escam.n. nō recētem attingere pars plurima piscium recusat, nec eisdem escarum generibus oēs capiuntur, sed varijs. s. sui agnitione odoris: quippe cum vel fœtida nonnullis accommodentur, vt salpę stercus. Complures item piscium in speluncis latētes, quoties euocare captū piscator voluit, fauces specus odoribus illinunt cetarijs, itaque protinus excitant. Anguillam item hoc eodem capi modo palam est. vas.n. salsamentarium ponunt obstaculo ei cius os indito, quod colum vocant. Nidores deniq; potius genera quæq; piscium appetunt: vnde ēt carunculas sepiarū deustas, odoris gratia escam hamis affigunt. ita.n. fit, vt pisces auidius accedant. Polypos ēt assatos, nō nisi nidoris causa, nasis inditos dimitti asseuerāt. Quin etiam flutę quoties vel piscium lotura, vel nauis sentina eiecta est, fugiunt, vt odorem sentientes. Sanguinem quoq; suum sagaciter pisces odorari dicuntur. quę res eo paret argumento, qđ quoties sanguis effusus piscium est, fugiunt, & loca petunt longinqua. Omnino vt esca putrida nasis iniecta, nunquam subire, aut appropinquare patiūtur, sic recente nidorulentaq;, protinus vel ē longinquo festinantes irrumpunt. Constāt hæc eadem in delphinorum genere latius. cum.n. nullam partem auditui deputatam aperte delphini habent, tū capiūtur per strepitum capite aggrauato, vt dictum iā est. Et, cum olfactus quoq; partem nullam sensoriam habeant manifestam, tamen sagaciter odorantur. His igitur in animalibus sensus inesse omnes, apertum iā est. Reliquus animātium ordo, qui quadripartito diuidit, hoc ē molli, crustato, testato, insecto, quemadmodum se habeat videamus. Ergo mollia, & q̄ vel crusta vel testa operiuntur, atq; etiam insecta sensibus prædita esse oībus constat: nam & visu, & olfactu, & gustu. Insecta.n. tā pennata, quām non pēnata proculsentiunt, vt mel apes, & culices dicti muliones. quod nisi odore agnoscerent, nunquā ē longinquo sentirēt. Sulphuris item odore genera insectorum multa intereunt. Ad hæc formicæ, origani sulphurisq; puluisculo insperso, suas relinquūt cauernas, alioq; migrāt. Cornus præterea

Olfactum pisciū.

Gratipisciibus nidor.

Insectorū sensus.

ceruini

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ceruini facto sensu, plurima in-
sectorum pars fugiunt: sed præ
cipue styracis suffitu. Iam sepię,
polypi, gammari, odore escarũ
allectati capiuntur: & polypi q̃
dem ita adhærescũt, vt auelli in-
de non possint, sed truncari po-
tius patiantur. At vero pulica-
ria herba admota, protinus ab
odore eius resilire dicuntur. Gu
stus ẽt similis ratio: interdum.n.
cibum persequuntur diuersum,
nec eisdẽ saporibus omnia dele
ctãtur. Nam apes nullam ad rẽ
H putidam solẽt aduolare, sed dul
cia petunt: culices nulla dulcia
gestiunt, sed acida. Tactu vero
sentire (q̃d ẽt antẽ dixi) omni-
bus datũ animantibus est. Quæ
aũt filiceo tegmine operiuntur,
olfactum, gustumq; habere con
stat, argumẽto escarũ. purpuris
enim escas putidas purpurarij
emoliuntur, & accedũt ipsæ ad
eiusmodi escam à longe, vtpote
odorantes. Sensus itẽ saporũ ijs
inesse, eisdem illis rationibus pa
tet: sapore.n. rerũ earundẽ quæ-
I que delectant, ad quas veniũt
odoribus inuitata quos gratos
senserũt, & discreuerunt. Adde
q̃d quæcunq; os obtinent, ijs &
voluptas p saporum attrectatio
nẽ euenit, et dolor. De visu, et au
ditu, quanquã nihil certi, mani-
festiq; habemus, vngues tñ ad
strepitũ se subtrahere, iferiusq;
subsidere cernunt, quoties ferra
mentũ sentiunt admoueri. exi-
guo nanq; extant, reliquo autẽ
toto corpore perinde, ac in cubi
li occultũtur. Pectines quoq; ad- K
moto digito dehiscunt, mox cõ
primunt se vt cernẽtes. Natices,
itẽ qui capiunt, non aduerso fla-
tu, sed scẽo adeunt, quoties esca
persequunt: nec voce vlla, sed si-
lentio agunt, vtpote cũ & olfa-
ciant, & audiant. nec fieri posse
aiunt, quin subterfugiãt, si vox
proferatur. Echinus inter testa-
cea genera, quibus facultas in-
gredièdi est: verribula, glãdesq;
inter immobilia eiusdẽ generis,
olfactũ minime habere vident. L
Sẽsus ad hũc modũ aĩalĩũ gene
ri natura dispensauit, & tribuit.

*Quæ animalia uocẽ, quæ sonum, quæ mur
mur ædunt, quæ itẽ loquantur. Ca. 9.*

MOx quemadmodũ vox
se habeat disseremus.
Differt, pcuidubio vox
à sono, & tertia his adnumeran
da res est locutio. Gutture parte
vna vox agitur: quocirca q̃bus
pulmo deest, ijs nulla vocis emit
tendæ facultas est. Locutio non
nisi vocis per linguã explanatio
ẽ. Vocales igit̃ literę à voce gut-
ture, cõsonantes lingua et labris M
proferuntur: quibus literis om-
nem locutionẽ confici nulli du-
biũ est. Quamobrẽ quibus ani-
mantium lingua libera absolu-
tãq; nõ ẽ, ea neq; vocẽ emittũt,
neq; sermocinant: at sonus elidi
vel alijs partibus põt. Ergo inse-
ctis animalibus, neq; vocis, ne- Locus
que locutionis vlla facultas: so- corr.
nusq; ijs spiritu interiore mouẽ-
tur, nõ exteriore. Nullum.n. ex
ijs spirat, sed alia murmur q̃dũ,
vt

A vt apes: alia canere dicunt, vt ci
cadę. oĩa vero in eo genere mẽ-
brana, septo transuerso subdita,
qua præcinctum corpus distin-
guit, sonant: vt genus cicadarũ
attritu spiritus. Muscæ ẽt, apes,
& reliqua ijs similia, cũ volant,
sese attollunt & cõtrahunt. So-
nus.n. attrit⁹ interioris spiritus
ẽ. Locustæ suis gubernaculis at-
terentes sonant. Nullum molle,
nullũ crustatũ vel vocem, vel so
Pisces vo- num aliquẽ mittit naturalẽ. Pi-
cis expẽs sces vocis quidẽ expertes sunt:
quo ob-
tinent. quippe qui neq; pulmonẽ, neq;
B arteriam, aut guttur obtineant:
sed sonos quosdam, stridoresq;
mouent, qui vocales esse existi-
mant, vt lyra, vt chromis: his.n.
quasi grunnitus quidã emittit.
Ap ẽt piscis, quẽ amnis Achelo
us gignit, vocalis habitus est, et
erica, et cuculus. alter.n. quodã
modo stridet, alter peride vt cu
cul⁹ auis obstrepit, vnde nomẽ
accepit. Quæ oĩa creditam illã
vocẽ emittunt, aut attritu bran-
chiarũ, quas horridiusculas cõ-
tinent, aut suis interioribus, quę
C circa ventrẽ habẽtur. spiritus.n.
inclusus in his est, quem, dũ atte
runt atq; agitant, sonos illos eli-
dunt. Necnon cartilaginei gene-
ris nonnulla stridere vident: ve-
rum ab his vocẽ emitti vllam re
ctẽ dici non põt: at sonum, siue
strepitum reddi verius dixeris.
Nã & pectines quoties per sum
ma humoris nitibundi ferũtur,
q̃d volitare dicunt, stridere sen-
tiuntur: atq; ẽt marinæ hirundi
nes, quę sublimes volitãt, haud- D
quaquã mare attingentes. sunt
.n. ijs pennæ latæ, & longæ. Vt
igitur per volatũ auium strepi-
tus, quem alæ excutiunt, nulla
vox est, ita nec eiusmodi sonorũ
aliquis vox iure appelletur. Del
phinus itẽ stridet, ac mutit, effe-
rens se in aerem: sed non quem-
admodũ ea, quæ superius enu-
meraui. hic.n. & pulmonem, &
arteriã habet, proindeq; nonni-
hil vocis põt promouere: lingua
tñ libera absolutaq; caret, & la-
bris, quibus vocis aliquẽ possit E
articulũ efformare. At vero quę
et linguam habent & pulmonẽ,
si quadrupedes, aut oĩno pede-
stres ouiparę sunt, vocẽ quidem
emittunt, sed exilẽ. & alia longũ
sibilum ædunt, vt serpentes: alia
abruptũ & perexiguum, vt te-
studines: alia vocem exilẽ atq;
imbecillem. Ranis lingua sui ge Ranarũ
neris est, pars.n. prima, quæ cę- lingua, &
teris absoluta ẽ, ijs cohæret, mõ, vox.
quo tota ferè piscũ. intima ve-
ro absoluta ad guttur applica-
tur, qua suã vocem solent emit F
tere. Et quidem genus illud vlu-
latus, quam Ololyginem nomi-
nãt, mares intra aquam reddũt,
vt cieant ad coitum fœminas.
Sunt.n. singulis animalium vo-
ces propriæ ad initum, & vene-
reũ coitum: vt & suibus, & ca-
pris, & ouibus, Reddunt ranæ
suam ololyginem illam, maxil
læ inferioris labro demisso pari
libra, cum aqua modice recepta
in fauces, superioreq; intenta.

Flagrant

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Flagrant tantisper oculi modo lucernæ, cum sinus buccarum maxillis distentis interlucent. Coitum.n. noctu magna ex parte agere visuntur, Genus auium vocem mittere potest: ijsq; præcipue facultas conficiendæ locutionis, quibus lingua mediocriter lata, vel tenuis. Mares, ac fœminæ partim voce reddunt eandē, partim diuersam. Garrulæ, linguaciores q; sunt auium minores: & circa coitum maxime talem effici vnamquanq; autem H moris est. Alijs si pugna vox, vt coturnicibus: alijs ante pugnā, vt perdicibus, dum suos aduersarios prouocant: alijs cùm victore, vt gallinaceis. Canunt itē nonnulli mares perinde vt suæ fœminæ, sicut in luscinijarum genere patet. Fœmina tamen cessat cantu, cùm incubat, pullosq; educat. Sed in nonnullis generibus cantus maribus tantum datus est, vt gallinaceis, vt coturnicibus. Quadrupedum autem genus, quod animal, pereat, vocem varie mittit: neq; est quod I loqui possit, sed propriū id hominis est. Quibus.n. locutio, ijs et vox. at quibus vox, nō ijs oibus et locutio est. Qui surdi iam inde ab ortu naturæ sunt, ijdem et muti: vocē ergo emittere pñt, locutionem autem nullam. Pueri vt cætera sua membra cōtinere ac regere nequeunt, sic et linguæ sunt impotētes, & quidem imperfecti, & serius lingua absoluuntur, itaq; magna ex parte balbutiunt, tortiq; lingua sunt. K Differunt tum voces, tum et locutiones, tractus ratione & regionis. Vox igitur acumine, grauitate q; maxie noteſcit: nec spēcies discrepāt generis eiusdem. At vox explanata, quā esse qua si locutionem vel brutorum dixeris, differt & cæterorum animalium, & eorum, quæ genere eodem continenter loci ratione. verbi gratia, perdicum alij cacabant, alij strident. Et auicularum nonnullæ haud vocem eā- L dem mittunt, quam sui parētes, si præreptæ paterna caruerint educatione, moribusq;, & cantibus cæterarum auium insueuerint. Iā vero Luscinia modulos suos pullos docere, versusque, quos imitarentur, tradere visa est: vtpote cùm non perinde locutio vt vox per naturam proueniret, sed acquiri posset p disciplinam, & studium. vnde homines quoq; locutione vtuntur varia, cū vocem omnes reddāt M eandem. Elephantus citra nares ore ipso vocem elidit spirabundam, quemadmodum cùm homo simul & spiritum reddit, & loquitur. at per nares simile turbarum raucitati sonat.

Aues quæ ra linguæ facultas.

De somno, & vigilia animalium, multaq; præter hominem animalia somniare. Cap. 10.

DE somno, & vigilia animantium nulla quæstionis obscuritas est. Nam omnia pedestria, & prædita sanguine dormire, ac vigilare sensu ipso

A ipso percipiūtur. Quibus.n. palpebræ adiunctæ sunt, conniuendo obdormiscunt. Item somnia re non solum homines, sed etiā equos, & canes, et boues palam est: atq; et oues, & capras: denique genus omne quadrupedū, idemq; animalis fœcundū. Declarant id canes suo latratu, quē per quietem agunt. quanquam de ijs, quæ oua pariunt, incertū hoc est: sed dormire ea item certum. Aquatilium quoq; somnus apparet, vt piscium mollium, et B crusta opertorum, locustarum inquam, & cæterorum generis eiusdem. Sūt aūt isthæc omnia somno exiguo contenta: dormire tū videntur. Argumentū vero quamuis nullum deduci ab oculis pōt, qa palpebris carent, ipsa tū quiete cernūtur placida, ceu soporata. Pisces.n. vel manu facile caperent, dum dormiunt nisi pediculis, & pulicibus appellatis solicitarentur, nunc vero, si somno dati immorent, noctu ab innumera multitudine illarum bestiolarū occupati absumuntur. Gignunt hæc in profundo maris tanta fœcunditate, C vt et escam de pisce emolitā, si diu in humo manserit, totā corrodant, atq; absumant. & quidē sępenumero piscator escam demissam, glomeratis vndiq; his bestiolis, perinde vt pilam recipit. Sedenim pisces dormire argumentis potius huiuscemodi arbitrari licet. sępius.n. piscator adorsus pisces vsq; adeo latet,

Gen⁹ oū viuiparorū fœminare.

Aquatilia somnus.

Anim. cū cō. Auer.

vt possit et manu tollere, aut ceD te fuscina nullo indice sensu ferire. Quiescunt tantisper ex toto: neq; parte alia, q̄j cauda leuiter mouentur. Constat hoc idē vel ipso impetu, quem faciūt, si dū quiescūt, motum aliquid fuerit: expauentes. n. velut somno exturbati feruntur. Quinetiam in petris stabulantes capiuntur, videlicet pp somnū. & sæpe thunnarij circumretiūt thunnos dormientes. quod argumento constat, quia admodum quiescentes, leuiterq; pandentes albida E oculorum capiantur. Noctu potius q̄j interdiu dormiunt, ita sopiti, vt ne iacta quidem fuscina moueantur. & magna ex parte vel ad arenam, vel ad terrā, vel ad lapidē aliquē procūbētes qe scunt imis gurgitibus, vel sub saxo, aut litore abditi. Plani autē piscium arena sese occultant. deprehenduntur situ ipsius arenę, tollunturq; fuscina percussi. Lupi quoq;, & auratę, & mugiles, & id genus alij fuscina interdiu sæpenumero dormientes capiūF tur: alioquin ex ijs nullus fuscina posse capi existimatur. Carti lāginea vero ita interdum dormiunt, vt vel manu tollant. Nā Delphini, balenæ, & quæcunq; fistulam gerunt, æditā per summa æquoris fistula, dormiunt: qua etiam spirant, pinnas suas mouēdo leuiter. Iam delphinū stertentem et nonnulli audiere. Mollia quoq; ad morem simile dormiunt, vt pisces. nec secus q

G crusta operiuntur. Insecta ẽt animalium dormire argumẽtum, qđ requiem capiunt, motuq; oĩ proculdubio cessant. qđ præcipue patet in apibus: quiescũt. n. noctu, et cõticescũt, vt null⁹ omnino bombus sentiatur. Cõstat hoc idẽ vel argumẽto eorum, q̃ maxĩe in conspectu nostro, et ĩtra nostros parietes versant. Nõ .n. modo quia clare non videãt, idcirco noctu quiescunt (nã omnia, qbus oculi duri, exiliter vident) sed ẽt ad lucernarũ lucem
H nihilominus quiescere vidẽtur. Hõ maxime animaliũ somniat. Aeditis ꝛuper in lucẽ, & infantibus adhuc nullũ penitus contrahĩt somniũ: sed plurimis anno circiter quarto, aut quĩto ætatis visa incipiunt. Produnt tñ & viri, & mulieres, qui nunquã quicquam somniarint. quorũ nõnullis in processu ætatis accidit, vt, viso somnio, mutarẽtur habitu sui corporis vel in mortem, vel f morbum. De sensu, de vigilia, de somno res ita se habet.

I *De sexu masculino, fœmineoq; eorumq; in animantibus differentijs. Cap. 11.*

SExus autẽ masculinus, fœminmusq; nõ in oĩbus animãtibus est. sunt .n. quibus id desit, ac similitudine quadã & parere dicant, & ferre vterũ. Sexus ergo discrimen in animalibus, quæ vitam stabilẽ viuũt, aut omnino in ĩs, quæ testa intẽguntur, nullũ oĩno est. At in mollib⁹, & crusta opertis mas habetur, & fœmina. In pedestribus quoq;, tũ bipedibus, tum quadrupedibus, sexus vterq; ẽ: atq; ẽt in ĩjs, q̃ animal per coitum generant, aut ouum, aut vermem. Cæteris igitur in generibus simplici rõnis mõ aut est, aut deest: verbi causa vt in quadrupedib⁹ oĩbus alterum mas, alterum fœmina ẽ: sic in testa opertis sexus deest discrimen. sed, quẽadmodum in genere stirpium alię fructum ferunt, alię sterilem sortiũtur naturã, ita ẽt in ĩjs est. At vero in genere insectorũ, & piscĩũ, sunt quæ omnino sexus hoc discrimen alterutram in partẽ nõ habeãt. nam anguilla neq; mas, neq; fœmina est, neq; prolem ex se aliquã potest procreare: sed qui eam capillamentis, & lumbricis quædam similia interdũ adnexa sibi gerentẽ vidisse aiũt, inconsyderate id asserunt, antequam aduertant qua parte illa gerãtur. Neq;. n. aliquid eiusmodi est, qđ animal creet, nisi prius generarit ouum: qđ in nulla anguilla visum est. Et quę animal gignunt, suo in vtero fœtum continent, non in ventriculo. Ita .n. non secus q̃ cibus concoquerẽtur primordia genituræ. Quam autem differentiam maris, & fœminę anguillæ notarunt, s. alteram caput habere amplius atq; oblongius: alteram, hoc est fœminam, repandius: hęc non maris, ac fœminæ differentia est, sed generis. Sunt .n. piscium nonnulli Epitrageæ, ab hirci sterilitate appellati: quo in genere carini,

In quo animaliũ gñe nullũ sex⁹ discrimẽ, i quo ue sit.

A et halagri ex amnicis annotantur, qui nec ouum, nec semen vllum prolificum vnquã habeãt. sed qui solidiores, pinguioresq; in eo genere sunt, ĩjs intestinum paruum est, & laus præcipua in pastu. ad hæc in testaceis, atque in stirpibus, quod pariat & generet, est: quod autẽ maris fungatur officio, deest. Sic etiam inter pisces genus passerum est, & rubellionum, & hiatularũ: oua enim in ĩjs omnibus reperiũtur.

B Sed in pedestribus sanguineis non ouiparis maxima ex parte maiores, longiorisque vitę sunt mares quam fœminæ, præterquam in genere mullorum: eius enim fœminæ et maiores sunt, et viuaciores, quam mares. At in ĩjs, quæ aut ouum pariunt, aut vermem, vt piscibus atque insectis, fœminæ maiores suis maribus euadunt, vt serpentes, phalangia, stelliones, ranæ, & inter pisces pusilli cartilaginei generis, & pars plurima gregalium,

C & genus omne saxatile. Fœminas autem piscium maribus esse viuaciores constat, eò q; fœminæ vetustiores, quam mares capiuntur. Partes superiores, prioresque in quocunque animaliũ genere maribus sunt potiores, validiores, & aptiores. Quæ autem dici possunt inferiores, posterioresque, eas fœminæ habẽt robustiores, tum in hominibus,

Quę naturæ dotes maribus, ęque fœminis potiores, & elegãtiores.

tum in cæteris animalibus omnibus, quæ pedestria sunt, atque animal generant. Quod tamen omnino dixerim, fœmina interior, atque infirmior est: pilum etiam habet tenuiorem, quàm mas: aut quod vice pili ad proportionem haberi natura statuerat. Caro quoque humidior est fœminæ, quam maris, & genua planiora, & crura tenuiora: sed pedes elegãtiores, videlicet quocunque in genere hæ partes habentur. Vox item fœminis omnibus tenuior, & acutior, boue excepto. bobus etenim fœminis vox grauior quàm maribus est. Partes autem, quas velut arma natura animalibus dedit, vt dentes, cornua, calcaria, & cætera generis eiusdem, eas certe in nõnullis generibus omnino vt mares habent, sic fœminæ non habent. velut generis ceruini fœmina cornuum inops, mutilaque est: & auiũ nonnullarũ, quibus data calcaria sunt, fœminæ omnino ĩjs carent: pari modo, vt sues fœminæ dentibus vacant exertis. At in nonnullis generibus sunt quidem hæc sexui vtrique, sed maribus potiora: vt cornua tauris robustiora, quàm vaccis.

D E F

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM. LIBER QVINTVS.

Omnium animantium generis partitio. Cap. 1.

EXpoſui partes animalium oſum, tũ ſteriores, tum exteriores: atque ẽt de ſenſib⁹, de voce, de
H ſomno: & q̃ fœminæ, mares ve ſint, ſatis iã explicaſſe exiſtimo. Reſtat, vt eorundem generationes perſequamur: exorſiq; itẽ à primis, ordine apto & commodo diſſeramus. Sunt porrò generationes animalium multæ, ac variæ: partim diſſimiles, partim quodammodo ſimiles. Sed, cũ genera ante, vt res exigit, digeſſerimus, nunc quoq; eodem modo tractare tentemus: præterq; qđ initium tunc ab homine, cum de partibus ageremus,
I ſumendum cenſumus: nũc de eo nouiſſime diſſerere placet, qm̃ plurima ipſe de ſe afferat explicanda. Ergo ordiẽdum ab ijs eſt, quæ teſta integuntur: mox de ijs, quę cruſta ambit, agẽdũ. & reliqua deinceps ad hũc modũ exponenda ſunt, hoc eſt mollia, & inſecta. deinde piſcium genus duplex, ouiparum dico, atque viuiparum. tum auium genus. ad poſtremũ de pedeſtri dicendum eſt: quo in genere q̃ animal generent, quæ oua pariant, K
prætermittẽda non ſunt. Euenit vt eõe animalia cum ſtirpibus habeant, quod alia ſemine, alia ſponte naturæ oriãtur: vt.n. ſtirpes, aut ſemine ſtirpium aliarũ prouenium, aut ſpõte erũpunt, primordio quodam contracto ad ortum idoneo: quarũ aliæ ex terra alimentũ ſibi hauriũt, aliæ in ſtirpibus alijs & naſci, & augeri ſolent, vt in libris de Stirpibus, ſiue plantis expoſuimus: ſic animalia naſci alia ex animalib⁹ ſolent p formæ cognationẽ: alia L
ſponte, nullo cognationis ſemine antecedente, creant. quorum alia humo, aut ſtirpe putreſcente conſiſtunt, vt complura inſecta generantur: alia in animalibus ipſis, excrementisq; partiũ gignũtur. Quæ igitur niſi ſui cognati ſemine nunq̃ procreẽtur, ijs omnibus ortus per coitũ eſt, dũmodo ſexus diſcrimen id haberent, quod marem, ac fœminã deſcribere põt. Nã in piſciũ genere nonnulla nec mares, nec fœ
minæ gignũtur: quę licet genus M
idẽ cum alijs ſortiãtur, tñ ſpecie differunt. Quædam ẽt ſui generis omnino cõſiſtũt. Nec deſunt quæ, mare vidua, ſexu vno fœmineo formentur: quæ perinde vt aues pariunt, quæ vento oua concipiunt: quibus ab argumẽto conceptus, nomen Hypenemia, quaſi ſubuẽtanea inditum eſt. Verũ ea, quæ aues cõcipiũt, oĩa ſunt infœcunda. ita.n. eorũ natura nihil vltra ouum creare põt,

A põt, niſi quo alio mõ maris opera contingat. Sed de his diligentius poſt diſſeremus. Piſciũ vero nonnullis, cũ ſpontina ediderint oua, euenit vt ex ijs animal progeneretur. Sed alia ex ſe ipſa id faciunt, alia nõ ſine opera maris: vt de his quoq; ſequenti diſputatione commẽtabimur planius. ſimile.n. ferè & in genere
A alia ex putri generã mã an generent. auiũ exiſtit. Quæ aũt per ſe, vel in animali, vel ĩ terra, vel in ſtirpe, vel ẽt in eorum ipſorum partibus creãtur, eadem q̃ maris, ac
B fœminæ ſexu diſtincta ſunt, ijs coeuntibus gignitur quidẽ aliquid, ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit: v.g. coitu pediculorum lendes dictæ procreantur: muſcarum vermiculi: pulicum, genus vermiculorum oui ſpeciẽ referens: ex quibus nec ea, quæ generarint proueniũt, nec aliud vllum animal, ſed id, quod ſunt, ſordes tm̃ perſiſtunt. Primũ igitur de ijs, quæ ſolent coire, dicendum eſt: mox de cæteris ex ordine, quę vel ſingulatim, vel ex
C cõi accidunt rõne, exponemus.

Quomodo quæq; animalia generatim coeant. Cap. 2.

COitus nec ſimiles omniũ ſunt, nec ſimilem ĩ modũ agũtur. Quæ.n. ex ſanguineis pedeſtria viuipara ſunt, eorũ oĩbus maſculis datum quidẽ eſt membrũ ad officium generationis aptum. Verum non oĩa ſimili mõ coniunguntur: ſed quę retro vrinam mittũt, auerſa coeunt, vt leones, lepores, lynces. Leporum ẽt fœmina ſæpenume D
ro marem prior ſuperuenit. Cæterorum magna ex parte mod⁹ coeundi idẽ eſt. plurimæ.n. quadrupedes more coeunt iuſto, fœminam. ſ. mare ſupergrediente. Genus quoq; auium omne eodem illo, ac ſimplici more coniungitur. Differentias aũt vel in auibus has annotam⁹, vt aliq; fœmina conſidente humi, mare ſu
perueniẽte coeãt, vt gallinę: aliæ non conſidente fœmina, ſed ſtãte, vt grues. & quæ ita coeũt, rẽ quãmcelerrime peragunt: mas E
.n. ſuperſiliens cito, vt paſſeres, perficit. Quadrupedum vrſæ demisſis cruribus, quemadmodũ cætera: quæ pedibus innitendo exercent venerem, admota parte maris ſupina, ad dorſum fœminæ coeunt. Herinaceis coitus erectis partibus, ſupinis hærentib⁹ ſibi aduerſis. Inter ea, q̃ animal generant, augẽturq; magnĩ tudine inſigni, nec ceruę mares ſuos patiuntur, niſi raro: nec vacę tauros, pp rigorem genitalis, F
nimiamq; tentiginem, ſed cluni bus ſubſidẽtibus ſemen recipiũt gemtale. ſic in cervis manſuetis fieri viſum eſt. Lupi eodẽ coeũt modo, quo canes. Feles non parte poſteriore ſe iungũt, ſed mas ſtat, fœmina ſubiacet. Sunt porrò in eo genere fœminæ ipſæ natura libidinoſę, & ſalaces: itaq; mares ad coitum ipſæ frequẽtes alliciunt, inuirãt, cogunt: puniũt ẽt, niſi pareant. Cameli ſedente fœmina coeunt, nec auerſi, ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

G complectente mare, vt cæteræ quadrupedes agunt, & coitum toto die exercent. petunt receſſuum ſolitudines, cum libet coire: nec aliquis eò poteſt tuto accedere, præterq; paſtor armenti. Genitale camelis neruo ita conſtat, vt vel ex eo confici poſsit, quo arcus fidiſſime intendatur. Elephanti etiam ſolitudines petunt coituri: ſed præcipue ſecus flumina, & qua paſci conſueuerũt. ſubſidit fœmina, clunibusq; ſubmiſsis inſiſtit pedibus, ac in-
H nititur. mas ſuperueniens comprimit, atq; ita munere venereo fungitur. Viruli marini modo animalium retro mingentium coeunt, & diu ligati in coitu cohærent, vt canes. genitale ijs maribus grande eſt.

Quomodo quadrupeda ouipara coeant. Cap. 3.

QVinetiam pedeſtriũ quadrupedes, quæ oua pariunt, eodem coeunt modo quo ea, quę animal
I generant, mare ſuperueniente: vt teſtudo tam aquatilis, q̃ terreſtris. Habent vero in qđ meatus contingant, & quo per coitum adhęreant, vt rana, & paſtinaca, & reliqua generis eiuſdẽ.

De coitu eorum, quæ pedibus carent, longaq; ſunt corpore, ideſt ſerpentum. Cap. 4.

QVæ autem pedibus carent, & lõgo ſunt corpore, vt ſerpẽtes, vt murænæ, ijs coitus circumplexu mutuo ſupinarum partium agitur, & quidem ſerpentes ita circum K
uolutæ ſibi ipſe cohærẽt, vt vnius ſerpẽtis bicipitis corpus totum eſſe videatur. Hoc eodem modo lacertarum etiam genus cõplexu ſimili coit.

De coitu piſcium. Cap. 5.

PIſces omnes, exceptis planis cartilaginei generis, admotis inuicẽ partibus ſupinis copulãtur. Plani autẽ eius generis, ijdemq; habentes caudam, vt raia, paſtinaca, & reliqua huiuſcemodi, nõ ſolum admotis ſupinis, ſed etiã tergo ſeminarum ſupinis marium ſuppoſitis, modo cauda impedimẽto nullo ob craſſitudinẽ ſit, coeunt. At ſquatinæ, & quibuſcũq; plenior cauda eſt, his attritu mutuo tãtum partium ſupinarum coitus agitur. Sunt qui ſe vidiſſe confirment nonnulla ex cartilagineis auerſa, mõ canum terreſtrium cohærere. Fœmina in omni cartilagineo genere maior, q̃ mas eſt. qđ idem ferè vel in cæteris generibus piſcium eſſe conſtat. Cartilaginea vero præter ea, quæ enumerauim⁹, ſunt bos, lamia, aquila, torpedo, rana, omneq; genus muſtelorũ. Sed omnia cartilaginea hũc in modum coire apertius notatum à pluribus eſt: morantur, n. in coeundo diutius omnia, quæ animal generant, q̃ quæ oua. Delphinis quoque, omniq; cetario generi hic idem modus eſt coeũdi: planis. n. admotis partibus agunt: nec parum, multumve temporis,

K ris, ſed mediocrẽ coitu ipſo cõſumunt. Differunt nonnulli mares cartilaginei generis à ſuis fœminis, eò q̃ maribus bina quædam circa excrementi oſtium pendẽt, quibus fœminæ careãt, vt perſpici in genere muſtelorũ poteſt: in his. n. quod dixi, omTeſtibꝰ ea tere quibꝰ deſunt pedes. nibus ẽ. Teſtes igitur nec piſces habent, nec vllum aliud genus quod careat pedibus: ſed binos meatus, tum ſerpentes, tum etiã piſces maſculi continent, qui ſę-
B tifico ſemine, cũm coeundi eſt tempus, implentur, & lacteum omnes emittunt humorem. Colligunt hi ſeſe in vnũ caput, quẽadmodum in auium genere vnitũr qđ ſubeat. Continent. n. aues Itus ſuos teſtes, ac cætera animalia, q̃ & pedes habẽt, & oua pariũt. Hoc ergo inferitur, atq; locos, & receptaculum tenditur fœminarum. Pedeſtribus viuiparis idem meatus foris extat, et ſemi
C nis, & excrementitij humoris. alter intus meatus ducitur, vt dixi, cum partium differentias explicarem. Sed quibus veſica deeſt, ijs idem meatus ſicco ẽ excremento pertinet foris: intusq; alter iuxta habetur. quæ quidẽ ſimiliter tam in fœminis eorum, q̃ in maribus ſunt. Carent enim veſica, præter teſtudines, quarũ fœminæ ſingularem habẽt meatum, quanq; veſicam obtineãt. Sed teſtudo in eorum, quæ oua pariunt genere eſt. Piſcium ouiparorũ coitus minus patet. quamobrem complures fœmi-

nas proliſicum maris vorando D
impleri crediderunt. Id enim ſieri ſæpius cernitur: nam tempore coitus fœminæ mares ſequentes id faciunt, ventremq; eorum ſuis percutiunt roſtris. quo etiã fit, vt mares femen, & celerius fundant, & largius. tempore autem partus mare fœminas ſequẽtes, quæ illæ oua ædiderint, ipſi mordicus vorant: piſces vero ex ijs, quæ remanſerint, oriuntur. Circa Phœnicem piſces vel mutuo ſexuum aſpectu capi accepimus: mugiles. n. mares à piſca- E
tore ſubducunt, quorũ aſpectu fœminæ congregant, atq; ita obrepuntur. verſãq; vice mares capiunt ſubductis fœminis. ſed deuoratio illa ſeminis genitalis, qa ſæpius cernit, argumẽtũ coitus talis emẽtit. Faciũt hoc idẽ quadrupedes quoq;. tpe. n. coit⁹ nõ-
nihil humoris ſuo genitali, tum mares, tũ ẽt fœminæ emittunt, atque admotis ad genitalia naribꝰ odorant. Perdices, ſi aduerſę maQđo pdicet cõcipiant. ribꝰ ſteterint, vẽtusq; ſide afflet, F
vbi mares ſtant, cõcipiũt, & maritant. Plerũq; ẽt voce marium vtero ingraueſcunt, ſi geſtiunt, ac libidine turgent. volatu quoq; ſupne mariũ effici idẽ põt, videlicet dũ mas ipſe in fœminã ſęcundũ ſpiritũ demittit. ore hiante, exertaq; lingua, et mares, et fœminæ coeunt. At vero piſcium ouiparorũ coitus raro cernitur, q̃m congreſſionem quãprimũ digreſſio ſequatur. fieri tamen ita eorum coitum viſum eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *De coitu mollis generis piscium. Cap. 6.*

MOllia, vt polypi, sepiæ, lolligines, modo eodem oſa coeunt: oribus. n, inuicē admotis, complexuq; mutuo brachiorum libidinem explent. Ergo polypis coitus, cum alter, capite vulgo appellato in terram verſo, nitibundoq;, explicat porrigitq; ſua brachia, alter ſuperuenit, paſſisq; brachijs ſingulis ad ſingula ſubiacentis acetabulorum cōceptu mutuo
H adhæreſcit. Marem ēt nonnulli aiunt gerere qđ genitalis ſpeciē referat ſuo brachio, in quo duo amplisſima acetabula habenť. neruo id quaſi conſtare porrectum ad medium vſq; brachiū confirmant, totumq; nari fœminæ annecti. Sepiæ, ac lolligines ora applicātes, & brachia inter ſe componentes, natantesq; in aduerſum coeunt. narem enā dictam in narem inſerunt, natatus alteri retrorſum, alteri anteuerſus in os agitur. Pariunt ea ſui
I corporis parte, q̄ fiſtula dī, qua & coire eas nonnulli arbitrant.

De coitu piſcium cruſta opertorum. Ca. 7.

GEnera cruſta operta, vt locuſtæ, gammari, ſquillæ, & hmōi reliqua, more quadrupedū retro mingētiū coeunt, ſ. vt fœmina caudam ſupinam exponat, mas ſuam ſupponat, & applicet. Coire ſolent ineunte vere iuxta terrā: iam. n, coitus omnium id genus exploratus eſt. interdū ēt, cū ficus matureſcunt, coire ſcipiūt. Hoc eodē mō gāmari quoq;, & ſquillę
K coeunt. Caneri parte priore copulanť, ſua opercula loculoſa illa, rūgoſaq;, mutua cōſertiōe componentes. Primū cancer minor ab auerſo ſuperuenire ſolet, tum maior, vbi ille ſupuenerit, vertit ſe in latus. Nulla re differt fœmina â mare, niſi qđ operculū applicatile illud amplius, & diſtātius, & hirſutius fœminæ gerāt, in quo oua pariunt, & quā egerunt excrementum. membrum aūt, quod mas in fœminam inſe
L rat, nullum omnino habetur.

De coitu inſectorum, quoue tempore uenereus ſtimulus magis animalia quæq; excitet. Cap. 8.

INſecta auerſa coeūt: deinde qū minus eſt, ſuperuenit maius, hoc ē mas fœminam. nec mas in fœminam genitale vllū inſerit membrū more aīaliū cæterorū: ſed fœmina ſurſum ſ maris receptū, caudę vltimum ſuæ meatum quendā producens reflectit: qui in nōnullis maior, cū proportione totius corporis ēē
M vī, cū ipſa parua admodū ſint. Sed ſunt ēt in quibus minus ineōueniēs eſtimeť. planū hoc fuerit, ſi muſcas coitu venereo cōpulatas diuiſeris. Tardo ēt q̄ coierīt, ſeiūgūť digreſſu: diu nāq; eorū copulatio durat: qđ i ijs, q̄ in noſtro cōſpectu verſanť, facile patet: verbi cauſa in muſcis, ſcarabeis. omnia. n. ad hūc mōdū coeūt, videlicet muſcę, ſcarabei, verticilla, phalāgia, et ſi qđ aliud generis eiuſdē coire ſolet.

Phalan-

A Phalangijs, quæ texunt, coitus agitur hoc modo. cum fœmina deductam araneā traxerit, mas eandem mutuo trahit: qđ, vbi ſæpius fecerint, coeunt, & auerſis clunibus copulantur: nam, pter aluum orbiculatam mod⁹ hic cōiungendi ijs cōgruit. Coitum omnium animalium fieri ad hunc modum apertum eſt.
Tpa coit⁹ aialiū⁹ nā fixa. Tempora autem coitus deſcripta, & ętates certas ad venerem ſingulis animaliū natura fixit, & ſtatuit. ergo plurimorum animantium natura vult quidem
B rem venereā per id tempus, cum hyemis ceſſante fœuitia, & ſtatis clementia oritur: quod ſane tempus veris eſt, quo plurima & volatilia, & pedeſtria, & natantia ad coitum excitantur. Sed ſunt quæ per autumnum etiam, & hyemem cocant, atq; pariant, vt nonnulla cum aquatilium, tum volucrum genera.
Quę aīantes oīb⁹ rē poſſib⁹ uētā tur uenęr. Homini maxime temporibus omnibus opportunus coit⁹ eſt: atq; etiam plura alia pedeſtris
C generis, quæ cū homine viuūt, coitum nullo tempore aſpernātur, videlicet propter teporem, & pabuli vbertatem. quorum tempus etiam gerendi vteri breue eſt: vt ſuis, vt cānis, & volucrum, quæ ſæpius pariunt. Cōplura etiam educationi ſuorum partuum conſulendo, non niſi commodo tempore coeunt. Stimulatur ad venerem mas hominum magis tempore hyberno, fœmina æſtiuo. Genus autem

auium, vt dictum eſt, parte plu- D
rima vere, ac ineūte æſtate coit, & parit, excepta Alcyone, quę De coitu Alcyonis.
circa brumam parere ſolita eſt, quamobrem quoties bruma ſerena exiſtit, dies alcyonei appellantur, ſeptem ante brumam, & ſeptem a bruma, vt Simonides quoq; ſuo carmine tradidit. Vt cum per menſem hybernū Iuppiter bis ſeptem molitur dies teporis. Clementiam hanc temporis nutricem ſacram variæ, & pictę alcyonis mortales dixere.
tranquillum vero tantiſper tem- E
pus efficitur, ſi ita euenerit, vt bruma auſtrina vergilijs aquilonijs fiat. Septem primis diebus nidum conficere auem hanc fertur, reliquis ſeptem parere, educareq;. Dies alcyoneas fieri circa brumam non ſemper noſtris locis contingit: at in Siculo mari pene ſemper id euenit. Parit alcyon circiter quinq; oua.

Quæ animalia ſemel, quæue pluries in anno pariunt. Cap. 9.

MErgi, & gauiæ ſaxis ma- F
ritimis oua bina, tenaue pariunt: ſed gauię æſtate, mergi a bruma ineunte vere: & incubāt cæterarum auium more, ſed neutra earum auium conditur. Omnium rariſſimum vidiſſe alcyonem eſt: fere enim circa vergiliarū occaſum, brumamq; ipſam apparet: & vbi primum per portum nō pl⁹ quām nauem circumuolarit, ſtatim abit, vt nuſquam præterea videatur. quomodo Steſichorū quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quoque eius meminisse notum est. Luscinia etiam parit æstate quinque, aut sex oua. conditur ab autumno, vsque ad vernos dies. Insecta hyberno quoque tempore coeunt, & serenis, austrinisq; diebus nascuntur ea, quæ se abdere non solent, vt muscæ, formicæ. Semel anno magna pars syluestrium animalium parit, quæ scilicet non, vt lepores, superfœtant. Pisces plurimi etiam semel pariunt: vt ij, quos Fusaneos, ex argumento cognominant, quia fusini retibus capiantur, vt thunni, limariæ, mugiles: spurig, monedulæ, chromes, passeres, & reliqua generis eiusdem, excepto lupo: huic enim soli ex eo genere partus bis anno exercet: sed posterior infirmior est. Sarda quoque, & saxatiles bis, excepto mullo: hic enim solus ter parit, quod ex fœtu ipso, staturaq; intelligitur. ter enim aliquibus in locis partus apparet. Scorpio bis, & sargus vere, ac autumno. Salpa semel autūno. Thunna ēt semel. sed qm̄ partem p̄mature, partem sero, producat, hinc fœtificare bis creditur. ædit primā partē circa mensem Decembrem à bruma, alteram vere. Differt mas thunnus a fœmina, eo q̄ fœminæ pinnula iuncta sub ventre est, Aphareus nūcupata, quæ mari deest.

H

I

Quotiens, quibusve anni temporibus cartilagineæ pariant. Cap. 10.

CArtilagineorum squatina vna bis parit: nam & incipiente autūno, & circa vergiliarum occasum: sed per autumnum fœlicius. singulis vero fœturis partus septeni, aut octoni prouemiunt. Nonnulli ex mustelorum genere bis mense putātur parere, videlicet qui stellati appellantur, quod ideo videtur, quia oua eorum non simul perficiuntur. Non desunt quæ omnibus anni temporibus pariant, vt murena: cuius partus & numerosior est. & quæ prodierint ex paruo, celeri incremēto adolescunt, vt & equiselis. nā eius etiam partus de minimo in maximum celerrime augetur. Sed muræna omnibus anni temporibus parit, equiselis vere tantum. Murus nō idem quod muræna est: quippe cum muræna sit varia, atq; infirmior: murus vnicolor, & robustus, colore larici arbori similis. dentes etiam tam intus, q̄ foris possidet. Sexus discrimine, perinde ac in cæteris, volunt vt alterum mas sit, alterū fœmina. exeūt hæc in terram, & sæpe in ea capiunt̄. Fit vt pisces omnes celeri incremēto perficiātur: sed præcipue grāculus inter minora. Solet hic parer̄ iuxta littora, algosis, dēsisq; locis. Cernua ēt breui ex paruo insignem magnitudinē accipit. Limariæ, ac thunni in Ponto pariunt, nec vspiā alibi. Mugiles, auratæ, lupi locis ij̄s maxime ædunt, qua flumina exeunt. Orcinæ, scorpiones, & multa alia genera in alto fœtificant.

K

L

M

Qui-

K *Quibus mensibus pisces pariant, maiori ex parte. Cap. 11.*

PAriunt pisces plurima sui parte mensibus his trib⁹, Martio, Aprili, Maio: autumno pauci, vt salpa, sergus: & nōnulla alia generis eiusdē paulo ante æquinoctium. Adde ij̄s torpedinem, & squatinam. Sunt certe quæ vel per hyemem, q̄sta tem ve suos ædant partus, vt dictum est. per hyemē lupus, mugilis, acus. per æstatem mense Iunio thunna circa solstitium pa-

B rit, hęc folliculo quiddam simile, in quo oua exigua, multaq; consistunt. spargi etiam per q̄sta tem pariūt, mugilum labeones, sargones, mucones, capitones. grauescere vero mense Decembri incipiunt, geruntq; diebus tricenis. Mugiles aliquos non coitu, sed limo, arenaue nasci constat. Conceptus igitur piscium magna ex parte verno agitur tēpore: sed tamen, quod dictum est, & æstate, & autūno, & hyeme nonnulla coitu implentur.

C Verum nec pariter omnib⁹, aut simpliciter, aut generatim id euenit: nec plurimæ parti, vt verno tempore, nec vero cæteris illis temporibus tam numerosa partu fœtificatur, quam vere. Deniq; latere non decet, vt stirpium, & quadrupedum animātium generi plurimum interesse ex regione, non solum ad cæterā corporis fœlicitatem, sed etiam ad coitum, partumq; ampliorē: sic in piscium quoq; ratione locis ipsis discrimē plurimum ori

D tur, non ad magnitudinem tantum, habitumq; vegetiorem, verum ad coitum etiam & partū, vt eadem alibi pluries generēt, alibi minus.

Molle genus piscium verno tēpore parent, sepiam vero omnibus anni temporibus. Cap. 12.

MOllia quoq; verno tempore pariūt. & sepia in primis. parit hæc omnibus anni temporibus, perseueratq; in ædendo ouorum numero dies quindecim. quoties autē E ædiderit, mas è vestigio sequēs, atramentum ouis superīfundit, atq; ita efficitur, vt solidescant. Incedere coniugatim solēt. Mas varius magis, q̄ fœmina, dorso q; attriore est. Polypus hyberno tē pore coit, verno parit: latet circiter menses duos. Ouum veluti cirrum ædit, fructui populi albę simile. Perq; fœcundum hoc animal est: nam de eo, quod ædiderit, copia īnumera prouenit. Discrepat mas à fœmina, eo q̄ capite est productiore, & quod F genitale piscatores appellant, albidum suo in brachio continet. Fouet polypus oua, quæ ædiderit: quamobrem deterrimi tanti sper efficiuntur: haud enim ī pastum prodire patiuntur. Quin etiam purpuræ vere generātur, & buccina hyeme abeunte. Genus deniq; omne, quod testa operitur, verno, autumnali q; tempore habere cernuntur ea, quæ oua appellant, exceptis echinis

cibo

Tēpies re gionis qdi alialibus possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G cibo idoneis: quippe quib⁹ & ſi per ea tempora præcipue vbertas ouorum eſt, tamen nullo tẽpore committitur, vt ouis omnino careant: ſed maxime plenilunijs, diebusq; tepidis reſtituunt, redduntq; pleniores, præterquã ij, quos Pyræus fert Euripus: nã illi hybernis mẽſibus meliores ſunt, parui quidem, ſed pleni ouorum. Ad hæc vmbilici pariter omnes hoc eodem tempore ſua oua habere viſuntur.

H *De auium fœtura, & quoties, quibuſve anni temporibus hirundo, merula, columba, & gallinæ pariãt.* Cap. 13

AVium ſylueſtres, vt dixi, ſemel magna ex parte coeunt, atq; pariunt. Verum hirundo bis parit, & merula. ſed eius primi partus intereũt frigore hyberno: omnium nanque auium prima hæc parit. poſteriorem autem partum educat, & feliciter ducit ad finẽ. At vero quæ aut vrbana ſunt, aut traduci poſſunt ad mores mitio
I res, hæc ſæpius generant, vt columbæ, quæ tota æſtate fœtãt. Gallinæ etiam ineunt, & pariũt omnibus anni temporibus, exceptis brumalibus diebus. Columbacei vero generis plures ſpecies ſunt: eſt enim liuia dicta a liuore, diuerſum certe a columba genus, quippe quæ minor, quàm columba ſit, & minus patiens manſueſcere. liuet etiã plumis, & pene nigricat, & pedib⁹ rubidis, ſcabroſisq; eſt: quas ob res nullus id genus cellare alit. K
Maximo inter hæc genera corpore ſunt palumbes. ſecundum magnitudinis locum vinago obtinet, paulo maior quam columbus eſt. minimum ex ijs turtur eſt. Pariunt columbæ omnibus anni temporibus, pullosq; educant, ſi locum apricum habeãt, & cibum, ſin minus, æſtate tantummodo fœtant. Sed proles pſtantior vere, quàm autũno eſt: deterrima ęſtate, & omnino tẽpore calidiore. L

De fœtura viuiparorum animantium, & quo ætatis tempore incipiat, quoue deſinat. Cap. 14.

AEtate etiam differunt ad coitum animalia. primũ enim magnę eorum parti ſemen non ſimul incipit & excerni, & poſſe generare: ſed vis illa prolifica poſtea accedit, nouellorum enim in omnibus animalium generibus prima emiſſio ſeminis, aut infœcunda eſt, aut ſi fœcunda ſit, imbecilliora tamen generat, & pauciora. qđ M
potiſſimum in hominũ, & quadrupedum animal gignentium genere, atq; etiam auium patet: alterum enim prolem pauciorem procreat, alterum oua ędit pauciora. Aetas vero accommodata ad coitum quæq; ſuo in genere plurima ex parte fere tempus idem ſortitur: niſi quid præmaturet, & aut aliquam ob rem monſtruoſam, aut ex detrimento naturę, & vitio anticipet. Res igitur homini innoteſcit, tum vo

Cellare alit.

Coldbacenum genꝰ quintuplex

Qđ

cis

A cis mutatione, tum etiam teſtium, non magnitudine tantum, verum etiam ſpecie, quẽadmodum mammis etiam dẽclaraſ: ſed præcipue ortu pilorum pubis. Semen autem ferre incipit circiter annos his ſeptẽ: ſed vim genitalẽ recipit circa annos ter ſeptem. Cæteris animalibus denegata pubertas eſt. alijs enim nulli omnino dati ſunt pili, alijs ſupina in parte nulli, aut pauciores, quam in prona. At vocem immutari nonnullis apertũ eſt.
B Alijs partes corporis aliæ quædam ſignificant ſemen iam initium, viresq; prolificas ſibi trahere. Vox fœminæ magna ex pte acutior, & iuniorib⁹ quàm vetuſtioribus acutior eſt. nã cerui etiam generis mares vocẽ grauiorem, quàm fœminæ mittunt. Vox autem maribus ĩ hoc genere, cum tempus coeũdi eſt: fęminis autem, cum metuerint, breuis vox fęminæ eſt, maris pductior. Canibus item ſenęſcentibus vox grauior reddit. Equo
C rum etiam voces differre palã eſt. fęminæ enim ſimul ac natæ ſunt, vocem exiguam mittunt, ac tenuem: mares exiguam quidem & ipſi, ſed pleniorẽ tamẽ, & grauiorem, quàm fęminæ, & in dies maiorem reddunt. Bim⁹ cum eſt, atq; inire incipit, vocẽ magnam, grauẽq; mas mittit: fęmina maiorem, quam ante, & clariorem vſq; ad vigeſimũ ętatis annum magna ex parte, ſed ab hoc tempore imbecilliorem tam mares, quàm fęminę reddunt. Magna igitur ex parte, vt dixi, vox marium, fęminarũq; differt, eo cp mares grauius ſonant, quam fęminæ, quorum ſcilicet vox aliqua cum pductione emittitur. Verum non in omnium animalium genere ita agitur. Sunt enim in quibus ę contrario fit, vt in bubus. nam boũ fęmina grauiorem q̃ mas agit vocem: & vitulis grauior quam adultis, perfectisq;: quamobrẽ his caſtratis vox ę contrario mutatur. trãſeunt enim, quę caſtrãD tur in fęminam. Tempora autẽ coitus ad hunc modum per ętates natura ſuis animalibus ſtatuit. Oues, & capræ anniculæ coeunt, atq; vterum ferunt: ſed caprę potius. mares quoq; in ijs ipſis generibus eodem illo tempore ineunt. ſed proles differt, quatenus præſtãtior ea eſt, quã ſeneſcentes mares & fęminæ pcrearint. Sues tũ mares, tum fęminæ coire incipiunt menſe ſuę ætatis octauo: quanquam mas, antequam ſit anniculus, prolẽ F
generat vitioſam. fęmina anniculà parit: ſic enim tempus gerẽdi vteri exigit. Sed non omnib⁹ locis eadem ætatis ratio eſt, vt dixi: iam enim ſues nõnnuſquã tam mares q̃ fęminæ quarto coeunt menſe. ſexto tamen ita, vt vel progenerare, & educare poſſint. nonnuſquam apri mẽſe decimo inire incipiunt. valẽt ij coitu ad triennium. Canes, tam mares quàm fęminæ, anniculi magna

Quid vox maris, & fœminæ differat.

Ætas afalũ matura ad coitum.

gna

G gna quidem ex parte coeũt: sed nonnunquam vel mense octauo. quod magis fœminæ euenit, quàm mari. Gerit vterum diebus sexaginta & vno, aut duobus, aut ad summum tribus: nec minus, quàm sexaginta diebꝰ. quod, si quid celerius prodierit, educari, ac perfici nequit. Cum peperit, rursum sexto post mense, nec prius coitu impletur. Equus inire, tam mas, quã fœmina incipit biennis, ita vt valeat procreare. proles tamen per id tẽpꝰ H minor, & imbecillior est. At vero (quod ex more plurimo agitur) in trimatu coeunt, & proficiunt subinde in generando, vt proles præstãtior aduſq; annos viginti procreetur. Coeunt mares ad annos tricenos ternos, fœminæ ad quadragenos: ita vt p totam fere vitam coitum equis seruari eueniat. Viuit enim magna ex parte mas annos circiter quinque & triginta, fœmina plꝰ quàm quadragĩta. Iam & quinque & sexaginta annos vixisse I equum proditum est. Asinus, tã mas, quã fœmina mense tricesimo coit: sed magna ex parte nequeunt generare: verum ĩ bimatu, aut trimatu & semisse. Sed iã vel anniculam ventrem gestisse asellam aiunt, ita vt quod peperat, educari, ac perfici potuerit. Bos etiam annicula peperit, vt educari, augeri, quantum genus exigeret, licuerit. Primordia generationis horum animalium ita se habere perpensum ẽ. Homo mas ad annum vsq; septuagesimum, videlicet termino vltimo potest generare: fœmina vsq; ad quinquagesimũ, verum id raro. paucis enim proles in eo ætatis tempore procreata est: sed magna ex parte maribus quintus & sexagesimus annus finis progenerandi est, fœminis quintus & quadragesimus. Oues parer e vsq; ad annũ octauum possunt: & si bene curẽtur, vel in vndecimum facultas pariendi protrahitur. & quidem L fieri potest, vt etiam per totam fere vitam coeant, tam mares, quã fœminæ. Hirci pingues minus fœcundi sunt: quorum argumento vites, quoties per nimiã alimenti copiam luxuriãtes fructum non ferunt, hirceſcere rustici dicunt. Verum cura extenuandi adhibita, efficitur vt coeãt, atq; procreent. Aries primum vetustiores fœminas ineunt: nouellas enim minus persequuntur. Pariũt, vt dixi, iuniores pauciora, ẽt vetustiores. Apro ad trien M nium probitas coeundi eduratæ vetustioribus proles deterior gignitur. nullus enim præterea, perfectus ei accedit, nulla virilis recreatio. Solet inire pabulo satiatus, & cum alteram non subegerit, vel initus breuior agitur, & fœtus corpore minore creatur. Paucissima sus ædit prima parte, viget secũda, nec senescẽte copia fœtus deficitur, quãquam lentius coit: vbi vero quintum decimum annum nata est, non præ-

A præterea gẽnerat, sed efferatur. Si pinguet, ocyus & iuuenis, & senescens mouetur ad coitum. si grauida admodum pinguescat, efficitur vt fœta minus habeat lactis. Proles, quod ad ætatem attinet, optima est, cum vigent parentes. quòd ad tempora, præstãtior, quæ hyemis initio gignit: deterrima, quæ æstate: quippe quæ parua, exilis, & perhumida fit. Mas, si pinguet, inire omnibus anni temporibus potest, nec solum interdiu, sed etiam noctu, aut certe matutino potissimum tempore. senescens autem minus subinde agit, vt dictum est. sæpe qui vel per ætatem, vel per infirmitatem suæ naturæ ne queant expedite coire, cum fœmina impotens sustinendi maris sella clunes demittat, cubantes vna cum fœmina coeunt. Cõcipit præcipue sus, cum præ libidine gestiente pruriẽs auriculas flaccidas demittit: aliter semẽ a vulua respuit, relapsumq; euanescit. Canes non per totam C Quãdiu canes sint habiles ad gignẽdũ. coeunt vitam, sed vsq; ad quendam ætatis vigorem: ad annos enim duodecim magna ex parte & coeunt, & implentur. Verũ iam aliquibus, tum fœminis, tũ maribus, vel annum octauum & decimum, atq; etiam vigesimum natis facultas non defuit prolifici coitus. nam ijs quoq; senectus vim generandi, parientibus, vt & cæteris tollit. Camelꝰ ab auersо vrinam reddit, sed coit quemadmodum dictum iam est. Tempus coeundi in terra A- D rabia mense Septembri. Fert vẽtrem mẽses duodecim: parit singulos: viuiparum nanq; est. Incipit & mas, & fœmina coire in trimatu. fœmina post partum vno interposito anno coit. Elephantus fœmina incipit coire anno, aut duodecimo, cum celerrime: aut quintodecimo, cum lentissime. Mas quinq;, aut sex annos natus superuenit ineunte vere. coitum triennio interposito repetit. Quam grauidam reddidit, eandem præterea tangere E nunquam patitur. Verum biennio gerit: parit singulos: viuiparum nanq; est. fœtum magnitudine bimestris, aut trimestris vituli ædit. Coitum animalium, quæ non nisi coeundo progenerent, ad hunc modum habere se intelligimus.

De ijs, quæ filicea integuntur testa, quæ coitus omnino expertes sint.

Cap. 15.

MOx de generatione eorum, quæ vel coeãt, vel non coeant, commentabimur: & primum de ijs, quæ F liceo tegmine operiuntur, hoc enim vnum fere genus totũ expers coitus est. Purpuræ verno tempore eundem in locum sese colligentes condunt, quam fauaginem nominant, quæ velut fauus est apum. verum non ita elegans, sed quasi est putaminibus cicerum alborum, multa inter se compositа, structem vnam sua cohæsione coagmentarint. nul-

lum

G lum ijs patet foramen, neq; ex ijs purpuræ enascuntur, sed cũ purpuræ, tum etiam reliqua testis inclusa è limo fere, & materia putrescente oriuntur. Illa vero coagmentatio fauo similis, tã quam purgamentum, tam ijs, quã buccinis euenit: nam buccinis quoq; fauificare in more ẽ. Itaq; ne ea quidem, quæ ex testaceis fauos saliuant, alio modo, quam cætera testis inclusa generantur: verum melius, atq; vberius, quoties præsunt q̃ eiusdem sunt generis, emittũt enim cum suos ordiuntur fauos, mucorem quendam, ex quo putamineæ cellulę illę consistũt. Hęc ergo rupta, diffusaq; omnia humorem, quem continebant, in terram dimittunt: mox eo, quo effuderint loco, gignuntur purpurulæ, exordio admodum exiguo consistentes, quas sibi annexas gerunt, quę grandes capiuntur. nonnullę etiam forma nondum distincta cernuntur, si forte prius, quã pepererint, capiantur. Fœtus interdum per crates, & tegetes, non *qualiber elidũt, sed congregatæ eodem, vt facere in mari solent. itaq; per angustiam, veluti vuę specie fœtus cõformatur. Genera purpurarum plura, & nonnullæ magnitudíe augentur insigni, vt quæ ad Sigæum, & Lectum Idæ promontoria gignuntur, aliæ paruæ, vt quas Euripus fert, & Caria. Pelagiæ magnæ, scabræq; sunt, quarum flos magna ex parte niger: sed nonnullis rubidus pusillum. nonnullas ex magnis, vel ad precium minę euadere nouimus. Paruę ad littora, & oras reperiũtur flore rubro. Partes itẽ aquiloniæ nigras, austrinæ rubras magna ex parte ferunt. Capiuntur tempore verno, cum fauos extruunt. Caniculę tempore nullæ fere capiuntur: non enim tantisper pascuntur, sed se abscõdunt, & latent. Florem suum inter papauer dictum, & collum continent, textu spissiore, aspectu veluti membranę candicantis, quam detrahunt. tingit hęc pressa, & inficit manum. pertinet eadem suo situ, perinde vt vena, idq; flos ille celeber putatur. reliquum contextus, quasi alumen est. Cum fauificant purpurę, tunc deterrimum habent florem. Paruas tundunt cum testis: non enim detrahere facile est. maiorum florem testa ablata detrahunt: quamobrem euenit, vt collum a papauere separetur. flos enim positus inter hęc est, supra eam partem, quam vẽtrem appellant. itaq; detracto flore diuidantur partes istę necesse est. Dant operam vt viuę frangantur. nam, si prius, quàm fregeris, expirarint, florem omnem cum vita euomũt. quapropter solent eas asseruare in nassis, dum ipsę se colligant, atque requiescãt. Veteres nassam esse adiunctam demittere non solebãt: itaq; sæpe accidebat, vt purpura iam extracta decideret. Ac ho-

purpura-rũ gnatio

*ἀφρίζειν

A homines nostræ ætatis adiungunt nassas, ne si decidat, absoluatur. quod tunc potissimum euenit, cũ plena est. nam, si inanis sit, difficile se euellere potest. hęc propria eueniunt purpuris. Buccinis etiam modus idem gignendi, qui purpuris, tempus quidem est. operculum item oris idem tam huic vtriq; generi adhæret natiuum, quàm cæteris turbinatis omnib⁹. pasci quoq; exerta lingua appellata sub illo
B operculo solent. longior digito lingua hæc purpuris est, qua pascitur: & tum conchulas, tum et sui generis testam perforare potest. Tempus viuendi, & purpuris, & buccinis lõgum. annos enim circiter sex purpurę viuũt, & singulis annis incrementum earum patet per orbes: quibus totidem, quot annos habent, testa intorta cuniculatim in crepidinem definit. Mituli etiam fauificare soliti sunt. Ostreis, quà cœnum, ibi origo consistit. Cõchę,
C chamæ, vngues, pectines locis arenosis sui ortus initia capiunt. Pinnæ erectæ locis arenosis, cœnosisq;, ex hysso, i. villo siue lana illa pinnali proueniunt. quæ custodem intra se continent, aut squillam paruam, aut cancellũ: quo quidẽ custode priuatæ pereunt breui tempore. Testacea
Tuersa, p varietate limi, iquo gignunt. deniq; omnia sponte naturæ in limo diuersa, pro differentia limi oriuntur. nam in cœnoso ostreę, in arenoso conchæ, & reliqua, quæ modo enumeraui. Ri-

D mis, cauernisq; saxorum verti-
bula generantur, & glandes, & quæ per summa adhærẽt, vt patellæ, vt natices. Omnia id genꝰ celeri incremento augentur: sed præcipue purpuræ, atq; pectines, quippe quæ anno pfici possint. Cancri colore albido, corpore admodum parui, in nõnullis testa operti generis nascunt: & plurimi quidem in mitulis soliatis: mox in pinnis, quos pinnotheras vocant. Quinetiam in pectunculis, atq; ostreis: verum
E ij nullum conspicuum capiunt incrementũ. Piscatores cancros eiusmodi nasci confirmant vna cum illis, quorum testam inhabitant. Latent aliquandiu in arena pectines, sicut etiam purpuræ. Nascitur ergo cõcharum genus, quemadmodum expositũ est, sed locis varijs: nam alia vadis, alia gurgite, alia duris locis, atq; asperis, alia arenosis: & alia sedem mutant, alia stabiliter degunt. Pinnæ ex ijs, quæ sedẽ nũquam mutare solent, radice inniuntur. Vngues, & cõchæ nul
F la innitentes radice permanent. euulsæ viuere præterea nequeũt pinæ. Quæ stella vocatur adeo natura calida est, vt omnia contacta protinus decoquat. detrimẽto etiam summo echinis Euripi Pyrrheni eandem esse confirmant. forma eius stellis, quæ pinguntur, similis est. Quinetiã qui, pulmones appellantur, spõte proueniunt. Concha, quæ pictoribus vsui est, crassitudíe plu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rimum excedit: & florem illum non intra testam, sed foris hēt. comperiri id genus locis Cariæ potissimum nouimus. Cancell⁹ ille concharum hospes, prīcipio ex terra, limoq; consistit, mox cōchulas ingrediturvacuas: vbi cum excreuerit, transit in concham ampliorem, videlicet aut naticis, aut turbinis, aut alicuius similis. sæpe etiam parua bucci na subit, ingressusq; ampliorem illam gerit pari modo, & viuit H in domicilio capaciore, rursusq; excrescens aliā petit ampliorē.

De vrticis, & spongiarum genere, quove modo gignantur. Cap. 16.

MOdus idem giguēdi ijs etiam est, quæ nulla testa integuntur, vt vrticis, & spongijs, qui testa inclusis: per rimas enim, & cauernas, & fauces saxorum oriuntur. Genus duplex vrticę est. aliæ enim sinuosis adhærent, quę nunquā a saxis absoluuntur: aliæ plana, & littora amant, quæ suis abiun I ctæ sedibus vagantur. Patellæ quoq; absolui solent, alioq; trā sire. Nasci etiam in cubilib⁹ spōgiarum nouimus bestiolam ara nei similem, nomen pinnothera mutuantem. degit hęc intra spō giarum cubile: & aperiendo, claudendoq;, pisciculos capit. aperit antequam ingrediantur: claudit, & contrahit cum ingres si sunt. Genus spongiarum tri- Spōgiarū varietas, & natura plex statuitur: nam aliæ rarę, aliæ spissæ, aliæ, quas nominant achilleas. tenuissimum genus id tertium, & spississimū, & validis K simum est, quod galeis, ocreisq; inferitur: eoq; minus ciere stre pitum posse notatum est. genus hoc inuentu perquàm rarū est. Quæ autem in genere illo spisso prædurę sunt, atq; asperæ, no mine hirci nuncupantur: quæ quidem omnes aut ad saxa na scuntur, aut iuxta littus, lutoq; aluntur. cuius rei argumentum est, q; captæ, limo refertę omnes cernuntur: quod certe indicat, cæteris quoq; adhærentibus, ci L bum per ipsum annexū hauri ri. Imbecilliores propterea sunt spissæ, quā raræ, quia minus al to radicis hæsu innituntur. Sen sum etiam spongijs esse aiunt, ar gumento, q; ad euuolsoris accei sum contrahuntur, ita vt euelli difficile sit. quod idem etiam fa ciunt, quoties flat⁹, tempestasq; vrget, ne sua de sede pellantur. Sed sunt qui de hoc dubitent, vt q; Toronā incolunt. Narrant ta mē proculdubio bestiolas quas dam velut tineas, lumbricosve, M & eiusmodi alias consistere in tra spongias, atq; ali: quas & e uulsis spongijs pisciculi saxatiles deuorent, qui vel radices absu munt totas, quæ inhærentes sa xis remanserint. Si euenerit for te, vt spongia abrumpatur, resi duo item renascitur, & comple tur. Magnitudine amplissima so lutæ illæ & raræ spongiæ augē tur plurimæ, quæ circa Lyciam sunt. sed mollissimæ, quæ spissę: nam achilleæ torosiores ijs con stant.

A stant. omnino quæ altis, trāquil lisq; insunt gurgitibus, mollissi mæ sunt: flatus enim ac tempe states, spongias quoq;, vt cæte ra altilia, reddunt duriores, & incrementum impediunt. quā obrem spongię Hellesponti spis sæ, ac duræ sunt, & omnio quas mare vltra Maleam promonto rium, citraq; fert, differunt inter se mollitie, duritateq;. nec calorē immodicum spongiæ patiūtur: fit enim eo, vt more pullulantiū putrescāt. quocirca optimę iux B ta oras comperiuntur spongiæ, si gurgite alto demersæ sunt: cō mode enim temperantur, ppter altitudinem gurgitis. Color il lotis, viuisq; nigricans est. Ad hærent nec parte, nec toto: in tersunt enim fistulæ quædam inanes: sed pluribus passim par ticulis hæsitant, & quasi mēbra na extenta subesse radicibus ea rum videtur. Superne autem cę teri meatus concreti propemo dum latent. At vero quaterni, C aut quini patent, per quos pasci existimātur. Genus item aliud est, quod nomen Aplysias inde accepit, quia nūquam lauetur, quasi illotariā voces, habet hoc ampliores illos meatus, sed reli quo toto corpore densum est: ni hilo tamen densius, quā quæ an te enumerauimus genera, quan quam lentius, & ex toto pulmo ni similius cernitur. Sensum id genus habere, diuq; viuere inter omnes præcipue conuenit. co gnosci præ cæteris spongijs eo facile potest documento, q;, cū D illæ albicent limo subsidente, id semper nigrorem ostendit. Qđ ad spongias, & testatorum ge nerationē pertinet, res ita se hēt.

De locustis, & earum partu tempore, deq; cæteris crustis opertis. Cap. 17.

LOcustæ inter crustata, q; per coitum conceperunt, oua gerunt vtero trib⁹ mē sibus his, Maio, Iunio, Iulio: tum deinde sub aluo in rugas depo nunt, qua oua more vermium E augentur. quod idem de mollibus etiam, ac de piscibus ouipa ris intelligitur: ouum enim om nium ita accrescit. Fit igitur lo custarum ouum arenidū in par tes octo diductum: singulis enī operimentis, quæ de latere ex tant, singula quædam cartilagi nea iunguntur, quibus oua ad hærent, totumq; quasi species vuæ consistit: vnumquodq; n. illorum cartilagineorum in plu ra scinditur: quæ, si discreueris, patentesin aspicis, tantum com F posito quiddam apparet. fiūt maxima, non quæ iuxta meā tum, sed quæ media sita sunt: minimaq; nouissima continen tur. Magnitudo minimis quan ta granis ficuum est. nec mea tum ipsum vlla contingunt, sed per medium hærent: vtraq; enī ex parte, caudam dico, & aluū, bino maxime distinguitur in teruallo: sic enim operimenta quoq; disposita sunt. sed, quoniā latera ipsa cōplecti satis nō pos

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sint, addito extremo cuncta tegũtur, idq; velut operculum obturat. Videtur prorsus locusta cartilaginosis illis particulis mãdare oua, cum emittitur, caudam adducens, & protinus comprimens, inflectensq; sese, parere. Cartilagineæ vero illæ appendices per id tempus augẽtur, atq; ouorum capaces reddũtur. partus enim ĩ ijs recipitur, vt sepiarum in sarmentis, & qualibet colluuione collocatur. locustæ ad hunc pariunt modum. Mox
H vbi ea sui corporis parte intra diem maxime vigesimum oua concoxerint, abigunt vniuersa, conglomerataq; ita in idem, vt & foris congesta appareant. tũ ex eo locustæ proueniunt intra diem maximum decimumquĩ rum. & sæpe minores, q̃ vt digiti magnitudinem expleant, capiuntur. Excludunt igitur oua ante arcturum: abigunt iam cõcocta, atq; absoluunt ab arcturo. Squillæ gibbæ vterum mensis circiter quatuor ferunt. locu-
I stæ asperis, saxosisq; locis proueniũt. gammari leuioribus, ac terrenis. neutrum genus limosa amat: vnde fit, vt gammari apũd Hellespontum, & circa Thasum gignantur: locustæ circa Sigæũ, & Athon. Coniectantur loca aspera, limosaue piscatores, oris littoralibus, atq; alijs id genus indicijs, quoties capturam in alto liber exercere. littora potius vernis, hybernisq; temporibus expetunt, conferunt se in altum, æstate videlicet, cum alias calo- K
rem, alias frigus persequuntur. lis etiam, quas nomine vrsæ arctos appellant. idem pariendi tẽpus natura statuit, quod locustis: quocirca per hyemem, & vere priusq; oua excludant, cibo laudantur: cum exclusérint, deterrimæ fiunt. Crusta sua & locustæ, & cancri, tam nuper nati, quã post, exuuntur per ver, quemadmodum angues membrana vernatiõis, quam senectutem appellant. Locustis omnib? L
vita diuturnior data est.

De polypo, sepia, lolligine, ceterisq; molibus ouiparis, deq; eorum fœtura, & partu. Cap. 18.

MOllia copulatione, ac venereo coitu ouũ concipiunt candidum, qd in dies arenidum, quale illd cru stati generis euadit. Aedit polypus suum ouum, vel in cubilibus, vel in figulino, vel in quo alio cauo, simile labruscæ florẽtis racemulis, aut fructui arboris populi albæ, vt dictum iam M
est. pendent vtiq; per cubile oua tanta fœcũditate, vt collectis vas impleatur longe amplius, quã caput sit, quo continebantur. Polyporum itaq; ouis diebus post quinquaginta maxime ruptis, polypuli modo araneorum perq; multi exerpunt: quorum natura sigillatim nondum conspicua est, quanq; forma satis tota apparet: sed ob exiguitatẽ, imbecillitatemq; copia interit, iã nõnulli adeo spectan- exi-

G exigui, vt nulla partiũ constent distinctione, qnãuis ad tactum
Sepiæ oua moueantur. Oua, quæ sepiæ ædunt, magnitudinem myrtorũ capiunt, & nigrescũt. emisso. n. atramento parentis infundunt, atq; ita inficiuntur. cohærent inter se ad speciem racemi cuncta vni obducta cuidam nexui: nec facile alterum detrahi ab altero potest. mas enim humorẽ quendam mucoris mittit, cuius lentore tenaciter oua sibi cohærescunt, ac crescunt. Etiam hęc, &
H cum primũ ædita candida sint, atq; exigua, mox atramẽto perfusa, nigra, maioraq; reddunt. Cumq; sepiola iam intus constiterit, videlicet tota ex cãdido oui interno concrescens, tum ruptæ oui mẽbranula proles exit. primum pars illa interior candida, veluti grando consistit, cum fœmina suum atramentum aspserit. Nascitur enĩ sepiola ex eo ipso candicante corpusculo versa in caput, modo auium vẽtre
I annexo. Sed qualisnam sit in his annexus vmbilici, nondum exploratum habemus. Constat tamen candidum illud subinde diminui, dum sepiola augetur: & ad postremum, vt luteum auibus, sic candidum his aboleri. primũ oculi grãdescunt his quoq;, pẽrinde vt in cæteris, apparent. Sit A ouum. B Coculi. D sepiola ipsa. E hoc ipsum. Ferunt vterum sepiæ verno tempore. Pariunt intra diem decimumquintum, mox oua ædita crastinudi-
nem acinorum vuæ minorum K
intra diem item decimumquintum capiunt, quibus obruptis sepiolæ excluduntur. quæ, si qs prius, prole iam perfecta obscíderit oui membranam, stercusculum mittunt, suumq; prę me tu colorem immutant ex candicante in rubriusculum. Sed, cũ genus omne crustatum sibi iuncta contineat oua, itaq; foueat, polypus, & sepia, & reliqua generis eiusdem, oua, quæ pepererint absolura, fouent, & præcipue sepia: quippe cuius sæpenu L
mero alueus iuxta terram, dum hoc facit, appareat. Polypus fœmina modo incubat ouis, modo in ore sui cubilis assidens, brachium super ouis exporrectum tenet. Sepia parit iuxta terram Vbi sepia parit.
inter algas, & arundines, & si quod aggestum tale iniectum sit, vt sarmenta, aut lapides, aut quęlibet alia materiei cõgeries. Et quidem piscatores de industria fasces sarmentorum dispo nunt. hęc perlibenter in eis locu M
lamentis parit prolixam illam, continentemq; seriem ouorũ, qualis cirri muliebris species ẽ. enititur, aluum per interualla reprimens, inspergitq; atramẽtũ, interposita quiete: vtpote cum nõ nisi cum labore emittat. Lolligines in alto pariunt confertũ ĩs quoq; ouum, quale sepijs ẽ. Viuẽdi spatium tam sepiæ, quã lolligini breuenã exceptis paucis bimatum non complent. polypis etiam tantundẽ temporis

G ñ ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ad viuendum datum est. Prodeunt è singulis sepiarum ouis sepiolæ singulæ. quod idem in genere ēt lolliginum fit. Inter lolliginem marem & fœminā hoc interest, ꝙ fœmina intestina cōtinet duo, veluti mammas: quę, si aluo dissecta inspectes, facile videris. mas oīno ijs caret. Sepiarum hoc idem discrimen hēt, tū vero ꝙ mas varius plus, quām fœmina est, vt expositi.

De ijs insectorum generibus, quæ aut ex eruca, aut ex vermibus, aut ex fimo gignuntur. Cap. 19.

H INsecti generis mares fœminis esse minores, ac superuē tu coire, vixq; absoluī dictū iam est. Breui à coitu pariūt, maxima sui parte, quæ solent coire. Vermem autem omnia faciunt, excepto genere quodā papilionum, quod durum quiddā simile cartamo, i. cnici semini, producit, sed intus fluidum. Vermibus vero ipsis non parte aliqua, sicut in ouis animal creatur, sed totus vermis accrescit, & particulatim discretus formatur ī speciem destinati animalis. Procreantur porrò insecta, aut ex animalib⁹ generis eiusdem, vt phalangia, & aranei, ex phalangijs & arancis, vt bruci, locustę, cicadæ: aut non ex animalibus, sed sponte: alia ex rore, qui frondib⁹ insudat, videlicet verno tempore, vt natura fert, sępe tamen & hyberno, quoties tranquillum, australeq; tempus diutius consistit. Item alia ex cœno, aut fimo putrescente oriuntur: alia in lignis aut stirpium, aut cæsis: alia in animalium pilis: alia in excrementis, aut iam excretis, aut adhuc intra animantem contētis, vt quæ Tineæ, siue Lūbrici appellantur: quorum genera tria sunt, latum, teres, & quod ascaarida appellatum est, ex quo nihil procreari aliud potest. Latū autem illud solum, intestino adhærens, parit simile cucumeris semini, quo indicio Medici gen⁹ id lumbrici inesse intelligūt. Nascuntur papiliōes ex erucis: erucæ ex virentibus folijs, maxiēq; ex brassica. Primum min⁹ quid milio consistit in folio, mox vermiculi inde contrahuntur, & accrescunt, tum intra triduum eruculæ afformantur: quæ auctæ motu cessant, suaq; forma īmutantur, appellanturq; tantisper chrysalides, quasi aurelias dixeris. Duro intectæ putamine sūt, ad tactum mobiles, meatibus araneosis obductæ. non os, non aliud ex membris, quod conspicuum sit, possident. longo post tempore putamine obrupto evolant inde animalia pēnigera, quos papiliones vocam⁹. Itaq; primum, dum erucæ sunt, cibo alunt, atq; excrementum emittunt. At vero, cum in aurelias dictas transierint, nihil vel gustāt, vel excernunt. Hęc eadē gigneudi rō cæterorum etiam est, quę ex vermibus consistant, siue ex coitu aīalium vermes, seu sine coitu prodiere, nam & apium, &

A & crabronum, & vesparū vermes, quandiu recentes sunt, & aluntur, tantisper & stere⁹ emittere videntur: at, cum formæ liniamenta receperint, sub qua facie nymphæ appellantur, iam neq; cibum præterea capiunt, neq; vllum reddunt alui excrementum, sed coerciti, & contracti quiescunt, necvllo pacto mouere se patiuntur, vsq; dum species destinata perficiatur. quo facto euolat proles, rupto, quo cōtinebatur, folliculo. Quinetiā B superæ, & aciæ dictæ quibusdā eiusmodi alijs generantur erucis, quæ vndent ingressū: parte enim innitentes priore contrahunt sese, adducentes posteriorem, arcuatimq; moeduntur. Verum quæq; orta sibi colorem a sua eruca traiunt. Fit ex quodā verme grandiore, qui veluti cornua gemina protendit, suiq; generis est, primum toto immutato, eruca: deinde quę bombyx appellatur: ex quo necydalus, C inualidam dixerim. quæ varia formarum successio in semestri temporis spatio completur. Ex hoc animalis genere bombycia illa mulieres nōnullæ retorquēdo in filum deducunt, deinde texunt. prima texisse in Co insula Pamphila Platis filia dicitur.

Scarabei tauri vīa genitūr.

Eodem modo scarabei tauri gignuntur ex vermibus, qui in lignis aridis nascuntur. primum enim vermes ipsi immobiles fiunt, mox disrupto putamine id scarabei genus exit. Blattas in al

Hermol. reddit, Blattas in brassica.

uearijs gigni apertum est, quæ D & ipsæ pennatæ sunt. Asilus latiusculis quibusdam bestiolis, quæ in fluuijs supernatant, enascitur: quamobrem magna asilorum copia circa aquas, vbi id genus bestiolarum est. Erucis quibusdam corpore piloso, non grandi primum, cicindelæ a elunium fulgore nomine indito, fiunt non volucres: quibus deinde mutatis, pennigera animalia gignuntur, quos cirros vocant. Culices muliones ex ascaridis. E hoc est tipulis generantur. Tipulæ fere in puteis, & vbicunque aqua se colligit, terrena subsidēte concretione, oriuntur. fit vt principio fæx ipsa putrescēs colorem candicātem trahat, mox nigricantem, postremo cruentum. talis cum fuerit, minutissima quædam, & rubra specie algulæ prodeunt: quæ ad tempus hærentia suę origini mouentur, deinde absoluuntur, itaque ferū tur per aquam, tipulæ nuncupatæ. tum paucis post diebus erigunt se super aqua duræ, atque F immobiles: mox, disrupto putamine, culex emergit, ac insidet, donec vī Sole, vī flatu moueat, & voler. Cōe oīum vermiū est, & eorum, quę ex vermibus proueniunt, aīalium, vt primordiū gnatiōis, aut a Sole, aut a spiritu præstet, sed copiosi⁹, ac celerius fiūt tipulæ ī aquis, quarum sedimētū variū, ac, pmiscuū sit, quale in agro Megarico in opis solet miscerī: putrescit. n. hoc facili⁹ et

Tipulæ.

Gallerucæ

Muscarū gignatio.

Cantharidarū ortus

Gautsino quoq; vberius generat: minus enim humoris esse tunc accidit. Rediuñ gramíe oriunt. Scarabei virides, gallerucæ iam vocari incipientes, vermibus fimo bouis aut iumenti creatis gignuntur. Scarabei pilularij in fimo, quem voluunt, conduntur per hyemem, paruosq; vermiculos pariunt, ex quibus ipsi procreantur. Quinetiam leguminum vermiculis pennata animalia ratione simili prodeunt. Muscę ex vermiculis fimi digesti in partes gignũtur, quamobrem, qui eo sunguntur munere, contendunt reliquum fimi promiscui discernere: etiam confectum, cõcoctumq; esse fimum confirmant. Principium autem vermiculorum ipsorum exiguum est, quod primum rubescit, atq; ex immobili quasi hærens adhuc fibris moueri icipit: mox vermiculus immobilis redditur: qui, cum postea motus est, rursus immobilis fit: demumq; generat muscam, quæ flatus, aut Solis beneficio moueatur. Tabani ex ligno nascuntur. Orsodagnæ, quas mordellas appellem, ex vermiculis immutatis, qui in brassicæ caule creantur. Cantharidæ ex erucis fiei, piri, pini, atque etiam sentis caninæ oriuntur: fiunt enim in his omnibus vermes. petit genus id animalis fœtida, quoniam ex tali materia constitutum est. Vinarij culices ex vermiculis, qui fœce vini acescente gignuntur, origínem trahunt. Quinetiam in ijs, quæ putredinem nullam posse recipere existimatur, nasci animalia nouimus, vt vermes in niue vetustiore, qui hirti sunt pilis, & rubidi: quoniam & ipsa nix vetustate rubescit. sed i niue mediæ terræ candidi, & grandiores inueniuntur. torpẽt omnes, ac difficulter mouentur. In Cypro insula, grarijs fornacibus, vbi chalcites lapis ingestus complurib⁹ diebus crematur, bestiolæ i medio igne nascũtur pennatæ, paulo muscis grandibus maiores, quæ per ignem saliant, atq; ambulent. Emoritur & hoc genus, & illud niuis alumnum, cum alterum ab igne, alterum a niue dimotum est. Nonnulla corpora esse animalium, quæ igne nõ absumantur, Salamandra claro documento est: quæ, vt aiunt, ignem, inambulans per eum, extinguit. Hypanis fluuius apud Cimmerium Bosphorum sub solstitio defert veluti folliculos acinis maiores, quibus quadrupedes volucres erumpũt: quod genus animalis in postmeridianum vsque diei tempus viuit, & volat: mox descendente Sole macrescit, & languet: deinde occidente emoritur, vita non vltra vnum diem peracta: vnde Ephemerum, i dest diarium appellatum est. Quæ ex erucis aut vermibus gignuntur aranea inuoluta, magna ex parte principio exeunt hæc ita.

De

De vespārum generatione, & eius tẽpore: quando etiam insectorum genera quamplurima pereant.

Cap. 20.

VEspæ autem ichneumones nuncupatæ, quæ minores ẽsi ęteræ sunt, phalangia perimũt, occisaq; ferũt in parietinas, aut aliquid tale foramine peruium: deinde illiniunt luto, atq; ex ijs incubando suũ procreant genus. Nonnulla ex ijs, quorũ pennis crusta superuenit, & ex minutis, quæ nomine carent, nidos sibi é luto paruos, aut ad sepulchra, aut ad parietinas confingunt, atq; in ijs vermiculos pariunt. Tempus generationis à principio ad finem, maximę ferè parti septenarijs tertijs describit, aut quaternis. Culiculum & vermiformis generis parti plurimæ ter septeni attributi sunt. Quiparis quater septeni magna ex parte. septem ex ijs ab initu concretio, et cõsumatio oui vendicat sibi: reliquis trib⁹ septenis incubãt, atq; excludũt, ea. s. quę suo procreant fœtu: vt araneus, aut aliqd generis eiusdem. mutationes vero, & transitus figuras alias trinis aut quadrinis diebus parti maximæ peraguntur: sicut in morbis quos dies decretorius euenit. Talis insectorum generatio est. Pereunt striatis contortisque membris, vt senectute genus maiorũ animalium moritur. quæ pennata ex ijs sunt, pennis etiam conuulsis autumno ferè moriuntur. Tabani quidem vel aqua intereunt oculorum cæci intereunt.

De cultu, & generatione apum variæ opinionum. Cap. 21.

DE generatione apum varia opinio est. Alij. n. eas parere & coire negant, sed deportare fœturam existimant. nec vnde portent, constat interpretes: sed alij ex flore cerinthi, alij ex flore arundinis, alij ex flore oleæ aiunt: argumentumq; adferunt, qđ cũ oliuarum prouectus fit largior, tunc plura examina prodeant. Sunt qui fucorum qdem fœturam cõportari ab aliquo ex ijs, quæ mõ dixi, arbitrẽtur: sed apum generi nõ tũ præstari à ducibus. Quorũ duo sunt genera: alterum suluum, qđ præstantius est: alterũ nigrum, magisq; varium. magnitudo ijs duplo, cẽsi cæteris frugi apibus, auctior est, pars a præcincto inferior, pportiõe sesquialtera adeo longitudinis habetur. vocantur à nonnullis matres, vtpote originis authores. argumento referunt, quod fucorum fœtus ædiuntur ẽt sine duce, apum nunquã. Aliqui per coitum agi opinant, maresq; eẽ fucos, fœminas vero apes esse contendunt. cæterę in concauis, imisq; fauorum proueniũt. Duces subter ad fauum pendentes oriuntur separatim sex, aut septem, contra quàm cæterę turmæ fętura, adhærentes. Aculeum apes possidẽt; fuci eo carent. Reges ducesque habent, sed non vtuntur: quocirca eos cer-

Carere aculeo nonnulli existimant.

De apum generibus, & earum ducibus, et ætate, deq; fauorum confectione, & schadonibus, id est apum sobole. Cap. 22.

Genera apum plura. Optimum, quæ breues, varię, & in rotunditatem cōpactiles sunt. Secundum, quæ longæ, & vespis similes. Tertium, q fur nuncupatur. grandis hic, & aluo est ampliore. Quartum fucus præcipua magnitudine, sed nullo armatus aculeo, & ignauus, quāobrē alueis aliquid intexunt, quo apes subire possint: fuci autem, vt grandiores, nequeant. Ducum duo sunt genera, vt dictum iam est. Nec vnus in quoq; examine dux tantummodo est, sed plures: peritq; ipsum examen, si duces vel non satis habeantur (qđ non tam principis desyderio, q̄ ortus, vt aiūt, ad quem illi necessariō sunt, incidit) vel plures q; satis: distrahūt .n. examen. Prouenit fętus apū parcius vere serotino, squalore, rubigine. Augent porrò mella siccitates, sobolem imbres. vnde fit, vt simul oniuæ, & examinum copia sit. Fauos primū cōficiunt, mox collocant fętū ore emittentes suo, vt ips placet, qui censent aliūde prolis primordia conuehi. deinde cibi cā mellificant, tam æstate, q̄ autūno: sed melius mel autumnale est. Cōstruunt fauos é floribus, cerā ex lachryma arborum fingūt, mella ex rore aeris, syderum exortu potissimum, et arcus cœlestis incubitu contrahunt. oīno ante vergiliarum exortum mel non fit. Fauos itaq; vt dictum est, floribus faciunt. mel autem non ipsas facere apes, sed rorem cadentem deferre, argumento est, q vno, aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarij. Item autumno mel, posteaq; detractū est, non reparatur, cū tñ illo etiā tempore flores proueniant. sublato itaq; melle, & cibo aut nullo extante, aut exiguo, repeterēt certe apes munus mellis cōficiēdi, si ex floribus possent accipere. Crassescit aūt mel concoctū iam tempore: initio .n. vt aqua dilutum est, & primis diebus sine crassitudine cernitur. quod si exemptum eo tempore sit, crassitudine caret: tum vicesimo maxime die spissatur. Indicium pfectionis in sapore potissimū est: dulcius .n. quod crassius. Colligunt apes ex omnibus, q̄ florē calículatum ferunt, atq; ēt ex cæteris, ī quibus dulcedo est: et lingua susceptum genus id saporis deportant, sine vllo fructuū detrimento. Vindemiantur initio caprifici aluei: tunc .n. mellationis terminus est. Schadones autem, sobolem dico, optimę fiūt, cum mellificatur. aggerunt suis cruribus ceram, atq; erithacam. mel ore euomunt in cellas. fętu posito incubāt auium more. exclusus inde vermiculus, dū parvus est, iacet in fauo obliquus: post deinde sua ipse facultate se erigit, cibumq; capit: & fauo ita adhæret, vt retineri videatur. Fętus apum & fucorum candidus est: ex quo vermiculi fiunt, qui in apes fucosq; transeāt. Primordium regum colore cernitur fuluo, corpulētia mellis crassioris, magnitudine illico proxima suę futuræ soboli. nec primū ex eo vermiculus gignitur, sed statim apis, vt aiunt. qua autem parte fętus constitutus sit, mel ibi é regione cōficitur. Schadones, si fętus oppressus intercipiatur, trūcatæ sine pennis & cruribus pdeunt. Sed, si libere ad finem generationis venerunt, rupta, qua cinguntur, membrana, euolant. Stercus, quādiu fit vermis, emittit: postmodum non, nisi perfecte, vt modo dixi, prodierint. Si quis capita ips demat, priusquā pennas habeant, pro pabulo nimirum apibus sunt. & si fucum ademptis pennis in alueum reīcias, ipsæ reliquorū pennas erodunt. Vita apum anni sex. nonnullæ ēt septem possunt cōplere. Quod si examen nouem, aut decem annos durauerit, prospere actū esse existimatur. Genus quoddam apum in Pōto est cādidum valde, quod bis mense mellificet. Apud Themiscyram circa Thermodontē amnē apes tam in terra, q̄ in alueis faciūt fauos, qui parum admodum cerę contineant, & mel crassius reddant. Fauus ipse lævis atq; æquabilis est, quem non semper, sed hybernis temporibus tantū cōstruunt. copia .n. in eo tractu est hederæ, quæ hyeme floreat, vnde apes mel capiant. Ad Amisum vrbem cōuehitur à locis superioribus mel candidum, crassumq; maiorem in modum, qđ apes faciūt arboribus sine fauo, quale ēt fieri in Pōto cognitum est. Sunt etiam apes, quæ fauos sub terra triplici ordine faciant: in quibus mel est, vermis nullus. sed nec faui oēs eiusmodi sunt, nec apes ita omnes confingunt.

De fœtura crabronum & vespārum. Cap. 23.

Crabrones & vespæ, si duce amisso aberrauerint, fauos suę proli constituunt, in sublimi & foraminibus. crabrones in sublimi, vespæ in foraminibus. sed, si habeant ducem, sub terra nidificant. Cellis sexāgulis fauos extruunt omnes, vt apes: sed ex materia corticea q̄dam, & araneosa. longe tñ lautior fauus crabronum, q̄ vespārum est. Fęturam mō apum instillant ad latus cellarum faui, et parietibus admouent. Verū non in omnibus cellis inest æqualis fętus, sed alijs iam grādiusculus, vt vel queat volare: alijs in nympha est, alijs adhuc ī vermiculo. Excrementum vermiculis tantum, vt & in apū genere est. manet fętus immobilis, cū in nympha est, & membrana velatur. Paululum mellis quantum gutta, in cellis crabronum é regiōe proli paratur. Schadones huius generis non vere, sed autumno fiunt,

G fiunt, & crescunt maxime pleni Iunio. hæret et fœtus, & vermiculus non in imo cellæ, sed lateri.

De partu nonnullorum ex genere bombycum. Cap. 24.

NOnnulla ex bŏbycū genere nidos, sacutū exeūtes è luto, quasi illitos, vitri specie assigunt lapidi, aut alicui tali, tam crassos, durosq; vt spiculo pforari vix possint. Pariunt in ĕis, et vermiculos producunt candidos, mĕbrana obuolutos nigra, seorsumq; à mĕbrana ceram in luto faciunt, q̃ multo pallidior sit, q̃ cera apum.

De coitu & partu formicarum. Cap. 25.

COeunt & formicæ, & vermiculū pariunt nulli annexum: qui accrescens exminutulo & rotundo longiusculus fit, formamq; accipit debitā. Ortus eorum verno tpe agitur.

De partu terrestriū scorpionum. Ca. 26.

Scorpiōes a sua ꝓle terminant.

QVin & scorpiones terrestres vermiculos quorū specie pariunt complures, et incubant. mox vt prolem perfecerint, pellūtur ab ea ipsa: sicut & araneis accidit, & interimūtur à suis liberis magno numero: sæpius enim vndenos pariunt.

De generibus aranearum, & eorū partu. Cap. 27.

ARanei vero coeūt modo, quo dictum est. Pariunt vermiculos, q̃ nō ex parte, sed toti in aranei formam immutantur: nam & rotundi iam inde à primo ortu proueniunt. Cum pepererint, incubāt, & triduo peragunt. pariunt oēs in tela: sed alĭ in subtili & breui, alĭ crassiore, & alĭ omnino in sinu orbiculato: alĭ ita, vt aliquatenꝰ tela obducta proles muniatur. proles autem ipsa non vniuersa producitur: vt tñ quisq; exiuit, protinꝰ salit, filumq; mittit. Humor similis in vermiculis infricatu percipitur, atq; in araneis ipsis recens natis, hoc est crassus, & candidus. Pratenses aranei in tela pariūt, cuius dimidium applicatum ipsis matribus est, reliquū foris recipit partū. & incubāt eadem in tela, atq; viuificāt. Phalangĭ in rete, qđ crassum cō fecerint, pariunt, atq; incubant: cæteris lautioribus illis partꝰ minoris numeri est. at vero phalangĭs admodū numerosus. Cūq; ipsa proles increuerit, matrem amplexa consumit, & eĭcit. sæpe et patrem, si cęperit: adiuuat enim fœminam incubitu. Pariūtur interdum & trecenti eodem vtero. Consumantur aranei, & iusta sibi recipiunt incrementa diebus quater septenis, à paruo sui ortus initio ad finem.

De coitu, & partu locustarum, earumq; ætate. Cap. 28.

LOcustę eodem coeūt modo, quo cætera insecta, scilicet minore superuenientem maius. sunt. n. Feo genere mares minores q̃ fœminæ. Pariunt in terra fixo cauliculo, quo mares

A res vacant: ac vniuersæ, & loco eodem fœtum deponunt, ita vt quasi fauus esse videat. hinc vermiculi, specie qui gerentes oriūtur, qui terra quadam prętenui, tanq̃ membranula ambiuntur: qua disiecta emergunt locustę, ac euolant. Tam mollis fœtura hæc est, vt ad tactum leuissimū dilabatur, et pereat. Nō summæ telluri partus committitur, sed paulò altius. hic cōcoctione peracta exeunt ex illo terreno amiculo paruæ locustę, & nigrātes:
B deīde cute obrupta, maiores statim effĭciuntur. pariūt exitu veris, et statim à partu moriūtur, vermiculis circa collū innascentibus tempore partus, qui eas strangulent. Mares quoq; eodē tempore obeūt. Vere terra emergunt. Locis montanis, aut tenuibus locustæ nō fiunt, sed planis, rimosisq;. pariunt enim in rimis suā ouā, quæ durant hyeme. in terra ineunte æstate proueniunt ex fœtu anni superioris locustæ.

C *De brucis, & eorum fœtura. Cap. 29.*

PAri modo & quos brucos appellant, pariunt: &, cū pepererint moriuntur. intereunt ouā eorum aquis autūnalibus, cum nimis increuerint. At sicco autumno largior prouentus brucorū est, qm̃ minus ouā intereant. innormis. n. eē videtur eorum quidem interitus. quinetiam ortus nulla certa agitur ratione.

De generibus cicadarum, & earum ceitu. Cap. 30. D

CIcadarum duo sunt genera: aliæ enim minores, q̃ primę prodeunt, & nouissimę pereunt: aliæ maiores, quę canunt, eædemq; nouissimæ prodeunt, & primæ intereunt. Sunt quę canunt præcinctu diuduę, siue minores, siue maiores sunt. quæ autem non canunt, indiuiduæ constant: vocant nonnulli grandiores illas, & canētes argutas, minores mutas. Sed canere vel in secūdo hoc genere possūt E paululum, quæ præcinctæ prodierint. Nasci non possunt cicadæ, vbi arbores desunt: quocirca apud Cyrenam nullæ in campo sunt, cūm circa oppidum ipsum multę proueniāt. Oleas maxime amāt, vt minus vmbrosas. loca. n. frigidiora aspernant: quā obrem in opacis nemoribus cē nequeunt. Coeunt tam maiores q̃s minores supinæ cōplexu mutuo: masq; inserit in fœminā, fF eut & cætera insecta agunt. Genitale fœmina habet rescissum, quo recipit id, quod à mare iniĭcitur. Pariūt in aruis cessantibus excauātes asperitate præacutā, quā ꝓte habent posteriore: quo bruci et solo eiusmodi pariunt: quapp in Cyrenensi agro copia est. Quinetiā in arūdinibus, quo adminiculo vites eriguntur, nidum fœturæ excauant. & in eaulibus squillæ herbæ interdū pariunt: sed hic fœtus facile in terram dilabitur. Proueniūt large

Quę cicadarū argutæ q̃ mutæ.

Quibus locis cicadæ pariant.

copia

G copia imbrium. Crescit primo in terra vermiculus: deinde fit ex eo, quæ Tettigometra vocat, parentis nomine: quo tempore gustu suauissimæ sunt, antequã cortex rumpatur. postmodũ circa solstitia noctu exeunt, statiq; rupto cortice, prodeunt cicadæ ex matrice illa cicada, quam modo tettigometrã dixi, nigræ protinus, & duriusculæ, & maiusculæ: atq; incipiũt canere. mares vtroq; in genere canunt: fœminæ silent. & ante coitũ mares H suauiores sunt: à coitu fœminæ, quippe quæ oua candida gustu habeant gratã. Excitatæ cũ subuolant, quendã reddunt humorẽ modo aquæ, quo rustici eas mingere, & excremento non carere, roreq; ali asseuerant. Siquis digitũ contrahens, ac remittens subinde appropinquet, magis expectãt, q; si illico extendat: & quidẽ transire in digitum alliciunt: q; enim oculis hebetes sunt, quasi frons aliqua moueatur, digitũ ita admotũ conscendunt. I

De coitu, & generibus pediculorum, culicum, cimicum, quæ ne alantium generibus infestent. Cap. 31.

QVæ ex numero insectorũ nõ carne viuunt, sed carnis viuę humore alũtur, vt pediculi, pulices, cimices, hæc per coitũ generant ea, quæ lendes vocant: ex quibus nihil præterea nasci potest. Illorũ aũt generatio talis est. Pulices minima quadã putredine gignũtur, sedemq; sui ortus sordes obtinẽt aridas. Cimices ex humore, qui K p summa corporis aĩalium cõsistit. Pediculi ex carne: quibus suturis emergũt ceu pustulæ quædã sine pure exiguæ: quas si pũgas, pediculi exeũt. Accidit morbus hic nõnullis hominibus prę nimio corporis humore. & quidẽ aliquos fœditate obĳsse proditũ ẽ, vt Alcmanẽ poetã, et Pherecydẽ Syriũ. quibusdã itẽ morborũ generibus copia nascit pediculorũ. Genus pediculi, ferũ vocatũ, est durius eo, q̃d magna L ex pte puenit, & corpori detrahitur difficilius. Pueris pediculi in capillo magis, viris min⁹. omnino fœminæ magis q̃ mares pediculũ sentiunt. minus laborãt eorũ capita, quibus pediculꝰ in capillo est. Quin & ex cæteris aĩalibus cõplura pediculo infestãtur: vt aues. & phasianæ q̃dẽ intereũt, nisi se pulueręt. Oĩno q bus penna caule cõstat, ĳs pediculus gignitur. nec ea, quibus pilus ẽ, carẽt eodẽ, excepto asino, qui nõ pediculo tãtum, verum M etiam rediuo immunis ẽ. Boues vtrunq; id habẽt. oues, & caprę rediuos habẽt, pediculis vacãt. Suibus quoddã pediculi grãde, ac durum familiare est. Canibꝰ propriũ ricinus, qui ab eodem animali nomen cynoraistæ accepit. Genus aũt vnũquodque pediculi ex corpore ipso sui animalis enascitur. Proueniunt largius pediculi mutatione aquarum, quibus lauare se solent ea, quorum natura pediculum parit tur.

Pulicũ ortus.

Cimices.

Pediculi ex carne.

A tur. In mari etiam pisces hoc malum infestant verum non in piscibus ipsis, sed limo gignitur simile multipedibꝰ asellis, nisi quod caudã hoc ampliusculã habeat. Genus pediculi marinum simplex vnumq; est, vbiq; proueniens: sed maxime in foraminibꝰ, & cauernis, infecta hæc omnia sunt, & multipeda, & exanguia. Asilus thunnorũ sub pinna oritur, specie scorpionis, aranei magnitudine. Maris, quod à Cyrena in Aegyptum panditur, pi- D scis, Pediculus nomine circa delB phinum est, qui omnium pinguissimus fit pabuli copia, quæ delphini opera suppeditatur.

De genere tinearum, quod in lanis procreatur: deque xylophthoro, quod in lignis: nec non de ficarijs culicibus, quos caprificus generat. Cap. 32.

QVin etiam alię generantur bestiolæ, vt dictum est, tum in lanis, & quibusuis lanificio confectis: vt tineę, quæ lanis puluerulentis præcipue oriuntur: atq; etiã magis si arancus vna includatur. si quid enim humoris inest, hic absorbens ampliat siccitatẽ. nascitur & in tunicis hoc idẽ vermiculi genus. Tũ vero in cera vetusta, vt in ligno, animal gignitur candidũ, q̃d omnium animaliũ esse minimum existimatur, nomine Acari. nec nõ alia in chartis, aut ĳs proxima, quæ in veste, aut scorpioni, sed sine cauda gene- E rantur perquam exigua. omnibus prope dixerim, vel siccis humescentibus, vel humidis siccescentibus, creari animal potest. Nascitur & vermiculus quidã, cui nomen à corrumpendis lignis, Xylophthoro, ac si lignis perdi appelles, nullo minus absurdũ. caput enim suo putamine exerit variũ, pedes in postremo habet, vt alĳ vermes: reliquũ corpus tunica araneosa integitur, sucoq; tegumento hærentes festucas gerit, ita vt forte eas, casuq; sibi contraxisse dum ambularet, videretur: verum ipsæ natiuę inhærent tunicę: & ĳ, vt limacibus testa, sic totũ id vermiculo huic adhæret: nec decidit vnquam, sed euellitur, vt natiuum. q̃ si hanc eius tunicã detrahas, expirat, pariq; modo, atq; limax, testa detracta hebetescit. processu vtiq; temporis id quoq; in aureliam trãsit, vt eruca, atque immobile viuit. Sed quidnam ex eo animalis pennati oriatur, compertum non adhuc est. Ficarios culices caprificus generat. suis pomis sit primum vermiculus, mox rupta cute euolat culex, murataq; sede, petit ficus immaturas: quibꝰ se insinuans, facit ne decidant. F Ficarij culices.

Quamobrem agricolæ appendere ficis caprifici ficus, & iuxta easdem caprificos serere assolent.

Acari minimum aĩalium.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *De fœtura quadrupedum ouiparorum. Cap. 33.*

QVadrupedes aũt sanguinei ouipari generis ort⁹ verno tẽpore quidẽ agitur, sed coitus non tempore eodem: alia.n. vere, alia æstate, alia circa autũnum coeũt, vtcũq; singulis tẽpus sequens ad prolẽ cõmodius est. Testudo oua durioris testæ, & bicolora ædit, quale ouũ auiũ est: eaq; defossa, et cooperta terra, ac pauita et cõplanata incubat, crebrius repetens: fœtumq; sequente anno excludit. Testudinæ fœtus.

H Mus aquatilis, siue testudo lutaria ĩ terra scrobe effossa dolĳ amplitudine parit oua, quæ deserit terra obruta, dieq; tricesimo reperit, refossaq; aperit, fœtumq; continuo ducit in aquã. Testudines ẽt marinæ, egressæ in terrã pariũt oua auium cortaliũ ouis similia: & defossa, cooperta q; incubant noctibus. ouorũ numerus maximus est, nã ad centena pariunt oua. Quin & lacertæ, &

I crocodili tã terrestres, q̃ fluuiatiles sua oua terræ gremio committunt. Lacertarũ oua spõte in terra aperiunt: vitã.n. earum annum nõ cõplere, sed semestrem finire aiunt. Crocodilus fluuiatilis oua sexagĩta cõplurimum parit, viuitq; diu, maximumq; animal minima hac origine eua dit. ouũ.n. nõ maius q̃ anseris, & fœtus ide exclusus proportione est: attã crescit ad quindecim cubita. Sunt qui eũ tandiu augeri, quandiu viuat, confirment. Lacertę, & crocodili oua.

De vipera, cæterarumq; serpentium fœtura. Cap. 34.

VIpera è serpentibus vna animal ædit: cum intra se oua primum peperit. Ouũ hoc vnius coloris, & molle, vt piscium est. fœtus superne consistit: nec cortice continet, sicut nec piscium quidẽ. Parit catulos obuolutos membranis, q̃ tertia die rũpantur. euenit interdum, vt qui ĩ vtero adhuc sunt, abrosis membranis prorũpant, singulos diebus singulis pariẽs, plures quã viginti. Cæteræ serpentes oua pariunt foris contexta ad monilis, hoc est ornamenti mulierum, quod ambit collũ, similitudinem. Incubant quę pepererint in terra, & fœtum sequẽte excludunt anno.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER SEXTVS.

Aues omnes oua parere, diuersis tamen anni temporibus, nec in ouorum numero omnes conuenire. Cap. 1.

SErpentinum, & insectorũ, atq; ẽt quadrupedũ oua pariẽtiũ generationes fieri ad hunc modum animaduertimus. Aues aũt oua pariunt omnes: sed tempus coeundi, pariendiue non idem omnibus est: quippe cùm aliæ coeãt, & pariant omni ferè tempore, vt

A vt gallinæ, vt columbæ. Gallina enĩ toto anno, præterq; duobus mensibus brumalibus parit. magna ẽt generosarũ nonnullis fœcũditas, qũ vel sexaginta ædũt ante incubitũ: quanq; ipsæ min⁹ fœcundæ, q̃ ignobiles sunt. Itẽ hadrianæ paruo quidẽ sunt corpore, sed quotidie pariunt. ferociũt tamẽ, & pullos sæpe interimunt. Color his varius. Nonnullæ ẽt è cortalibus bis die pariũt. Iam aliquæ in tantũ copiæ prouenerunt, vt effœtæ breui moreGallinarũ fœcũditas.

B rẽtur. sed gallinæ, vt dictum est, ꝓpetuo pariunt. Colũbe autem, palumbes, turtur, vinagò bina pariũt. sed colũba vel decies anno: aliæ semel anno, & parcius generant. Agitur maximo auiũ numero part⁹ verno tẽpore. Sed alĳs aliæ fœcundius pariunt. qđ bifariam fit: aut enim quia crebrius, vt columbæ: aut quia numerosius, vt gallinæ. Omnes, quibus vngues adunci, parcius generãt, excepto tinũculo, qui plurima in adunco genere parit: iã enim quatuor eius reperti sunt pulli. sed plures etiã posse procreari apertum est, l parium cæterę in nidis: quæ autem min⁹ volãt, vt pdices, vt coturnices, non nidis, sed cõdẽso frutice prolem muniũt. Sic & alauda, & tetrix. sed hæc suum nidum patere auræ cupiunt. Quem vero Bœotĳ meropen vocant, hic vnus subiens terræ cauernas, facit cunabula. Turdi nidos ex luto, vt hirundines faciunt in excelsis arbori-

C

Quã varię nidificent aues.

D bus, ita deinceps cõtinuato opere, vt quasi catena quædã nidorũ contexta videaĩ. Vpupa vna suo in genere nõ nidificat sed stipites arborũ subiẽs, parit sine vllo stramẽto in cauis. Cuculus saxa, & domicilia perit, ĩ quib⁹ nidificet. Tetrix, quã Athenienses vragẽ vocãt, nec terrę, nec arbori suũ nidũ cõmittit, sed frutici.

De natura, & diuersitate ouorum omnĳ auium seminęq; genitalis, & incubandi officio. Cap. 2.

OVum æque oĩum volucrũ duro putamine conE stat, si modo non deprauet, sed lege cõsumetur naturæ. Gallinæ.n. nõnulla pariũt mollia vitio, et bicolor quoque ouũ auium int⁹ est, luteũ interius, album exterius. sed differunt oua aquaticarũ a terrestrib⁹, ꝙ multo plus lutei q̃ albi, ex ꝓportione cõtineãt. Differunt & colore inter se oua auium. Sunt enĩ alia candida, vt columbarũ, & perdicum: alia pallida, vt palustrium: alia punctis distincta, vt meleagridum, & phasianarum. Rubrum tinunculi est modo minũ. Quin & ipsum ouum in se suũ habet discrimen, quippe quod parte sui acutum, parte latius sit: qua quidẽ parte latiore exit. cũ gignitur. Quæ oblonga sunt oua, & fastigio cacuminata, fœminã ædunt, quæ aũt rotundiora, & parte sui acutiore obtusa, orbiculum habẽt, marẽ gignũt. Incubitu auium fœtum excludi naturæ ratio est: non tñ ita solũ

F

Nõ vna solã cõe ex quis fœcũ excludi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ouа aperiuntur, sed etiam spõte in terra, vt in Aegypto obruta fimo pulliciem ,pcreant. Et Syraculis potator quidã, ouis sub storia ī terra positis, tãdiu potabat, donec oua æderẽt fœtũ. Iam vero & cũm in vasis quibusdam tepidis essent cõiecta, sponte oua pullos prompsere. Semen genitale voluerũ oĩum album, vt cæterorũ aĩalium est. Cõcipit sœmina, q̃ coierit, ouum superius ad septũ transuersum: qđ ouum primo minutũ, & cãdidũ cernitur:
H mox rubrum, eruentumq; deinde increscens luteum, & flauum efficitur totũ. Iam amplius auctũ discernitur, ita vt intus pars lutea sit, foris candida ambiat. vbi perfectum est, absoluitur, atq; exit putamine, dũ parit, molli, sed ,ptinus durescente, quibuscũq; emergit portionibus, nisi vitio vuluæ defecerit. Iã quale certo tempore est, tale aliqñ prodñt luteum totũ, qualis postea pull⁹ est. Gallina ẽt discissa, talia sub sepio, quo loco fœminis oua adhærent, reperta sunt, colore luteo
I tota magnitudine oui perfecti: qđ pro ostẽto augures capiunt.

Hypenemia ouã qualia.

Nec audiẽdi sunt qui oua hypenemia dicta à vento, quasi subuẽtanea dixeris, reliquias esse partus, quẽ coitus fecerit, arbitrantur. Iã enĩ aliquas gallinarum, et anserũ iuuencas expertes adhuc coitus parere hypenemia visum sæpius est. Sunt hæc sterilia & minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida, q̃ ea, quæ fœcũda gignuntur, sed plura numero. humor eorũ crassescere in cubatione auis nõ potest, sed tã candida, quã lutea pars similis fi bi perseuerat. Pariunt genus id oui plures aues, vt gallinæ, perdices, columbæ, pauones, anseres, & quæ ab anſere & vulpe cõpositio noie chenalopeces, id est vulpanseres dictæ sunt. Excludunt celerius incubantes æstate, q̃ hyeme. Ideo æstate gallinæ duodeuigesimo die fœtũ excludunt, hyeme aliqñ vigesimoquinto. Discrimẽ tñ & auium est, qđ aliæ magis aliis sungi officio incubãdi possunt. Si incubante gallina tonuit, oua pereunt. Quę autem canicularia, & vrina à nonnullis vocanſ, æstate magis conflũt. Sunt qui hypenemia, hoc est subuentaneos illos part⁹ zephyria noĩent, eo q; verno tẽpore aues flatus illos fœcundos ex Fauonio recipere videantur. sed idẽ faciunt etiã, si digito in genitale palpeẽ. Redditur certe ouũ subuentaneũ illud sęcundum, & qđ iam cõceptum per coitũ est, transit in genus diuersum, si prius coeat, quæ vel subuentaneũ, vel semine maris diuersi cõceptum fert, q̃ ouum ipsum à lutea in cãdidam ambiẽtẽ partẽ proficiat. Ita enim fit, vt subuẽtanea oua secunda reddantur: & quæ inchoata à mare priore sunt, specie posteriora proueniãt. At, si iam candidum acceperunt humorẽ, fieri non potest, vt vel subuentanea in secunda mutẽtur, vel quæ

per

A per coitum concepta gestantur, transeant in genus maris, qui secundus coierit. Incepta quoq; si adhuc paruis defierit coitus, nõ accrescunt: sed, si cõtinuetur, celeri incremento augent: iustamq; magnitudinem implent. Naturam vitellus oui, & albumen habent contrariã, non tantũ colore, verumetiam virtute. Vitell⁹ enim spissatur frigore, albumen nõ, sed amplius humet. contra albumen spissatur igne, vitellus
B nõ, sed mollis persistit, nisi peruratur: magisq; in aqua feruente, q̃ ad ignem cogit, atq; indurat. Membrana hæc inter se discernuntur. Grandines aũt dictæ, q̃ initio vitelli adhærent, nil ad generationem conferunt. quãquã aliqui ita nõ existimãt. has duas esse certum est, alterã parti superiori iunctam, alteram inferiori. Euenit etiã, vt si quis rupto putamine oua plura in patinã coniecit excreta, & coquit igne molli & cõtinẽte, vitelli omnes in me-
C dium coeant: albumina aũt circundent, & sein oras cõstituãt. Gallinarum iuuẽcæ pariunt primq; statim vere ineunte: & plura quã veteres, sed minora. deniq; aues, nisi pariant, laborant morbo, atq; intereunt. Inhorrescunt à coitu, ac se excutiunt. sæpe etiã festuca aliqua sese lustrant. quod idem & ædito ouo interdum faciunt. Columbæ caudam distendunt, anseres sese aquis ingurgitant. Celeriter magna pars auiũ & impletur, & oua subuentanea

Vitello, & albumini contraria tX.

illa concipit. qđ vel in perdice p- D cipi potest eo, quo libidine incitatur, tempore. nam si contra marem steterit fœmina, aura ab eo, flãte, fit prægnãs, atq; extemplo inutilis aucupñs. olfactum enim esse exquisitum perdicibus creditur. Oui generatio ab initu, & pulli rursus ouo concocto pronẽ tus, non pari temporis spacio euenit omnibus, sed pro magnitudine generantis interest. Ouũ gallinæ consistit à coitu, & persicitur decẽ diebus magna ex parte: columbæ paucioribus. Facul H tas columbis retinendi oui, etiã E tempore parturiendi est. nam, si Quid pe- ab aliquo vexeẽ, aut penna in ni- culiare co- do euulsa, vel quauis alia simili- lumbi cõ- re infestetur, aut ẽt sponte moro- cipiẽdo, & sius habeat, ouum per tristitiam ædito o- retinet, partumq; differt. Peculia- uo, atq; ẽt re colũbis illud etiã est, vt in coi- in coitu. tu, nisi ante mutuo osculentur, mas non ascendat. sed iunior sit, an senior, interest: senior enim primum coitum osculo exordi- tur: sequentem & sine osculo agit. at iunior quoties libet coi- I re, toties osculatur. Igitur hic ri- F tus columbarum proprius est: atq; etiã ille, vt fœminæ saliãt, ac supergressu mutuo agant, si mas non sit: & cum osculo, vt mares: & quamuis nihil altera emittat in alteram, tamen plura sic oua, quàm ex maris coitu pariunt, verum nullus his enascitur pullus, sed sunt omnia irrita. Generatio vero ex ouo ofbus volucribus euenit, modo quidem est

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dem: sed tempora differunt, vt dictum iam est.

Quot dierum spatio pullus in ouo generetur, deque eius creationis ordine. Cap. 3.

GAllinis porrò tertia die ac nocte, postq; cœpere incubare, indicium præstare incipiunt. At maiorum auiū generi plus prætereat temporis necesse est: minori aūt minus sufficit. Effertur per id tēpus luteus
H humor ad cacumen, quā principiū oui est, atq; ouum detegitur ea parte, & cor quasi punctū sanguineum in candido liquore cōsistit: qđ punctū salit iam, & mouetur, vt animal. Tendunt ex eo meatus venales sanguigeri duo tortuosi ad tunicā ambientem vtrāq;, dum augetur. Membrana etiā, fibris distincta sanguineis, iam albū liquorem per id tēpus circundat, à meatibus illis venarū oriens. Paulò aūt post et corpus iā pulli discernitur, exi-
I guum admodū primū & candidū, cōspicuum capite, & maxime oculis inflatis, quibus ita pmanet diu: sero enim decrescunt oculi, & se ad ratā contrahunt proportionem. Pars aūt inferior corporis nullo mēbro à superiore distingui inter initia cernitur. Meatuū, quos ex corde tendere diximus, alter ad ambiēdū albū liquorē fertur, alter ad luteū, velut vmbilicus. Origo itaq; pulli in albumine est, cibus per vmbilicū ex luteo petitur. Die iam decimo pullus totus perspicuus ē, K & mēbra oīa patent. Caput grādius toto corpore est. oculi capite grādiores hærēt: quippe qui fabis maiores per id tēpus emineāt nigri, nōdū eū pupilla. quibus, si cutē detrahas, nihil solidi videris, sed humorē cādidū, rigidūq; admodum refulgētē ad lucē, nec quicq; aliud. ita oculi, & caput. Iā vero & viscera eo tēpore patēt, & alui, intestinorumq; L natura perspicua est. Venæ etiā illæ, à corde proficiscentes, iā se se iuxta vmbilicū cōstituūt. Ab ipso aūt vmbilico vena oritur duplex: altera tendens ad membranā ambiētē vitellum, qui eo tempore humet, & largior quā fm naturam est: altera permeās ad membranam ambiētem eā, qua pullus operitur, & eā, quæ vitellum, humorēq; interiectū continet. dum enim pullus paulatim increscit, vitellus seorsum in duas partes secat: quarum al- M tera locū tenet superiorē, altera inferiorē, & medius humor candidus cōtinetur. nec partē inferiorē à vitello liquor deserit albus, qualis ante habebatur. Decimo die albumē exiguū iam, et lentū, crassum, pallidulū nouisti me inest. Sunt enim quæq; loca ta hoc ordine. prīa, postremaq; ad testam oui membrana posita est, non testæ ipsius natiua, sed altera illi subiecta. liquor in ea cādidus est. deinde pullus cōtinetur obuolutus mēbrana, ne in

A in humore maneat, mox pullo vitellus subiacet: in quem alteram ex venis prorepere dictum est, cùm altera albumē ambiēs petat. Cuncta aūt ambit mēbrana cum humore, specie saniei. Tum vero membrana alia circa ipsum fœtum, vt dictum est, ducitur arcens humorem. sub qua vitellus, alia obuolutus mēbrana. in quē vmbilicus à corde, ac vena maiore oriens pertinet: atq; ita efficitur, ne fœtꝰ alterutro humore attingatur. Vicesimo
B die iā pullus, si quis putamine secto soliciter, mouet intus sese, pipitq; aliquantulū: & iam ab eodē die plumescit, quoties vltra vicesimum exclusio protelatur. ita positus est, vt caput super etꝰ dextrū admotū ilibus, alam super caput positam habeat. quin etiam mēbrana, quæ pro secundis habetur, post vltimam testæ mēbranam, ad quam alter vmbilicus pertendit, euidens per id tempus est, pullusq; in eadē iā totus locatur. & altera quoque
C mēbrana, quæ & ipsa vicem secundarū prꝫstat, vitellumq; ambit, ad quem alter vmbilicus pcedit, latius patet. Oritur vmbilicus vterq; a corde, & vena maiore, vt dictū est. Fit aūt per id tēpus, vt vmbilicus alter, qui in secundas exteriores fertur, compresso iā animāte absoluatur: alter, qui adit vitellum, ad pulli tenue intestinum annectatur. Iam & pullum ipsum multū humoris lutei subit: atq; in eius aluo fæcis aliquid subsidit luteum. D excrementū etiam album eodē tēpore pullus emittit, & in aluo quiddam album consistit. Demū vitellus paulatim absumit totus mēbrorum hausta, ita vt, si pullo decimo die post exclusō rescindas aluum, nonnihil ad huc vitelli cōperias. Vmbilico vero absoluitur pullus, nec quicquam prætereà haurit. totus enī humor, qui in medio cōtinebat, absumptus iam est. Tēpore aūt supradicto pullus dormit quidē, sed nō perpetuo, quippe qui E excitetur interdum, & mouēs se se respiciat, atq; pipiat. Cor etiā eius cū vmbilico, vt spirantis reflat, & palpitat. Sed auium ortꝰ ad hunc modū ex ouo agit. Pariunt aūt oua nōnulla infœcunda, vel ex ijs ipsis, quæ concepe rint coitu. nullus enim prouenit fœtus, quamuis incubitu foueantur: quod maxime in columbis notatū est. Oua gemina binis cōstant vitellis: qui ne inuicē cōfundant, facit in nōnullis p- F tenue qđdā septū albuminis mediū. alijs vitelli cōtactu mutuo sine illo discrimine iūgūt. Sunt in genere gallinarū, q; pariāt gemina oīa, in qbꝰ aīaduersum ē qđ de vitello exposui. qđā enī duodeuigīti pepit gemina, exclusitq;, pterq;, si qua essent, vt fit, irrita. Cęteris itaq; fœtꝰ, pdijt: si ita gemini excluduntur, vt alter sit maior, alter minor: et tandem in mōstrum degeneret, qui minor nouissime prouenit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Genus columbaceum bina ouа, vel terna ad summum parere, deq; eius fœtificationis ordine. Cap. 4.*

PAriunt magna ex parte bina ouа, quæ specie columbacea continent, omnia, vt palumbes, vt turtur: sed complurimum terna palumbes, & turtur. Columbę omni tpe, vt dictum est, pariunt. Turtur & palumbes vere, nec plus q̄ bis: atq; ita, si prior fœtus corruptus est. frāgunt enim ouа mares aulum H cōplures. sed q̄uis tria interdū pepererint ouа, nunq; plus duobus pullis educunt: nōnunq; etiā vnum tantum. reliquum ouum semper irritum est, qđ' vrinum vocant. Aues magna ex parte anniculæ nequeunt generare. Omnes vero, cūm parere incęperē, semper ferè ouа cōtinent: quāq; in nōnullis facile ob exilitatē videri nō possunt. Columbæ magna ex parte marem, & fœminā generant: priorem marē, posteriorē fœminam. &, cūm pepererint primū ouum, vno interposito die fœm pariunt. incubant ambo vicissim, interdiu mas, noctu fœmina. concoquunt atq; aperiunt citra diem vicesimum ouū, quod prius ædiderint. perforant ouum pridie eius diei, quo pullū excludunt: & fouent prolem ambo ad certum tempus, eodē modo, quo ouа. fœmina in opere sobolis acerbior mare est, vt cæteris quoq; à partu euenit aīalib⁹. Pariunt decies anno: nonnullæ etiam vndecies: Aegyptiæ vero & duodecies. Coeunt intra annum columbæ, quippe quæ semestres nosse incipiant venerē. palumbes, & turtures etiā trimestres coire, fœtificareq; aliqui referunt, argumento quod larga eorum copia est. Gerunt vterū decem & quatuor dieb⁹, ac totidem alijs incubant, & totidem alijs fœtus ita volucer fit, atq; perficitur, vt vix posfit apprehēdi. Vita palumbium vel ad quadraginta annos durare existimat. perdicum amplius quàm ad sexdecim. columba citra dies triginta, prole expedita superiore, parit.

De nidificatione, & fœtura vulturis, & hirundinis. Cap. 5.

VVltur nidificat in excelsissimis rupibus: vnde fit, vt raro nidus, & pulli vulturis cernantur. Quocirca Herodotus Brysonis rhetoris pater vultures ex diuerso orbe nobis incognito aduolare putauit, argumento quòd nemo nidum vidisse vulturis, & quòd multi exercitum sequentes repente appareant. sed quanquàm difficile nidum eius alitis videris, tamen visus aliquando est. Pariunt vultures ouа bina, cætera, quæ carne vescuntur, non plus quàm semel anno parere exploratū est. Hirundo vna bis anno nidificat. Pullorum hirundinis adhuc recentium oculi, si quis stimulo eos vexarit, resanescunt, & cernendi vim postea plane recipiunt.

De

A *De aquilarum genere, & fœtu: deq; asseris, accipitris, milui, & carnipartu. Cap. 6.*

AQuilæ ouа pariunt ternа: sed pullos binos excludūt, vt ex versu, quem ad Musæum referūt authorem, constat: Excludit binos, ædit terna, educat vnum. Sed quamuis magna ex parte sic fiat, tamē & tres visi aliquando sunt pulli. Alterū in educando expellunt tædio nutriendi: nā & degenerare, ac hebetescere aquila dicitur eo tempore, vt fœtus ferarum rapere nō queat: nomenq; hinc exacti, hoc est degenerantis aquilæ accipit. Vngues etiam eius inuertuntur diebus paucis, & pēnæ albescūt, vt merito suos oderit partus. sed pullū iectum ossifraga excipit, atq; educat. Incubat aquila tricenis diebus. & cæteris quoq; magnis alitibus tempus incubandi tantundem à natura statutū est, vt ānseri, vt tardæ. mediocribus viceni perficiunt incubationem, vt accipitri, vt miluo. Pariunt milui bina magna ex parte: interdum tri & terna, totidemque excludūt pullos. sed qui ætolius nūcupatur, vel quaternos aliquī excludit. Coruus quoq; nō modo bina, vt aliqui volunt, parit, verū etiam plura. Incubat aūt viginti diebus, & pullos nido expellit. quod idem & aliæ cōplures volucres faciunt. quibus enī partus numerosior est, vnum sæpe ejiciunt. Genera aquilarum non æque oīa prolem taſtidiūt: sed difficilior in alendo vna, cui D nomē pygargo cauda albicans dederat. benignior, quæ tota nigricat colore. Nā oēs ferè alites, quibus vngues aduncі, pullos, cū primū prouolādi facultas fuerit, nido expellunt, percutientesque cogunt discedere. & cæteræ quoq; aues maxima ferè sui parte, vt dictum est, idem hoc faciunt. cūq; enutrierint, nihil præterea adhibent curæ, excepta cornice, quæ aliquandiu prouidet quippe quæ volante iam suos pullos pascens ipsa comitetur. E

De cuculi natura, & eius partu. Cap. 7.

CVculus ex accipitre fieri, immutata figura, à nonnullis putatur: qūi quo tēpore is apparet, accipiter ille, cui similis est, nō aspicitur. sed ita ferē euenit, vt ne cæteri quidē accipitres item cernantur, cūm primum vocē emisit cuculus, nisi perquam paucis diebus. ipse autem breui tpe ætatis visus, hyeme nō cernitur. Est hic neq; adūcis vnguibus, vt accipiter, neque capite accipitri similis: sed ea F vtraq; parte columbum potius, quam accipitrem repræsentat. nec alio, quàm colore imitatur accipitrē, nisi qđ accipiter maculis distinguit, ceu lineis, cuculus velut pūctis. magnitudo, atq; volat⁹ similis accipitrū minimo, q magna ex parte p id tēpus non cernit, quo cuculus apparet. nā vel ūbo vna visa aliquando sunt. Quinetiā ab accipitre interimi cuculus visus ē, qđ' nulla auis suo

H iiij in

Tēpus incubādi auibus à natura tributum.

Vtrum cuculus ex accipitre, mutata figura.

G in genere solet facere. Pullos cuculi nemo se ait vidisse. parit tamẽ, verũ nõ in nido quẽ ipse fecerit, sed interdũ in nidis minorũ auiũ: & oua, quæ aliena reperit, edit. maxime vero nidos palũbiũ petit, quorũ & ipsorũ oua esu absumens, sua relinquit. parit maiore ex parte singula oua, raro bina. Curuca quoq; in nido parit. fouet illa, et excludit, & educat. quo qdẽ præcipue tẽpore & pinguis, & grati saporis H pullus cuculi est. Pulli ẽt accipitrum suaues valde, pinguesq; efficiũtur. Genus eorũ quoddam nidos facere procul in petris excellis, præruptisq; assolet.

In alienis nidis parere cuculũ.

De auium incubitu quone tempore mas, quo item fœmina incubet. Cap. 8.

Munus in cubãdi fœmellã & masculũ inter se mutuo partiri.

INcubat magna auiũ pars, vt de colũbis retuli, fœmineq; mare succedente. aliqui mares incubandi munus tantisper subeunt, dũ fœminæ intermisso incubitu cibum quærũt. Anserũ fœminæ tantũ incubant: quæ vt cœperũt, nunc̃q; intermittũt, I sed perpetuo fouent incubitu. Aquaticæ oẽs iuxta paludes, & locis herbã habẽtibus nidos faciunt: quo fit, vt vel occupatę negocio incubãdi, possint sumere cibũ, nec omnino inedia laborẽt. Cornicũ etiã fœminæ tantũ incubãt, assidueq; in opere perseuerãt. mares his cibum suggerũt, pascuntq; incubãtes. Palumbiũ fœmina incubat à pomeridiano incipiens, totaq; nocte, & vsq; ad tempus ientaculi perseuerãs: reliquo tpe munus idem K mas subit. Perdices bina ouorũ receptacula faciunt: in altero fœmina incubat, in altero mas: excluditq; sua vterque, & educat. Pulli etiam ipsi subiunguntur à mare statim, cũm procedunt.

De pauone, & eius fœtu, quoties que in anno pariat: deque auium testibus, qui coitus tempore grandiores efficiantur. Cap. 9.

PAuo viuit annos viginti quinq;. Parit maxime à trimatu, & colores pẽnarũ varios recipit. excludit dieb⁹ tricenis, aut paulò tardius. Semel tantũmodo anno parit oua duodecim, aut paulò pauciora: nec cõtinuatis diebus, sed binis ternis ue interpositis. primiparę L octona maxime ædũt. Irrita & subuẽtanea illa pauones etiã pariũt. Coeunt vere: & partus brevi a coitu agitur. Amittit pennas cũ primis arborũ frondib⁹: recipit cum germine earũdem. M Gallinis subĩciunt incubanda oua pauonia: quoniam mas, dũ fœmina incubat, aduolans ea frangat. quam ob causam & syl. uestres nonnullæ aues pariunt fugientes marem, & incubant. Subĩciuntur maxime bina, cũm plura suo incubitu nequeãt operire. curaque adhibetur vt cibus asit, ne desyderio eius discedens gallina, intermittat fouendi operam. Testes auium grandiores effici tempore coitus certum est. sed salaciorum conspectio-

A spectiores sunt, vt gallinaceorum, & perdicum: temperantiorum minus. Aues ad hunc modum coeũt, & gestãt, & pariũt.

De piscium fœtu, eiusdemq; inter eos diuersitate, & vuluæ forma. Cap. 10.

PIsces haud omnes parere oua dictum iam est. gen⁹ enim cartilagineum animal generat: reliqua oua pariunt. sed nec cartilagineis quidẽ fœtus sine ouo: pariunt enim intra se oua, & augent, atq; excludunt, præterquam raia. Vuluas B etiam pisces habent diuersas, vt dictum est. nam qui pariunt oua, bisurcatas habent, atq; inferius positas. cartilagineavero ea specie pori⁹ habẽt, qua aues. sed interest, cp oua non iuxta pręcordia omnibus, sed infra nonnullis per spinam consistunt: vnde aucta in alium transferuntur locum. Ouum piscium non bicolor, vt auium, sed vnicolor omnium est, & plus albi trahens, quã lutei, tam ante, cũ q; postea, cũ fœtus insidet. Differt piscium ge- C neratio ex ouo ab auium generatione, eo cp altero caret vmbilico, qui ad membranam testæ subditam tendat: alterum enim tantum, qui auibus ad vitellum fertur, habet meatum. Cætera idem ortus ex ouo auium, & piscium est: quippe cum & fœtus in extremo ouo nascantur, & venæ similes ex corde inter initia proficiscantur: & caput, oculi, deniq; partes superiores principio fiant pręgrandes: increscẽte etiam fœtu, humor pari modo subinde absumitur: demũq; nihil supereſt, quod non fœtum subierit, sicut de vitello auium expositum est. Quinetiam vmbilicus paulo a ventre inferi⁹ hęret, qui recens natis longior sit, crescentibus paulatim breuior reddatur, demumq; se totum intra fœtum recõdat, vt dictum de auibus est. Membrana quoque eadem ouum, & fœtum continet. cui membrana altera fœtũ per se continẽs subiacet. humor autem inter membranas posit⁹ E est. Ad hæc cibus in aluo suggeritur, eodem modo pisciculis ac bus, quo auium pullis luteus. Figura vuluæ ex dissectione petẽda est. Discrimen autem inter se ipsi pisces ostendunt, vt musteli ni, qui tum inter se, tum etiam à planis ratione vteri differunt. nonnullis enim medio vuluę circa spinam oua adhærent, quem admodum dictum est, vt caniculis: quæ, cum accreuerint, absoluta feruntur per vuluam bifurcem, annexamq; ad præcordia, quomodo & cæteris generis eiusdem in vtranq; partem transferuntur. habet tam eorũ, quã cæterorum mustelini generis vulua paulo à præcordijs inferius, veluti mammas albidas, quæ non nisi grauidis habeantur. Caniculæ, & raiæ testacea q̃dam gerunt, in quibus humor ad oui similitudinem consistit. figura eius testæ similis tibiarũ ligulis est: meatusq; fiunt capil-

Piscium ꝓnationi ex ouo qd differat, qdq; cõe eũ auiũ ꝓ creatione

la-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lamentorum specie in testis. sed caniculis, quas aliqui ab hinnulo nebrios mustelos appellant, fœtus rupta dilapsaq; illa testa proueniunt. Raijs, cum pepererint, rupta testa excluditur fœtus. Spinaces vero musteli, sic a spina, quam habent, nūcupati, oua ad præcordia continent super mammas: quibus vt descenderint, iam absolutis, fœtus innascitur. Idem hic generādi modus & vulpeculis est. Musteli au-
H rem, læues vocati, oua per vuluam mediā, vt caniculæ gestāt, quæ postea in vtrunq; vteri sinum descendant. mox animal gignitur vmbilico hærente ad vuluam, ita vt, ouo absumpto, partus non aliter cōsi in quadrupede contineri videatur. adhæret vmbilicus ille prolixus capite altero ad partem vuluæ inferiorem, veluti ex acetabulo annexus: altero ad medium fœtū, qua in parte iecur est. Cibum si reseces, fœtum ad oui similitudi-
I nem videris, etiam si non præterea ouum habeat. Secūdę, membranæq; singulæ fœtus singulos modo quadrupedum continēt. Caput prolis in vtero nouæ ad huc partem spectat superiorē, auctioris iam & perfectioris in feriorem versus transfertur. Mares in læua, fœminæ in dextra in generantur: atq; etiam parte eadem vnā fœminæ & mares. Viscera etiā fœtus habet, vt iecur: perinde, atq; in quadrupede magna, cruentaq; resecto cernūtur. Omnia cartilaginea simul & o- K
ua parte superiore circa præcordia continet complura, alia maiora, alia minora, & inferiore animalia iā exclusa. vnde fit vt genus id piscium sæpius mense & pariat, & coeat: quippe quod nō vniuersa ædere soleat, quæ conceperit, sed particulatim repetens sæpe, & diu peragens, vt dum superius oua contrahit, inferius coquat, atq; perficiat. Cęteri musteli fœtus suos & emittunt, & recipiunt intra seipsos. L
quod idem & squatinæ, & torpedines faciunt. & quidem iam visa torpedo est grandis, quæ fœtus intra se circiter octoginta haberet. Sed spinax vnus ex mustelis recipere prolem spinæ impedimento non potest. neq; pastinaca, & raia ex planis recipiunt propter caudæ asperitatē. Raia etiam suam non recipit sobolē, tum capitis magnitudine, tum aculeorum impedimento. nam M
ne animal quidem vna hæc parit, vt dictum est. Discrimē, quo hæc inter seipsa discrepēt, & generatio ex ouo ad hūc modū ē.

De effluentia genitalis seminis in piscibus maribus fœtus tępore, quomodo q; differāt genitales meatus maris, & fœminæ: deque cartilagineorum partu.

Cap. 11.

MAres autem piscium tē pore coitus meatus pleni os semis genitalis ita habēt, vt attritu facile semē ipm effluat

A effluat cōdidū. meatus hi a præcordijs, venaq; maiore oriunt bifurces. patentq; eo tempore ēt imperitis, ī incremēto seminis, & turgentis fastu libidinis. Interdum enim, ac nonnullis admodum incerti redduntur, vt de testibus in alium genere expositum est. Differunt inter se meatę genitales maris, & fœminæ, tum alijs rebus, tum etiam quod maris lumbis vtherent firmius: fœminæ mobiles sunt, & membra
B nā tenui continentur. sed hæc quemadmodum se habeant, ex descriptione dissectionum conijderanda sunt. Superferant cartilaginea genera, & ferunt vterum mentibus complurimum senis: sed sæpissime qui ex mustelis stellares vocantur, quippe qui mense bis pariant. initium autem coitus mense Septembri est. Cæteri musteli bis anno pariunt, excepta canicula, quæ semel. omnia in vere hęc pariunt. Squatina etiam autumno, occa-
C su vergiliarum, qui partus secūdus est. primus enim verno fit tempore: sed secundus felicior est. Torpedo circa autumnum. Repetunt cartilaginea littus & vada, pelago & alto relicto gurgite, cum tempus pariendi instat, vt neq; tepore careant, & pgenitem tutius collocent. Piscū cæterorum diuersa genera coire visum a nemine est. Squatinam solam, & raiam hoc facere creditur, argumento piscis cuiusdam, qui nomen ex vtroq; cō-

musteli ginus sexus 2. ēpa.

positum trahit rhinobati, quasi D
squatinora iam appelles. est enī parte priore raiæ similis, posteriore squatinæ, tanq; ex eo vtroque proueniens genere. Musteli igitur, genusq; omne mustelinum, vt vulpecula, vt canis: & plani, vt torpedo, raia, leuiraia, pastinaca modo, quo diximus, gignunt, animal, cum intra se oua pepererint.

De partu, & pullorum numero piscium viuiparorum, delphino, balena, vitulo marino, & reliquis, quæ cete appellantur. *Cap.* 12. E

DElphini, balenæ, & reliqua cete, quę non branchias, sed fistulā habēt, aial gnant. Additur ijs pristes, & bos, nullum ex ijs .n. oua habere cernit: sed statim fœtum, ex quo redacto in formam aīal cō stat: quemadmodum homo, & quadrupedes, quę animal pariunt. Delphini singulos magna ex parte ædunt: interdum tamē & binos, balenę vel binos com p urimū, magnaq; ex parte vel F
singulos pcreāt. rdē & phocęnę .i. tirsiōi part⁹, qui delphino similis ē, nascēs ī p ōto. sed itereā, q minor tirsio ē, dorso ampliore, colore ceruleo. C ōplēs cū genus eē delphini opinant. Spirāt Delphini partus totius q; vitæ & motū nā.
q fistulā habēr oīa, & recipiunt aerē: haud .n. carēt pulmone. Et quidē visus delphin⁹ē dormire, rostro emerso, ac stertere. Lac et delphin⁹ hēt, & tirsio, quo suos nutriunt fœtus. gestā tq; eosdem īfirmos īfantia, adolescit celeri⁹

proles

Universidad de Deusto
Biblioteca

G proles delphini, quippe quæ annis decem ad summam perueniat magnitudinẽ. gestatur vtero decem mensibus. partus delphinis æstate, vel vllo tempore alio. Fit etiam vt delphini tricenis diebus occultentur, & lateãt circa ortum canis syderis. adultos etiam fœtus diu comitãtur. Magna erga gnatos charitas in hoc animali est. Viuit annis cõpluribus. constitit enim nonnullos vixisse annis viginti quinq;, alios etiam triginta. quod cogni
H tum est, præcisa a piscatoribus cauda, vt quos ita reddidissent mari, captos item agnoscerent, & temporis spacium scirent. Vitulus marinus generis ambigui est: nam & mari degit, quãquã humorem nõ recipit, sed spirat, ac dormit, & egressus in terram parit in littore, vt terrestre. sed quoniam plus temporis mari, quàm terræ immoretur, cibũq; ex humore petat, ideo in aquaticis de eo narrandum est. Ergo hic animal & concipit statim in
I tra se, & parit: secundas quoque emittit, & lac reddit modo pecudum. parit singulos, aut geminos, & complurimum tres. mãmis, quas geminas habet, educat fœtum ritu quadrupedum. parit vt homo omni tempore: sed maxime cum primis capris. prolem circa duodecimum diẽ a partu deducit in mare, subìde assuefaciens. illa decliuis fertur, nec ambulat, cum nondum inniti suis pedibus valeat, colligere se ipse vitulus, & contrahere K potest: carne enim abũdat, mollisq; est, atq; ossibus cartilaginosis constat. interficitur difficulter, nisi elisis tẽporibus capitis: corpus enim totum carnosum est. mugitus ei in somno, genitale fœmiæ simile raiæ est. omnia vero id genus muliebris sexus similitudinem referunt. Generatio, partusq; aquaticorum, quæ animal vel intra se, vel foris pariant, ita agitur.

De partu piscium ouiparorum, deq; sexu L fœmina, & maris discrimine.

Cap. 13

PIsces autem, qui oua pariunt, vuluam bifurcem, ac inferius positam habẽt, vt dictum est. Pariunt oua omnes, qui squamis teguntur, vt lupus, mugilis, etelis, & qui candidi appellantur, & qui lgues, præterq; anguilla. Ouum ipsum arenidi est. quod & si vtero continetur, tamẽ detectum, & per seipsum constare videtur: quia tota vulua ouis referta est. itaq; fit, vt in prauis quidem piscibus oua nõ tummodo gemina esse videant: nam ob tenuitatẽ, exiguitatẽq; vulua incerta in ijs est. De coitu piscium satis dictum iam est. De coitu autem eos quoq; distingui apertum est. Pars enim piscium maxima consumatur mare, & fœmina. De rubeliõe & hiatula ambigitur: omnes enim grauidæ capiuntur. Cõsistunt itaq; oua per coitum in ijs, qui venerem norunt: sed non coitu tãtũ, verũ

A verum etiam sine coitu. quod argumento constat nonnullorum fluuiatilium: nam phoxini statim prope dixerim cũ nati sunt, & admodum parui adhuc, oua habent. Spargunt sua oua oẽs: & magnam ouorum partẽ, vt narratur, mares deuorant. talia pereunt in humore. quæ autem locis opportunis ædita sint, hęc seruantur. nam, si omnia seruarentur, nimia cuiusq; generis esset copia. nec vero hæc omnia fœcunda locantur, sed ea certe,
B quibus ęditis mas semen aspersit genitale. sub partu enĩ mas sequens, semen ouis aspergit: & quæ virale id virus contigerit, ijs pisciculi enascuntur: cæteris prout fors tulit, euenit. Hoc idẽ & in mollium genere fit. mas. n. sepia oua, quæ fœmina ædiderit, persequitur, suum semen aspergens. quod vel in reliquis eiusdẽ generis fieri ratio est. Verum nõ nisi in sepijs hoc visum adhuc est. Pariunt iuxta littora gobiones, suaq; oua lapidum amplexibus mandant, latiuscula & arenida. Idem & cæteri faciunt,
C Pisces locorũ qbꝫ oua, delectum habere. quoniã litora & tepidiora sunt, & tutiora, ne fœtus a maioribus absumantur. cibum etiam præbent vberius: vnde fit, vt in Ponto circa Thermodontem amnẽ plurimi pariant: est enim is locꝰ tranquillus, tepidus, & aquarũ dulcium copiosus. Pisces, qui oua ædunt, semel pariunt anno: præter sucas pusillas, quę bis pariunt anno. Differt hoc in genere mas à fœmina, quod nigrior, D & squamis amplioribus est. Cęteri pisces oua eodem foramine vuluæ ædunt. Qui autem acus vocatur, vnus tempore pariẽdi vtero dehiscente oua emittit. habet enim hic rimam quandam sub ventre imo, vt cæciliæ serpẽtes. à partu autem viuit, & vulnus calleſcit. Generatio ex ouo simili agitur modo, siue intus, siue foris est ouum. summo nãq; ouo innascit fœtus membrana obducta. oculi primum patent grandes, & in globi speciem af- E formati. quare constat non similiter gigni, atq; ex vermibus, vt quidam putarunt. contra enim in illis euenit, vt pars inferior maior inter initia sit, oculi & caput postea augeantur. ouo autem rupto, fœtus velut nucleus constat, qui primum nullum accipit cibum, sed oui humore iam hausto increscunt, post nutriuntur aquis dulcibus fluuiorum, vsque dum satis augeantur. Defertur ex Ponto in Helle spontum purgamentum quod- F dam illius maris, quod algæ nomine phycos appellant, colore pallidum. florem algæ id esse alij volunt, atque ex eo fucariam algam prouenire. fit hoc æstatis initio, eoq; tum oltreæ, tum etiam pisciculi eius loci aluntur.

Purpuram quoque suum florem hinc trahere nonnulli existimant.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *De partu, & generatione piscium Lacustrium, fluuiatilium q;. Cap. 14.*

LAcustres, & fluuiatiles pisces quinto suæ ætatis mẽse vterum gestare magna ex parte incipiunt. Pariunt omnes intra annum, nec semen generationis simul omne emittũt, sed modo marinorum, hic quoque semper intra se aliquid plꝰ minus fœminæ ouorum, mares liquoris prolifici retinent. Pariunt temporibus ætatis. Cypriniq; quisquies, aut sexies anno, par
H tumq; syderum ratione potissimum faciunt. Erica ter, reliqui semel ædunt oua in stagnis fluuiorum, & arundinetis lacuũ, vt phoxini, & percæ. Siluri, & percæ continentem emittunt suum fœtum, vt ranæ. adeo enim fœtus ipse continuo filo sibi cohæret, vt pereq; quidem, quoniã latior est, piscatores in lacu arũdine glomerent. Pariunt siluri grandiore stagno altiore, quippe cum nonnulli vel trium passuum altitudine pariant. minores breuiore contenti sunt gurgite, præcipue ad radices salicis, aut cuiusuis arboris. atq; etiam inter arundines, & algas, & muscosam congeriem, non solum pares cum paribus, sed etiã admodum grãdes cum paruis veniunt: admotisq; meatibꝰ, quos aliqui vmbilicos vocant, fœmina ouum, mas liquorem venereum depromit. & oua, quæ liquor ille vitalis contigerit, candidiora extemplo cernunt, ma-
I ioraq; red di seodem die propemodum dixerim. Paulo autem post oculi fœtus existunt conspicui, qui in quouis piscium genere perinde vt in cæteris animalibus statim patescunt, prægrandesq; apparẽt. Quæ ex ouis nõ attigerit liquor masculi ille vitalis, hæc sterilescunt, & superuacua sunt: vt in marino etiam genere incidit. fœcundis iam ouis, pisciculo increscente, detrahitur vt putamen, quod membrana est ouum ambiens, & pisciculum. oua tacta à fœtifico maris semine, admodum glutinosa redduntur, ad cespites coeũtia, aut vbi pepererint. Mas oua, quæ edita sunt, custodit: fœmina abit, cum pepererit. Tardissimum siluri incremẽtum ex ouo est: quãobrem mas sæpe vel quadraginta & quinquaginta diebus assidet, custodiens oua, ne à piscibꝰ occurrentibus absumantur. Secundæ est tarditatis generatio cyprinorũ: pariq; nõ oua ædita à mare seruantur. At minorũ
M nonnulla vel tertio die speciem pisciculi capiunt. Augẽtur oua, quæ semen maris attigerit, vt dictũ est, & eodem die, & postfit ouũ siluri, quantum eruũ cyprini, & reliquorum gẽris eiusdem, magnitudine millũ. hęc ad hunc modum pariũt atq; generãt. Erica gregatim sua oua gurgiti altiori mãdat congesta. contra, quem sullonem appellant, is litora petit tranquilliora: sed is quoq; gregalis est. Cyprinus, hale-

K halecus, & cęteri ferè omnes vadis intrudunt sese, cum parturiunt. ac sæpenumero singulas fœminas mares tredecim, & quatuordecim persequuntur. Mox fœmina oua procedendo emittit, mares sectantes, semen suum ouis respergunt: versũ plurima pereunt. quod enim fœmina nõ stabilis, sed mutans continue patit, dissipari oua necesse est, videlicet ea, quæ non in materiem inciderit aliquam, sed excepta ab vnda ferantur. neq; est enĩ qui
B sua oua custodiat, excepto siluro, & cyprino. sed cyprinus tũc ea custodit, cum congesta repererit. Habẽt mares omnes semẽ genitale, præter anguillã, quæ neutrum, neq; ouũ, neq; semen sortita est. Ascendunt de mari ĩ lacus, & fluuios mugiles. cõtra, anguillæ inde in mare veniunt. pisces maxima quidem ex parte ouo gignunt, vt dictũ iã est.

De generibus piscium, quæ vel limo, vel arena, vel spuma maris ex imbre excitata procreantur. Cap. 15.

C SEd sunt qui & limo, & arena proueniant, etiam ex ijs generibus, quæ per coitũ, & oui primordio generentur. quod tum alĩs locis palustribꝰ, tum vero apud Gnidum factũ olim memoratur. Stagnis enim sub canis ortu resiccatis, et limo iam arido, vbi primum imbribus restagnare loca inciperent. pisciculi nascebãtur generis mugilum, quod per coitum procreatur, magnitudine halecũlæ paruę: nec in his aliquid vel ouĩ, vel seminis continebatur. Quinetiã in nonnullis Asię amnibus, qua effluunt in mare, pisciculi quidam magnitudine *naricarum modo eodem prouenium. Sunt qui omne mugilum genus spõte oriri opinentur: sed non recte: nam & oua eorum fœminæ, & semẽ genitale mares habere cernuntur. Verum genus quoddã eorũ est, qd non coitu, sed ex limo, arena ve enascatur. Sed non nulla vel sponte generare ex ijs, quæ per coitum prodeant, satis ex ijs constat. quæ autem nec ouum, nec animal pariant, ijs ortus vel ex limo, vel ex arena, & per summa facta putredine agitur: qualis etiam Apuæ origo, spuma nuncupata, ex terra arenosa consistit. quod quidẽ apuę genus nec incrementum capit, nec prolem affert, & temporis lõgioris spacio perit, sed denuo nascitur. vnde fit, vt breui quodam tempore excepto, omnibꝰ fere anni temporibus generetur: quippe cum spuma illa ab arcturo autumnali ad ver vsq; edurer. efferri id pisciculi genus funditus de terra, argumentum est, quod nisi tempore repido nõ capiatur, vtpote cp de humo ad summa, teporis gratia veniat. quin & solo agitato, detractaq; eius colluuione, copiosior & melior exit. Cætera apuæ genera deteriora propterea sunt, quia cito augentur. Fiunt hi-*

D

E

F

mugilum gen⁹ ex limo ortũ.

* Lpmm. s. naricarum specia M.

Apuæ, hoc è spũ pisces ortus

Gvmbrosis, apricisve, quoties tẽporis beneficio solum tepescit: vt in Attica terra apud Salaminem, & iuxta Themistocleum, & in Marathone, locis enim huiuscemodi spuma illa consistit, & tempore tali apparet: sed non nusquam, vel cum aqua de cælo incessit. Oritur pisciculus hic in spuma, quæ imbre admisso caluerit, vnde nomen spumę accepit. ferturq; interdum per summa maris, cum cælum tepidum est, & in spuma fluitante, perinde ac in fimo vermiculus volutur. Quamobrem in loca complura genus id aquæ adfertur ex alto, & copiose quoq; generatur, & capitur anno quieto & humido. Reliqua apua fœtura piscium est. quæ enim gobionaria dicitur, gobiões paruos ignobiles, qui terram subeunt, creat. quam vero phalericam vocant, membradas gignit: ex quibus sardinæ, ex sardinis sardæ oriuntur. Genus apuæ, quod in portu Athenienſium nascitur, *encraulos dictos progenerat. Quietiam genus aliud apuæ est, quod alecum, & mugilum sit fœtura. Spuma autem altera illa sterilis humida est, breueq; vt dictum est, tempus edurat. mox capita, & oculi restant. sed iam piscatores quemadmodũ deportare possent inuenerunt, sale enim aspersa, plus temporis asseruari potest.

* Encrafi cholos reddidit antiquus interpres: & ita Hesichi⁹ hẽt.

De procreatione anguillarum.
Cap. 16.

ANguillæ nec per coitum procreantur, nec pariũt ouа: nec vero capta vnq; aliqua est, quæ aut semen gentale, aut oua haberet. Meatus quoque vel semini, vel vuluæ accommodatos nulla rescissa ostendit. Sed hoc vnum inter sanguinea genus totum sine coitu, sine ouo procreatur. quod ita esse argumento constat, quod in nonnullis fœculentis stagnis a qua omni exhausta, & limo detracto, anguillæ denuo generantur, vbi aqua accesserit pluuia: nam siccis tẽporibus gigni nequeunt, etiam in lacu perennis quippe quæ imbre & viuant, & alantur. sed hoc genus non coitu, non ouo creari apertum est. Videntur tamen nonnullę habere facultatem gignendi, quod in aliquibus lumbriculi fiant: his .n. gñari anguillas creditur: qđ error est. sed certe ex his, pdeũt, quæ terræ intestina vocantur, quæ spõte in luto, humescẽte, humo proueniunt. Iam aliæ abſolui ex his visæ fũt, alię scalpris discerptisq; intus apparuerunt. Oriuntur hæc intestina dicta, tũ in mari, tum etiam in fluuijs, stagnisq;, putredinis maxime ratione: sed in mari, qua algæ sunt. in stagnis autem & fluuijs iuxta ripas, calor enim, amplius eas fouens, partes, facit vt putrean-

Talis generatio anguillarum est.

De vtero, & tempore partus aquatilium, quomodoq; alterum ab altero in fœtibus emittendis differat.
Cap. 17.

PArtus autem piscium neque eodem tempore, nec simili modo omnium fit: nec pari temporis spacio geritur vterus. greges ante coitum marium & fœminarum constituũt: sed sub coitu & partu coniugia aguntur. Vterum vero alij diebus amplius tricenis ferunt, alij minus. omnes tamen spacium horum eris distinguendum septenarijs fortiuntur. Plurimum tẽporis datur ijs, quos nõnulli appellãt marinos. Sargus coit mẽse Decembri, fert vterum dies triginta. Quinetiam in mugilũ genere, qui labeo a nõnullis vocatur, & muco, eodem, quo sargus, tempore coeunt, & tantundem temporis ferunt. laborant omnes per id temp⁹, quo geritur vterum: vnde fit, vt tunc potissimum ruant in terram, atq; excidant. feriũtur porro graui stimulo agitati in terram. atq; omnino id temporis motu perpetuo incitantur, donec pariant. sed omnium maxime mugilem ita solicitari certum est. requiescũt à partu continuo. Exitus parientium piscium complurib⁹ est, vbi vermiculi nati in ventre fuerit. innascuntur enim minuta quædã animalia vermiculi specie, quæ partum expellunt. Parit solitarium genus in vere. plurimis deniq; partus circa æquinoctium vernum agitur. cæteris non eadem anni tempestas accommodata est: sed alijs æstas, alijs autumnale æquinoctium attribuitur. Parit prima hoc in genere anthierina, quam aristam appello, & iuxta terram. Capito autem vltimus est. cõstat id, cum fœtus aristæ primum, capitonis nouissime appareat. Mugilis etiam inter primos partum accelerat, salpa æstatis initio locis plurimis, nonnunq; enim autumno. Quinetiam sacer æstate parit, mox aurata, lupus, mormur, molaris: deniq; omnes, q curſiones vocantur. vltimi gregalium, mullus, & graculus pariunt autumno. Mullus sua oua limo committit, vnde fit vt sero pariat. diutius enim frigus continetur in limo. Graculus post mullum fœtificat inter algas, vt pote qui locis saxosis degat. fert vterum longo temporis spacio. Aleces bruma pariunt. cæteri, qui pelagici sunt, æstate magna ex parte. cuius rei argumentum est, quod minime per id tẽpus capiantur. Fœcundissima oũm piscium *alec esse videtur. Raia inter cartilaginea fœtificat nũerosius. verum quod de facili pereunt, hinc efficitur vt appareãt paucæ. ædit hæc oua *diuersa, & iuxta terram. Omnino gen⁹ cartilagineum minus fœtificat, quia animal gignit: seruari tamen sua potissimum magnitudine potest. Acus etiam appellata sero fœtificat. Complures q eius

Qũ præcipue pisces sciati in terrã ruãt

Tpa pariẽdi piscib⁹ diuersa.

* alex

* alij vniuersa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G eius generis distrupto, ac dehiscẽte vtero pariunt, non tam multi dine ouorum, q̃ magnitudine. & modo phalangiorum proles parentem offusa circũdat: quippe quam discedere statim prolis amor nõ sinat: & si tetigeris, fugiunt. Arista atterens aluum arenæ, parit. Thunni etiam præ nimia pinguedine dehiscũt, nec plus q̃ biennio possunt viuere. cuius rei argumentum piscatores inde deducunt, q̃, cum aliqñ limariæ anno superiore defecisset, thunni sequenti anno defecerint. Limariꝰ enim thunni, p uectiores ætate anno esse putantur vno. Coeunt thunni & scõbri mense Februario post idus. pariunt Iunio ante nonas. ædũt sua ouа condita quasi vtriculo. incrementum autem partꝰ præcipua sumit celeritate. Cũ enim thunni in Põto pepererint, prodeũt ex ouo, quas alĩ scordulas vocant, Byzantñ auxumas nominant, quia diebus paucis adolescunt: quæ exeunt Ponto autũ no fœtas comitantes: eodem autem redeunt verno tempore, iã adeptæ eam magnitudinẽ, qua limariæ nomen accipiant. Profecto omne piscium genus celeriter adolescit, & præcipue in Põto: quippe cum ibi incrementũ singulis diebus plane intelligat. sed amiæ longe cõspectius. Omnino ita existimandum, vt eisdẽ piscibus, non eisdem locis degẽtibus, nec coeundi, ferendive tẽpus esse idem, nec fœtificãdi, aut proficiendi: nam & qui graculi appellantur, nonnusquam messe tritici pariunt. Verum ita hęc nos exponimus, vt magna ex parte res euenit. Congri etiam fœturam intra se continent: sed non omnibus locis æque id constat. nec ipsa fœtura satis patet in vtero pingui obeso: ineſt tamen serie quadam prolixiuscula, vt in serpentibus. quod certe ignis periculo innotescit. pingue enĩ absumitur atq; euaporatur: ouа autem crepant, & extrusa dissiliunt. Ad hæc si palpites, & atteras digitis pingue, læue vtique senseris, ouum autem duriusculum. Congri itaq; alĩ pingue habent, ouum nullum: alĩ contra pingue nullum, ouum autem, quale modo exposui, possident. Sed de coitu vtero, & eiusmodi reliquis cæterorum animantiũ omnium, tum aquatilium, tum volucrum, atque etiam terrestrium, quæ ouа pariunt, dictũ iam est.

H Theodorus, p pelamyde, & thinidde reddit limariã, ex Plinio.

I

M

De coitu, eiusq; tempore, & libidine quadrupedum, quæ animal pariunt.

Cap. 18

SEquitur vt pari modo de ijs, quæ in terrestrium gñe animal pariunt, atq; etiam de homine disseramus, coitum & priuatim, & publice omniũ diximus. Commune autem omnium animalium est, vt cupidine, voluptateq; rei venereæ maxime gestiant, atq; incitentur. Ferociunt fœminę a partu, mares tẽpore coitus. Iã equi equos mordẽt,

Quę animalia maxime ferocia.

A mordent, sternũt equitem, atq; insequuntur. Sues quoq; feri acerrime sæuiunt, quãquam per id tempus imbecilles ex coitu reddantur. dimicant inter se mirum in modum armantes sese, & cutem quam crassissimã præparantes, indurantesq; attritu arborum. sæpe etiam luto obducto, ac resiccato, tergus inuictũ contra ictus efficiunt. pugnant adeo acri certamine, grege relicto, vt sæpenumero mortem vterq; aduersarius obeat. Simili
B modo & tauri efferãtur, & arietes, & hirci. Qui enĩ superiore tempore socĩ, iugi cõcordia pascerentur, coitus tempore dissident, & alter alterum libidinis rabie inuadit. Camelus ẽt mas sæuit tẽpore coitus, siue homo, siue camelꝰ accedat: nam equis quidem odio naturali aduersantur. Idem feris quoq; euenire apertum est. Nam vrsi, lupi, leones acrius per id tempus in eos, qui accesserint, sæuiunt. inter se
C tamen minus hæc dimicant, videlicet ob eam rem, quia nullũ ex ijs gregule est. Quinetiã vrsæ à suis catulis vehementer ferociunt, vt canes à catellis. Et elephanti quoq; ad coitum efferi solent: quamobrem apud Indos ijs haud quaquam permitti initum aiunt. libidinis enim rabie agitati, casas prosternũt male conditas, pluraq; alia incommoda faciunt, mitigari pabuli copia narrantur. plagis etiam tẽperant, adductis alijs, quibus ferire præcipiant. Quæ autem nõ D vno tempore, sed sæpiꝰ anno coeunt, vt ea, quæ cum homĩe degunt, verbi gratia canes, sues, vt minus efferentur, facit coitus copia. Incenduntur libidine ex fœminis equæ potissimum, mox vaccæ. Equæ itaq; equiunt: vnde vocabulum id ab hoc vno animali trahitur maledicto ĩ mulieres libidinosas. Necnon euentari per id tempus equæ dicuntur: quapropter in Creta insula equos admissarios minime à fœminis semouendos censent. Cũ E vero ita affectæ fuerint, currunt relicta societate. simile hocvitiũ est, vt quod subare in suibus dicitur. currunt non orientem, aut occidentem versus, sed ex aduerso aquilonis, aut austri: nec appropinquare quenq; patiũtur, donec vel defatigatæ desistant, vel ad marem deueniant. Tũ alĩ quid emittunt, quod hippomanes appellatur, eodem, quo illõ, quod nascitur, nomĩe. Tale hoc sanè est, quale suis illud, quod F apriam vocant: sed hoc præcipue ad amoris veneficia petit. Equæ tempore coitus colligunt sese, & societate magis q̃ antea gaudent. iactant caudam crebrius, vocem immutant, humorem emittunt suis genitalibus similem geniturę, sed multo tenuiorem, quam mares, quem hippomanes nõnulli appellãt, non quod pullis nascentibus adhæret. accipi eum humorem difficile esse aiũt, qd paulatim admo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G dum labitur. mingũt etiam plu ries, atq; inter se ludunt, cũ equi unt. hæc de equis. Vaccæ tauri unt, & libidine adeo incenduntur, vt bubulci eas tenere, aut ca pere nequeant. indicium tum e quæ; tum vaccæ suæ libidinis p stant, genitalis specie prominen tiore. Vaccæ etiam mingũt cre brius more equarum. Ad hæc; vaccæ tauros superueniunt, & sequuntur sedulo, & assistunt. Turgent ad coitum prius mino res natu, quã maiores, tum in e H quorum genere, tum in boum. Tpis etiam beneficio, & corpo ris valetudine propensiora red duntur ad venerem animalia. Equarum libido extinguit ma gis iuba tonsa, & frons tristior redditur. mares in hoc genere fe minas sibi societate coniunctas dignoscunt olfactu, & si paucis ante diebus vna fuerint. quod si fœminæ diuersæ permisceantur, mares alienas mordendo expel lunt, suasq; singuli seorsum ha bentes pascuntur. Tricenæ, aut I paulo plures singulis dant, quo Quot equab⁹ vno admissarius sufficiat. ties mas accesserit aliquis, conse stim in eum maritus conuertit, & currens gyro aggreditur pu gna: & fœminam, si qua se mo uerit, morsu reuocat. Taurus tẽ pore coitus tantum cum fœmi nis pascitur, cæteros q; oppugnat mares. temporibus cæteris ma res inter se conuersantur: quod coarmentari dicitur. Iam Epiri prouinciæ tauri sæpius trime stri temporis spacio non appa rẽt. Omnino fera omnia, aut cer K te plurima, non ante cum fœmi nis ad cõmune pascuũ veniũt, quã tps sit coeundi. Sed, cũ iam per ætatem licuerit, segregãtur mares à fœminis, seorsumq; pa scuntur. Sues fœminæ, cũ libidi ne excitantur, qd̃ subare dicit, vel hostes aggrediunt. Canes eo dem illo mõ affectæ, canire di cuntur. Prommet genitale in fe minis, cũ ad coitũ stimulantur, & loc⁹ humescit. equab⁹ humo ris aliquid ibi defluit per id tps. purgatio menstruorum fit qui dem & cæteris, sed nulli æque, ac mulieri. Oui, & capræ tpe co eundi indicantur. quod idẽ post coitum etiam fit ad temp⁹, mox desistit, donec parturiãt: tum de nuo indicatur: quare pastores proximũ esse partum intelligũt. A partu aũt purgatio sequit a bũde: primũ leuiter cruẽta post modũ valde. vaccæ, asinę, equę mõ quidẽ ampliore quã supra dictis emittitur, vtpote magni tudine excedentibus, sed multo ex proportiõe minus. bos itaq; M fœmina, cũ coitum affectat, leui ter purgatur, quantum heminæ dimidium, aut paulo plus. Tps aũt coeũdi tũc potissimũ est, cũ purgatur. Equa facillime oĩum quadrupedũ parit. vacat admo dum purgamentis, minimũq; emittit, pfluuium sanguinis, vi delicet p corporis magnitudiẽ. Conceptus indicium maxime f vaccis, equabusq;, cũ mẽses cel sarunt, spacio tpis bimestri, tri me-

A mestri, quadrimestri, semestri. Sed id percipere difficile est, nisi quis iãdudũ secutus, assuetusq; admodum sit. quamobrem nõ desunt, qui menses in his aĩalib⁹ negent. Mulabus menses nulli mouentur, sed earum vrina crassior, quã marium est. Oĩno ex cremẽtum veficæ quadrupedũ crassius, quã hoĩum est. Inter eas tĩ quadrupedes, oues fœmi næ, & capræ crassiorem reddũt vrinam, quã mares. Asinæ con tra tenuiorem quàm mares, & B vaccæ acriorem. A partu vrina quadrupedũ oĩum crassior red ditur, & magis eorum, q̃ minus purgantur. Lac fieri incipit ad speciem puris initio coitus, sed vtile postea est, cum peperẽrit. Pinguescunt tã oues, quã caprę, cum gerũt partum, eduntq; am plius, qd̃ idẽ de bubus ẽt, ac cæ teris quadrupedib⁹ affirmandũ est. Sunt porrò aĩalia, ppensiora ad coitũ, ppe dixerim oĩa, verno tpe. sed sunt tĩ, q̃ non eo tpe coeant, verum prout quæq; ale C re suos fœtus cõmodius possũt, ita tempus sibi conueniens ha beant. Sues cicures vterum fe rũt menses quatuor. numer⁹ par tus plurimum ad vicenos. si tĩ multos peperẽrint, educare oẽs non queunt. senescentes etiã pa riunt quidem simili mõ, sed tar dius coeunt. implentur vno coi tu. sæpius tĩ superuentum patiũ tur, ea de causa, q̃ post coitum humorem, quam apriam non nulli appellant, emittunt: quod Suũ fœtura. quidem commune omnibus in D cidit. sed aliquæ vna, cum hoc se men etiam admissum eĵciunt. Fœtus, qui in vtero læsus, minu tus q; fuerit, Metachœrum dicit, quasi posthumum voces. quod in parte qualibet vuluæ accide re potest. Cum scrofa peperit, primam mammam porco, qui primus ĩ lucem prodĳt, præbet. cauendum ne prima subatione ante aures flaccidas coitus fiat, frustra etenim fuerit. at, si plena iam auiditate, ac desyderio libi dinis turgido admissura fiat, v- E nus, vt modo dixi, init⁹ satis sit. Prodest apro coeunti hordeum apponere pabulo: quod idẽ & scrofæ fœtæ commodum est, sed elixum. Sunt è scrofis aliæ stati prolis fœcundæ laudabilis, aliæ increscentes melius generant. Suem altero oculo amisso breui extingui magna ex parte nõnul li existimant. Plurimis vita ad annos quindecim, aliquibus ẽt prope ad vicenos.

Quibus crassior vrina.

De coitu, fœtuq; ouium, & caprarum.
Cap. 19. F

OVes, & capræ terno, aut quaterno coitu implent: & si a coitu imber accesit, abortũ infert. Pariunt maxia ex parte singulos, sed aliqui & binos, & ternos, & quaternos, ferunt quinq; mẽsibus tũ oues, tum capræ. vnde fit vt locis nõ nullis, quibus cœli clementia, & pabuli copia est, bis pariãt. Vi- Quot annorũ vita caprarũ, & ouium. ta capris ad octonos compluri mum annos, ouibus ad denos:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sed magna ex parte ad paucio-
res. duces pecoris tū ve ad quin
denos protrahunt vitam. Singu
lis ouilibus singuli duces consti
tuuntur, qui quoties suo nomīe
a pastore vocantur, antecedūt:
qđ ab ineūte ætate facere assue
scunt. Oues Aethiopicæ vel ad
duodecim, & tredecim annos
vitam agunt: capræ etiam ad de
cem, & vndecim. Coeunt tam
oues, q̄; capræ, quandiu viuunt.
Pariūt gemmos, tum pabuli be
neficio, tum si pater, aut mater
H vim eam geminādi per naturā
obtineat. Mares aūt, aut fœminæ
gñantur vi tum aquarū, tū ad-
missariorum. nam & aquæ fa-
ciunt, vt fœminæ maresve con-
cipiantur. Adhæc aquilonis fla-
tu mares potius concipiuntur,
austri fœminæ. Vis tanta est aq
lonis, vt vel ea, quæ non nisi fœ
minas pariant, immutet ad pro
lis masculæ procreationē. Spe-
ctare ad aquilonem oportet, cū
coeunt fœmine. quæ mane iniri
solent, marem, si sero dici admi-
I seris, non patiuntur. Candidi, ni
grive efficiuntur fœtus, si sub li-
gua arietis venæ nigræ aut cādi
dę habentur. cuius. n. coloris sūt
venę, eiusdē & vellus est. varīū
ēt, si plures venarū colores sunt.
Quæ aquā falsfluscula bibūt, ma
turius coeunt. nec solū ante coi-
tum, sed ēt a coitu faliendū est:
atq; ēt verno tpe. Capris nullū
ducem pastores cōstituūt, quia
earum natura non stabilis, sed
lubrica atq; mobilis est. In gre-

Vſi pue-
niāt varij
ouium co
lores.

ge ouium, si maiores natu tēpe- K
stiue libidine incitantur, annum
esse felicem gregi pastores cōfir
mant: sed si minores, infelicem.

De coitu, & fœtura canum, eorumq; vitæ longitudine. Cap. 20.

CAnū gña plura sunt. Coit
laconicum mense sue æta
tis octauo. & crus iam cir
ca id tempus attollentes nonnul
li vrinam reddunt. Impletur ca
nis vno initu, qđ in furtitijs ma
xime constat initibus: implent
enim qui semel inierint. gerunt L
Laconicæ vterū parte sexta an
ni, hoc est sexagenis diebus, aut
vno, vel altero plus, minusve.
Catelli cæci gignuntur, nec ante
duodecimum diem visum acci
piunt. Coeunt canes, postea quā
pepererunt sexto mense, nec ci-
tius. Sunt quę parte quinta anni
vterum ferant, hoc est duob⁹ & M
septuaginta diebus: quarū catel
li duodecim diebus luce carent.
nōnullæ quarta parte anni, hoc
est tribus mensibus ferunt: qua-
rū catelli diebus decem & septē
luce carent. tantundem tempo-
ris canire etiam fœminæ putan
tur. Mēstrua huius animalis die
bus septem mouentur: simulq;
euenit, vt genitale prominea.
verum nondum per id tempo-
ris coitum patiuntur, sed sequen
tibus septem diebus. tempus e-
nim, quo toto canis libidine te-
netur, dieb⁹ quatuordecim ma-
gna ex parte describitur. Verū Cani
nonnullæ etiam ad sexum deci
mum pruriunt. Purgatio aut̄, cani

quæ

A quæ coniuncta partui est, vna
cum catellis nascentibus proue-
nit, crasso pituitoso q; humore.
redditur etiam tenuiores a par
tu: & lac ante diebus quinque
quā pariant, habent magna ex
parte. verum nonnullis etiam se
ptem aut quatuor diebus anti-
cipat. vtile statim, vt pepererit,
est. Gen⁹ laconicum post coitū
diebus triginta habere lac inci-
pit. Crassum inter initia oīum
est, deinde processu temporis te
nuius redditur. Crassius canū,
B q; cæterorum animalium lac ē,
excepto scrofæ, ac leporis. Indi-
cium in mammis etiam appa-
ret, cum ætatem coeūdi iam ha
bent. Fit enim, perinde ac in ho
minibus, tumor in papillis mā-
marum, & cartilago quædam
consistit. sed difficile id percepe
ris, nisi habeas vsum rei: carent
enim hęc indicia magnitudine.
hoc igitur fœmine euenire cer-
tum est. mari nihil eiusmodi ac-
cidit. Crus mares tollentes min
C gunt, magna ex parte quidem
sexto mense ætatis, sed nonnulli
vel serius, octauo scilicet mense
id faciunt, atq; etiam maturius
quā sexto. quod autem simplici
ter dixerim, cum coire incipiūt,
tollunt. fœminæ omnes considē
tes mingunt. verum in hoc etiā
sexu nonnullæ crure elato min-
xerunt. Parit canis duodecim
complurimum, sed magna ex
parte quinq;, aut sex. vnum ēt
aliquam peperisse certum est.
Laconicæ magna ex parte octo

pariunt. coeunt, quandiu viuūt, D
& mares, & fœminæ. Peculiare
generis laconici est, vt, cum la-
borarint, coire melius quā per
ocium possint. Viuit in hoc eo-
dem genere mas ad annos decē.
fœmina ad duodecim. cæteri ca
nes maxima quidem ex parte
ad annos quatuordecim, sed nō
nulli vel ad viginti protrahunt
vitam. Quamobrem recte apd
Homerum canem Vlyssis vige-
simo anno mori aliqui iudicāt.
Laconici sanè generis fœminæ,
quia minus laborant quam ma E
res, viuaciores maribus sunt. at
vero in cęteris, & si non late ad-
modum constat, tū mares viua-
ciores sunt. Dentes canes nō mu
tant, præterquam eos, quos vo Quos den
cant caninos, eosq; quarto ætā- tes canes
tis mense tam fœminæ, quā ma- mutent.
res. Vnde fit, vt diuersa sit autho
rum sententia. Alī. n. q; duos tā
tummodo mutant, negant om-
nino vllos mutari, cum eos pau
cos reperire difficile sit. alī, cum
hos viderint, cæteros quoq; pa F
ri ratione mutari existimant.
Aetatis iudicium ex dentib⁹ su- Ætas canū
mitur: quippe cum iuniores cā- vñ cogno
didos habeant, & acutos: senio- scatur.
res nigros, & hebetes.

De coitu, & partu boum, deq; maris, & fœminæ ætate. Cap. 21.

BOs vno initu implet, a-
gitq; vehementer, ita, vt
fœmina vix tolerans suc-
cumbat. Si forte conceptio per-
errauerit, vigesimo post die ma
rem fœmina recipit. Seniores

G tauri nec sæpius quidem fœminam eandem eodem superueniunt die, nisi ex interuallo. At iuniores & eandem sæpius cogũt, & pluries petunt, ac superueniunt vigore suæ ætatis. Salax minime inter mares bos est. coit qui vicerit. cumq; is venere iam debilitatus languerit, aggreditur victus ille languẽtem, & plerunq; superat. Coire tum mares tum fœminæ anno ætatis primo peracto incipiunt, quoad facultas sit procreandi. verum, quod H magna ex parte fit, vel anniculi, vel nati octauum mensem venerem adeunt. Sed enim, quod Vaccæ bimas gñant maxime confessum habemus, bimatu generant. Ferunt vterũ menses nouem, decimo pariũt. Sunt qui decem totos menses, exceptis paucis diebꝰ, affirmẽt. Quod autem in lucem præcurrerit hæc tempora, id abortiuũ est, vitaleq; minime, etiã si paulo maturauerit partum: præmolli nanq;, imperfecta-q; vngula, p I dit. Pariunt singulos, geminos raro. Quandiu viuunt, & coire solent, & parere. Viuunt magna ex parte fœminæ annos quindecim, atq; etiam mares excisi. nõ nullis ętas vel ad viginti annos, atq; etiam plures, si corpore bene habito sint. nã excisos assuefaciunt, & duces constituunt boum, vt ouium, qui plus temporis quam cæteri viuunt vsu exercitꝰ, & copia pabuli. Vigent quĩ quennes maxime. quocirca, Homerum quidã recte dixisse aiũt, Quinquennem taurum, & bouis lustro florentis: idem nãq; K significari arbitrantur. Dentes bimus emittit bos, nec vniuersos, vt equus. vngulas, cum dolore artieulorum laborat, non amittit: sed pedes tantummodo intumescunt vehementer. Lacta partu vtile est. antequã peperit, caret lacte. quantum lactis prouenerit primum, concrescens perde vt lapis durescit. quod ita accidit, nisi aqua admisceatur. Iuuenca recẽtior quã annicula, nõ L patitur venerem, nisi ostento. iã enim vel quarto ætatis mense coisse perspectum est. Initiũ coitus plurimis quidem mense Aprili, & Maio: sed nonnullæ etiã ad autumnum vsq; tempus coeundi deducunt. Cũ plures grauidæ sunt, & facile initum patiuntur, nimirum pro signo hyemis, & imbrium id accipitur. Menses & vaccis fiunt, vt equabus, sed minus.

De coitu, & partu equorum. de amissione dentium, deque maris, & fœminæ ætate. M
Cap. 22.

EQuus coire incipit bimꝰ, tã mas, quã fœmina: sed hoc in paucis fit, pulliq; eorum ipsorũ minores, imbecilliores q; sunt. Quod autem plurimũ, tri matu tã mares, quã fœminæ incipiũt, & proficiũt subinde ad, plis præstantiam, in vicesimũ vsq; annum. Fert vterũ equa menses vndecim. parit duodecimo mẽse. equus non certo dierum nũero impler, sed aliquãdo vno, aut duo-

A duobus tribꝰ ue, aliqñ pluribꝰ. ferius certe quam asinus, equã superueniens implet. Coitus nõ tam laboriosus equis, quam bubus est. Salacissimum oium, tũ fœminarum, tum marium equꝰ est, hoie excepto. Iuniorum coitus præter ætatem contingit pabuli bonitate & copia. Pariunt magna ex parte equæ singulos. sed gemellos quoq; aliqñ complurimum procreant. mula etiã gemellos peperit, quæ quidem pro ostento accipiũtur. Coire ita B que incipit equus vel tricesimo mense, sed quoad digne procreare possit, tũc tempus est, cũm dẽ tibus mittendis cessauit. verum iam nonnullos etiam cũ mutant implere potuisse aiũt: idq; fieri ita confirmant, nisi natura steriles sint. Equo dentes quadraginta numero sunt, quorum primo res quatuor, mẽse trigesimo mutantur, bini vtrinq;, supra dico, & subter. tũ vbi præterea annũ compleuerit, quatuor item modo eodem mittũtur, duo superi- C us, totidemq; inferius. rursusq; anno altero peracto, simili modo quatuor alĩ mutantur. quibꝰ iam præteritis annis quatuor & mensibus sex, nullus præterea mittit: quanquam euenisse in aliquo certum est, vt cum primis omnes amitterentur: atq; etiam in alio, vt cũ vltimis oẽs. sed hęc raro. Fit itaque vt equo ferè tempus idoneum maxime sit ad, procreandum, cũm annum quartũ, & sex menses cõpleuerit. Senio

Quoto ętatis annus equus idoneus ad generãdũ fit.

res eq profecto fœcũdiores sunt, D tam fœminæ, quàm mares. Equi vel suas matres, & filias superue nunt, atq; tũc perfectum esse armentum videtur, cũm parentes suam ineunt prolem. Scytę equabus grauibus equitant, cũm primũ se mouerit fœtus: & nimirũ eas proficere ad partus facilitatẽ arbitrantur. Cæteræ quadrupedes iacentes parere solẽt, quo fit, vt fœtus obliqui omnium exeãt. At vero equa, cũm tempus iam ædendi appropinquarit, erigit se, stansq; emittit partum. Vita E equorum plurimis ad decimum octauum, atque etiam vigesimũ annũ. sed nonnulli etiam quinq; & viginti, atq; triginta egerunt. &, si cura diligenter adhibeatur, vel ad quinquaginta protrahit ætas. longissima tamen vita in pluribus ad trigesimũ annũ, qũ magna ex parte fieri norimus. Fœmina magna quidem parte quinq; & viginti annos viuere F potest: sed iam nõnullæ etiã quadraginta vixere. Minus temporis mares viuunt, quàm fœminæ, propter coitum, et qui domi alĩtur, minus quam gregarij. Fœmina quinquennio finem tum longitudinis, tum etiam procerit atis sui corporis recipit: sed mas sexẽnio. post, annis sequentibus totidem crescit in corpulentiam, & ad viginti vsque annos pergit, p ficiens. verum celetius fœminæ quam mares perficiuntur: quan quam in vtero mares, quam fœminæ citius, quemadmodũ etiã homi-

Qũ longa equæ vita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines. qđ idem vel in cæteris animalibus, quæ pariant plura, fieri solet. Lactare mulum semestre tpis spatiũ referunt, mox sugi non pati: vi nanq; humorẽ trahi, & cũ dolore, equo autẽ plus tẽporis tribuũt. Viget & equus, & mulus à dentium ortu: cumq; prodierint oẽs, non facile ætatẽ dignoueris. Quamobrẽ dici solet, certa sub ortu, incerta ab ortu. deniq; post dentiũ ortum eo maxime declaratur ętas, quẽ caninum vocamus: breuior. n. hic
H septennibus est, pp frenι attritũ, qđ ad eũ inȷcitur: non septennibus maior quidẽ, sed non vertice extans adactiore: iunioribus acutior, & procerior ẽ. Mas omnibus tẽporibus init, nec cessat quandiu viuit. Fœmina ẽt, quãdiu viuit, initur, nec tẽpus vllũ certum libidinem aufert: sed ingenium hominis arcet, aut vinculo, aut aliquo huiuscemodi impedimento: non tñ quouis tẽpore facto initu, facultas enutriendi qđ pepererint, datur. Equum apud Opuntũ gregarium fuisse
I accepimus, qui annos quadraginta natus, posset coire: sed adiumentũ quoad sui pedes priores attollerentur, desyderabat. Coeundi initiũ equis ĩ vere. Nõ statim à partu equa implet, sed intermisso tpe: & melius quarto aut quinto anno interposito procreat. Ofno, si nihil plus detur, vnũ tñ interponere annũ, et quasi nouale facere necesse est. Equa igitur ĩterposito tpe, vt dictũ est, parit: at asina cõtinue pa
K rere põt. Fit ẽt ĩ equorũ genere, vt aliæ ofno steriles sint: alię cõcipiãt quidẽ, sed ędere nequeãt, cuius rei indiciũ aiunt, ꝙ fœtus circum renes alia ꝙdam, spẽ pro pemodum renum, ita continet, vt rescissus quatuor renes habere videatur. Cũ equa peperit, statim secundas deuorat, atq; ẽt qđ pulli nascentis fronti adhæret, hippomanes dictum, magnitudine minus carica parua, spẽ latiusculũ, orbiculatum, nigrũ.
L hoc, si quis prærupto odorẽ moueat, equa excitat, furitq; agnito eo odore. quapp id à venefi cis petitur, & percipit mulier cu lis. Si cũ equa ex equo pręgnãte coierit asinus, fœtus iã cõceptus corrũpitur. Equorũ ducem, vt boum, nullum constituunt: qm̃ equorum natura nõ stabilis, sed mobilis, procax q; est.

De coitu asini, & asinæ partu, maritiq; & fœminæ ætate. Cap. 23.

ASinus, tum mas, tum fœmina, trigesimo mẽse coire incipit: eodemq; tẽpore dentes mittit priores, secũdos M autem sexto mẽse, atq; ẽt tertios quartosq; eodẽ. gnomonas hos quartos à dñudicanda ętate nũcupant. Sed iam vel annicula asina concepit, vt perfici proles, ac adolescere posset. Reȷcit semen à coitu, nisi interpelletur. quãobrem statim post coitũ verberãt, insectanturq;. Parit duodecimo mẽse. singulatim magna ex parte procreat prolem. ea nanq; natura

tura est, vt vnũ pariat: sed nonnunq; gemellos ẽt ædit. Asinus quidẽ equi genituram corrumpit, vt dictum est: sed equus asini minime, eđm equa iam asini initu cõceperit. Lac grauida habet mense decimo. A partu die septimo mari iũgit, eoq; die iũcta, maxse recipit initũ, sed post modũ ẽt patitur. solet hæc, nisi prius q; gnomonem amittat, peperit, nunq; postea initũ recipere. parere vel in conspectu hominis, vel in luce nolit, sed in tenebras ducit, cũ parturit. si priusq; gnomonẽ dimisisset, pepererit, parere tota sua ętate pt. Vita asinis amplior annis triginta, et fœmina viuacior mare est. Cũ vel equus cum asina, vel asinus cũ equa inierit, multo magis abortus consequitur, q; cũ vnigenæ inter se iungantur: v. g, equa cũ equo, aut asina cũ asino. Euenit ẽt tẽpus gerendi vteri, cũ equus cum asino coierit, maris norma: i. vt quãto spatio tẽporis mas pficitur suo in genere, tanto ẽt fœ
C tus, quẽ ipse procreat, absoluat. At magnitudine corporis, spẽ, et viribus magis fœminæ, q; mari simile euadit qđ nascitur. Si frequẽter coeant, nesp vllo interposito tẽpore cessent, quæ ita iungũtur, breui fœmina sterilescit. qua de causa non frequenter ira cõiungunt, qui curã huic adhibent rei, sed tempus aliq̃d interponunt. Non asinũ equa, vt asina equũ, recipit, nisi asinus sit, q equã fuxerit. Admittunt deinduſtria q̃s hippothelas vocant, D ac si equimulgos cognomines, qui in pascuis mõ equorum viribus bonis superantes coeant.

De mulo, & eius coitu, & ætate. Ca. 24.

MVlus superuenire, coireque incipit missis dentibus primis: sed septẽnis implere potest, ẽt cum equa cõiunctus innum procreauit. post deinde superuenire nõ solet. Mula quoq; iam facta grauida est, sed nõ quoad pficeret, atq; ędere prolem. In terra Syria super Phœnicem mulę & coeũt, et pariunt omnes: sed id genus diuer E sum est, quanquam simile. Prodeunt quos ginnos vocant ex equa, cũ ingerendo vtero ęgrotauit, more pumilionum in ordine hominũ, aut porcorũ deprauatorũ in genere suũ, quos posthumos nuncupaui. & quidẽ vt pumilio, sic ginn⁹ modũ suo genitali excedit. Vita mulis ad an F nos multos. iam quidã vel octogesimum annum potuit agere, Qđlꝺgqui multi. vt Athenis cum templũ ædificaretur, qui quamuis dimissus iã munere per senectam, cõmeans tamen ac obiens, iumẽta exhortatur ad opus: quamobrẽ decreto à nemine eum arceri à frumẽtorum aceruis sancitum est. Serius fœmina senescit, quàm mas. Nonnulli fœminam prosluuio vrinæ purgari aiunt, marem olfactu vrinę prius senescere.

Pli. sic. Cõmitãdoq; accẽdebat iumẽta ad opus.

ortus eorum animalium talis est.

Indicium

G *Indicium ætatis quadrupedum. Cap. 25.*

AEtatem dignosci quadrupedum confirmant, qui in earum cura sunt constituti, si cutis prætenta maxillis, detracta. mox relaxata illico in suum redeat locum. hoc enim indicium recētioris quadrupedis est. veteris contra, si diutius rugata maneat cutis.

De partu, & ætate cameli. Cap. 26.

CAmelus fert vterum menses decem. parit semper vnum tantum modo: vnipara nanq; est. seperant prolem
H a parente anniculam. Viuit diu, plus.n.quam quinquaginta annos. Parit in vere, & lac suū vsq; eo seruat, quò iam conceperit. tum lac, tum caro cameli suauissima omnium ē. bibitur eius lac ad vnam mēsuram, duabus, aut tribus aquæ admixtis.

De elephantorum coitu, deque tempore quo vterus fertur, & eorum pullis. Cap. 27.

ELephantus tam mas quàm fœmina incipit coire anno ætatis vigesimo. ferēdi vteri tempus alij annum & sex mēses, alij triennium statuunt. causa quamobrem incertū hoc sit, qd non pateat coitus. parit enitens posterioribus cruribus, & subsidēs cum dolore. pullus ęditus ore surgit, non promuscide: & statim, cum nat⁹ est, cernit, & ambulat.

De coitu suum ferarum, & eius tempore. Cap. 28.

SVes feræ principio hyemis coeunt, vere pariunt, petentes maxime inuia, prærupta, angusta, & opaca. mas cum fœminis conuersari dies triginta magna ex parte solet. Numerus partus, & tempus ferendi idem, atq; in vrbanis suibus est. Vox etiam similis: sed fœmina vocalior est, mas raro vocem emittit. Mares castrati maiores, ferociores q; euadunt, vt scite Homerus fingit, cùm dicat:

Nutrijt exectum syluis horrētibus aprum,
Instar non bruti, sed dorsi montis opaci.

Castrantur, q; recētibus adhuc morbus pruriens incumbit in testes, quo atterentes eam partem ad arbores, testes extinguunt.

De ceruorum coitu, partu, & natura. Cap. 29.

CErua plurimum subsidēs coit, vt dictū iam est. marem.n. sustinere non pōt ob eius contentissimū impetū. Verūtamen aliq̄n etiam sustinēt modo ouiū, & socias declinant, cùm turgente iam venere coitū appetūt. Mas non in eadem immoratur, sed mutat: breuiq; interposito tempore aliam atque aliam supergreditur. Coitus ab arcturo mense Augusto, & Septembri, implentur paucis diebus, & ab eodem multæ. vterum ferūt octo menses. pariunt magna ex parte vnum, sed nonnulli etiā gemi-

A geminos perperisse perspectum est, parere iuxta vias maxīe solent, metu belluarum. Incrementum hinnuli celere. Purgatio cæteris tēporibus nulla euenit certæ: cum autem parit, pituitoso quodam humore purgatur. Ducere suum hinnulum ad stabula consueuit. quem locum sibi habet refugium, petra disrupta est vno aditu, vnde defendere se, repugnareq; solet ijs, qui inuadūt. Vita esse perquàm lōga hoc animal fertur, sed nihil certi ex ijs,
B quæ narrantur, videmus: nec getatio, aut incremētū hinnuli ita euenit. quasi vita esset prælōga.
Plinius hēc mutuatus. Monte Asiæ Elapho noīe apud Arginussam, quo loco Alcibiades mortem obijt, ceruę oēs scissa aure sunt. qua nota vel alibi, si loca mutarint, dignoscuntur. Et quidem fœtus iam inde à primo ortu in vtero idem contrahit signū. Quaterna vbera fœminis, vt vaccis. Cūm mares impleuerint fœminas, separātur per se ipsi, &
C propter libidinis graueolēntiam quisq; solitarius serobes fodit. fœtent vt hirci. facies quoq; eorū nigrescit aspergine, vt hircorum. degunt ita, quousq; imber accedat, tū pascua repetunt. Hæc ideo ceruo accidunt, quia salax animal suaptenatura est, atq; ēt quia pingui abundat. pinguescunt.n. æstate supra modū: quamobrē nec currere quidem possunt: sed secundo aut tertio cursu capiuntur ab ijs, qui pedibus insectātur. fugiunt etiam in aquas propter æstum atq; anhelitum. Caro eorum libidinis tēpore vitiatur, & fœtet, perinde quasi hircorum. hyeme itaque extenuantur, debilitanturq; vere autem vigent maxime ad cursum. Cum fugiunt, requiē inter currendū aliquam faciunt, consistentesq; manent, dum qui insequitur, appropinquet, tū fugā item arripiunt, quod ideo facere videntur, quia interiora laborant. intestinum tam tenue, imbecilleq; habent, vt etiam, si leui ter percussieris, possit rumpi, cute adhuc integra.

D Quo tpe ceruoru caro fœtet.

Intestina ceruoru imbecille.

E

De vrsi coitu, partu, & pullis, deq; histricis natura. Cap. 30.

VRsi coeunt, vt dictū est, non superuenientes, sed humi strati. fert vterum vrsa dies triginta. Parit tū vnū, tum etiam duos, sed complurimum quinq; fœtum nimiū pro sui corporis magnitudine ædit: quippe quę minorem catto, maiorem mure parere soleat, nudū item, & cæcum, & cruribus propemodum, membrisq; alijs plu
F rimis indiscretum et rudem coit mense Februario. parit eo tēpore, quo latet. pinguescit per id tēpus, tam mas, quàm fœmina vehementer. cum prolem enutrierit, exit â mense iam veris tertio. Hystrix etiam latet, totidēq; diebus fert vterum, & reliquà facit perinde vt vrsa. grauidam capi vrsam difficile est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De partu leonum, & pullorum numero, deq; dentium mutatione. Cap. 31.

LEonem auersum coire, vrinamq; retro reddere dictum iam est. coit & parit non omni tempore: singulis tamen annis. vere parit, & magna ex parte geminos, sed cum plurimos sex catulos: nonnunquam etiam vnū. Quod de leæna fertur, vuluam cum partu emittere, delira fabula est, facta ex ea causa, quod rarum genus hoc animalis est: nec rationem cur ita esset, comperire author ille fabulæ poterat. rarum hoc. n. est, nec multis nascitur locis: sed Europæ totius, ea parte solum, quæ inter Acheloum amnem, & Nessum est. parit leæna quoque adeo paruos, vt vix post secundum mensem incipiant ingredi. Leones terræ Syriæ quinquies vita partiunt: primum quique, post vno subinde pauciores, deinde steriles degunt. Caret leæna iuba: maris hęc propria est. Dentes eos tantūmodo mutat leo, qui canini vocantur quatuor, duos superius, totidemq; inferi⁹, idq; sexto mēse ętatis fit.

De hyęnæ natura, membrisq; genitalibus maris, & fœminæ. Cap. 32.

HYæna colore lupi prope est, sed hirsutior, & iuba per totum dorsum prædita est. Quòd autem de ea fertur, genitale simul & maris, & fœminę eandem habere, commentitium est: sed virile similiter atq; in lupis, & canibus habetur. quod vero fœmineum esse videtur, sub cauda positum est, figura simile genitali fœminæ, sed sine vllo meatu. sub hoc meatus excremētorū est. Quin etiam fœmina hyæna, præter suum illud, etiam simile, vt mas habet sub cauda sine vllo meatu: a quo excrementorum meatus est, atq; sub eo genitale verum continetur. vuluam etiam hyæna fœmina, vt cæteræ huius fœmodi fœminæ animantes, habet. Sed raro hyæna fœmina capitur. iam inter vndecim numero, vnam tantum cepisse venator retulit quidam.

De coitu, & fœtura leporum. Cap. 33.

LEpores auersi coeunt, vt expositum est. retro enim vrinam reddunt. Coeūt, & pariūt quoquo tēpore, dūq; vtero ferunt superfętant, & singulis mensibus generant. sed fœtus ædunt non vniuersos. interpositis enim diebus quot res tulerit, peragunt partionem. Habet fœmina lac, priusquā pariat, & a partu continuo repetit coitum, & lactans adhuc concipit fœtum. lac suillo simile suæ crassitudine est. Partum non, vt maior fidipedum pars, cæcū ædit.

De coitu, & partu vulpis. Cap. 34.

VVlpes superueniens coit. parit cæcos, vt vrsa, atq; etiam infirmiores. parturiēs ita secedit, vt raro gravida capiatur. Cum partum ædiderit, lingua lambendo refouet,

A uet, & concoquit. parit cum plurimis quatuor.

De partu luporum, felis, ichneumonis, lupi canarij, & lupi ceruarij. Cap. 34.

LVpus fert, & parit vt canis, tum tempore, tum etiam ſęp⁹ numeros. cæcos etiam generat canis modo. coit vno tempore tantum. parit ineūte æstate. Fertur de eius partu ad fabulam proxime, lupos omnes ītra duodecim dies parere. cuius rei causam proferunt fabu
B losę, quod Latonam oberrātem totidem dieb⁹ ex Hyperboreis Delū deduxerint sub ſpecie lupæ, ppter metum Iunonis. Sed an tempus hoc pariendi sit, non dum exploratum habemus. Fertur quidem sic vulgo, sed verū minime esse videtur. quale vel illud ferunt, lupos semel in vita parere. Feles, & Ichneumones tot numero pariūt, quot canes, vescunturq; eisdem. viuunt circiter annos sex. Lupus item ca-
C narius cæcos parit luporum ritu, numero complurimum quatuor. Quin etiam lupus ceruari⁹ coitu, vt canes implerur, & cæcos generat, numero duos, aut tres, aut quatuor. corpore longior, & cauda porrectior est, sed proceritate breuior. celeritate æque præstat, quanuis crura habeat breuiora: mollis enī, & agilis est, prosiliręq; longius ob eam rē potest.

De mulis, quos terra Syria fert. Cap. 36. D

SVnt in Syria, quos mulos appellant, genus diuersum ab eo, quod coitu equæ, & asini procreatur, sed simile facie, quomodo asini syluestres, similitudine quadam nomen vrbanorum accepere. & quidem vt asini illi feri, sic muli præstant celeritate. Procreāt eiusmodi mulæ suo in genere. cuius rei argumento illæ sunt, quæ tempore Pharnacæ patris Pharnazabin in terram Phrygiam venerunt, E quæ adhuc extant. tres tamē ex nouem, quot numero olim fuisse aiunt, seruantur hoc tpe.

De natura, & variis generibus murium, deq; pullorum numerositate. Cap. 37.

MVrium generatio mirabilis præter cætera animalia maiorem in modum est, tum numero, tum celeritate. Iam enim fœmina prægnā te in vase miliario aliquando occupata, paulo post referato vase, musculi numero viginti & cē tum reperti sunt. Mirum etiam percipimus ortum redundantis agrestis murium generis. locis enim compluribus agri, tam inaudito modo oriri solent, vt parum ex vniuerso frumento relinquatur. tam cito absumitur, vt nonnulli mediocres agricolæ, cum pridie metendum statuerint, postridie mane cū messoribus accedentes ad segetem, absumptam inueniant totam.

Mirabilis muriū fœcunditas.

Inte

Repentini mortis ratio.

GInteritus autem minime euenit ratione. paucis enim diebus omnino absolentur: quanquam superiore tempore homines vincere vel suffiendo, vel fues, vt latibula effoderent, admittendo, non possent. Quinetiam vulpes eos venantur, & cati sylueſtres in primis: sed tamē ſuperare copiam, & celeritatem prouentus nequeunt: nec aliud quicquam omnium vincit, nisi imbres. ijs enim quamprimum intereunt. Terræ Persicæ parte quadā mu

Hre fœmina resciſſa, fœtus gemini prægnantes comperiuntur. Sūt qui vehementer cōfirment mures, ſi ſalem lambant, impleri ſine coitu. Aegyptijs muribus p̄durus, ferè vt herinaceis, pilus eſt. Sunt etiam alij, qui erecti bipedes ambulent. habent enim crura poſteriora longa, priora breuia. ortus eorum quoque numeroſus eſt. Sunt vel alia genera murium plura, ſed de ijs hactenus.

I

Sequens hic Liber, quē Theodorus Septimum conſtituit, rationibus, quas in ſua ſcripſit præfatione, Nonus in antiquis codicibus legebatur. quod conſyderatione etiam dignum eſt.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER SEPTIMVS.

De ſignis, quæ puerorum ſeminis emiſſionem, puellarumq; viri potentiam præcedunt. Cap. 1.

DE hominis generatione, tum prima in vtero, tum poſteriore in luce, & vſq; in ſenectutem, quēadmodum ſe habeant, quæ ſuę naturæ ratione eueniant, loco hoc dicimus. Quæ inter marem & fœminam differentia ſit, & quibuſnam partibus cōſtet, ante expoſitum eſt. Mas autem primū ſemen genitale magna ex parte incipit ferre, anno peracto bis ſeptimo: ſimul etiā pubeſcere incipit eo tēpore, vt ſtirpes ſemen laturas primū florere Alcmeon Crotoniata ait. Vox item per id tempus mutari in ſonum aſperiorem, inæquabiliorem q; incipit, quanq; nondum graue. neq; n. acuta præterea eſt, neq; tota æquabilis: ſed ſimilis fidibus intentis, & aſperis, quod caprę denominātur. id q; potiſſimum incidit ijs, qui rem veneream incipiūt agere. ijs. n. vox tranſit in ſonum virilem. Abſtinentibus vero è contrario fit. &, ſi curam adhibeant (quod aliqui faciunt ex ijs, qui choreis indulgent) vel longo ſeruari tempore ſine magna mutatione poteſt. Mammę etiam extuberāt. & genitale nō ſolum magnitudine, ſed etiam ſpecie proficit. euenit porro id temporis, qui iam fricari, cōtrectariq; per libidinem cęperint, vt cum ſemen emitunt, non modo voluptate, verū dolore quoque afficiantur. Fœminis etiam per id tempus exurgunt vbera, quod fratrare dicitur. & quæ menſtrua vocantur, erumpunt: quod ſanguis quaſi recens occiſi animalis eſt. Quæ autem alba

Bdicuntur, admodum etiam puellis eueniunt, & magis ſi cibo vtuntur humidiori. hæc ineremētum impediūt corporis, & puellam exenuant. Sed mēſes tunc plurimis fiunt, cum iam vbera ad duos digitos prominent. & vox eodem tempore puellarū mutatur in grauiorem. Deniq; cū mulier vocis acutioris quā vir ſit, tum natu minores acutiq; quā maiores ſonāt: vt & pueri, quā viri, acutius. Sed vox fœminæ acutior ē cū maris, & fiſtula

Cpuellarum acutior, quā puerorum eſt. Fit etiam, vt per id tempus cuſtodiri præcipue debeāt: maxime enim ad vſum rei venereæ incitantur, cum hæc incipiunt. Quòd ſi iam inde nihil plꝰ commouere temperent, cū corpora ipſa nullo adhuc vſu venereo, ſed ſponte mutentur, ſequi, ſeruariq; temperantia ſolet per ætates ſuperiores. nam & quæ admodum puellæ concumbūt, libidinoſiores euadunt. & ma-

Quando primum puellarum menſes appareant.

res ſiue altera parte, ſiue vtraq; Dminus cauerint, propēſiores eodem efficiūtur. Meatus enim laxantur, redduntq; eo corpus lubricū, & ſimul voluptatis, qua olim geſtirent, memores, deſyderio mouentur præteritæ contrectationis. Prodeunt nonnulli iam inde a primo ortu naturæ impubes, infœcundiq;, propterea q̄ parte ſui genitalis fuerint deprauati. Mulieres etiam ſimili modo impubes a natiuitate poſſunt creari. Habitus quoq; tum marium, tum fœminarum Emutātur, vt ſint vel ſanitati, vel morbo habiliores: & vel graciles, vel pleni, beneq; vegeti. nam a pube ex macilentis craſſeſcūt, euaduntq; ſaniores: alij contra. quod pari modo puellis etiam euenit. Qui enim pueri, aut quę puellæ excremētis antea corporis redundabant, cum ea ipſa excrementa, vna cum ſemine, aut menſibus ſecernantur, ſaniore ob eam rem corpore efficiūtur, Fatq; vegetiore. iā enim ea, quę ſanitati, alimentoq; obſtent, exeunt. At vero quibus contra antecēſſerit, ijs corpora graciliora, & morbis opportuniora reddū tur. excernitur enim de ipſa natura & bene habitis, cum aut ſemen, aut menſes prodeūt. In puellis item diuerſitas vberum eſt: alijs enim admodum magna, alijs exigua ſunt. euenit ſane, vt corpora immodice creſcant, cū puellæ excrementis redundant. futuris enim adhuc, & nondum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G profluentibus menstruis, quò plus continetur humoris, eo magis efferri, sursumq; impelli necesse est, donec infra erumpat. itaq; quod interim incrementū mammæ acceperint, seruant postea. Maribus etiā mammæ cōspectiores, & fœminatiores, tum iunioribus, tum senioribus efficiuntur, qui humidiores, læuiores, nec venulenti sunt: eorumq; ipsorum ij magis, qui fusci, quā qui candidi sunt. Semen profecto infœcundum vsq; ad *ter septimum annum est. mox prolificum quidem est, sed exigua, imperfectaq; generāt iuniores, & mares, & fœminæ, vt in cæterorum quoq; animalium genere plurimis euenit. Cōcipiunt quidem facilius natu minores, sed laborant in puerperio vehemētius. corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur. Et senescunt celerius mares salaces, & mulieres, quæ frequētius pariant: nam ne incrementum quidem I dem post tertium partum effici posse videtur. sedantur autem, temperanturq; melius, quæ in rei venereæ vsum luxuriant, cū partum multoties exercuerint. Sed post annum ter septimum mulieribus quidem opportune iam procreatio est. Sed viris itē accedere aliquid potest ad prolem perfectiorem. Semina infœcunda sunt, quæ tenuia, fœcunda, quæ grandinis speciem referunt: eademq; potius marem fœtificant: contra tenuia, nec glo-

H * a.l. bis.

Salaces celeriꝰ senescere.

Quale semē marē quale fœminā gignat.

bulenta fœminam gignunt. Mentum etiam maris ea ætate pilis integitur.

K

De menstruis mulieris. Cap. 2.

PRofluuium autem mēsiū decrescente Luna contingit: quamobrem nonnulli cauillo sexum fœmineum Lunæ tribuunt, quoniam simul vt illa decrescat, & mulier purgetur, moxq; repleantur ambæ, euenit, paucis menstrua singulis mēsibus mouentur: sed vno intermisso plurimis. Facilius agitur cum ijs, quibus breui tempore, L hoc est biduo, aut triduo profluunt: sed quibus longum protrahitur, difficilius: laborant enim id temporis. alijs nanq; vniuersim hæc purgatio fit, alijs paulatim. Attamen omnibus corpus grauatur, quandiu effluat hūor. Multis etiam, cum menstrua cietantur, & eruptioni propinqua sunt, strangulationes vuluarum sequuntur, & crepitus, donec erumpant. Conceptus mulieribꝰ M a profluuio mēstruorum sua natura contingit. & quæ ijs carēt, sterileꝫ magna ex parte existūt. verum fieri potest, vt aliquæ ēt sine eorum profluuio concipiant, videlicet quibus tantum humoris colligitur, quantum ijs, q purgātur, restare solet: quāquā non tanta copia, vt & foras possint profluere, nonnullæ etiam, dum profluunt menses, cōcipiunt, postea concipere nequeūt: quibus vulua statim a purgatione comprimitur. Sunt quibꝰ præ-

A prægnantibus etiam menstrua vsq; in postremum gerēdi tempus eueniant: quibus accidit, vt parua pariant: & proles aut minus vitalis, aut infirma procreetur. Multis etiam desyderio coitus (quo vel iuuenilis ætatis ratione, vel quia longo tēpore abstinuerint, tenentur) descēdunt uteri: & menstrua sæpe terī mē se citant, donec concipiant: quo facto ascendunt, & suo situ constituuntur. nōnunquam & si cętera bene se habet vterus, humidus tamen est. respuit semen genitale, si humidus sit. Omnium B autem animalium, vt ante dixi, mulieribus inter fœminas plurima hæc purgatio euenit. nā ijs, quæ non pariunt animal, nihil tale mouetur, propterea, q̄ hoc materiæ superuacuum vertitur in corporis alimentum. Sunt.n. nonnulla maribus suis maiora: atq; etiam alijs ī corticem, alijs in squamam, alijs in frequentiā pennarum absumitur. Terrestri C bus quoq; animal parientibus in pilos. & corpulentiam transit: homo enim læuior cæteris ē: atq; etiam in vrinam diuertit. plurima.n. ex cęteris largius mīgunt, & crassius. At mulieribus vice eorum, quæ dixi, omnium, quantum superuacuū sit, in purgationem mēsium vertitur. qđ in maribꝰ quoq; simili fieri modo percipimus, seminis genitalis ratione. Plurimum enim omnium animalium emittit homo comparatione dico magnitudi

D

nis suæ: & vero inter ipsos mares, qui humidiores natura sūt, nec valde carnosi, plus reddūt: atq; etiam plus candidiores, q̄s fusci. nec fœcus in mulieribꝰ fit: corpulentis enim multum menstrui excrementi in corporis alimentum transit. & in vsu quoque rei venereæ cādidiores sua natura plus quā fuscę euaporāt, præparatur hoc amplius vsu elborum humidorum, et acrium.

E

De indicijs conceptionis, & quot dierum spatio mas, quot item fœmina in vtero mouentur: deq̄ aliorum similibus. Cap. 3.

INdicium mulierem iam cōcepisse, cum statim a coitu locus siccescit. fit certe, vt si oris, quo concipitur, labra sunt lęuia, inepta sunt ad conceptū: labitur enim & effluit semē. nec vero, si crassa sunt, commode vsum præstant. sed, si ad digiti tactum asperiuscula, & hærentia sint, atque etiam si tenuiora, ita commode ad conceptionem habent. Talis igitur præparandus est vterus, qui concipiat. quod F si facere ne concipiat, placet, cōtra agendum est. nam, si labra sint læuiora, concipere nequeat. Quamobrem nonnullę vt semē incidat, ante vuluam ex oleo iuniperino, aut ex ceruſa, thureve excipientes oleo illinunt. Sed, si in septimum diem intus permā serit, conceptum iam esse certū est: nam quæ effluxiones vocantur, intra tot numero dies fieri solent. Purgationes autem acce-

Vtuntur ceruſa oleo iuniperino, confidit Gaza credi eū iuniperi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dunt plurimis, cum cõceperint, ad tempus quoddã, scilicet triginta dierum, maxime si concepta fœmina est: quadraginta, si mas. A partu etiam purgatiões eodem dierum numero consequi volunt, quanquam non æque ita diligenter eueniunt. At vero post conceptum, & dies, quos modo dixi, non item secũdum naturam inferius agitur, sed in vbera transitur, & lac efficitur. cuius nota inter initia exiguo quodam, & araneæ prope modum specie apparet in mammis. Cum iam conceperint, sentiunt præcipue suis ilibus. hæc enim nonnullis statim pleniora efficiuntur. quod ijs, quæ graciliores sunt, euidentius accidit. inguina etiam sentiunt, & conceptui argumẽto esse possunt. Mares fœtus magna ex parte circa quadragesimum diem, dextro potius latere mouentur: fœminæ sinistro, circiter nonagesimum. Nihil tamẽ certi in his affirmari licet. multis enim ferentibus fœminam, morus agitur in dextro, & contra in sinistro, gerentibus marem. Sed enim hæc, & reliqua huiuscemodi, vt differũt, eo quo magna ex parte, & magis minusve accidit, sic accipimus. Finditur etiam fœtus hoc eodem tempore, cum ante carũcula in formis constaret. Effluxiones vocãtur, quæ intra septimum diem corruptiones incidunt. Abortiones autem, quæ intra quadragesimum. Et quidem plurimi fœtus intra tot numero dies deprauantur. Mas, q quadragesimo die exierit, si in quoduis aliud mittatur, diffunditur, atque aboletur: sed si in aquam frigidam, cogitur, consistitq;, veluti in mẽbranula, qua rupta, fœtus ipse appareat magnitudine formicæ maiusculæ. & membra iam inde discreta, tum cætera omnia, tum genitalia cõstant: & oculi, quemadmodum in cæteris animantibus, prægrãdes. Sed fœmina, quę intra tertiũ mensem eruperit, indistincta è: quæ autem quartum adepta est mensem, finditur, & reliquam distinctiõis effigiem breui tempore accipit. Cum itaq; fœtus in vtero formatur, fœmina tardius quã mas perfectionẽ quarũq; partium recipit, & sæpius in decimum mensem, quã mas protrahitur. Sed, cum in lucem prodierit, fœmina ocyus, quã mas & accrescit, & ætate floret, & senectute maceratur, & magis quæ pluries pariunt, vt dictum iam est.

De ijs, quæ a conceptione ad partũ vsque mulieribus eueniunt, quo ve tempore pariant, quotque uno partu parere possint.

Cap. 4.

CVm semen conceperit vterus, statim se contrahit, donec ad septimum mensem ventum sit. octauo iam adaperitur, atq; dehiscit. & partus, si viuit, descẽdit mense eodem, sed, si mortuus est, neq; ipse descendit, nec vterus per id temp⁹ dehiscit: idq; indicium facit, fœtum haudquaquam esse vitalẽ. Euenit, pfecto vt mulieres a cõceptu corpus totum grauentur, & oculorum caligines, & dolores capitis moueantur. quę alijs maturius, & fere die decimo accidunt, alijs serius, prout magis minusve ex materia superuacua tentantur. Nauseæ item, & vomitus plurimas capiunt, & præcipue quibus purgationes constiterint, necdum ad vbera transeant. Aliquæ igitur principio magis laborant, aliæ post, cum iam fœtus plen⁹ creuerit. Sæpe etiam multis destillatio vrinæ ad postremum infestat. sed magna ex parte quę marem ferunt, facilius exigunt, minusq; pallent: contra, quæ fœminam: sunt enim pallidiores, & grauiõ degunt. Multis etiam tumores, extuberationesq; carnis in cruribus incidunt: sed tũ contra etiã nonnullis contingit. Solent appetitus varij grauidis euenire, citoq; cõmutari, quod picare quidam, a pica aue denominant. & nimirum cum fœtum sexus fœminei ferunt, auidius appetunt, minusq; re frui iam præsente, quam cupierint, possunt: fastidiunt enim statim, quod modo vehementer appeterent. Paucis cõtigit vt melius habeant cum vterum gerunt, sed præcipue tũc fastidiunt, tædioq; fatiscunt, cũ fœtui capillus oriri incipit. Pili congeniti grauidis defluũt, pau

Quę nu
meris a
cõceptu
accidant.

soli mulieri ijs
pariẽdi in
certum.

cioresq; redduntur. contra quai parte pilos minime habere solebant, ea magis accipiunt. plus et motus magna ex parte mas in vtero infert, q; fœmina, & celerius prodit. fœminæ enim partus tardior est. Dolor etiam ex fœmina cõtinuus, sed obtusior: ex mare acer, & longe molestior. Quæ paulo ante partum cõcumbunt, facilius pariunt. Parturire interdum mulieres videntur, cum tamen tempus non sit: sed quoniam fœtus inuertit suũ caput, ideo initium hoc esse parturiendi videtur. Sed, cum cætera animalia omnia singulari, ac simplici modo partum suum pficiant (vnum enim pariendi tẽpus statutum omnibus est) homini vni multiplex datum est: nam & septimo mense, & octauo, & nono parere potest, & qđ plurimum decimo, nonnullę ẽp vndecimum tangunt. Fœt⁹, qui maturius q; septimo mense prodeat, nullo pacto vitalis est. qui septimo, vitalis quidem hic primus exit, sed magna ex parte infirmior: quamobrem cunabulis ex lana eum obuoluũt, & fasciis alligant. Meatus etiam nonnulli infissi, vt aurium, aut narium, sæpenumero generantur: sed ac crescenti articulantur infanti, & demum suam formã recipiunt. & pleriq; de his quoq; septimo nati viuere, atq; adolescere possunt. Qui autem mense octauo nascuntur, viuere, ac adolescere in terra Aegypto possũt, & qui

Quibusdam alijs in locis, vbi mulieres fertiliores sunt, multosq; simul facile & ferunt, & pariunt, etiam si monstrosi sint. sed locis Græciæ multi intereunt, nec nisi perpauci seruantur. vnde fit, vt si quis seruetur, non octauo mẽse natus existimetur, sed mulierem sui conceptus initium latuisse. Infestantur maxime mulieres mense quarto, octauoq; &, si vel quarto, vel octauo fœtus perierit, ipsæ quoq; magna ex parte intereunt. itaq; fit, ne solum mense octauo nati non viuant, sed etiam ipsis emortuis, periculum quæ pariunt subeãt. Simili modo, & qui diuturniores, & qui vndecimo mense nasci videntur, latere putantur. latet enim mulieres conceptus initiũ, si cum ante inflatus fuerit vter, vt sæpe accidit, post coierint, atque conceperint. hoc enim principium esse sui conceptus existimant, quod simile indicium attulit. ita multiplex perficiendi tempus, pariẽdiq; diuersum homini datum est. Et cum alia singulos pariant, alia plures, genus humanum in ancipiti est. Nam quod plurimum, & locis plurimis agitur, mulieres singulos singulæ pariunt. Sed sæpe & locis pleriscq; geminos etiam, vt in terra quoq; Aegypto fieri certum est. pariunt etiam tres, & quatuor. & quidem locis nonnullis valde ita fit, quod dictum iam est. sed quinq; complurimũ nascuntur. Iam enim hoc pluribus euenisse conspectum est. & quæ quidam viginti partubus quatuor ediderit: quinos enim singulis partubus enixa est, maiorq; eorũ pars enutriri, & adolescere potuit. Et, cum in cæteris animalibus gemini nati, etiam si mas & fœmina sint, nihilominus enutriantur, seruenturq;, quã si mares ambo, aut fœminæ sint: in genere certe humano pauci gemini seruantur, si alter mas sit, alter fœmina. Mulier, & equa omniũ maxime animaliũ grauidæ cum patiuntur: cætera, vbi grauida fuerint, fugiunt mares, ea scilicet, quorum natura superfœtare more leporis recusat. Verũ equa nunquã superfœtat, sed magna ex parte vnum tantum modo generat. At vero in muliere raro quidem euenit vt superfœtet, sed factum tamen aliquãdo est. Qui itaque longo post tempore sint concepti, nihilo perfici possunt: sed præmaturius dolorem, quo ipsi & primus fœtus intereat, mouent. Iam incidit, vt facta corruptione duodecim superfœtata puerperia egererent. At vero si proxime a primo conceptu secundus sit factus, absolui, ædiq; potest, quod superfœtarit, vt quasi gemini nasci videantur: quomodo Herculẽ, & Iphiclem procreatos esse fabulãtur. Nam id etiam constitit adultera quadam, quæ alterũ suo marito, alterum adultero similem peperit. Iam &, cum geminos quæ dam fœtret tertiũ superfœtauit: &

Quib. mẽsibus mulier pgnãs maxime periclitetur.

Causa cur mulieres aliquã cõceptus initiũ lateat.

Fœtuũ numer. varius in hũano gẽre.

A cum tempus pariendi iustũ iã esset, primos vitales peperit, secundum quinto mẽse elisit, qui statim mortuus est. Altera, cum primum septimo peperisset, q mortua est, mox duos iusto mẽsium numero ædidit, qui vixerunt. quædam etiam sub abortu conceperant, atq; alterum abegerunt, alterum continuerunt, pertulerunt q; ad partum. Plurimis, si concubuerint mense octauo, infans mucore oppletus exit. esculentorum etiam, quæ mater comederit, sæpe gerulus venit in lucem: &, si sale immodice vsa est, ipse sine vnguibus nascitur.

Quid periculi sit, si pgnantes octauo mense cõcubuerit.

B

De lactis bonitate, & malignitate, deque menstruorum mulierum fine.

Cap. 5.

LAc, quod ante septimum mensem contractum est, inutile est. sed simul ifans natalis est, & lac esse vtile incipit. prius autem salsum etiã est, vt pecoris. Vino præcipue, cum vterum ferunt plurimæ infestãtur: dissoluũtur enim, si biberit, atq; debilitantur. Principium, & finis mulieribus prolis recipiendæ, maribus præbendæ, seminis & menstruorum emissio est. Sed neq;, cum incipiunt, statim prolifica sunt, neq;, cum desinunt, & iam pauciora sunt, & infirmiora. Quanam ætate incipiant menstrua, & semen, dictũ iam est. Sed desinunt plurimis menstrua circa quadragesimũ annum: quod tempus quæ excesserint, ijs ad quinquagesimũ seruantur. Etiam nonnullæ eo tempore peperũt. sed vltra hoc tẽpus, nulla potest protrahere.

C

D

Vsquequo maribus sit generandi facultas, & de prolis similitudine cum parentibus, vel cum alijs.

Cap. 6.

MAres plurimi ad sexagesimum generant: quem si excesserint, ad septuagesimum vsq; procedunt. Et iã quidam annos septuaginta nati genuerunt. Euenit sane multis, & mulieribus, & viris, vt qui cõiuncti inter se nequeant procreare, vbi dissociati se iunxere cum alijs, queant. quod idem in maris quoq;, aut fœminæ procreatione nimirum euenire certum est. plerunq; enim tum mulieres, tum viri, quãdiu cum eisdem iunguntur, fœminam tantum, maremve procreant, seiuncti autem contra. Aetatis etiam ratione immutantur, vt iuuenes inter se fœminas generent, seniores facti mares, aut contra. Ratio quoq; generandi omnino discrimen hoc idem recipit, vt iuuenes nihil procreent, seniores iam incipiant generare, aut contra, vt qui ante possent, post nihil possint fœtificare. Sunt etiam aliquæ mulieres, quæ vix concipiant: sed si conceperint, perficiant, atq; ædant. aliæ contra facile quidem concipiunt, sed seruare non possunt. Sunt & viri, qui non nisi fœminam procreẽt, & mulieres, quæ non nisi marẽ: & contra: vt de Hercule fabulantur,

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lantur, qui inter duos & septua ginta liberos, fœminam vnã tũmodo genuit. Quæ cõcipere ne queant, si vel cura adhibita, aut aliquo casu conceperint, fœminam magna ex parte pariunt, potius, q̃ marem. Multis etiam viris euenit, vt cum antea possent gnare, post nequeant, deinde rursus facultatem recipiant generandi. Gignunt læsi quoq; ex læsis, verbi causa, claudi ex claudis, & cæci ex cæcis. deniq; similes sæpenumero in re, quæ præter naturam comitetur, & signa habentes sibi cognata hæreditaria: vt verrucas, vt nęuos, aut cicatrices, aut quid aliud generis eiusdem. Iam tale quid vel tertia prole post regeneratũ est, vt, cum quidam suo in brachio puncti notam haberet, filius nõ id retulit, sed nepos ea corporis parte nigritiem quãdam habẽs confusam prodẽrit. sed raro hæc eueniunt. Integri autem ex mãcis ne gignantur, nulla res obstat, & sæpissime ita agitur. Similes etiam aliqui parentibus aut auis, suisq; maioribus generant: aliq similitudinis nihil referũt. redditur etiam vel post plures eiusdem prosapiæ: vt in Sicilia, eius, quæ adulterium cum Aethiope commiserat, filia non colorẽ patris æthiopis retulit, sed qui natus ex hac est, is auum æthiopem regenerauit. Fœminæ magna ex parte matri, mares patri proueniunt similes. sed fit etiam è diuerso, vt fœminæ pri, mares matri similes procreent.

Quòd varie pgent torũ similitudiné referãt posteri.

Particulatim etiam similes fiũt, vt alia corpis parte similes sint patri, alia matri. gemini vel dissimiles inter se nati iam sunt, sed plurimi magna ex parte similes prodeunt. nam & quædam, cũ septimo die a partu concubuisset, concepisset q;, peperit simile superiori quasi geminum. Naturæ etiam ratione aliæ sibi, aliæ suo marito similes generant, vt equa pharsalia cognomĩe Iusta

Quomodo semen genitale informetur.
Cap. 7.

CVm semen genitale exit, spiritus antecedit, & qui dẽ ipso exitu constat agi cum spiritu: nihil. n. procul sine violentia spiritali proñci potest. Tum insinuatum ĩ vtero, diuq; contentum, membrana obduci tur: quippe q̃, antequam discernatur, exeat, velut ouum in sua membranula contectum, detracto putamine. membrana autẽ ipsa venis referta est. Omnia vero tum natatilia, tum pedestria, tum ẽt volatilia, siue animalis, siue oui forma proueniunt, simili modo gignuntur: nisi quod alia vmbilicum habeant vuluæ adhærentem, videlicet quę animalis forma enascuntur, alia ouo, alia vtroq; modo. vt in quodã piscium genere: et alia quasi mẽbranis continent, alia secundis. Primum intra vltimum muolucrum animal gignitur, mox altera mẽbrana obuelat, plurima quidem sui parte vuluæ adhærens

A rens, sed parte etiam seiuncta, & aquam continens. humor autem inter has cruẽt aquosus q; ẽ, quẽ mulieres Proferũ vocãt.

De alimento animalis in vtero existentis, deq̃ hominis statu in eodem.
Cap. 8.

AVgent animalia omnia, quibus est vmbilicus, p ipsum vmbilicum. hic acetabulis vuluæ adhęret, si fũt: sed, si læuis sit vulua, ipsi vuluæ adhæret vena subiecta. Situs in vtero quadrupedum omnium

Situs fœtũ in vtero.

B extensus est: expedum autem obliquus, vt piscium: bipedum vero inflexus, contractusq;, vt auium. homo etiam in semet cõglobatus sic gestatur, vt nasum inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat. Omnibus æque animalibus caput primum superius est: sed, cum creuerint, & iam exitum appetant, deorsum deducitur. Ita fit, vt omnibus partus secũdum naturam in caput, cõtra naturam in pedes, aut inflexo circumactoq; corpore agatur. quadru-

C pedes vel excrementum iam in de habẽt & alui, & veficæ, alterum in postremo intestini, alterum in ipsa vesica. Quib in vulua acetabula sunt, fœtu accrescente, acetabula ipsa subinde minuuntur, postremo abolentur ossa. vmbilicus autẽ velut putamen est circa venas, quarum origo ab vtero est, aut acetabulis, si habentur, aut venæ commissa est. Sunt fœtui maiori, vt boui, qua tuor venę, minori duæ, minimo D vna, vt auibus. pertinẽt duæ ad fœtum per iecur, qua portas appellant, ortæ a vena maiori. reliquæ duæ aorta, qua finditur, & duæ de vna efficiuntur. Vtrũq; venarum par membranulæ ambiunt, & mẽbranulas ipsas ambit velut putamen vmbilicus. Collabuntur subinde venæ, & quo fœtus amplius creuerit, eo adducti ipsę contrahuntur. Fœtus autem grandescens cauã vteri subit, vbi palpitans iam sentitur, & circa genitale parentis interdum voluitur. E

De doloribus mulierum in partu, ex quæ facile, quæue difficulter pariant.
Cap. 9.

CVm mulieres parturiũt, dolores multas quidem in partes incumbunt, sed plurimis ad alterutrum femur. Cæterum quibus aluum tormina vehemeater exercent, ocyssime pariunt. quæ lumbos dolẽt, vix pariunt: quæ imum ventrẽ, expeditius. Si mas nascitur, profluit sanies diluta pallidiuscula: F sed si fœmina, cruenta: verũ ea quoq; præhumida est. sed fieri quoq; potest nonnullis, vt eorũ neutrum accidat. Cęteris animalibus partus non laborioſi eueniunt. minus enim, cum parturiunt, infestari videntur. At mulieribus dolores vehemẽtissimi incidunt, & præcipue stabilib, & sellularñs, & quibus non bona latera sunt, neq; facultas retinendi spiritus suppetit. difficili etiam

Ocłosas & sellularias mulieres difficilius parere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G etiam edunt, si interea, dum per vim retinent, coactæ eruperint respirationem. Primum aqua illa subter cutem fusa, per fœtus motionem, ruptis membranis effluit: deinde fœtus inuerso utero, & secundis interna euoluētibus, foras venit in lucem.

De obstetricis cura, & de infantis exitu, de tarditate durationis ostium, & dentium amissione.
Cap. 10.

H IAm vero & obstetricis officium pars ingenij, perspicacisq; intelligentiæ est. nō solum enim difficultati partus opportune, expediteq; succurrendum est, sed etiam contra ea, q̄ accidant, protinus agendum ingeniose: & in secando, deligandoq; vmbilico infantis, prudentia requiritur, & peritia. Nam, si simul secundę quoq; exciderit, vellere vmbilicus cum secundis alligatur, superiusq; præcidit. qua autem deligatum est, cohæ rescit, & pars continua decidit.
I si copula, amentumq; dissoluatur, fœtus sanguine effuso emoritur. Sed, si secundæ non statim cum fœtu exierint, dum ītus ipsæ, foris autem infans est, deligato vmbilico secantur. Sæpe visus est puer emortuus nasci, cū ei infirmo, priusquam deligaretur vmbilicus, sanguis in vmbilicum, & circa efflueret. Sed iā aliquę obstetrices, factæ peritiores, reprimunt intro de vmbilico sanguinem, quo facto statim infans, qui modo exanguis defi
K ciebat, recreatur, vitæq; restituitur. Nascuntur, vt dictum est, secundum naturam cætera etiam animalia versa in caput, sed pueri manus quoq; ad coxas porrectas, extensasq; habent. Qui, cum exierint, vocem statim emittunt, & manus in os admouent. Excrementum etiam reddunt, alīq; statim, alīq; breui, sed omnes intra diem: quod excrementum pluris quām pro infantis magnitudine est. papauerculū hoc mulieres vocant, colore cruentum,
L atq; admodum nigrum & piceum est, mox lacteum iam & albidum redditur. fugit enim confestim vbera infans. vocem, antequam egrediatur, nunquam emittit, etiam si, cum difficulter egreditur, caput extet, corpꝰ intus sit totum. Quibus purgationes partum anticiparint, difficilius liberātur. sed, si a partu purgationes parcius sequantur, nec largius quām primæ, neq; ad
M quadragesimum diem perseuerauerint, efficitur vt mulier validior sit, & celerius possit concipere. Infantes autē primis quadraginta diebus neq; ridēt, cum vigilant, neq; lachrymātur, sed noctu & per quietem vtrunq; interdum faciunt. nec vero sentiunt magna ex parte cum scalpūtur. Plurimam huius temporis partem dormiunt. Cęterum in dies, quo subinde auctiores fuerint, eo magis ad vigilādum immutantur. Somniare etiam eos constat, sed sero meminisse pos-

A sunt imaginum. Cæteris quidē animalibus discrimen ossiū nullum est, sed omnia perfecta iam inde a natiuitate proueniunt. at pueris sinciput molle est, seroq; duratur. &, cum cætera animalia nascantur cum dēnibus, pueri septimo mense dentire incipiūt. primum ædunt primores, alīq; superiores prius, alīq; inferiores. deniq; omnes maturius dēntiunt, quorum nutrices lac habent calidius.

B *De aduentu lactis in mulierē, & malo pilari, deq; lactis duratione.*
Cap. 11.

POst partum purgatiōesq; lactis copia excitatur, & nonnullis effluit non solū de papillis, sed etiam passim per vbera, aliquibus etiam per alas, eduranteq; in posterum globuli, quoties humor non coquatur, nec exeat, sed redundet. vbera enim tota fungosa ita sunt, vti in poculo pilum forte hauserit
C mulier, dolor moueatur in mamis: quod malum pilare appellant: nec sedatur, donec pilus vel pressus exeat sponte, vel cum lacte exugatur. Seruatur lac, donec mulier concipiat: tum desinit, atq; extinguitur, tam in homine, quām in quadrupedum viuiparo genere. Quandiu lac emanat, purgationes magna ex parte non fiunt: magna inquam ex parte, quoniam iam quibusD dam lactantibus facta purgatio est. Sed enim natura ita fert, ne humor locis pluribus simul erū pere soleat. nam & mariscas habenti, deteriores accedunt purgationes. & quod in nonnullis accidit, cum delapsus humor a lumbis per anum excernitur, antequam vterum subeat, idem euenit. Quibus, dum etiam purgationes non fiunt, inciderit vomitus, securius exigunt.

Pueros vt plurimum ante septimum diem conuulsione interire.
Cap. 12.

E

SOlent pueri plurimi cōuulsione excipi, & præcipue corpulentiores, & lacte vescentes copiosiore, crassioreq;, & nutricem lactentes succi plenam, & corpulentam. nocet etiam ad hoc morbi genus vinū, magisq; nigrum quām album, & quod minꝰ dilutum est. atq; etiam ex cibis, qui inflent, pluri F mi obsunt. & si aluꝰ substiterit, nocuum est. Plurimi ante septimum diem intereunt. vnde fit, vt nomina septimo die imponā tur, tanquam saluti iā pueri magis credamus. plenilunio etiam infestantur hoc malo periculosius. &, si a scapulis conuulsio oriatur, in angusto spes est.

Arist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER OCTAVVS.

De uarietate actionum, & victus omnium animantium. Cap. 1.

Affectuũ, mortẽque fatalib⁹ uarietas.

GEneratio, & reliqua animalium natura ita se habet. Actiões autem, & vitæ, pro moribus victuq; differunt. sunt enim vel in plurimis cæterorum animalium vestigia morum animi humani: quanquam hæc apertius in homine discernantur. Inest vrbanitas, feritas, clementia, acerbitas, fortitudo, ignauia, metus, fidentia, ira, malitia. atq; ẽt prudentiæ imago inest in multis, quemadmodum cũ de partibus docerẽ, exposui, alia enim eo q̃ magis minusve habeant, comparatiõe hominis differũt: homoq; ipse cum multis alijs animalibus ita dissidet: quippe cum aliqua ex his magis in homine habeantur, aliqua in cæteris animalibus latius: alia vero differant proportione. vt enim i homine ars, tapientia, prudẽtia, sic in nonnullis brutis inest vis quædam eiusmodi altera naturalis. Constat hoc ita esse plane argumẽto puerilis ętatis, in qua futurorum habitum quasi vestigia, & semina uideris: & tamen nihil per id tempus animam hominis differre a belluarum anima prope dixerim. itaq; nihil remotum a ratiõe est, si partim eadem, partim similia, partim ex proportione in cæteris animalibus habentur. sed adeo de inanimatis paulatim, sensimq; ad animata natura transit, ut cõtinuatione ipsa lateat eorum cõfinium, & medium, utrius nam sit extremi. Iam ab animãtium genere primum genus plantarum est, earumq; alia ab alia differt, eo q̃ magis uitæ particeps esse uidetur. uniuersum autẽ genus respectu corporum cæterorum, quæ anima uacant, ipsum quasi animal est: at respectu animalis inanime esse uidetur. Sed enim digressus hĩc ad animalia continuus, ut modo dixi, procedit. sunt enim maris nonnulla, quæ ambiges animal ne sint, an planta: hgrent enim, & detracta complura id genꝰ intereũt. V.g. pinnæ adhærent, ungues euulsi uiuere nequeunt. deniq; genus uniuersum eorum, quæ testa integuntur, plantę simile respectu gradiẽtium animaliũ est. Quin & uis sentiendi ita habetur, ut aliqua nullum eius indiciũ præbeant, alia leuiter, & perobscure sentire uideant. Nonnullorũ natura corporis carnosa est, ut eorũ, quæ tubera appellant, aut urticæ. At uero spõgia omnino similis plantis est. Cæterum paruo quodam discrimine subinde alia præ alijs iam adipisci uitã, motumq; uidentur. Qd' idem i munerib⁹ ẽt uitę percipere licet. plantarum. n. nullum aliud munus esse videtur, nisi quoad similem quęq; sibi faciant alterã, videlicet quæ semine oriantur. sic animalium ẽt quorundam nihil muneris præter generationẽ acceperis. vñ fit, vt eiusmodi actiones sunt omnium cões, sed procedente sensu, iam veneri coitus voluptate vita eorum discrepat, atq; etiam partus, enutriendæq; prolis ratiõe. itaq; alia simpliciter, perinde vt plantæ, officio procreandi fungũtur suis tẽporibus: alia in enutriendi etiã prole laborant: sed cũm perfecerint desistunt, nec vllam insuper seruant societatem: alia, q̃ prudentiora sunt, & plus memoriæ sortiuntur, ciuilius agunt eũ prole. Pria igitur pars vitæ animalium in officio procreandi consistit, altera in alẽdo. in his. n. duobus studium oĩum, vitaq; versatur. Cibi aũt differũt, potissimũ ratione materiæ, ex qua ipsa, q̃ aluntur, consistunt. incrementũ .n. quibusq; fm naturam ex eadẽ, qua constiterint, materia fit. quod autem fm naturam est, id suaue cõtingit: sequunturq; omnia eam voluptatem, quæ secũdum naturam est. Degũt igitur alia locis disiuncta: alia nãq; terrestria, alia aliquatilia sunt. quã differentiam trifariam intelligimus. aut. n. recipiendi aeris, aut aquæ ratione, altera terrestria, altera aquatilia dicimus: aut qd apta natura sunt, seruari tempe-ramento alterutro, quanquã aerem, aquam' ue nõ recipiant: aut ẽt qd cibum petant, versenturq; vtrobiq; diutius. cõplura. n. cũ recipiant aerem, partusq; faciãt in terra, cibum tñ à locis madidis petunt, versanturq; in humore partẽ maximam temporis: quæ sola vitam ambiguam agere videntur, quippe quæ eadem & velut pedestria, & velut aquatica statui possint.

De uictu aquatilium animantium. Cap. 2.

AT eorum, quæ humorem recipiunt, nullum vel pedestre, vel volatile est, nec cibũ sibi ex terra petit: quãquã multa spirabilis, pedestrisq; generis humore gaudẽt, & ita nõnulla, vt ne viuere quidẽ discluſa ab aquæ natura valeant: vt q̃ marinę testudines appellantur, crocodili, & fluuiatiles equi, & vituli marini, atq; ẽt ex minori genere testudines lutariæ, siue mures aquatiles dicti, & ranæ, hæc. n. omnia, nisi aliquãdiu spirent, intereunt, & parere, educareq; solent in sicco. Natura omnium maxime animaliũ superflua, peculiarisq; delphino, & si quid aliud tale, vel in cetaceo genere, vel in reliquo aquatili sit, vt balena, et quęcunq; fistulã gerunt. hoc. n. genus nec terrestre tm̃, neq; aquaticum facile dixerim. Siquidem terrestre, qd aerem recipit: aquatile, qd aquã, fm naturam est. particeps nãq; est vtriusq;, crim & mare accipiat, reddatq; per fistulã, & aerem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem recipit: aquatile, quod aquam, secundum naturam est. particeps nanq; est vtriusque, etim & mare accipiat, reddatq; per fistulam, & aerem per pulmonem. habent enim hoc membrum, & spirant. Quamobrē delphinus retibus apprehēsus, breui tempore strangulatur, vt qui spirandi facultatem amiserit. foris vero diutius viuere potest mutiens, & anhelans modo cæterorum spirantium. quin etiam dormiens rostrum exerit supra mare, vt spiret. Sed ī vtraque diuisionis tā contrariorum parte collocari hoc genus absurdum est. quamobrem aquatile genus amplius distinguendū videtur, vt alia accipiant, reddantq; aquam, ea causa, qua spirantia aerem, quo refrigerētur: alia pp cibum. cum. n. in humore cibum accipiunt, fieri nō potest, quin simul aliquid humoris admittat: qđ admissum, quò emittant, instrumentū habeant necesse est. Quæ igit proportione spirationis humore vtuntur, branchias hñt. quibus aūt per cibū humor illabitur, ēs fistula ī sanguineo genere data est. Mollibus ēt, & crustaceis hoc idem adhibitū est: nam ea quoq; humorem pp cibum accipere coguntur: sed altero illo mō aquatilia sunt, temperationem corporis dico, & victum, vt quæ accipiant quidē aerē, sed in humore ætatem degant: aut quæ accipiant qui dē humorem, & branchias habeant, sed terrā pe tant, vnde cibū accipiant: quale vnū adhuc tantūmodo nouimus, cordulum nomine. hic. n. non pulmonem, sed branchias habet, egressusq; cibū petit in terra. et quadrupes idē est, vt ad ambulandū idoneus. Horū autē oīum natura quasi peruersa vī, sicut marium nonnullorum natura fœminam refert, fœminarum marē. exiguis enim quibusdam partibus suis matura animalium immutata, plurimum toto ī corpore differre videtur. quod latissime in excisis patet. particula enim quadam oblæsa, totum animal in fœminam vertitur. quapropter ī prima etiam ortus constitutione, minimę magnitudinis quoquā immutato, dummodo sit principale, efficitur vt alterum mas, alterum fœmina reddatur: atq; si omnino tollatur, neutrū prodeat. Itaque terrestre etiam, & aquatile esse modo vtroq; prędicto, parte animalis exigua immutata, potest vt alia terrestria, alia aquatilia procreentur: & alia vitam simplicē agant, alia ambiguam, propterea q; genere suæ constitutionis materia tali participarint, qualem sibi in cibo assumunt. Charum enim cuique, suaueq; est, quod per naturam habetur, vt superius diximus. Sed, cum animalia trifariam in aquatile & terrestre diuidantur: aut. n. recipiēdi aeris, aquę ue necessitudine, aut

aut corporis temperatione, aut tertio victus ratione: vitæ prorsus discrimen pro his diuisionū membris consequetur. alia. n. tē perandi corporis gratia, & victus ratione, atq; ēt recipiendi aeris, aut aquæ necessitate ita degēt: alia tēperamēti, victusq; causa tm. Igitur eorū, quæ testa operiunt, nōnulla immota alūtur humore dulci & potulento, qui per spissa transmittitur, cū tenuior ipse mari concocto eliciatur, quēadmodum & primo naturę ortu instituūtur. Dulcē autem contineri humorē in mari, atq; ita trāsmitti, & percolari constat eo experimēto, quo si excera vas tenui latere fin xeris, idq; annexa linea ī mare demittas inane die ac nocte vna, humoris copiā dulcis intra se colliget. Vrticæ piscibus forte incidentibus vescūtur. os in medio habent, qđ in maioribus euidētius est. meatū ēt vt ostreę, quo excrementū secedat, habēt parte superiore. Vrtica. n. ipsa quasi ostreorum caro esse vī inclusa saxo, perinde vt testa. patellæ etiam secedunt absoluētes sese, vt vescant. Quæ aūt mobilia, eadem q; carne vescētia sunt, ēs victus ex piscibus ē, vt purpurea hmōi capiuntur: quanquā ēs etiam, quæ mari pullulāt, alliciūtur. Testudines marinę cōchulas petunt, habent. n. os omnium robustissimū. quicquid nāq; in os ceperint, siue lapidē, siue quoduis aliud, perfringūt, ac deuorant: exeunt etiam in terram, & pascunt herbam. laborant plerunque & interest, quoties innatātes siccantur Sole: deferri enim in gurgitē facile nequeunt. Hic idem vescendi modus crustaceis est. nam ea quoq; omniuora sunt, quippe quæ & lapillos, et limū, & algam deuorant, atq; etiam stercus, vt cancri saxatiles. carnes etiam nimirum appetunt. Locustæ vel pisces maiores conuincere possunt. euenit vsu, vt locustis polypi superiores sint, & adeo, vt si eisdem in retibus senserit locusta polypum, præ metu emoriatur. Congros locustæ conuincunt: nam elabi non queunt propter crustæ asperitatē. Congri polypos superant, sed edere non possunt: læue enim & ipsum polypi corpus vsum hostis effugit. Mollia vero carniuora omnia sunt. Pascuntur locustæ venatu piscium rum eorū circa sua cubilia, quæ in alto locis asperis, saxosis, cauernosisq; faciunt. quicquid ceperint ori admouent suo forcipe, vt cancri. incedit locusta sua natura ante, cum nihil metuit, demissis in latera cornibus: at vbi metuit, fugit retro, lōgeq; sua cornua porrigit. Dimicāt inter se more arietum cornibus, quæ extollentes, vibrantesq; feriunt aduersariū. sed vniuersę etiam plerunq; tanquam gregis collegium visuntur. Talis viuendi modus eorū

est

Testa testorū victus rō.

Dulcē humore ītmari cōtineri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G est, q̃ crusta operiuntur. In molliū genere lolligines atq; sepiæ, pisces vel maiores euincūt. Polypi conchulis maxime extringentes caruncu las vescuntur. vnde fit, eorum cubilia cognoscāt qui venantur, congerie testarū. Quod autem nonnulli aiunt polypum seipsum esse, falsum est, sed aliq; sua brachia corrosa habent à congris. pisces oēs fœturam suo tempore deuorant. Reliqua victus ratio non eadē omnibus est. alij.n. carniuori tantū
H sunt, vt cartilaginei, vt congri, hiatulæ, thunni, murenæ, lupi, dentices, amiæ, cernuę. Multi vero & carne vescuntur, & alga, et concha, & cœno. capitones cœno, dasquisli cœno, & stercore. scarus, & oculata alga. salpa stercore & alga: porrum ēt petit, et cucurbita capitur, q̃d ei ex omnib⁹ vni euenit. alter ēt alterum sui generis edit, excepto mugile, sed maxime congri. Capito, & mugilis soli carnę omnino absti
I nent. cuius rei argumentum est, quod neque in ventre tale quid vnq̃ habentes capiuntur, neq; esca in eos ex carne vtimur, sed ossa panis. Vescit mugilis vnusquisq; alga, atq; arena. Capito, quē aliqui labeonem vocant, litoribꝰ gaudet. alter generis eiusdem translittoranus est, qui nō nisi mucore vescitur suo, quāobrē semper ipse ieiunus est. Pascū tur limo omnes capitones: quo fit, vt graues, & sordidi sint. piscem ipsi nullum omnino edūt: & q̃n versari in limo solent, est & ferunt se, vrināturq; sæpe, vt corporis sordes abluant. Oua, fœtusq; eorum à nulla bellua violantur, quapropter copiose exstunt: sed, cum adoleuerint, tūc a cæteris piscibus corripiuntur, maximeq; ab archano. Gulosus omnium maxime mugilis est, atq; insatiabilis. quocirca vētre distēto grauescit, & nisi ieiunus sit hęret iners. cum hic metuens, caput abscondit, quasi corpus totum occultet. Dentex etiā, vt dictū est, carne vescitur, & mol
L lia appetit. euenit plerunque & huic, & hiatulæ, vt, cum pisces minores insequātur, venter procidat, propterea quod piscium venter iuxta os politus est, nec gula subest. Alia igitur, vt dixi, carniuora tātum sunt, vt delphinus, dentex aurata, vt cartilaginea, vt mollia: alia magna ex parte luto viuunt, et alga, & musco, & eo, quod caulium vocant, & enascente materie: vt fuca, gobio, omnes saxatiles. Fucę, quāM quā cætera abstinent carne, tamen squillas sæpenumero appetunt. sed alter etiam inuadit, vt dictum est, alterum, maiorumq; minores sunt præda. argumentum vt carne vescātur, est, quod esca huiusce modi capiantur. Amia, thunnus, & lupus magna ex parte carne aluntur, sed alga etiam tangunt. Sargus mulli reliquias sequitur: nam vbi ille luto excitato abijt (sodere.n. põt) hic descendit, & pascitur, imbecillioresq;

A cillioresq;, ne eodē adnatent, arcet. Scarus vnus inter pisces ruminare quadrupedum ritu videtur. Cæteris piscibus captura minorum à frōte agitur ore, vt solent meare: at cartilaginei, & delphini, & oēs cetacei generis resupinati corripiunt: habēt.n. os subter: vnde fit, vt periculū minores facilius possint euadere, alioquin pauci admodū seruarentur. quippe cum delphini celeritas, atq; edēdi facultas mira esse videatur. Anguillæ pau
B cæ quędam, certisq; locis vescū tur limo, atq; edulijs, si quis apponat. sed plurimę dulci humore viuunt. idq; qui viuarijs anguillarijs dant operā, seruāt, vt quā maxie pura, syneraq; sit aqua, affluens semper, et effluēs per ripas, vbi viuaria extruunt, nā nisi aqua sit clara, breui strāgulatæ intereunt. branchias.n. habent exiguas. hinc turbare aquam soliti sunt, qui eas piscā
C tur. Et quidē in Strymone amne circa vergilias capiunt, tunc.n. aqua, & lutum aduersis flatibus inturbatur: alioquin satius est quiescere. Anguillæ non superfluitāt mortuæ, nec sursum, vt cęteri pisces, maxima parte efferuntur: sunt.n. ventre exiguo, pingue in paucis inest: plurimę eo carent, viuere exemptę aquis, vel ad diem quintum, sextumq; pūt. & aquilone plures diutius durāt, austro minus. et, si ęstate de lacu in piscinā trāsferuntur, viuere nequeunt: sed si hyeme, facile sedis mutationē D patiuntur. nullā denicq; vehemētem mutationem tolerant. et q̃dem æstate, ēt si in frigidā aquā transfers, omnes plerunq; intereunt. quin & si exigua in aquā stabulent, pereunt. q̃d idem & cæteris piscibus euenit. strangulantur.n. si semper eadē in aqua exigua versantur: qñio spirantia animalia intereūt, si in aere exiguo claudantur. Vita anguillis nonnullis vel ad septem, octoq; annos ꝓtrahitur. Victus fluuiatilibus ēt tum ex mutua sui generis E prędа, tum ex herba, radicet & si quid in cœno comperiant, nocte potius pascere, interdiu secedere in altum soliti sunt. Talis piscium victus est.

De victu animū, & quæ carnivoræ, quæ fruginoræ, quæve omnivoræ sint: quæ item cibum è terra, quæ ex aquis petant.
Cap. 5.

IN auium genere, quibus vn gues aduncī, omnes carniuoræ sunt. fruges aūt ipsę, ēt si in os indideris, nequeunt deuorare: vt genera aquilarum oīa, milui, accipitres ambo, i. palūF barius, et fringillarius, qui multum inter se magnitudine differunt: atq; etiā buteo, qui miluo æq parat magnitudine, sempq; ipse cernitur. ad hęc ossifraga, et vultur. est ossifragę magnitudo maior q̃ aquilę, color ex cinere albicans. Vulturum duo genera sunt, alterū paruū, et albicātius: Vultur duo genera. alterū maius ac multiformius.

L Noctur-

G Nocturnarũ ẽt nonnullæ aduncis vnguib⁹ sunt, vt cicuma, noctua, bubo. spẽ similis noctuæ bubo est, sed magnitudine non minor q̃ aquila. Itẽ aluco, vlula, asio. Aluco maior gallinaceo est, vlula cõpar. picas vtriq; venant. asio minor q̃ noctua est. hæc tria simili specie constant, & carne viuunt. Sunt ẽt in genere non adunco q̃ carne vescantur: vt hirũdo. aliqua vermiculos petunt, vt fringilla, passer, rubetra, luteola, parus, cuius genera tria sunt: fringillago, quę maior est, quippe quæ fringillam æquet: alter monticola cognomine est, quũ in montibus degat, cui cauda longior: tertius magnitudine sui exigui corporis discrepat, quanquã cætera similis ẽ. Itẽ ficedula, atricapilla, rubicilla, rubecula, siluia, curuca, asilus, tyrannus, cui corpus non multo amplius q̃ locustæ, crista rutila ex pluma elatiuscula, & cætera elegans, cãtuq; suauis hæc auicula est. Ad hæc florus, cui magnitudo quanta fringillæ: & montifringilla, q̃ fringillæ similis, & magnitudine proxima est, sed collo cęruleo, & in mõtibus degit, vnde nomẽ accepit: tum ẽt regulus, & frugilega. hęc, & reliqua id genus, vermiculis partim ex toto, partim magna ex parte aluntur. Spinã appetunt illa, spinus, siue liguri nus, carduel⁹, itẽ quę auriuittis appellat: hęc. n. oĩa victitant in spinis. vermen aũt, & quoduis aliud aĩal aspernant, dormiunt hæc, & pascuntur eodẽ in loco. Alia culicibus gaudẽt, nec alio magis, q̃ venatu culicũ viuunt, vt pipo, tum maior, tũ minor. vtrunq; picum martiũ vocant. similes inter se sunt, vocemq; similem emittunt: sed maiorem, qui maior est. pascuntur ad macerię aduolãtes. Item galgulus, cui magnitudo quanta turturi ferẽ est, color luteus. lignipeta hic admodũ est, magnaq; ex parte macerie pascitur, vocẽ emittit magnã. incola maxime Peloponnesi auis hęc est. Tũ vero enumerãdus inter hęc est eulicilega dict⁹, magnitudine parua, quanta spinus, colore cinereus, distinctus maculis, voce parua, qui et ipse lignipeta est. Alia frugibus viuunt, vt palumbes, columbis, vinago, turtur. visuntur semp columbi, atq; palumbes, ss turtur ęstate tũ: hyeme se cõdit. latitat. n. duo tpe. Vinago autũno potissimũ & conspicit, et capit, cui magnitudo maior columbo, minor q̃ palumbi est. Modus maxime capiendi eã, dũ se in aquã bibendo propendit. Veniunt ad nostra loca, cũ iã fecerit prolẽ. cætera vero oĩa, q̃ gesta te accedũt, nidulant apud nos, & carne magna ex pte suos enutriũt pullos, excepto colũbaceo genere. Oĩum ferẽ auiũ aliæ victũ à terra petunt, alię à fluuio, alię, à lacu, aliæ à mari. sed palmipedes in ipsa aqua partẽ maximã tpis versant, & aliquę in gurgitantes se, quærũt qd̃ comedant. fidipedes circa aquam. earumq; nonnullæ terra contentis alitilibus vescũtur, quæ. ſ. carnẽ non tangunt. Perit lacus, & fluuios ardeola, & albardeola, q̃ magnitudine minor est, rostro lato, porrecto q̃. Itẽ ciconia, & gauia, cui color cinere⁹. Ad hæc tũco, cinclus, albicula, tringa, q̃ inter minora hæc maiuscula est, turdo. n. æquiparat. omnib⁹ his cauda motitat. quinetiũ calidris, cui cinereus color distinct⁹ varie. Prętera genus alcedonũ aquas adamat, qd̃ duplex est: alterũ vocale, harundinibus infidens: alterum mutum, qd̃ ampliore corpore est: vtriq; dorsũ cæruleum. Trochilus ẽt hoc loco ponendus est. Sed apud mare alcedo quoq; versatur, & cærulus. necnõ cornices littora petunt, et q̃ vnde eiecerit aĩalia, tãgunt: nã & his natura omniuora est. tũ ẽt gauia alba, & fulica, mergus, & rupex victitãt apud mare, palmipedũ grauiores circa lacus, & amnes versantur: vt anas, olor, phalaris, vrinatrix. Ad hæc bosca simili anati, sed minor. & q̃ coruus appellatus est, cui magnitudo quãta ciconiæ, sed crura breuiora, palmipes, patansq; est, colore niger: insidet riboribus, & nidulat. ĩ ijs, hic vn⁹ ex hoc genere. Itẽ anser maior, anser minor, qui gregatim est, vulpanser, capella, penelops, aquila dicta marina, et mare adit, & lacũ. Multę ẽt herbis

Pari tres spẽs.

μελαγκόρυφος. i. atricapilla, q̃ eãdẽ putãt eũ ficedula.

vescunt. Alites vncæ tũ cætera, q̃ supare pũt animalia, tũ aues aggrediunt, sed nõ sui generis. carnivoræ sunt mõ piscũ, q̃ plerunq; sibi cognatos rapiũt. Genus auiũ cũ oẽ potu exiguo cõtentũ sit, tum adũcis nullus omnino vsus bibendi est, ꝓterquã paucissimis quibusdam, quę et ipsæ raro vtuntur: qualis potissimum tinũculus est. Miluus ẽt visus est bibere, quãquã raro.

De victu serpentum, cæterorumq; animalium cervice intestinorum. Cap. 4.

GEnus animaliũ cortice intectum, vt lacerti, & reliquæ hujusce modi quadrupedes, atq; ẽt serpentes, omnium est: nã & carnẽ edũt, & herbam. Serpentes oĩum maxime animaliũ vel cupidiæditati sunt: sed desyderiũ ĩs quoque bibendi exiguũ, & reliqs, quibus pulmo fungosus ẽ, qualem oĩa habent, q̃ oua pariũt, & qbus parũ sanguinis est. Serpentes vini incontinentes etiã sunt: proinde viperas aliqui vino cũ fictilibus ad sepes dispositio venantur. ebrię. n. capiuntur, sed, cũ serpentes carnivorę sint, quicqd ceperint, succo exucto, reliquum totũ permeatũ sui secessus emittũt. qd̃ idem omnia ferẽ id genus animalia faciunt, vt aranei: sed his foris fugendo euaporare mos est, serpentibus intus in ventre. Accipit serpens vndelibet qd̃ datur, siue auis, siue bellua est. oua ẽt deuorat, sed cum acceperit, reducit, & vsq;

Viperas vino ebriari et ꝑ.

eo retractat, quoad partē nactꝰ postremā ē directo constituat, tū colligit, se in breueꝙ contrahit, vt qđ inditū supra tenetur, in vnum extento corpore deducatur. quod propterea ita facit, quia gulā tenuem habet, & longā. diu & serpentes, & phalangia viuere possunt sine cibo: qđ ex ijs, q̄ pharmacopolæ, i. pigmentarij aiunt, perpēdi potest.

De victu lupi, ursi, leonis, eorumq; quadrupedū, quæ ex locubus, fluuijsq; victum petunt. Cap. 5.

QVadrupedum, quæ asal generant, syluestres, eędemq; serratæ dēribus, carne oēs vescuntur: nisi qđ lupos aiunt terrā quandā, cū esuriūt, edere. hoc igitur peculiare luporū fit, herbas aūt non alio tēpore tangūt, nisi cū morbo laborant: quō & canes, herba ingesta, euomunt, atq; ita purgantur. Lupi hominē illi potius petunt, qui inertes & vnipetæ qdē sunt, q̄s qui venatores. Quā aūt alij glanum, alij hyęnam appellant, corpore non minore q̄ lupus est: iuba qua equus, sed setą duriore, longioreq;, & per totū dorsum porrecta. mohēt hæc insidias homini. canes ēt, vomitionē hominis imitādo, capiūt, et sepulchra effodit, humanę auidą carnis, ac cruit. Vrsus animal omniuorum est, quippe qui & fructus arborū, quas cōscendit corpore lubrico, edat, et legumina, & apes, perfringens alueos, & cancros, & formicas, carne ēt vescitur: viribus. n. suis confidens, inuadit nō solū ceruos, sed ēt sues feros, si clam repenteque potuerit agere. Taurum aperto marte aggreditur: conserta iam pugna sternit se resupinū, dūq; taurus ferire conatur, ipse suis brachijs amplectić cornua, ore morsum armis defigit, prosternitq; aduersarium. Ingredi vel duobus innitens pedibus erectꝰ aliquandiu pōt. carnes oēs prę maceratas, & propemodū putres comedit. Leo vescitur quidem carne ritu cęterorum sylueſtriū ferratorum, sed cibo incōmēter admodū vtitur, multaq; deuorat solida, sine vllo dissectu. mox nihil triduo, aut certe biduo edit: ferre. n. inediam potest, vt qui iam ad multā satietatē repletus est, parū bibit. excremētū raro emittit, tertio die vel vtcunq; accidit, egerit, idq; durū, aridum, et simile vt canis. flatum ēt alui acerrimū emittit, et vrinā grauiter olentem: vnde fit, vt canes arbores odorentur. mingit enim crure elato, vt cæteri, ad stipites. fœdū q̄q; odorem in cibo relinquit ex suo halitu: prosciſſo nanq; leone, interiora, grauiter olent. Sunt inter quadrupedes ferasq;, q victum ex lacu, et fluuijs petant, at vero à mari nullū, præterquam vitulus marinus. sunt ēt in hoc genere fiber, fatherium, satyrium, lutris, latax, quæ latior lutre ē, dēteſq; habet robustos, quippe q̄ noctu plerunq; egrediens, virgulta

A gulta proxima suis dentibus vt ferro præcidat. Lutris ēt hominē mordet, nec desistit, vt ferūt, nisi fracti ossis crepitum senserit. Latagi pilus durus, specie interpilum vituli marini et cerui.

Quæ animalia lambendo, quæ sorbendo, quæue mordendo bibant: quibusq; rebus cornigera oīa pascantur, necnon de victu suis. Cap. 6.

BIbunt qbus dentes serrati, animalia lambendo: atque ēt nonnulla ex nō serratis, vt mures. Quibus aūt continui, sorbendo: vt equi, & boues. Vrsus neq; sorbēdo, neq; lambendo, sed morsu. auium cęteræ sorptū. Sed quibus collū est longū, intermittunt, caputeq; resupinant. Porphyrio vnus, morsu. Cornigera oīa alia, tam fera, q̄ vrbana, & qbus dentes serrati nō sūt, oīa fruge, herbaq; vescūtur, misi vehementer esuriāt: sue excepto, qui minime herbę, frugue appetēs est, sed radicū maxime ex oībus animalibus, qm̄ rictu aptissimo ad id negocij est: facillime ēt oīum idē hoc animal ad qđuis pabulū assuescit, & celerrime quoq; i pinguedinē proficit, p̄ sui corporis magnitudine. sexaginta. n. diebus pinguescit. quantū aūt profecerit, ñ cognoscunt, qbus ea res cura est, vbi ieiunū ad faginā constituerint. pinguescit fame p̄fati gaꝰ triduo, & cętera quoq; oīa ferē melius p̄fatigata fame pinguescunt, saginant à triduo iam qui sues obesant. Thraces per sa gmam, cū primo die potum p̄buerint, post iterpositio vno die præbent, tū duobus, deinde triduo, atq; ita subinde augēdo numerum vsq; in septimū, curāt. Pinguescit hoc animal hordeo, milio, ficu, glande, pyro, cucumere. Sed maxime tum hoc, tū cętera, quibus venter calidus ē, quiete, ñmotioneq; pinguescūt. Cæterū sues pinguiores reddūtur, ēt cum in luto se volutāt. pascere gregatim pro ætate velle videnť. lupo ēt sus obsistere, repugnareq; pōt. Sexta pars ponderis, quātū ponderarit viuus, absumitur occiso, in pilos, sanguinem, & reliqua id genus. Tā sues, q̄ cætera animalia oīa solent, cum lactantur, extenuari. hæc ita se habent.

Quibus rebus pascantur boues, & de earum incremento. Cap. 7.

BOues et fruge, et herbave scunť. Pinguescūt ijs, quæ flatum cient, vt eruo, & faba fresa, atq; ētipsa fabarū herba. & seniores, si cute incisa spiritū adigas, deindē præbeas pabulū, pigues facies. Ad hęc hordeo vel integro, vel pinsito, & à gluma separato pinguescunt, et dulcibus, vt ficu, & passa: vino ēt & frōdibus vlmi: sed p̄cipue Sole, & lotiōe calidę aquę. Cornua iuniorum tepefacta in cera flectuntur, ducunturq; facile, q̄ volueris. nec pedū dolores sentiunt, si eorum cornua illinātur cera, aut oleo, aut pice. laborant

L iij armē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

atm̃cta vehementius pruina solicitata, q̃ niue. Augent iuuencæ amplius, cũ plus tẽporis expertes veneris degunt. Quamobrem terræ Epiri incolæ, quas Pyrrhicas vocant, annis nouẽ intactas venere seruant, vt incrementũ amplius capiant, & setauras nuncupant, has numero quadringentas esse, & proprias regis accipimus, nec posse viuere locis alijs, quanq̃ tentatum ab aliquibus est.

Iuuencæ seruãt.

De pastu, & potu equi, muli, & asini. Cap. 8.

EQui, muli, & asini fruge, herbaq̃ vescunt, sed maxime potu pinguescunt. Iumẽta.n. pro aquæ, quam bibãt, vsu, suo fruuntur pabulo: & qd minus potum aspernatur, id appetentius pabuli est, & plenius obesatur. Farrago pilum expolit, cũ frugibus grauida est: sed duris iam horrens aristis inutilis ẽ. Herbæ medicæ prima falx vitio datur, &, cũ fœtida aqua rigatur, incommoda est. Boues claram bibere gestiũt. At equi, vt cameli, turbulentã, & crassã suauius bibunt: quippe quæ ne ex fluuio quidẽ prius hauriant, q̃ pede inturbẽt. possunt vel ad quatuor dies tolerare sine potu, mox bibunt quammultum.

De pastu, & potione elephanti, deq; ætate eiusdem, & camelo. Cap. 9.

ELephãtus eodẽ pastu modios macedonicos nouẽ, quod plurimum edere potest, Sed tm̃ dare periculosum ẽ, sex, aut septem dedisse modios in vsu frequenti satis est, sed sarinæ non plus q̃ quinq. vini etiã quinq̃ mares, q̃ mensura heminas continet sex. Iam quidã amphoras aquæ mensuræ macedonicę quatuordecim eodẽ hausit potu, & rursus à meridie eiusdẽ diei octo. Viuit magna pars camelorũ annos triginta, sed multo plures nonnullæ: nam vel ad centesimum annum facultatem viuendi protrahunt. Elephantẽ alij annos ducentos viuere aiũt, alij trecentos.

Quibus herbis oues, & capræ vescantur, & de causa impinguationis earundem. Cap. 10.

OVes, & capræ herba vescuntur, Pascere oues sedulæ, atq; stabiles solẽt. capræ loca crebrò permutant, summaq; tantum contingunt. Pinguescit potissimum ouis ex potu: quamobrem æstate salem dare die quinto soliti sunt, singulis centenis singulos modios. Ille enim pecus incolume, atq; pinguius redditur. Frequens igitur salis vsus eò pertinet, quando et paleis copiam salis admiscent, vt sitibundæ plus aquę hauriãt, & autumno cucurbitam sale cõtactam afferunt: quod lac enã auget. & agitatæ quoque meridiẽ, plus postmeridianis bibunt. fœtis distenta vbera pendent, quibus salis abunde est. Opimat pecus olea, oleaster, aphaca, palea, herba, quę omnia

nia efficaciora sunt ex falsugine respersa. pinguescunt & hæc plenius præfatigata inedia triduo. Aqua ouibus autumno cõmodior aquilonia, q̃ austrina est, & pascua ad Solis occasum spectantia prosunt. itinera, & labores extenuant. Iudicant pastores ouem validiorem, cũ hybernis temporibus pruinã, quã susceperit, seruat. nam quibꝰ virium minus, parum præsua imbecillitate constantes, discutiũt suo motu quantum susceperint.

Caro cuiusq; quadrupedis deterior est, cum locis palustribus, q̃ editioribus pascit. Sũt porrò frigoris patientiores, quibus cauda amplior, q̃ quibus porrectior, & glabræ exutiores, q̃ vestitiores. *crispæ etiam algoris impatientes sunt. Valent melius oues quàm capræ: sed robustiores capræ q̃ oues sunt. ouium, quas lupus occiderit, pelles, ac vellera, & facta ex his vestis, lõge quàm cętera, aptiora sunt ad pediculos procreandos.

*. Caprę

De passione, & potu insectorum. Cap. 11.

INsecta aĩalia, quibꝰ dẽtes, oĩ uora sunt, quibꝰ at lĩgua, tm̃ hũore vndiq; *eliqũ sua lingua vescunt, quorũ alia oĩuora. Sũt quibꝰ gustꝰ oĩum saporũ est, vt muscę: alia sũguiuora, ut taba ętuũ viuũt. Apis vna nullis putidis adsidet, nec vtitur alio cibo hauriũt, q̃ synceri, clarissimiq; fõtes scaturiũt, talis aĩalhũ vicꝰ ẽ

*Ingredit vrna, eliqũ, caugẽdo.

De actionibus animalium, & rebus, in quibus eadem versatur. Ca. 12.

ACtio autem, & omne eorum negocium in coitu, pereatione, atq; victus solertia versatur: necnon ad frigora, æstus, mutationes deniq; tẽporum pertinet. ineſt enim omnibus sensus natiuus mutatiõis, factę, frigore aut calore. Itaq; vt homines alij domicilia hyeme repetũt, alij, qui amplioris prouinciæ principes sunt, sedem, p tempore mutant, vt moram æstate locis frigidis, hyeme tepidis trahant: sic bruta, quæ loca possunt permutare, faciũt. Atq; alia subsidium in ipsis consuetis sibi locis cõperiũt, alia peregre, pficiscuntur. Iam ab autumnali æquinoctio ex Ponto, locisq; frigidis fugiunt hyemem futurã. A verno autem ex tepida regione ad frigidã sese cõferunt, æstus metu futuri. Et alia de locis vicinis discedunt, alia de vltimis, pene dixerim, vt grues faciunt, q̃ ex Scythicis campis ad paludes Aegypto superiores, vnde Nilꝰ profluit, veniũt, quo in loco pugnare cum Pygmæis dicuntur. non.n. id fabula est, sed certe, genus tum hominum, tũ et equorum pusillũ, vt dĩ, est, degunt, q̃ in cauernis, vnde nomẽ Troglodytæ a subeundis cauernis accepere. Placęq; etiam migrãt, & de Strymone amne ad lstrũ adolãt, plęq; ibi faciunt, abeunt vniuersæ, ac priores expectãt posteriores, ppea qd vbi monte supa

Quæ de pygmeis ferunt, nõ est fabula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G rint, videri priores a posteriori-
bus nequeãt. Quinetiam pisces
mõ eodẽ, alij ex Põto, aut in Põ
tum tranãt, alij p hyemẽ ex alto
in littora teporis gratia veniũt:
contrà æstate ex littore in altũ
vitantes æstum discedunt. Aues
quoq; imbecilliores hyberno,
& gelido tpe discedũt in cãpos,
vt tepore potiantẽ: æstiuo aũt re
petunt montes, vt æstu careant.
semper quæ imbecilliora sunt,
prius vtrauis rõne discedũt. Iã
H scombri anteq; thunni, coturni-
ces anteq; grues: altera. n. Augu
sto, altera Septembri mense inci
piunt. Sunt profecto oĩa pinguio
Pinguedi- ra, quæ de locis discedunt frigi-
nes. cã ingu- dis, q; quæ de calidis: vt coturni
is. ces autũno, q vere sunt pinguio
res. fit. n. vt simul de locis frigi-
dis, & tpe calido discedatur. Sũt
ẽt veneris appetẽtiora verno tẽ-
pore, cumq; ex tepido discesse-
rũt. Sed auiũ, grues, vt dictũ, est,
ex vltimis in vltima abeunt. vo
lãt flatu secundo. Qd' de lapide
narrant, falsum est. lapidẽ. n. eas
I tenere fulcimẽto, quem, vbi de-
ciderit, accipi vtilem ad auri p
bationem aiunt. Palumbes etiã
discedunt, & liuiq; nec hyberna-
re apud nos patiũtur: atq; etiam
turtures, & hirundines: sed colũ
bæ manent. Coturnices quoq;
discedunt, nisi paucæ locis apri-
cis remãserint. qd' & turtures fa
ciunt. Volant gregatim tum pa
lumbes, tum turtures, cum acce
dunt, & cum suo tpe abeũt. Co-
turnices, cũ ceciderint, si serenũ
fit, aut aquilonium tps, fociant, K
& prospere degunt: sed si austri
nũ, molestè, propterea qd' parũ
volant: humidus. n. grauisq; au
ster est. quamobrem qui aucu-
pant, austrũ, nõ aquilonẽ obser-
uãt. Oĩno ægre pp sui corporis
pondus volant. sunt. n. corpore
grandiore, q; suis pennis deferri
possint, vociferantesq; ob eam
rem volant: laborant. n. quasi op
pressæ onere. Cũ hæc adeunt lo
ca, sine ducibus pergũt. at cum
hinc abeunt, ducib⁹ lingulaca,
oto, & matrice proficiscuntur, L
atq; etiam cynchramo, a quo ẽt
reuocantur noctu: cuius vocem
cũ senserint aucupes, intelligunt
parari discessum. Matrix forma
perinde, ac aues lacustres ẽ: atq;
etiam Lingulaca, quæ linguam
exerit prælongam, vnde ei no-
men. Otus noctuæ similis est, pi
nulis circiter aures eminẽtibus
præditus, vnde nomen accepit,
quasi auritum dicas. nonnulli
vlulam eum appellant, alij asio-
nem. blatero hic est, & hallucì-
nator, & planipes: saltantes enĩ M
imitatur. capitur intentus in al-
tero aucupe, altero circumeun-
te, vt noctua. Oẽs deniq; aues vn
cæ, breui sunt collo, & lingua la
ta, aptæq; ad imitandum. Nã &
Indica auis, cui nomen psitacæ,
quam loqui aiunt, talis est, & lo
quacior, cum biberit vinũ, red-
ditur. Gregales ex auibus sunt,

grus, olor, platea, anser
minor.

De

A De actionibus piscium, quorundaḿq; ter-
restrium, in fugiendis aduersis.
Cap. 13

PIscium alij, vt dictum est,
discedunt ab alto ad litꝰ,
& contra de littore in al-
tum, fugientes exuperantias ca-
loris, & frigoris. Sed præstant
pelagicis littorales: quippe qui
cibo copiosiore, melioreq; po-
tiantur. qua enim Sol ingruit,
plura exeunt, vt fit in hortis: nã
& lituus niger propius terram
B oritur, aliter similis erraticis est.
Tum etiam bene ex calido frigi
doq; temperata sunt loca maris
terrena. quo fit, vt & caro eorũ
piscium magis constet, cum pe-
lagiorum humida, mollis, solu-
taq; sit. Littorales sunt dentex,
scarabeus, cernua, aurata, mugi
lis, mullus, turdus, draco, pul-
cher, gobio, atq; omne saxatile
genus. Pelagij sunt pastinaca, ge
nusq; omne cartilagineũ, & con
grorum albicantium genus, &
hiatula, rubelio, glaucus. Pagri
autem, scorpiones, congri nigrã
C tes, murænæ, cuculi ambigunt.
"Imaus- Sed discrimen horum, diuersita
pi(ouos ambigũt. te etiam locorum, ac temporũ
C. an litto existere potest: vt apud Cretam
rales, an insulam gobiones, omneq; saxa
pelagij. tile genus satis pinguescit. Thũ
nus etiam post arcturũ melior
est: iam enim eo tempore ab in-
festantis asili agitatione requie-
scit, quæ facit, vt sit in æstate de-
terior. Quinetiam maritimis la-
cubus genera plura piscium ma
rinorum gigni apertum est, vt
salpam, auratam, mullum, alios D
fere plurimos. Amias etiam in
Alopeconneso reperies, & in Bi
stonide lacu plurima genera ha
bentur. Monedulæ magna ex
parte non subeunt Pontum, sed
in Propontide trahunt ẽstatem,
& pariunt: hyemem in Aegeo.
Sed thunni, limariæ, amiæ subeunt Pontum vere, ẽstatemq; ibi
traducunt. & reliqui fere plurimi susanei, & gregatilis generis
eodem transeunt. Est sane pluri
ma piscium pars gregatilis, nec
vllus grex caret duce. Petunt au E
tem Pontum partus gratia, qui
vberior, & commodior ibi, pro
pter aquarum dulcium admix-
tionem suppeditat. Belluæ quo-
que magnæ pauciores ibidem
sunt. nam excepto delphino, &
phocæna, quam tirsionem inter
pretor, nihil in Ponto maleficũ
est. nec delphinus hic magnꝰ est,
quanq; extra vbi aliquãtulum
processeris, magni habeantur.
Tum itaq; victus, tum etiã par-
tus gratia Pontum subeunt. Sũt
enim ibi loca ad partionem ap-
tiora, & humor dulcior ac potu
lentior fœtum melius educat.
Sed, cum pepererint, & proles
iam adoleuerit, exeunt post ver
gilias statim: & si hyems austri
na fit, tardius, si aquilonia, citiꝰ,
propter secundi flatus commo-
ditatem: prolesq; adhuc parua
apud Byzantium capitur, vtpo
te cum longior mora in Ponto
non fuerit. Sed de cæteris & cũ
adeunt, & cum exeant, constat.

Sarda

τῶν γὰρ φυομένων κρεῖττόν ἐστιν ἐν τῷ πόντῳ τὰ ἐν τοῖς πόροις. Plinius sic. Sed in Põtũ nulla intrat bestia piscibus infesta præter vitulos, & puos delphinos. F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Sarda autẽm vna, cũ adit, videtur, & capitur: sed exiẽs nusquã visa adhuc est. quod si qua apd' Byzantium aliquando capiaẽ, piscatores sua retia lustrant propter exitus insolentiam. cui⁹ rei causa est, quod solæ ipsæ subeũt Istrum amnem, vnde fisso flumine per abditum terræ meatũ defluunt in Adriam sinum. argumento est, quod ibi contra euenit, cũ in Ponto: exeuntes enim semper capiuntur, subeuntes nũquam. Thunni dextrorsum terram contingẽtes subeunt, sed remeant contra: læuum enim in latus se admouent. quod ꝓpter ea facere dicũtur, quia dextro oculo clarius vident sua natura, læuo heberius. Fusaneis, de quib⁹ loquor, interdiu meare, noctu quiescere in more est. pascũtur etiam nocte, nisi luceat. una. ita .n. faciunt iter, nec volunt quiescere. Quidam vluperiti rei marinæ nihilo eos moueri, sed quiescere a bruma ad æquinoctium vernum, vbicunq; id temporis sint, asseuerant. Monedulæ subeuntes Pontum capiũtur, exeũtes autem minus. optimæ. Propontidæ sunt, anteq; pariant. At cæteri fusanei exeuntes potius capiuntur, & optimi per id temporis sunt. Cum vero adeũt Põtum, proxime Aegeum pinguissimi capiũtur, quo subinde ascẽderint magis, eo macilentiores fiunt, sæpe etiam flatu austrino vehementius occurrante fit, vt cum monedulis & scombris exeant, ac mari inferiore magis q̃ circa Bizantium capiantur. discessum, sedisq; mutationẽ hoc modo faciunt. Hic idem affect⁹ terrestribus etiam euenit, cũ se abdunt, & latent. hyeme .n. latebras subeunt, tempore iam tepidiore exeunt. Ratio vero & latẽdi, & patendi communis animalium ea est, vt sibi contra veriusque exuperantiam temporis opitulentur. Latet aliquorum genus totum, aliquorum partim latet, partim non latet. Testa. u. intecta omnia latent, vt in mari purpura, buccinum, omneq; id genus. Sed absolutorum latibulum euidentius est: conduntur enim secessu, vt pectines facere visuntur: aliqua leuiore quodã tegmine superimposito delitescunt, vt cochleæ terrestres, limaces, & adhærentium mutatio incerta est. Nou tamen eodẽ tempore omnia latent, sed limaces hyeme, purpuræ, & buccina canis exortu dies circiter triceNos conduntur. pectines etiam tempore eodem. sed eorum plurima sane latent, & algore vrgẽre, & æstu.

Quo tempore insectorum genera sese abscondant, aut æstus, aut hyemis impetu.

Cap. 14.

INsecta pene omnia cõduntur, præter ea, quæ vitam in domicilijs cum hominibus agant: quæq; prius intereãt, quã annuum tempus excedãt. Latẽt hæc hyeme, alia diuti⁹, alia quã diu algor vehemẽs est, vt apes: nam

Aristo.

A nam ipse etiam cẽssant, & latẽt. cuius rei argumẽtum, quod minime cibum sibi appositum gustare videntur, & si qua erepserit, ieiuna spectatur, ventre transluente, nulloq; penitus contẽto, quod manifestum sit. Quiescunt ab occasu vergiliarũ vsq; ad ver. conduntur autem quoq; locis apricis abdita, & vbi sibi cubile constituere tutius solent.

De genere serpentum, quod hyeme abditur: de q̃ nonnullis piscibus, qui hyeme frigoris causa conduntur, quiq; æstate propter calorem.

Cap. 15.

SAnguinei quoque generis multa se condunt, vt ea, q̃ intecta cortice sunt, serpentes dico, lacertos, stelliones, crocodilos fluuiatiles. Mensib⁹ quatuor frigidissimis hæc latẽt, nec per id tempus quicquam comedunt. Cæteræ quidem serpẽtes cauernas subeunt terræ, sed viperæ sub saxis conduntur. Pisces etiam complures latere notum⁹, sed apertissime hippurũ, quem equiselem nominaui⁹: & coruulum siue graculũ per hyemem. nam hi soli nunquam capiuntur, nisi certis quibusdam temporibus, eisdemq; semper, cum cæteri omnes fere semper capiantur. Muræna etiam latet, & cernua, & conger. Saxatiles vero coniugatim mares cũ fœminis conduntur, quomodo & fœtificare solent: vt turdi, merulæ, percæ. Thunni etiam latent

B

C

D

E primada. qñ se abdat, qñq; pdeat.

F

prædatis gurgitibus hyemis, pinguescuntq; a latibulo maiorem in modum. capi incipiunt vergiliarum ab ortu ad arcturi occasum vltimum, reliquo tempore quiescunt latentes. Capiuntur nonnulli ex his, cæterisq; latentibus, tempore sui secessus, cum se moueant locis tepidis, aut si temporis insolitę quietes contingant. prodeunt enim aliquantulo de suo cubili pastum, & præcipue plenilunio. fũt magna ex parte suauissimi, cum latent. Primadæ in cœno se abdunt: cuius rei argumentum est, q̃ neq; eo tempore capiuntur, & dorso fœculento, pinnisq; adductis, oppressisq; spectantur. Verno autem tempore prodeũt, & appropinquant ad terram coeuntes, parientesq;: quo tempore fœtu grauidæ capiuntur, tẽpestiuæq; tantisper esse putãtur. autumno vero, & hyeme deteriores sunt, simul etiam mares pleni semine genitali, lacte appellato, per id tempus cernuntur: itaq; prę stãt ad vsum. prole adhuc parua difficile capiuntur: adultiore, iã larga captura, ꝓpter infesti asili stimulũ ẽ. Latent alia in arena, alia in luto, ore tantum detecto. Plurima tempore condũtur solum hyberno, vt crustata, & pisces saxatiles, & raię, omneq; cartilagineum genus, diebus. f. frigidissimis, qd' ita ẽ eo argumẽto cõstat, q̃ minime, cũ algor est, capiuntur. Sed piscũ nõnulli æstate etiã latent, vt glaucus: hic .n.

pce

Universidad de Deusto
Biblioteca

G per id tempus se abdit circiter dies sexaginta. Asellus etiam latet, & aurata plurimum temporis. asellum latere indicio esse videtur, quod longo interposito tẽpore capiatur. Pisces vel æstate latere documento illo probatur, q̃ temporibus syderũ fiant capturæ, & præcipue caniculę: mare enim per id tempus euertitur: quod latissime apud Bosphorum patet. limus enim in summa effertur, pisces q̃ innatant. aiunt etiam, si gurgitũ ima
H sæpius terantur, plures eadem sagena capi secundo iactu, quã primo. Tum etiam magnis imbribus multa apparent animalium genera, quæ ante vel nunquam, vel raro visa fuerint.

De auibus, quæ hyeme occultantur.
Cap. 16.

AVium etiam complures conduntur, nõ vt aliqui putant, paucę. nec oẽs ad loca tepidiora abeunt, sed quib⁹ loca eiusmodi sunt vicina solitæ sedi, ĩs eo secedeꝛ libet: vt & mil
I uos: & hirũdines ageꝛ animaduersum est. Quæ autem procul locis eiusmodi morantur, non mutant sedem, sed se ibidem cõdunt. Iam enim visæ sunt multę hirundines in angustĩs conuallium nudæ, atq; omnino deplumes. Milui etiam de huiusmodi locis euolasse, cum primum apparerent, visi sunt. Latibulo genera distingui vel aduncа, vel rectunguia non possunt. nam & ciconia latet, & merula, & turtur, & alauda. De turture quidẽ K maxime omnium cõstat: nemo enim prope dixerim vidisse per hyemem vspiam turturem dici tur. latere autem incipit prępinguis, & quanquam pẽnas in latebra dimittit, tamen pinguedinem seruat. Palumborũ aliqui latent, aliqui non latent, sed cũ hirundinibus abeunt. Turdus etiam latet, & sturnus: & ex genere vnco milu⁹ paucis quibusdam diebus, & noctua.

De quadrupedibus, quæ hyeme latent. L
deq; ijs, quæ senectutem exuant.
Cap. 17.

QVadrupedum, quæ animal generant, hystrices conduntur, & vrsi: sed vtrum propter frig⁹, an alia de causa, ambigitur. pinguescunt vrsi per id tempus, tum mares, tũ fœminæ vehemẽter, vt moueꝛe sese facile nequeant. parit etiam fœmina eo tempore, & tã diu latet quoad tempus sit, vt suos catulos in apertũ producat: M quod verno tẽpore mense a brumа tertio facit. Sed quod minimum dies circiter quadraginta latet: ex quibus bis septem ita sopitur, vt se nihilo moueat. reliquis postea pluribus latet quidem, sed mouetur, & surgit. fœtu grauida vrsa, vel a nemine, vel a paucissimis capta est. tempoꝛe sui latibuli hoc animal nihil edere certum est: quippe quod neq; exeat, & captum ventre in testinoq; inani videatur. Narrãt eius intestinum per inediam ita

A ita conniuere, vt adductum prope cohæreat. Itaq; vrsum latebram egressum, primum herbarum dictam degustare, vt intestinum laxetur, & hiet. Glires etiam latent in ipsis arboribus, pinguescuntq; per id temp⁹ vehementer. itidem mures Ponti ci generis. Nonnulla ex ĩs, quæ conduntur, exuunt id; quod senectus vocatur: quod cutis vltima est, & primi ortꝰ operculũ. Sed in pedestri viuiparo genere de vrso, qua de causa lateat, ambigitur, vt dictum iam est. Cortice itecta maxima fere sui par
B te secessus suo tempore latent. & exuunt senectutem ea, quib⁹ cutis mollis, nec prædura, & testacea quidem est, qualis testudini (iam & testudo inter corticе intecta enumeranda est, & mus aquatilis) sed qualis stellioni, lacerto, & præcipue serpentibus est. exuũt enim hęc omnia, tum vere, cum egrediũtur, tum etiam autumno. Vipera etiam
C exuit tam vere, quàm autũno. Cum serpens exuere incipit, ab oculis primum detrahi aiũt, ita vt obcæcari videantur ĩs, qui rem non intelligunt. tum caput exuitur: glabrum enim hoc omnium antequam reliquum corpus appareat: atq; vna fere nocte & die senectus tota exuitur, a capite orsa ad caudam, & cute altera intus subnascẽte ipsa remouetur. Vt enim fœtus inuolucro secundarum, quo content⁹ prodierit, exuitur: sic ista senecture detracta renouantur. Insecta. n. D eodem modo exuunt senectutẽ, quibus hoc solitũ est: vt silpha, & culex, & ea, quorum pennæ vagina continẽtur, vt scarabei. sed omnia facto iã, quod gigni debuerit, exuunt: nam vt partui viuiparo secundæ, sic vermiculariæ proli operculum circumrumpitur. æque & apibus, & locustis, Cicadæ, vbi eruperũt, oleis aut arundinibus insidunt: &, cum rupto opercuIo exeunt, paruum quiddam in eo relinquunt humoris, nec multo post E volant, & incipiunt canere. Locustę inter marina, & gammari exuunt, aut vere, aut autumno post partum. Iam captæ aliquæ sunt locustæ, mollem habentes partem superiorem, q̃ crusta iã circumrupta, detractaq; esset: inferiorem autẽ duram, quia nondum esset disrupta. non enim similis in his atq; in anguib⁹ exutio fit. latent locustæ menses circiter quinq;. Cancri etiam exuunt senectutem, molliores quidem perspicue: sed etiam durio F res exuere aiũt, vt maias. Cum vero exuunt, mollis admodum crusta subnascitur. & quidem cancri præ teneritate non satis ambulare possunt. exuunt hæc sæpius anno. Sed quænam lateant, & quo modo & tempore: atque etiam quæ, & quo tempore exuant senectutem, iam dictum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Non omnia animalia omni tempore prosperè valere, quodve tempus cuibus conducat. Cap. 18.*

VIiunt autem animalia prospere non eisdem temporibus, nec omnib⁹ æque exuperantijs. Valetudines etiã, & morbi per tempora pro genere rum diuersitate varie accidunt, & in totum non eadem omnib⁹ valetudo existit. Iam auibus p- sunt squalores, tum ad cæteram sanitatem, tum etiam ad partũ, H & præcipue palumbis. At vero piscibus, exceptis quibusdam paucis, imbres conducunt. Incõmodi contra auibus anni pluuij sunt, piscibus sicci. quippe cum auium talis natura sit, vt ne bibere quidem largi⁹ possint sine detrimento. Adũcæ igitur aues, vt dictum est, viuunt prope dixerim sine vllo potu: quod Hesiodus nescivit. facit enim in narratione obsessionis Nini aquilã augurij præsidem bibentem. Cæterę aues bibunt quidem, sed parum. nec aliud vllum potioni indulget, quod pulmonem fungosum habeat, aut pariat ouum. Cum aues ægrotant, plumæ indicium proferunt. turbantur. n. nec posituram eandem seruant, quam habent, cum recte valẽt.

Quæ animantia pluuia gaudeant, quibusve noceat. Cap. 19.

PIscium genus maxima ex parte annis pluuijs bene, vt dictum est, viuit. ita .n. non modo plus cibi nanciscitur, verumetiam omnio pluuio humore iuuatur, vt ea, quæ terra K gignuntur. olera enim quanuis rigentur, tamen nõ tantum proficiunt quãtum imbre. quod inde arundinibus etiam lacu prognatis euenit: nihil enim fere accrescunt, nisi aquæ pluuiæ incidant. Indicium vel inde accipi potest⁹, quod pisces plurimi petant Pontum, vt in eo traducãt æstatem. facit enim copia amnium loci illius, vt mare fit dulcius, & cibus largior habeatur, quem idem fluuij deferant. Subeunt etiam fluuios genera pL iscium complura, & præstantiu fluentis, & lacubus, vt amia, mugilis. gobiones etiam pigueiscũt in fluuijs. deniq; loca prędita lacus commoditate, pisces possident oprimos. Ex pluuijs autẽ ipsis æstiui imbres commodiores sunt parti maxime piscium, & præcipue cum ver, æstas, & autumnus imbribus abundarint, byemis contra serenior fuerit. ad summam prope dixerim M cum bene hominibus annus cedit, tunc & piscibus feliciter degere contingit. Locis autem frigidis parum vigent. Maxime infestantur algore, qui per lapidẽ in capite habent, vt chromis, lupus, phager, vmbra: facit enim lapidis rigor, vt per algorem gelentur, & excidãt. Sed, cum plurimis piscium generib⁹ imbres conducant, mugili tamen, & capitoni, & ei, qui a nonnullis murinus vocatur, nocẽt. fit enim vt pluuijs multi ex his desacili excę cent,

A centur, si modum aqua excesserit. solet enim per hyemem potius capito ita afficì: nam oculi eius albescunt, & macilentus pid temporis capitur, atq; ad postremum malo eodem interit: quod non magis imbrium copia, cą algore accidere videtur. Iam enim cum alibi, tum I Nauplio agro terræ Argiuę, in vadis multi capti sunt cæci, cum hyems fuisset asperrima: multi etiã albos habentes oculos capti sũt. Aurata quoq; hyeme laborat: B sed archanas æstate, eoq; tempore extenuatur. Prodest cornulis ferme, præter cæteros pisces, annus squalens, quod his quoque ob eam rem commodior est, quia per siccitatem poti⁹ tepor accidit. Loca pro sua natura genera quæq; sibi habent ad incolumitatem commodiora. quod enim natura littorale, aut pelagium est, huic suo loco pro naturæ desyderio versari commodius est. quod autem *ambigit, C id commode vtroq; degere potest. Sed sunt etiam loca quædã singulis propria, in quibus rectius valeant. Commodiora, ą simpliciter dixerim, loca sũt ea, quæ algarum copia scatent. pinguiores enim locis his capiuntur, qui multis, & variis locis solent pabulari. Nam & quibus alga in cibo est, abunde pascũtur: & quibus caro appetitur, plures pisces sibi reperiunt. Interest etiam, aquilonia sint, an austrina. genus enim longum aquilonijs melius vigett & quidem æ- D state loco eodem, in aquilonijs plures longi quã lati capiuntur. Thunni, & gladij agitantur asilo, canis exortu. habent enim vtrique per id tempus sub pinna ceu vermiculum, quem asilum vocant, effigie scorpionis, magnitudine aranei. infestat hoc tã to dolore, vt non minus interdũ gladius, quàm delphinus exiliat. vnde fit, vt vel in nauigia sę penumero incidat. Thunni omnium maxime piscium gaudẽt tepore, & ob eam rem arenam, E & littora adeunt. per summa etiam maris innatant, quo teporis potiãtur. Pisciculi autem seruari propterea possunt, quia spernũtur: maiora enim magni sequuntur. sed quorum, & prolis pars magna proinde absumitur: cum enim pisces desyderio teporis loca fœturæ adeant, *li- *appetescuriunt, figuriguriunt quicquid attigerint. Capiuntur maxime pisces nõ multo ante quàm Sol oriat, aut post quã occidit: deniq; circa Solis or F tum aut occasum. rẽpestiue enĩ iaci tantisper putatur. quamobrem eo tempore piscatores solẽt retia tollere. tunc enim maxime visus piscium fallitur, quippe cũ nocte quiescãt, luce autem iam clariore melius videant. Morb⁹ A pestilẽs pestilens nullus incidere piscib⁹ vniuersis videtur, qualis plerũq; hominibus, & quadrupedum equis, & bubus, & reliqui gẽnis nonnullis accidit, tum feris, tum vrbanis. ægrotare tamẽ & ipsi pu-

tibꝰ morbis piscium generimne.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G putantur. & quidam piscatores pro morbi indicio capiunt, cum aliquot extenuatos languētibꝰ similes, & colore immutatos, inter multos pingues, ac validos eiusdem generis ceperint. Marinum genus ita se habet.

Quæ fluuiatilibus, & lacustribus piscibus nocent, quove ingenio iidem capiantur. Cap. 20.

FLuuiatile, & lacustre peste quidem & ipsum immune est, sed nonnullis morbi incidunt proprij. silurus enim canis exortu potissimum, quod sublimis innatet, syderatur, & tonitruo sopitur magno. quod & cyprino accidit, sed leuius. Silurus vel a dracone angue, gurgite parum alto ictus interit. Balleroꝰ & tilloni lumbricus canis ex ortu innascitur, qui debilitat, cogitq; ad summa stagni efferri, qua æstu intereunt. Chalcis, quā æricam appello, vitio infestatur diro, vt pediculi sub branchijs innati quammulti interimant. quod nulli exceteris accidit. Moriuntur pisces verbasco herba, quamobrem cæteri fluuiatiles, & lacustres ea interficientes capiunt: sed Phœnices marinos ēt ita piscantur. Sunt qui duobus quoq; alijs capiendi generibus vtantur. quod enim altos gurgites amnium pisces per hyemē vitare solēt (cum.n. alias dulcis aqua frigidior sit, tum vel maxime eius ima algent) idcirco fossam in fluuium ducunt, quam maceriæ iungentes operiunt, & fœno atq; lapidibus stipant, vt quasi cuniculum faciant, aditu patēte ad fluuium, vnde implentur: tum facto gelu, nassa inde piscantur. Alterum genus capturæ tale est, cuius vsus & hyeme est, & æstate. medio amne fruticibus, & lapidibus circūsepitur, vno aditu dato modo oris: tum in eo ore posita nassa piscantur, motis lapidibus. Testaceo genere anni pluuij prosunt, præterijs purpuris. cuius rei indicium ē, qđ si amnis in mare fluentis aquā gustarint, moriuntur eodē die. Viuit purpura extra mare, quæ capta est, dies circiter quinquaginta. Alit altera alteram, eo qđ sua testa gnatum, veluti algam musculum ve gerit. quæ autem ꝓ cibo ijs afferunt, ponderis causa adhiberi aiunt, vt in libra sint grauiores. Cæteris squalor incōmodus est, nā & pauciora reddūtur, & deteriora. & quidem pectines tunc magis trahunt rufum colorem. Iā in Pyrrheo Euripo pectines aliquando defuerunt, nō modo propter ferramentum, quo piscatores abradendo vbertim caperent, verumetiam propter siccitates. Cæteris etiā testatis imbres conducunt, propterea quod mare dulcius redditur: sed frigus facit profecto, ne vel in Ponto, vel in fluuijs gigni possint, exceptis biforibus paucis. genus nanq; vnisore potissimum rigore induratur, & ferit. Aquatile animaliū genus ita se habet.

Verbasco nati pisces.

De

A *De morbis suum, eorumq; remedijs. Cap. 21.*

Remedia morbis aquatilium.

QVadrupedum, sues tribꝰ morbi generibus laborant: quorum vnum rauedo vocatur, quo maxime fauces, maxillæq; inflammantur. Sed idem malum vel qualibet alia corporis parte cōtrahi potest. nam.n. plerunq; in pedem, alias in aurem decūbit. Putrescit protinus membrum, & vlcus serpit, donec ad pulmonem deueniat, quo tacto, mors sequitur. crescit hoc vitium celeriter, nec potest sus quicquā edere, cum ita ægrotat, etiā si quantumlibet sit morbi incrementū. curatur a porcarijs, cum malū incipere senserint, haud alio modo quā tota parte abscisla, qua cœperit. Reliqua duo genera eodem vocabulo nominātur strumа: quorum alterum dolor capitis, & grauitas est, quo plurimi laborare solent: alterum alui profluuiū est, quod irremediabile incidit. alteri succurritur exvino adhibito naribus, eoq; ipso dilutis. sed difficulter eo quoque periculo subtrahitur: biduo .n. aut quatriduo interitus obuenit. Rauescunt potissimum eo anno, quo montes abunde tulerint, & pinguissimi sint. Iuuat mora celsi dedisse in cibatu, & balneum multum & calidum, & venæ sub lingua sitæ cultello adacto sanguinem detraxisse. Grandinosi autē fiunt sues, quorum crura, & collum, & armi

De Anim. cū cō. Auer.

B

C

D

Quibꝰ notis sues grādinosi cognoscātur.

E

F

carne constant humidiore, quibus partibus vel grandines plurimæ innascūtur. Caro dulcior est, si grandines habet paucas: sed si multas, humida valde, & insipida est. Facile qui grādent cognoscuntur: parte.n. linguę inferiore grandines habentur. & si setam dorso euellas, eruorem in radice pili euulsi videris. pedibꝰ etiam posterioribus cōstare nō possunt, qui grandent. carēt grādine, cum adhuc lactent. tolluntur grandines tipha, quæ vel in cibatu vtilis est. Sed præcipue alunt, & opimant ficus, & cicer. cibus deniq; non simplex, sed varius, fagina optima est. gaudent.n. sues pabuli mutatione, quemadmodum & cætera animalia. tum etiam fieri aiūt cibi varietate, vt partim ifletur, partim impleatur carne, partim opimetur. Glandes suauiter quidem a suibus comeduntur, sed carnem humidam faciunt, si solæ dantur. & si grauidæ glādem copiosius ederint, abortum faciunt, vt oues: quibus constanti hoc glandibus esitatis accidit. vnum ex omnibus, quæ nouimus, animalibus, sus grandinem concipit.

Quibus morbis infestentur canes. Cap. 22.

CAnes tribus laborant vitijs, rabie, angina, podagra. Facit rabies furorem: & quæ momorderint, oīa rabiunt, * excepto homine. Intereūt canes hoc morbo, & quę morsa

* πλην τοῦ ἀνθρώπου, i. excepto homine.

M sunt,

sunt, *excepto homine. Angina etiam interimit. & podagra tentari pauci euadere possunt. Rabies camelū ēt phēdit. Elephantos cæteris malis īmunes aiunt, īflatiōe aūt alui acri⁹ infestari.

*Teonic. Sic legit Argo. ἀνθρώπου. i. præter hominē.

Morbi bouum gregalium. Cap. 23.

BOues gregales morbis duobus tentantur, podagra, & struma. Facit podagra vt pedib⁹ intumescāt: & quāuis nō intereāt, tū vngulas amittāt. valēt melius cornib⁹ pice illitis calida. Euenit struma, vt calidi⁹ H frequētiusq; spiretur. qđ' deniq; in hoīe febris, idē in boue strumā ē. Indiciū morbi, vt demissę aures flacceant: & vt comedere nequeāt. breui moriuntur, adapertisq; pulmo inspiciē putris.

Quibus morbis laborent equi gregales, do mesticiq;, & de morborum indicijs, & remedijs: necnon de hippomane, & potu equorum, & boum. Cap. 24.

EQuorum gregales morbo I immunes sunt, excepta podagra: hoc.n. vno laborāt, et plerūq; ob id vngues amittūt. Sed amissis alī statim enascunt. fit.n. vt altero subnascēte vngue, alter amittat. Indiciū morbi, vt alter testium dexter palpitet, vl' vt paulo citra nares cauū quidā, rugosum q; gignat. At vero eq domestici morbis plurimis obnoxij sunt. Laborant ileo dicto. i. tenuioris intestini morbo, cuius mali indiciū, vt crura posteriora attrahant ad priora, & ita summouēāt, vt ppemodum K collidant. Si, vbi antea dieb⁹ aliquot sponte iciunarint, mox in furorem vertant, sanguīe detracto iuuāt. Capiunt ēt rigore neruorū. cuius indiciū, venæ vt oēs neruiq; intēdant, & caput cerui ces q; īmobiliter rigeant, rectisq; crurib⁹ gradiātur. Suppuratiōe ēt equi infestantur. Vitiū quoq; eorū est, qđ' hordeatio dr. cui⁹ indiciū, vt palatum molestet, & feruentius spiret equ⁹ quā ex cō sueto. nullū hui⁹ mali remediū L est, nisi spōte naturæ emendet. Qđ' aūt lymphari dr, tale est, vt equus ad tibię sonū quescat, & demittat frontē: cū vero cōscenderis, citet cōtētius, donec retineas. Demissus ēt semp tristisq; est, si rabie tenetur: cuius indiciū vt auriculas demittat ad iubā, rursusq; prēdat, idq; vicissim faciat. Irremediabile ēt malū, si cordis dolore vexatur: cuius indiciū, vt latera subsidant, & ilia pstrigant. Et si vesica dimoueat de suo situ: cuius indiciū, ne vri M nā reddere possit, & vt vngulas, clunesq; trahat. Et si pastinacā deuorarint, cuius magnitudo, q̄ verticilli hastiolę est (nā morsus muris aranei, vel cæteris iumentis molestissim⁹ est) pustulę hoc excitant, & periculosior, quę desierit grauida. pustulæ.n. rūpuntur, ex quo interitus sequit: sed si nō grauida ē, nō iterimit. Quin etiā ea, quā alī chalcidā, alī digny dā vocāt, suo morsu aut interimit, aut vehemētē dolorē mouent.

A uent. similis hæc paruis lacertis est: sed colore serpētis, quam cæciliam nominant. denique homines vsuperiti totidē fere morbis equum, atque etiam ouem infestari, quot hominem referunt. Interit veneno sandaracę & equus, & quoduis iumentum siue veterinum. datur in aqua Aborsu ex percolatum. Abortum etiam facit equa, odorem sentiens fungi fumigantis lucernæ extinctæ: quod & mulierum nonnullis accidit. hactenus de equorum morbis. Quod hippomanes vocant, hæret quidem fronti nascentis pulli, vt narratur: sed equæ perlambentes, absterg entesq; id abrodūt. quę aūt de hoc fabulantur, figmēta mulierculārū, & professorū carminis incantamentorū esse credēdum potius est. Emitti etiā ab equa prius quā pullū, quod pullū dr, certum est. equi vocem quoq; agnoscunt equorum, quibus cū pugnarint. Gaudent pratis riC guis & paludibus: bibunt.n. aquas libentius turbidas. q̄ si clara est, inturbāt eam vngulis suis, & cum biberint, lauant se totos, lymphisq; potiunt. balneū n. omnino hoc animal adamat, & aquæ deditum est. quāobrē natura etiam equi fluuiatilis ita constat, vt viuere nisi in humore non possit. Bos contra quām equus, nisi aqua sit clara, frigida, atq; lympida, bibere nolit.

Asinos uno morbo laborare, frigoriq; impatientes esse. Cap. 25. D

ASini vno maxime morbo laborant, quē malidā vocant. quod vitium in capite oritur, facitq; vt per nares pituita multa, ruffa effluat. quæ si ad pulmonem descenderit, moriūtur. sed, si in capite est, non infert interitum. Impatiens frigoris maxime hoc animal ē: quapropter Pontica, & Scythica terra asinis caret. Malida asinorum morbus.

De elephantorum morbis, & eorum curatione. Cap. 26. I

ELephanti morbis inflatio contactis laborant: quo fit ne possint excrementum vel vesicæ, vel alui reddere. Aegrotant etiam, si comedant terram, nisi ea frequenter vtantur: nam, si frequenter, nihil sentiunt mali. lapides etiam interdum deuorant. Necnon fluore tentantur, quo, cum vires languerint, curantur potione aquæ calidæ, & cibo fœni melle imbuti. vtrunque enim id sistit profluuium alui. Si per insomniam fessi sunt, armis perfricatis ex sale, oleo, & aqua, curantur. cum humeri dolent, carnibus suillis assis appositis iuuantur. Oleum alī bibunt, alī non. &, si spiculum in corpore inest, ejicitur eo, quod biberit, oleo, vt aiunt. qui aūt oleum non bibunt, ijs radix *tyranni decocta in vino datur. Quadrupedum res ita se habet.

*An tyrtami legi debeat, an dictami, an expūgi oīno, pitioresiudire ēt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *De morbis insectorum, et præcipue apum. Cap. 27.*

INsectorũ maxima pars eo tempore valet, quo gigni: videlicet cũ annus talis, qua le ver, humidus, & tepidus est. Apibus bestiolæ quædam in alueis innascuntur, quæ fauis officiant. Vermiculus item specie aranei nocet fauis, quem alij clerum, alij pyraustam vocant. hic sibi similem forma aranei parit in fauo, & facit vt examen ęgrotet. Obest etiam alia quædã bestiola similis hepiolo papilioni, qui lucernarum luminibus adtuolat. hæc puluerem spirãdo in alueo parit, nec aculeo ab apib⁹ stimulatur, sed tãtum fumo abigitur. Erucæ quoq; nascuntur in alueis, teredines dictæ, quas apes non infectantur. Aegrotãt potissimum, cum sylua flores ęruginosos tulerit, atque etiam tẽporibus siccis. Intereunt insecta omnia tacta ex oleo: sed celerrime, si capite illito exponãt Soli.

I *Animalium differentia pro locorum varietate. Cap. 28.*

DIuersitate etiam locorũ differentia oritur. vt. n. locis nõnullis gigni omnino aliqua nequeũt, sic alĳs generantur quidem, sed pauciora, & vita breuiore, nec prospera. locis etiam vicinis discrimen huiusmodi existit: vt agri Milesii locis sibi propinquis cicadæ alteris gignuntur, alteris non. Amnis in Cephallenia ĩsula dirimit, cuius citra alterum latus cicadarum copia est, vltra alterũ nullæ. In Prodoselena, via interiacet, cuius vltra alterum latus gignitur catus, citra alterum gigni non potest. Terræ Bœotiæ ĩ Orchomenio agro talpæ habentur multæ: at ĩ Lebadico vicino nullæ sunt, neq; si aliunde portatæ eo fuerint, volunt infodere. In Ithaca insula lepores, si aliunde allati dimittantur, viuere nequeunt: sed eodem reuersi, vnde maris introierint insulam, moriuntur. In Sicilia formicæ, quę equites appellantur, non sunt. In Cyrenensi agro ranæ vocales præterito tempore deerant. In Aphrica non aper, non ceruus, nõ capra syluestris est. India, teste Ctesia, quanquam non fide digno, suem nec ferum nec mãsuetum habet. Quæ autem sanguine carent, & quæ secessus tempore conduntur, grandiora nimirum illa possidet. In Ponto neq; mollia sunt. neq; testata, nisi locis quibusdam pauca. In mari rubro testata omnia mira quadam magnitudine augẽtur. In Syria oues sunt cauda lata ad cubiti mensuram. capræ auricu lis mensura palmari, & dodrantali, ac nonnullæ demissis, ita vt spectent ad terram. boues nodos scapularum flectunt, vt cameli. In Cilicia capræ tondentur, vt alibi oues. In Africa arietes statim cornigeri generãtur, nec solum mares, vt Homerus scribit, sed etiam fœminæ. Contra in Ponto per prouinciã Scythicã

A thicam nullis cornua enascuntur. In Aegypto aliqua maiora, quam in Græcia fiũt, vt boues, & oues: aliqua minora, vt canes, lupi, lepores, vulpes, cerui, accipitres: aliqua magnitudine pari, vt cornices, & capræ. Cuius rei causam attribuunt cibo, qui alĳs large, alĳs parce sit, vt lupis, & accipitribus. carniuoris enim parum cibi suppeditatur, propter raptus, quo viuũt, penuriam. aues enim minores paucæ ibi habentur. lepori vero omniq; non carniuoro generi, victus ieiunior ob eam rem est, quod neque nuces, nec poma sunt diuturniora. Tum etiã multis locis, cœli, & situs conditio causę est: vt in terra Illyrica, & Thracia, & in Epiro asini parui habentur: in Scythica & Gallica nulli, propter immodicum frigus. In Arabia lacerti magni tudine cubitum excedunt. Mures etiam multo soricibus auctiores, quibus crura priora vel palmi mensura, posteriora ad cubiti mensuram digiti nodum habentur. In Africa magnitudo anguium mira, sicut & fertur. Iam enim nonnulli vbi triremi applicuissent, ossa boum multorum vidisse narrãt, quos absumptos esse ab anguibus non dubitarẽt, cum triremes productas in altum, quam primum angues insectarentur, & nonnulli aggressi triremem euerterent. Item leones in Europa potius sunt, & ea Europæ parte, quæ inter Acheloum amnem, & Nessum est. D Pantheræ in Asia, in Europa autem nullæ. Bestiæ denique omnes ferè efferatiores in Asia sunt, fortiores in Europa, multiformiores in Africa. Vnde prouerbio quodam dicitur: Semper ali quid noui Africam afferre. facit enim illius situs aquarum penuria, vt feræ eodem concurrant bibendi causa: quo quidem loco etiam quæ alienigenæ sunt, & coeunt, & generant. quorum tempora eadem ferendi vteri sint, & magnitudines non multo inter se diserepent. reddũtur mitiores inter se desyderio fluuĳ: nam & contra quàm cætera porum quærunt. tempore enim hyberno magis, quàm æstiuo. insuetum nanque his est bibere æstate, propterea quòd imbres fieri per id tempus non soleant. & mures quidem, cum biberint, moriuntur. Sed vel alibi coitu alienigenarum procreari apertum est: vt in Cyrenensi agro lupi cum canibus coeunt, & Laconici canes ex vulpe & cane generantur. Indicos etiam canes ex tigride & cane gigni confirmant: verum non statim, sed tertio coitu. primo enim bel luinos adhuc catulos procreari aiunt. alligantur canes locis desertis, & nisi bellua incensa libidine sit, sæpe laceranatur.

Quare multiformes bestiæ in Africa.

M iĳ Morę

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mores etiam animalium pro locorum qualitate differre, serpentumq; nel minora, vel aspriora effici.
Cap. 29.

MOrum et diuersitatē loca efficiunt: vt mōtana & aspa suas bestias reddunt & aspectu efferatiores, & viribus robustiores, ꝙ plana, et molliora. Argumento vel sues Athi montis acceperim, quorū ne fœminas quidē spectare mares situs inferioris audent. Morsus etiam belluarum ex locorū diuersitate plurimum differūt: vt in Pharo, locisq; alīs scorpiones non lædunt: at alīs, & præcipue in Scythia, multi & magni, & nocui sunt. & si vel hominē, vel quāuis bestiam percusserīt, interimūt. nec sues euadere possunt, quanq; cæteros virulentos ictus minime sentiunt. & nigri eorum potissimum interimuntur. quisq; tamen celerrime interit, si ictus adierit aquā. Anguiū quoque ictus per loca plurimū differūt. Aspis. n. anguis, ex quo medicamentum* putrificum illud componunt, in Africa gignitur, cuius ictui nullum remediū est. Nascitur eodem in agro in quo laser, serpens quidam pusillus, cuius remedium lapis est, quem ex sepulchro cuiusdā regis antiqui accipiunt, eoq; persuso ex vino hibunt. Italiæ locis quibusdam morsus etiam stellionum exitiales sunt. Sed omnium venenatorum morsus grauiores sunt, si alterum ederit alterum, vt scorpium deuorari a vipera certum est. Plurimis vero eorum aduersatur saliua hominis. Serpens quidam minutus est, quem aliqui sacrum appellant, quem angues præmagni fugiunt. magnitudo huic ad cubitum, species hirsuta. quicquid momorderit continuo citer putrescit. Est præterea I Indica regione serpens paruus, cuius vnius remedio carēt incolæ.

Quo tempore piscium genera præstantiora in cibum reddantur.
Cap. 30.

DIscrimen animalium vt prospere, contraue exigant, vel vtero pleno, existere nouimus. Testa enim intecta, vt pectines, omneq; ostrearium, siue concharium genus, atq; etiam crusta intecta tūc optima sunt, cum grauida, vt late I locustis, & reliquis huiusce modi patet. sed quanquam testa intecta grauida dicimus, tamē nullum eorum vel coitum, vel partum videmus. Crusta intecta mirum & coire, & parere perciuntur. Mollia etiam præstant, cum grauida sunt: vt lolligines, sepiæ, polypi. Pisces cum impleri incipiunt coitu, boni omnes fere sunt. sed procedente vteri tēpore, alīq; præstant, alīq; nō. Alec, siue mæna, vtero grauis melior est: forma rotundior fœmīę, porrectior mari, & latior. Euenit vt cum fœtu impleri fœmina incipit, maris color in nigriorem, pluriscq; varietatis mutetur, & caro

caro deterrima cibo efficiatur. vocantur a nonnullis per id tempus hirci. Mutantur pisces, qui merulæ, & qui turdi appellantur, atq; etiam squillæ: vere enī nigrescunt, post ver albedinem suam recipiunt. Fuca etiam mutat colorem. cum enim cæteris temporibus candida sit, verno varia redditur. solam hāc ex marinis piscibus nidum sibi cōstruere, atq; ī stragula parere aiūt. Alec etiam mutatur, vt dixi, & B †cerrus, vt ex albedine rursus ęstate ad nigredinem redeant: qđ maxime suis pinnis, & brāchijs declarant. Coruulus etiam cum vtero fert, optimus est, perinde vt alec. Mugilis vero, & lupus, & reliqui fere omnes squamata intecti deteriores sunt, cum ferunt. Similes sibi ferentes & non ferentes pauci sunt, vt glaucus. Vitiātur etiam senectute pisces, & quidem thunni vel ad rē salsamentariam senes improbi sunt: multum enim carnis absumitur, quod idem vel in cęteris piscibus euenit. declaratur eorum senectus duritie, magnitudineq; squamarum. Iam captus est thunnus senex, cuius pōdus erat ad talenta quindecim, & caudæ interuallum ad cubita quīq; & palmum. Fluuiatiles, & lacustres pisces optimi sunt post partum, & seminis genitalis emissionem. Sed nonnulli etiam, cum ferunt, commendantur, vt saperdis: alīq; damnantur, vt silurus. Cum cæteri omnes mares suis fœminis sint præstantiores, silurus fœmina præstat suo mari. Et in genere anguillarum quoq; meliores sunt, quas fœminas nominant. quæ nomē fœminæ temere acceperunt: nō sunt enim fœmīæ, sed quia aspectu a cæteris discrepant, fœminæ appellantur.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER NONVS.

De affectibus animorum omnium animalium: deq; iis, quæ perpetuas inter se inimicitias gerunt, eorū earum causis. Cap. 1.

COres animaliū obscuriorum, parūq; viuentium temporis, minꝰ sensu percipiuntur: viuacio rum euidentiores sunt. Habere .n. vim quandam naturalē aīantes in quauis animi affectiōe videnī, hoc ē prudētia, stultitia, fortitudine, ignauia, clemētia, acerbitate, & reliquis habitibus gīis eiusdē. In nōnullis ēt cōe aliqđ disciplinæ, eruditionisq; habeī. Alia. n. vicissim inter se, alia ab homine (quæ. s. auditu non carent) non modo strependi, verū etiam significādi dīias possunt dignoscere. In omnibus vero, quorum procreatio est, fœminā & marem simili fere modo natura distinxit moribus, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mas differt a fœmina: quod præcipue tum in homine, tum etiã in ẽs, quæ magnitudine præstẽt, & quadrupedes viuiparæ sint, percipitur. sunt enĩ fœminæ moribus mollioribus, mitescunt celerius, & manum facilius patiũtur. discunt etiam, imitanturq; ingeniosius: vt in genere canum laconico fœminas esse sagaciores quàm mares apertum est. Moloticum etiam genus venati cum, nihilo a cæteris discrepat. Ar pecuarium longe & magnitudine, & fortitudine contra belH luas præstat. Insignes vero animo, & industria, qui ex vtroq;, moloticum dico, & laconicum, prodierint. Sed fœminę omnes minus quàm mares sunt animo fæ, excepta panthera, & vrsa. fęminæ enim in his generibus esse videntur animosiores, cum in cæteris sint proculdubio mollio res: verum malitiosiores, astutiores, insidiosiores fœminę sũt, atq; in enutrienda prole solicitiores. Mares contra animosiores, ferociores, simpliciores, minusq; insidiosi. Quorum vestigia morũ,I cum in omnibus fere insunt, tũ vel maxime in perfectioribus, & præcipue in homine: hic enĩ natura perfectissima est, & ob eam rem, habitus isti cõspectiores in eo ipso continentur. nita q; mulier misericors magis, & ad lachrymas propensior, quã vir est. inuida item magis, & querula, & maledicentior, & mordacior. præterea anxia, & desperãs magis, quàm mas, atq; impudẽtior, & mendacior: quinetiam facilior decipi, memmisseq; aptior: ad hæc vigilantior, segnior, immobilior deniq; est, & minꝰ cibi desyderans. mas vero iuuãtior, vt modo dixi, & fortior est. Nam & in mollium genere cũ sepia icta est tridente, mas fœminam adiuuat, fœmina mare percusso fugam arripit. Pugnãt inter seipsa animalia, quæ loca eadem incolunt, atque eisdem vescuntur cibis. nam, si victus penuria fit, fit certe ob eam rem, vt vel eiusdem generis animantes pugnam inter se conserant. Et quidem marinos vitulos sicꝰ eiusdem pugnare inuicẽ aiunt, & marem cum mare, & fœminam cum fœmina, donec alter ab altero vel occidatur, vel effugiatur. idemq; eorum catulos facere. Carniuora etiam & oppugnantur a cæteris omnibus, & ipsa cum cæteris pugnant: quoniã victus his ab aſalibus est. vñ Augures sua dissidia, & cõsidia M colligunt. dissidio bella, oẽmq; discordiam statuut: considio pacem, oẽmq; concordiam. Quòd sibi copia suppetat, haud scio an ea, q̃ nunc metuunt, & ferociũt, inter se eant, mansueteq; cũ inter se eunt, cũ hoſe etiam agant. cuius rei indiciũ facit cura, quã Aegyptĩ animantibus impendunt. quod.n. apd illos cibo nõ carent, sed copiose aluntur, ideo collegio vel ipsa efferatissima deguut. mansuescunt.n. sui commodi

Mulieris & viri mores differẽtes.

A modi ratiõe. quale se genus crocodili exhibet sacerdoti locis q busdã, ppter cibi curã, quæ ibi insumitur. qd idem fieri cæteris et locis intelligi licet. Dissidet aqla cum dracone: vescitur enim aquila anguibus. Ichneumo cũ phalange: venatur.n. phalanges ichneumo. Auiũ varię dictę cũ alaudis. Pipo cum lutea. oua.n. inuicem exedunt. Cornix cum noctua. cornix.n. meridie oua furripiens noctuę, absumit, cũ nõ clare interdiu noctua videat. B noctua contra oua cornicis noctu exedit: estq; altera interdiu, altera noctu potentior. Item noctua cum orchilo: nam is quoque oua exedit noctuæ. sed die vel cæteræ auiculæ omnes noctuam nimirum circumuolãt, qd mirari vocatur, aduolãteseq; percutiũt. quapropter aucupes ea cõstituta, auicularum genera multa, & varia capiũt. Quin etiam qui rex auiũ appellatur C priuatas contra eandẽ inimicitias gerit. Mustela inimicus cornicis est, quippe qui eius oua, et pullos violet. Turtur cum ignaria pugnat. locus.n. pascendi, victusq; idem eorum est. Galgulus cum Ibio, Miluus cum coruo. eripit.n. miluus à coruo quid tenet, vt qui & vnguibus sit præstantior, & volatu. ita fit, vt eos quoq; victus ratio faciat inimicos. Ad hęc inter ea, q̃ cibum sibi à mari petũt, anas, gauia, & harpa inuicem dissidẽt. Buteo in alio genere hostis ranæ, & rubetæ, & anguis est: rapit.n. eos, atq; exedit. Turtur & luteus pugnant. occiditur à luteo turtur, & à cornice tympanus noĩe. Colarem vlula, cæteriq; aduncirapiũt, vnde his oritur bellum. Inter stellionem et & araneum bellum est. deuorã tur.n. aranei à stelliõe. Pipo inimica ardeola est. oua.n. & pulli ardeolæ violantur à pipone. Salo prælium cum asino est, ppea qd asinus spinetis sua vlcera scabendi cã atterat. tum igitur ob eã rem, tum ẽt cę, si vocem rudẽ E tis audierit, oua abigat p abortum, pulli ẽt metu labant in terram. itaq; ob eam iniuriã aduolans, vlcera eius rostro excauat. Lupus asino tauro, & vulpi est hostis. cum.n. carne ipsa alatur, boues inuadit, & asinos, et vulpes. Hac eadem de cã & cũ circo accipitre vulpi inimicitiæ sunt. circus.n. quia vnguibus ẽ aduncis, & carne viuit, vulpem inuadit, ac vulnerat. Coruus tauro, & asino aduersarius est, qpe qui aduolans feriat, & eorũ F oculos laceret. Aquila ẽt cũ ardeola pugnat, vnguibus etenim valens aggreditur. hęc aũt repugnando emorĩ. AEsalo cũ vulture. Crex cum galgulo, & merula, & vireone, quẽ ex flagratione procreatũ quidam fabulantur: nocet.n. his, & eorũ pullis. Sitta & trochilus cũ aquila: sitta.n. oua aquilæ frangit: aquila tum ob eam rẽ, tum ẽt cę carniuora ẽ, aduersat. Florus odio

equum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G equū habet: pellitur.n. ab equo pabulo herbę, qua vescitur. nubeculās hic, nec valens acie oculorum est, quippe qui vocē qui dem equi imitetur, atq; aduolās equum fugat: sed interdū excipiatur, occidaturq; ab equo. colit hic paludes & ripas. coloris est pulchri, & victus facilis. Colotæ hostis asinus est: dormit.n. colata in præsepibus, & aurem subiens asinū, ne comedat, impedit. Ardeolarum tria sunt genera, pella, alba, stellaris, piger coH guomine. Pellæ coitus difficilis est: voc feratur.n, & sanguinē ex oculis, vt aiunt, emittit cum coit. parit ēt ægre, summoq; cū dolore. prælium cū ḡs mit, à qbus læditur, hoc est, cū aquila, à qua rapitur: cū vulpe, à qua noctu capit: cū alauda, à qua oua eius diripiunt. Serpēs mustelę, suisq; aduersarius est. mustelæ, qđ eadē in domo versantur: victus.n. ex eisdem appetat necesse est: suis vero, quia ab ea deuoro, quia ab ea deuoratur. Aesalo F vulpi ē inimicꝰ, ferit.n. pilosq; eiꝰ euellit, occiditq; catulos: vncis nanq; vnguibus est. Coruus vulpi amicꝰ est, pugnat.n. cum æsalone: vnde fit, vt huic, cū ab illo percutitur, auxilietur. Vultur ēt, & æsalo inuicem inimici sunt, vngues.n. vtriq; vnci habē tur. Aquilæ ēt pugnat vultur, et olor, nutritq; eam sæpius olor. Olor oloré deuorat. Oloribus vero vt alter alterum deuoret in more est, maxime in volucrū genere. Sunt porro alia semper inter se infesta, alia hominum ritu, cum res ita tulerit. Asinus itē, & spinus inimici inter se sunt: victus.n. spino à veribus, quas asinus tenellas adhuc pascit. Florus, spinus, ægithus, quem falum voco, odium inter se exercent. & nimirū sanguinem ægithi, & flori misceri non posse dicitur. Amici cornix & ardeola, iunco & alauda, gal gulus & lædus. Colit.n. galgulus fruteta & nemora, lædus saxa & montes: suisq; locis vterq; contentus degit pacifice. amici L ēt pisex, harpa, miluus. Vulpes ēt cum serpente amice viuit: ambo.n. cauernis gaudent. et merula quoq; turturem amat. Leo & lupus ceruarius inimici sunt: cū enim carne alantur, victum ex eisdem petāt necesse est. Elephāti ēt pugnāt inter se vehemēter, & dentibus alter alterū ferit. ꝙ autem victus fuerit, adeo animū amittit, vt ne vocem quidē victoris toleret. differūt inter se M elephantes mirum in modū robore atq; animo. Sunt apud Indos in vsu rei bellicę non solum mares, sed ēt fœminæ: verumtamen fœminæ pauciores sunt, & longe timidiores. Euertit ędificia elephantus, dentes admouens magnos. palmas vero sua fronte impellit, donec declinet, tum pedibus inculcans prosternit in terram. Venatio talis elephantorum est. conscendūt mites aliquos, animososq; elephātos qui venantur, cursuq; insequūtur

K quuntur feros: quos, cum occuparint, ferire præcipiunt suis, dū fatigent, viresq; dissoluant. tū rector in defatigatum illum insilit, regitq; falce: post breui tēpore fera mitescit, atq; obtēperat. Quandiu insidat rector, mitem se quisq; exhibet: cū descēderit, alī mansuetudinem seruant, alī suam repetūt feritatē. itaq; immitescentiū crura priora præpediunt vinculis, vt quiescant. capiuntur & natu iā grandes, & pulli. Sed amicitię atque L inimicitiæ in his belluis, victus vitæq; ratione, ita existunt.

De iis piscibus, qui gregatim, amicēq; viuunt, quine non gregatim, inimicue sint. Cap. 2.

PIscium autē alī gregatim degunt, amiciq; sunt: alī nō gregatim, inimiciq; viuunt. Qui amici sunt, congregātur, partum cū vtero ferunt, partum cū fœtum ędiderint. Gregales denicꝙ sunt thunni, aleces, gobiones, vocæ, lacerti, coruuli, tiue graculi, dentices, mulli, malC leoli, elegini, sacri, aristulæ, sargiaci, lollī, papaueres, iuliæ, li- Oblada t. mariæ, scombri, monedulæ. holes sunt, verumetiā coniugales. rum nonnulli non modo grega Reliqui omnes coniugia agunt quidem, sed greges statis tēporibus, vt modo dixi, cōstituunt, scilicet aut cum vterum gerunt, aut post partum. Lupus & mugilis quanquā inimici sunt capi tales, tū statо tempore congregantur: coeunt.n. iu gregem sequius non solum q̄ eiusdem gene D ris sunt, sed ēt quibus idem, aut similis pastus appetitur, dūmodo sit abunde cibarī. sæpe mugiles cauda abscissa viuunt, atque etiam congri, meatu tenus excremētario. Abscinditur mugilis cauda à lupo, congri à muræna. Ineunt prælium maiores contra minores. maior.n. quisque, atque robustior minorem, inferiorēq; deuorat. sed de matinis generibus satis.

De genere ouili amente & stulto. Cap. 3. E

MOres autem animaliū, vt dictum iam est, differūt inter se fortitudine, ignauia, mansuetudine, ferocitate, mente, dementia. Iam.n. genus ouile amens, & moribus, vt dici solet, stultissimis ē, quippe q̄ omnium quadrupedū meptissimū sit. repit in deserta fine causa, hyeme obstāte ipsum sępe egreditur stabulo: occupatū à niue, nisi pastor compulerit, abire nō vult, sed perit desistēs, nisi mares à pastore ducant: ita F .n. reliquus grex consequit. Caprarum ex grege si quis vnam villo mento dependente, quem aruncum vocant, apprehenderit, cæteræ stant velut stupidæ, suos in vnam illam oculos cōiicientes. Cubant difficilius oues q̄ capræ. magis.n. capræ quiescunt, accedunt̄q; ad hominem familiarius: sed sunt frigoris impatientiores, q̄ oues. docēt pastores suas oues gregari, facto strepitu,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pitu. nam si, cũ tonuerit, aliqua relinquatur, q̃ non concurrerit, abortum, si est grauida, facit. vnde fit, vt si quem domi strepitũ moueris, oẽs concurrant, pp cõ suetudinem. Cubant oues, capræq; vniuersæ per cognationem. Cum primum Sol conuersus destiterit, capras non aduersis præterea inter se oculis, sed auersis cubare accepimus.

De societate bouum, equarumq; mutuo inter se amore. Cap. 4.

H BOues & pascunt per societates, atq; consuetudines: & si vnus aberrarit, reliq sequuntur. quapp boarñ, nisi p̃ uenerint, totum armentum requirant necesse est. Equæ societate coniunctæ, si altera forte perierit, altera pullum parente orbatum enutrit. Equarum denique genus, miro quodam amore, pilis teneri putatur. cuius rei indicium est, q̃ sæpius steriles auferunt pullos à matribus, quos ipsæ amore prosequentes tueant: I sed, quoniã lacte careant, deprauant eos, quos diligunt.

De cerui prudentia in pullis edendis: deque matris cornuum amissione, & reparatione. Cap. 5.

FErarum quadrupedũ cerua maxime prudentia præstare vr̃, tum quia circa fœmitas pariat, quo. s. belluæ propter homines minus accedunt: tum ẽt, quia, cum peperit, inuolucrum primum exedit, mox se felim herbam petit, quam cum ederit, redit ad prolẽ. Præterea hinnulum ducens in stabula, assuefacit, quo refugere debeat. saxum hoc est abruptũ, vno aditu, quo loco eã, si quis inuadit, expectare, repugnareque affirmant. Mas item cum pinguerit, q̃d valde tempore fructuum fit nusquã apparet, sed longe secedit, vt qui pondere suæ corpulẽtiæ capi se posse facilius sentiat. Cornua ẽt locis difficilib⁹ amittit, & quà inueniri nequeãt: vnde illud prouerbium ortũ, Quã cerui amittunt cornua. quasi. n. sua amiserit arma, cauet ne inermis reperiatur. Cornu sinistrũ compertum esse à nemine adhuc fertur: occulit. n. id tanquã quodam medicamento prædi tum. Anniculis nõdum cornua nascũtur, nisi quoad indicñ gratia sit initium quoddã prætuberans, quod breue, hirtumq; est. Bimis cornua primũ oriuntur simplicia & recta, ad subularii similitudinem, quamobrẽ subulones per id tẽporis eos vocãt. Trimis bifida exeũt, quadrimis trifida, atq; deinceps ad hñc modum procedit numerus vsq; ad annum sextum. Ab hoc similia semper prodeũt, ita, ne sit digno scere ætatem ramorum numero: sed senes cognoscimus maxime indicio duplici illo: dentes enim aut nullos, aut paucos habent, atq; adminiculis carẽt. vocant adminicula rami, qui imis cornibus prominent ante frontẽ, quibus in pugna vtuntur iuniores: senes aũt carent. Amittunt

A tunt singulis annis cornua mense Aprili, quę cum amiserint, occultant sese interdiu, vt superi⁹ dixi, idq; opacis faciunt locis, vt muscarum tædio vacent. pascuntur per id tẽpus noctu, donec recipiãt cornua, quę primũ quasi cute vestita, & hirtiuscula emittunt: sed, cum creuerint, Soli exponunt, vt excoquãtur, & ficcẽant. vbi iam nihil attritu arborum, cum ea scalpant, indolent. tunc ea relinquunt loca, B cõfisi habere iam quo repugnare possint, cum res exigit. Caprus iam ceruus est, hederã suis enatam cornibus gerẽs viridẽ, quæ cornu adhuc tenello forte inserta, quasi ligno viridi coaluerit. Cerui morsi vel à phalangio, vel à quouis generis eiusdẽ cancros edunt: quod idem homini etiam prodesse putaũ, sed non caret fastidio. Ceruę statim à partu exedũt inuolucrum, vt dictũ est: nec fieri potest, vt id accipias, prius enim quàm in C terram demittant, ipsę arripiũt. vis in eo medica esse creditur. Cerui sibilo, & cantu venãtium capiuntur: mulcentur enim, illiciunturq; ea voluptate. itaq; alter venantium cantat palã aut sibilat, alter clàm ferit à tergo, vbi socius tempus iam eẽ significarit. sed, si ceruus erectas auriculas teneat, acerrime sentit, nec latere insidiæ possunt: sin demissas, facile interimitur.

De quibusdam animalibus, quæ prudentia quadam natura instruxit. Cap. 6. D

VRsæ, cum fugiunt, suos catulos propellunt, susceptosq; portant. cum ab insectante iam occupantur, arbores scandunt. Solent vrsi arũ herbã comedere, cũm è latibulo egrediuntur, vt dictum est. ligna ẽt manducant, quasi dẽtiãt. Sed ex cæteris quoq; quadrupedibus multæ prudenter sibi opitulari videnť. Nam & in Creta insula capras syluestres sagitta E transfixas dictamnum herbam quærere aiunt: hoc. enim spicula ex corpore eñci. Canes etiam ęgrescentes herba quadam comesa vomitant. Panthera cum venenum, pardalianches dictũ ab angore, ederit, quo leones ẽt intereunt, stercus hominis quę- rit: eo. n. ipso iuuatur. quocirca venatores stercus ibi ꝓpinquũ suspendunt ex arbore aliqua, ne procul bellua abeat, petens suum medicamentum. itaq; insiliens ibidem, & spe capiendi perseuerans, in se efferẽda emoritur. Eandem sese abscondentẽ venari ferunt, propterea q̃ suo odore belluas delectari intelligat. propius enim ita accedunt, q̃s corripiat, Ichneumo Aegypti, vbi aspidem anguem suum hostem aspexerit, non prius aggredi ť, q̃ socios vocet, & limo obducto, cõtra ictus morsusq; sese loticet. modus armandi, vt primũ madefaciat corpus, et in terra

Græce ἴτεα fertur, ἐν ἀγγείῳ, id é in vasculo. & Plin hẽt. I vase aliquo. F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G terra se volutet. Crocodilis hiãtibus trochili aues inuolãtes depurgant dentes, quo munere & ipsi aluntur. & crocodilus sentiẽs secum commode agi, nihil nocet, sed cũm egredi auẽ vult, ceruices mouet, ne comprimat.

"Ἐλεγεια, cunilã bubulam vocat Plin.

Testudo cum viperam ederit, mox cunilam edit, qđ cum ita sæpius factum animaduertisset quidam, vt gustata cunila viperam testudo repeteret, herbam cuulsi, quo facto testudo iterũjt.

Mustela quoties dimicatura cũ serpente est, rutã comedit: odor enim eius herbæ infestus serpẽtibus est. Draco cum p vsum pomorũ nausea infestatur, succum syluestris lactucę exorbet: quod ita facere visus sæpius est.

H

Ἀπὸ τοῦ ἐλύειν, id est, syluestris lactuca, inybi agrestis.

Canes, cum lumbricis infestantur, herbam tritici comedũt. Coniæ, cæteręq; aues, cũ vulnus per pugnam acceperint, cunilã plagæ apponunt. Locustam ẽt complures viderũt, quoties cũ serpente pugnat, collum eius p̃hendere. Quin & mustela prudenter capere aues videtur: iugulat. n. quas ceperit, vt lupus ouem. Serpentem quoq; impugnat, cum præcipue, qui mures venatur, videlicet ea causa, qa ipsa etiã mures persequitur. De herinaceorũ sensu locis multis perp̃ctum est, vt qui in cauernis sunt, cõmutent sua cubilia, aq; lonum, & austrorum mutatione. qui autem intra tecta aluntur, ad parietes discedunt. quod ita fieri cum Byzantĩ quidam animaduertisset, consecutus est

I

K

stimationem est, vt tempus futurum posset prędicere. Ictis genus mustelæ rusticæ, qđ viuerram interpretor, magnitudine est, q̃; melitẽsis catellus, minor: sed pilo, forma, albedine partis inferioris, & morũ astutia, mustelæ similis. mansuescit maiorẽ in modum. officit aluearibus: mellis. n. auida est. aues ẽt petit, vt felis. genitale ei⁹ osseum est, vt ante dixi, et medicamẽto vrinæ stillatiõibus esse putatur. datur per ramenta ex vino.

L

De ea intelligentiæ parte, quæ animalia quædam hominum rationem repræsentant, vt hirundines, & omne columbarum genus: deque ætate columbarum, perdicum, & passerum. Cap. 7.

OOnino ratio brutorũ magnam refert vitæ humanę similitudinẽ, magisq; in minore genere, quàm in maiore videris intelligentiæ rationem. quod primum in auium genere Hirundo in effingendo, constituendoq; nido ostendit. Confingit implicito luto festucis, ad normam lutariæ palearionis: & si quando luti inopia est, se ipsa madefaciens volutat in puluere omnibus pennis, stragulum sibi etiam more hominum facit, duriora primum subijciens, & modice totũ consternens pro sui corporis magnitudine. Atque in enutrienda prole mira tam mas quàm fœmina æquitate laborat. impartit

A partit pullis singulis cibum, obseruans consuetudine quadam, nequi acceperit, bis accipiat. Excrementa etiam pullorum parentes ejiciunt. post adultiores iã natos circumagi, forasq; ipsos egerere edocent. Ad hæc columbi pleraq; contemplationis hmõi afferunt. neq; n. cum plurib⁹ adolescere, aut coire patiuntur, neq; coniugium iã inde à primo ortu initũ deserunt, nisi cœlebs, aut vidua. quinetiã fœminæ parturienti mas adest,

Columbarum genera.

B & cultu, omniq; officio fungit. sæpe ẽt fœminam pigrius euntẽ ad nidũ propter partus laborẽ mas percutit, cogitq; intrare. ex eluſis iã pullis terrã salsuginosã potissimũ præmanducatam in eorũ os, inserens suum, ingerit, atq; ita pręparat ad cibum recipiendũ. adultos iam, cum ips prodeũdi ex nido est, mas subigit. Ita magna ex parte colũbæ mutuo degunt amore. sed interdum nonnullæ ẽt ex maritatis

Historiæ animalium lib. 8. cap. 12.

C cũ alijs coeunt. pugnax hoc animal est: alter alterũ infestat, nidumq; alter alteri⁹ subit, sed raro. nã etsi ex longinquo minus, tũ apud ipsum nidum summo certamine dimicatur. Propriũ columbarum, & palumbiũ, & turturũ esse vr̃, ne collum, cũ bibunt, resupinent, nisi satis hauserint. Mare vno contenta, & turtur, & palũbes viuit, nec alterũ recipit. incubãt ambo, et mas et fœmina. dignosci mas ne, an fœmina sit, haud facile est, nisi inte

riorũ aspectu. Vita palumbibus D longanimã ad vigesimũ quintũ, et ad trigesimũ annum protrahit: nõnullas quadraginta ẽt annos cõpleuisse exploratũ habetur. ętate autẽ prouectis vngues accrescunt, quos recidere solent, q̃ alunt. nihil, quo lædantur aperte, aliud his senescẽtibus accidit. Turtures, & columbę vel ad annum octauũ viuunt, s. quæ excæcatæ * allectatrices aluntur. Perdicibus vita ad quinq; et viginti annos. Nidulantur et palũbes, et turtures semp̃ locis eisdẽ. & cum mares in totum diuturniores, q̃s fœminę sint, in his marẽ prius q̃s fœminam mori nõnulli aiunt, videlicet documẽto earum, quæ domi allectatrices aluntur. Sunt qui passum ẽt mares anno diutius durare nõ posse arbitrentur, argumẽto qđ veris initio nulli mentum habere nigrũ spectẽtur, sed postea, tanquã nullus anni superioris feruetur. fęminas vero hoc genere esse viuaciores volunt: capi. nas cum nouellis, cognosciq; labrorũ callo asseuerant. Degunt

* συρικτρίαι, allectatrices, & sic dõc columbę.

E aut aues, q̃ i retibꝰ seruantur ad alios alli ciẽdas.

F ętate turtures locis frigidis, hyeme tepidis: fringillæ cõtra, ętate tepidis, hyeme frigidis.

De ijs auibus, quæ nidum non ædificant, deque perdicis astutia. Cap. 8.

AVes graviores nidos sibi non faciunt, vt coturnices, vt perdices, & reliq; generis eiusdem. Quibus enim

volãdi

Universidad de Deusto
Biblioteca

G volandi facultas deest, ñs nidus non prodest, sed facta in aprico area (alibi.n. nusquam pariũt) atq; materia, vt vepribus qbusdã congestis, quoad accipitrum & aquilarum iniuriam deuitare possint, oua ædunt, & incubant. mox, cum exclusserint, pti nus pullos educũt, propterea q̃ nequeunt suo volatu ñs cibum administrare. Refouẽt suos pullos sub se ipsæ ducendo, more gallinarum, & coturnices, & pdices. nec eodẽ in loco et pariũt,
H & incubant, nequis locũ percipiat longioris temporis mora. cum ad nidum quis venãdo accesserit, puoluit sese perdix ante pedes venantis, quasi iã possit capi, atq; ita allicit ad se capiẽdam hominem, eousq; dũ pulli effugiant: tum ipsa auolat & reuocat prolem. parit oua nõ pauciora q̃ decem, sed sæpius sedecim. Malitiosa astutaq; auis hæc est, vt dixi. secernũtur verno tẽpore de grege percantum et pugnam, coniugatim mares cum
I fœminis, quamcunq; sibi q̃q; forte acceperit. oua mares, quæ compererint, peruoluunt, & frãgunt præ sua salacitate, ne fœmina incubet. quod ne accidat fœmina emolliens, clanculum diffugiens parit. sed fit sæpius, vt præ turgore parturiendi quolibet loco ædat, & mare præsenti. verum, vt oua seruentur, nunquam ex eo, quo peperit, loco discedit. & si ab homine visa ẽ, ita se ab ouis astute, quẽadmodum à pullis, subtrahit, labãs an
K te hominis pedes, dum dimoueat. Sed cum diffugerit fœmina vt ĩcubet, mares tumultuãt, clamitãt, pugnamq; inter se cõserunt, quos cœlibes, vocãt. qui autem victus in pugna fuerit, sequitur, victoris venerẽ patiens, nec ab alio, nisi à suo victore subigit. sed, si à comite principis, aut quouis vulgari vincatur, clã
L à principe, ac furto subigitur. verum hoc non ita fieri semp̃, sed certo tempore anni, planum est. Hoc idẽ à coturnicibus quoq; agi animaduertimus. Gallinacei etiam idẽ interdũ faciunt. in templis.n. vbi fine ministrorũ, dicatiq; versantur, non temere eum, qui nuper dicatus accesserit, oẽs subigunt. necnon perdices mãsueti iam, & domestici subigunt feros, et spernunt, contumelioseq; tractant. Perdicem venatorẽ dux syluestrium primus inuadit, pugnamq; obuiam conserit, quo capto cõpage, alter occurrit, tũ alius, atque
M ita singulis dimicatur, si mas sit, qui venatur. sed si fœmina est, vbi dux ad eius vocem occurrerit, cæteræ vniuersæ eum inuadunt, feriunt, fugant ab ea fœmina, inuidentes q̃ nõ sibi, sed illi accesserit. hic tacitus ob eã rem sæpe accedit, ne voce percepta oppugnetur. nonnunquã marem adeũtem efficere, vt fœmina obmutescat, ne re cognita pugnare cum cæteris maribus cogatur, periti referũt. perdices non

A nõ modo canunt, verumetiam strident, & voces alias quasdã emittunt. sæpe & fœmina incubãs exurgit, cum marem fœminæ venatrici attendere senserit, occurrensq; se ipsa p̃bet libidini maris, vt satiatus negligat venatricem. Vsq; adeo tum perdices, tum ẽt coturnices copia libidinis gaudent, vt in aucupantes corruant, & sæpenumero capitibus eorum resident. Talis pdi eum coitus, et morũ astutia est,
B nidulantur humi, vt dixi, tũ coturnices, tum perdices, atq; etiã aliæ quædã eiusdem parum volãtis generis. Ex his itẽ alauda, & gallinago, & coturnix nunq̃ in arbore consistunt, sed humi.

De pico martio, & tribus generis eiusdem. Cap. 9.

C Ontra atq; martius picꝰ, qui humi nunquã consistere patitur. tundit hic quercus vermium, & culicum cã, quo exeant. recipit.n. egressos lingua sua, quã maiusculam
C & latiusculam habet. scãdit per arborem oĩbus modis: nã vel resupinus, more stellionum ingreditur. vngues ẽt habet commodiores q̃ monedula, ad tutiorẽ arborum reptationẽ: his.n. affixis ascendit. Sunt pici, martiq; cognomine, tria genera, vnum minus q̃ merula, cui rubidę aliqd plumæ inest: alterum maius q̃ merula: tertium non multo minus q̃ gallina. Nidulatur, vt dictum est, in arboribus, cũ aliis, tum oleis, pascitur formicis &

cõsis. cum cossos venatur, tam
D vehemẽter excauare vt sternat arbores, dicitur. Iam vero mitescens, quidam amygdalum, qũ rimæ inseruisset ligni, vt fixum constanter ictum reciperet, tertio ictu pertudit, & nucleum edebat.

ἀνὴρ δ᾽ ἐν τ᾽ ἄκρῃ ἐλάτῃ ἐφεδρος, id ẽ, consi. quos venat picus martius.

De prudentia gruum. Cap. 10.

G Rues etiam multa prudẽter faciunt. loca.n. longinqua petunt, sui commodi gratia: & volant alte, vt procul prospicere possint. &, si nubes, tempestatẽq; viderint,
E cõferunt se in terram, & humi gestant. ducem ẽt habent, et eos, q̃ clament, dispositi in extremo agmine, vt vox percipi possit. Cũ consistunt, cæterę dormiũt, capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. dux detecto capite prospicit, & qđ senserit voce significat. Platea fluuiatilis conchas maiusculas, læuesq; deuorat: quas vbi sua ingluuie coxerit, euomit, vt hiantibus iam, legat, testis exuẽs,
F atque edat.

De domicilijs agrestium volucrũ. Ca. 11.

D Omicilia vero agrestes volucres aptissime ad victũ, et prolis salutẽ moliuntur. Sunt aliæ parentes feliciores, & suorum gnatorum diligentiores: aliæ minus. & alijs ingenium ad victum acutius, alijs obtusius ẽ. Colunt aliq̃ loca fragosa, et saxa, & cauernas: vt quẽ à præruptis torrẽtiũ alueis Charadrium appellamus, quã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G si hiaticulam dixeris. praua hęc auis, & colore, & voce: & noctu apparet, die aufugit. Accipiter ēt locis saxosis, & arduis nidulatur. auiū, quas ceperit, cor nunquam edit. Idq; nonnulli in coturnice, & turdo, alīq; alīs ob seruarunt. quinetiā venandi differētia adnotatur, ne simili mō æstate, vt hyeme rapiat. Vulturis vel pullū, vel nidū à nemine visum ādhuc nonnulli aiunt. & nimirū ob eam rē Herodotus, Bryſonis rhetoris pater aliūde

Vulturū nec pullos nec nidos ab vllos visos.

H situ eminentiore quodā venire dixit: argumentumq; afferebat, q breui tempore multi apparerent, & tamen vnde, constaret nemini. Sed causa huius rei est, q rupibus inaccessis pariat: neque locorum plurium incola auis hæc est. ædit non plus quā vnum ouum, aut duo complurimum. Sunt quæ montes colāt, & syluas, vt vpupa, & brenthus: cui & victus probus, & vox sonora est. Trochilus et fruteta īcolit, & foramina. capi difficile potest. fugax atq; infirmis moribus est, sed victus probitate, & ingenīi solertia præditus. vocatur idem & senator, & rex: quamobrem aquilam pugnare cum eo referunt.

Trochilus auis, senator & rex nominata

I

De generibus auium, quæ apud aquas degunt: deq; chalcide aue, & eius natura, necnon de cōcertatione eiusdem cū aquila: & grauiū pugna. Cap. 12.

SVnt aliæ, quæ vitam apud mare traducāt, vt Cinclus, qui asturus, & capi difficilis est, sed captus omnium maxime miteſcit. læsus hic est: incontinens enim parte sui posteriore. Viuunt apud mare, & fluuios, et lacus palmipedes omnes. natura enim ipsa quærit, quod sibi commodius sit. Sed multæ etiam fidipedes circa aquas, paludesq; degunt: vt florus apud amnes, cui color pulcher, & vita commoda. Cataracta mari victitat: &, cum se alto ingurgitarit, manet non minus temporis, q̄ spacium transieris iugeri. minor q̄; accipiter auis hęc est. Olores ēt palmipedes sunt, et apud lacū, paludesq; viuunt: nec probitate victus, morū, prolis, senectutis vacant. Aquilam, si pugnam cœperit, repugnantes vincunt. ipsi autē nunq̄ nisi prouocati inferūt pugnam. canere soliti sunt, & præcipue iamiam morituri. volant ēt in pelagus longius. & iā quidam, cum in mari Africo nauigarent, multos canētes voce flebili, & mori nonnullos conspexere. Chalcis raro apparet: mōtes etenim incolit. nigro colore est, magnitudine accipitris, quē palumbarium nomināt, forma longa, ac tenui. Iones cymindē eam appellāt. Cuius Homerus etiā meminit in Iliade, cū dicit,

Chalcida dīi perhibent, homines dixere cymindem.

Sunt qui eandē hanc auem non aliam eē acpityngem velint. interdiu minus apparet, quia non clare vider, sed noctu venat more

K

Aues p̄ mundū vbi dilatē fiat.

L

Ciconia

M

Chalcis auis.

A reaquilæ: & pugnat vero cum aqla adeo acriter, vt sæpius amb̄æ implexæ deferantur in terram, & viuę à pastoribus capiātur. parit hęc oua duo, & saxis, speluncisq; nidulatur. Grues ēt pugnant inter se tam vehementer, vt dimicantes capiantur: hominem .n. expectare potius, q̄ pugna desistere patiuntur: pariunt oua non amplius q̄ bina.

De partu, & nidificatione picarum, meropis, luscæ, argathylis, et cinnamomi Arabici deq; ciconiarum, & meropū pruderia in alendis parentibus. Cap. 13.

B

PIca voces plurimas commutat: singulis .n. ferè diebus diuersam emittit vocem. parit oua circiter nouē numero. nidum in arboribus facit ex pilis et lana. glandes, cū defiVenatur et de pactos nidificat. eiunt, colligit, & in repositorio abditas reseruat. Ciconias genitorum senectutem inuicē educare inuulgatum est. Sed sunt q meropes quoq; idē facere cōfirment, vicemq; reddi, vt parentes non modo senescentes, verumetiam statim, cum iam datur facultas, alantur opera liberorum: nec matrem aut patrem exire, sed in cubili manētes pasci labore eorum, quos ipsi genuerunt, enutricrunt, educarūt. pennę huius auis inferiores pallidæ sunt, superiores cæruleæ, vt halcyonis: postremę pinnulæ rubræ habentur. parit sex, aut septem æstate in præcipitiis mollioribus, intro vel ad quatuor cubita subiens. Lutea dicta à colore parris suę inferioris pallido, magnitudine alaudæ est. parit quatuor aut quinque. nidum sibi ex alo herba euulso stirpitus facit: sed stragulum subiicit ex villo, & lana. Hoc idē & merula facit, & pica, interioraque nidis ex eisdem consternunt. Solerti porro ingenio argathylis in ripariarum genere suum instruit nidum: filis, n. intexit lineis specie pilæ, aditu arcto. In Arabia cinnamomus auis appellatur, quam furculos cinnamomi portare, ac nidum ex his conficere aiunt. nidificat excelsis arboribus, et ramis: sed incolæ sagittis plumbatis nidū petunt, atque ita discusso in terram cinnamomum legunt.

D

Cinamulgio a Pli.

E

ab Aristo. cinnamomus: nisi forte legēdū sit cinnamulgy.

De specie, nidulatione, & partu alcedonum. Cap. 14.

F

ALcedo non multo amplior passere est, colore tum cæruleo, tum viridi, tum etiam leuiter purpureo insignis: videlicet non particulatim colore ita distincta, sed ex indiscreto varie refulgens corpore toto, & alis, & collo. rostrum subuiride, longum & tenue. talis species eius est. Nidus marinæ similis pilæ, & ñs, quę à flore maris halosachnę dicantur, sed colore leuiter russo: figura proxima cucurbitis medicinalibus, ñs, quibus collum porrectius est: magnitudo ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ximis amplior ẽ spongię: sunt enim alĳ maiores, alĳ minores. conseptus, stipatusq; vndique est, & crebro tum inani, tum solido cõstat. Renititur ferramẽto acuto; vt vix possit discindi: sed si vna & ferro tundis, & manu collidis, facile perĩde vt flos aridus maris, halosachnam dico, confringitur. Os eius angustum, quoad sit exiguus aditus, vt etiam si vertatur mare, influere nequeat. habet sua mania, proxima cauis spongiarum. Ambigitur ex quanam materia componatur: vẽ tñ è spinis potius acus piscis cõstituti: piscibus.n. alcedo viuit. sed amnes ẽt subit, ascendens longius. Partus huic ouis maxime quinq; consumitur. fœtificat toto suæ ætatis tẽpore. parere nata menses quatuor incipit.

De partu & nidificatione upupæ, pari, atricapillæ, sali, & virentis. Cap. 15.

VPupa nidum potissime è stercore hominis facit. mutat faciem tpe ętatis, & hyemis, sicut cęterarũ quoq; agrestium plurimæ. Parus oua plurima ædit, vt aiunt. Atricapillam ẽt plurima ædere aliqui referunt, sed post Africam struthionem. Iam vel decem & septẽ oua atricapillę reperta sunt: sed plura etiam q̃ viginti parit, & numero impari semp, vt narrant. nidificat ea quoq; in arboribus, & vermiculis alitur. prius huius, & luscinię pter cęteras aues, vt linguę summa acumine careant. Salus vitæ cõmoditate, & partus numero cõmẽdat: sed alterius pedis clauditate cedit. Vireo docilis & ad vitę munera ingeniosus notatur, sed male volat, nec grati coloris est.

Multarũ agrestiũ faciẽ cum anno mutati.

De velia aue, & eius colore & statura. Cap. 61.

VElia cum primis vitę cõmoditate nota est. consistit æstate in vmbra, & aura: hyeme in Sole, & apricis, inspectat paludes ab arundinibus summis. paruo corpore est, sed voce proba, colore etiã pulchro: necnon ingenio valet in vitæ officijs, & speciem præfert decoram. peregrina hæc auis eẽ videtur, quippe q̃ raro nostris locis appareat.

De moribus, & natura cręgis, sittæ, vulturis, cerilnæ, & ligurini. Cap. 17.

CRex moribus pugnacib⁹ est, ingenio valens ad victum, sed cætera infelix. Sunt et ei, quæ fita dicitur, mores pugnaces, sed animus hilaris, concinnus, compos vitæ facilioris. rem maleficã ei tribuũt, quia rerum callet cognitione. prolẽ hęc numerosam, felicęq; progignit. viuit macerię cõtumdes. Vlula nocte vagat, ac pascitur: die raro apparet. colit hæc ẽt saxa & speluncas. victus. n. gemini est. pollet ingenio ac industria in vitæ muneribus. Nouimus auiculã quandã exiguã nomine cerchiam, cui mores audaces, domicilium apud arbores, victus ex cosis, ingeniũ sagax in vitæ officijs, vox clara. Liguritini & vita, & colore ignobiles sunt, sed ualẽt vocis amœnitate.

De tribus ardeolarum generibus, & earũ uita, deq; phoi is natura. Ca. 18.

ARdeolarũ pella difficulter coit, vt dictũ est, sed sagax, et cœnægerula est et opõsa agere interdiu solet. colore tñ est prauo, & aluo humida. Reliquarũ duarum (tria. n. sunt genera) cãdida, colore est pulchro, & coit, & nidulatur, et parit probe. pascitur paludib⁹, lacu, cãpis & pratis. Sed stellaris piger cognominata (in fabula est vt olim è seruo in auẽ trãsierit) atq; vt cognomen sonat, iners, ociosaq; est. talis ardeolarũ vita est. Phoici appellatæ peculiare præ cęteris est, vt oculos potissimũ appetat. inimica est harpę: victus. n. earũ similis est.

De duobus merularũ generibus. Ca. 19.

MErularum duo sunt genera, alterũ nigrum, & vulgare, alterũ cãdidũ: magnitudine quidẽ compari, et voce simili: sed circa Cyllenam Arcadiæ familiare, nec vsquam alibi nascens. Est. n. ex hoc genere quæ similis nigræ sit, sed fusca colore, & magnitudine paulo minor. versari hęc in saxis, et tectis solita est: nec rostrum rutilum, vt merula habet.

De tribus turdorum generibus. Cap. 20.

TVrdorum tria sunt genera, vnum viscivorũ, qd nisi visco arq; resina non vescitur, & magnitudine picæ est. Alterum pilare, qđ sonat acute, & magnitudine merulę est. Tertiũ, quod iliacũ qdã vocant, minimũ ĩter hæc, minusq; maculis distinctũ.

De aue cæruleo nomine, & eius forma. Cap. 21.

NOuimus & saxatilẽ auiculam quãdã, cui nomẽ cæruleo, q̃ maxĩe in Scyro colit, saxa amans, magnitudine minor q̃ merula, maior paulo q̃ fringilla. pede magno est, scanditq; saxa. colore cæruleo, rostro tenui, & longo. crure brevi similiter vt pipo est.

De virtone, et mollicipite auibus. Ca. 22.

VIreo totus viridãs ex obscuro est, hyeme hic non vẽ, sed æstiuo solstitio potissimũ venit in cõspectũ. discedit ex ortu arcturi syderis. magnitudine turturis ẽ. Molliceps eodem in loco semp sibi statuit sedem, atq; ibidem capitur. grãdi, et cartilagineo capite est, magnitudine paulo minor q̃ turdus, ore firmo, paruo, rotundo: colore totus cinereo. depes, & pennis inualẽs est. capitur maxime noctu.

De pardalo, & collurione, deq; auibus cæteris, quæ semper conspicuæ sunt. Cap. 23.

PArdalus ẽt auicula quędã perhibetur, quæ magna ex parte gregatim volat, nec singularem hãc videris. colore tota cinereo est, magnitudine proxima superiori: sed pen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnis, ac pedibus bonis. vocē frequentem, nec grauem emittit. Collurio eisdem, quibus merula vescit. magnitudo eius quoque eadē, quę superioribus est. capitur hyberno potius tempore. Hęc omnia semper apparēt, atq; etiam ea, q̄ i vrbibus solēt præcipue viuere, vt coruus, vt cornix: nam ea quoque semper conspicua sunt, nec loca mutāt, aut latent.

De tribus generibus monedularū. Ca. 24.

H MOnedularum tria sunt genera. vnum, qđ graculus vocatur, magnitudine quanta cornix, rostro rotūdo, rutilo. Alterū lupus cognominatum paruum, & scurra. Tertium, quod familiare Lydiæ, ac Phrigiæ terræ, idemq; palmipes est.

De duobus alaudarū generibus. Cap. 25.

ALaudarum duo sunt genera, alterum terrenum, cristatum, Galerita à crista appellatum: alterum gregale, nec singulare, more alterius, verum colore simile, quanquā magnitudine minus, & galero carens: cibo vero idoneum.

De gallinagine, & sturno, earumq; forma. Cap. 26.

GAllinago dicta per sepes hortorū capitur: magnitudine quāta gallina est, rostro longo, colore attagenæ. currit celeriter, & hominem mire diligit. Sturnus niger, albis distinctus maculis est, magnitudine merulæ.

De ibe, & duobus earum generibus. Cap. 27. K

IBes AEgypti duplici genere distinguuntur: sunt. n. aliæ candidæ, aliæ nigræ. candidæ apud Pelusium tantum non sunt, cum in reliqua tota Aegypto habeant. nigræ cōtra apud Pelusium tantum, in cęteris Aegypto nullæ.

De duobus asionum generibus. Cap. 28.

ASiones alię omnibus anni temporibus parent, et ob eam rem perennes, et semperasiones vocabulo cōpositio appellātur. qui esui nō sunt, propter vitium carnis. Aliqui autumno interdum apparent, nec plus vno, aut altero die immorantur: qui & esui sunt, & valde probantur. differunt hi nullo ferē alio à perennibus illis, nisi corpulentia pinguj, & quod vox his deest, illis nō deest. de generatione eorum, quęnam sit, nihil adhuc exploratū habemus, nisi quod fauonijs flatibus apparent, certū. n. hoc est. M

De cuculi fœtu, et eius prudentia. Ca. 29.

CVculus, vt antea dictū ē, non nidificat, sed in nidis parit alienis, & præcipue in palūbiū, & curucæ, & alaudę, humi atq; ēt in nido luteolæ appellatæ super arborem. parit hic vnum ouum, nec ipse incubat, sed auis in cuius nido peperit, ea incubat, excludit, atque enutrit. quæ, cum ipse alienigena pullus accreuerit, suos ejicere dicitur, ita vt pereant. Alij eos

A eos à genitrice occidi, & dari in cibo cuculi pullo aiunt, videlicet improbatos propter speciē cuculi elegantiorem. Sed quāquā plurima ex ijs vidisse nonnulli confirmant, tamen de pullorum interitu nō conuenit inter omnes. Alij. n. cuculū ipsum repetere nidum, cui suum cuī mandarit, pullosque deuorare nutricis volunt: alij pullum cuculi, quod magnitudine prēstet posse percipere cibum omnem oblatum, atque ita cæteros fame perire autumant: alij ipsum vt fortiorem, cæteros pastus cō fortes occidere, authores sunt. Sed prudenter sanè prolis fuæ procreationem moliri videtur cuculus. cum. n. se ignauū, minimeq; opitulandi potētem nouerit, facit quasi supposititios suos pullos, quò seruari possint. timiditate. n. hæc auis excedit, quippe quæ ab auiculis vellat, & præ metu earum fugiat.

De apodum mdulatione, & caprimulgi forma. Cap. 30.

APodes, quos aliqui cypsellos appellant, similes esse hirundinum, dictū iam est. haud. n. discerni ad hirū dine possunt, nisi qđ ribijs sunt hirsutis. nidum specie cistellæ productæ longius, fictæ ex luto, vno aditu dato arctissimo, faciunt: idque locis angustis intra saxa & specus, vt & belluas deuitare possint, & homines. Quem caprimulgum appellāt, auis montana est, magnitudine paulo maior q̄ merula, minor q̄ cuculus, moribꝰ melior, parit oua duo, aut tria cum plurima. fugit caprarum vbera aduolans, vnde nomē accepit. Cū suxerit, vber extīgui, capramq; exęcari aiunt. Parū clare interdiu videt, sed noctu pspicax est.

De coruorum nidificatione, & fœtu. Cap. 31.

COrui locis arctioribus, et vbi non satis cibi pluribꝰ sit duo, tm̄ incolunt: & suos pullos, cū iam potestas volandi est, primū nido ejiciunt, deinde regione tota expellunt. parit coruus quatuor, & quinque. Tempore, quo apud Pharsala hospites Mediæ periere, corui locis Athenarum, Peloponnesijq; defuerunt, quasi sensum haberent aliquem, quo inter se rerum euenta significarent, & mouerentur.

Cornīpul los e nido, & regione ejicere. E

De sex aquilarum generibus, earumq; nidulatione, & venatione. Cap. 32.

AQuilarum plura sunt genera. vnum, quod Pigargus ab albicāte cauda dicit, ac si albicillā nominet. gaudet hæc planis, et lucis, et oppidis. hinularia à nōnullis vocata cognomine est. mōtes ēt syluāq; suis freta viribus petit. relīq genera raro plana, & lucos adeūt. Alterū genus magnitudine fm, & viribus, Planga, aut clanga nomine, saltus & cōualles, & lacus incolere solitū, cognomine anataria, et morphna à macula pēne, q̄si nguiā dixeris: cuiꝰ Ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præstans & genero sum aqla nũ genus.

G merus etiã meminerat in exitu Priami. Tertium genus colore nigricans, vnde nomẽ accepit, vt Pulla, & fuluia vocetur. magnitudine minima, sed viribus omnium p̃stantissima hæc est. colit montes ac syluas, & leporaria cognominat. vna hæc fœtus suos alit, atq; educit: pnix, cõcinna, polita, apta, strepida, strenua, liberalis, nõ inuida est: modesta ẽt, nec petulans, quippe q̃ nõ clãgat, neq; lippiat, aut murmuret. Quartũ genus Percnopterus ab alarum notis appellatum. capite albicante, corpore maiore, q̃ cæteræ adhuc dictæ hęc est: sed breuioribus alis, cauda lõgiore. vulturis spẽm hęc refert. subaquila, et montana cicognia cognominatur. incolit lucos degener, nec vitijs cæterarũ caret, & bonorum, quæ illę obtinent, expers est: quippe quæ à coruo, cæterisq; id genus alitibus verberetur, fugetur, capiat. grauis est. n. victu iners, exanimata fert corpora. famelica semp ẽ, & q̃rula clamitat, et clãgit. Quintũ genus est, qđ Haliętus, hoc ẽ, marina vocat, ceruice magna et crassa, alis curuãtib⁹, cauda lata. moratur hæc ĩ litorib⁹, & oris. accidit huic sæpius, vt, eũ ferre qđ ceperit nequeat, in gurgitẽ demergatur. Sextũ genus Gnesium, id est verum, germanumq; appellant. vsũ hoc ex omni auium genere esse veri, incorruptiq; ortus creditur. cætera. n. genera, et aquilarum, et accipitrum, & minutarũ etiã auium promiscua, adulterinaq; inuicẽ procreant. Maxima aq̃larum omniũ hæc est, maior ẽt q̃ ossifraga: sed cæteras aquilas vel sesquialtera portione excedit. colore est rufla, cõspectu rara, more eius, q̃ cymindem vocari diximus. Tẽpus aquilę operandi, volandiq; à prandio ad meridianum. mane. n. quiescit vsque dum forum frequens, & prandendum iam sit. Senescentibus aquilis rostrum superius accrescit, incuruaturq; subinde magis magisq;, vt demũ fame intereant. cui rei data est fabula, vt hoc ita accidat aquilæ, qm̃ cum olim hõ esset, hospiti iniuriã intulerit. Cõdunt, reseruantq; ĩ suo in nido, quãtũ cibi pullis superfit. qđ enim die quaque facultas venandi non datur, fit interdum ne quod portent extrinsecus habeant. si quem deprehenderint violantem nidũ, verberant suis alis, & vnguibus laceranț. Nidulantur locis non planis, sed celsis, præcipue quidem arduis saxis, & præcipitibus, sed arboribus etiã. Alunt suos pullos donec potestas volandi fiat: tum nido eos expellunt: post regione, quam ipsi genitores incolunt, tota exterminant. Tenent enim singula aquilarum paria longum tractum: vnde fit, ne vllo pacto vicinos habere patiantur. Venantur locis non suo nido propinquis, sed longe distantibus. Raptationem

H

I

K

L

Aquila & eius natura.

M

A non protinus ferunt, sed, cum corripuerint, & sustulerint, deponunt, experteque iam pondus requiescunt. leporem etiam non statim rapiũt, sed expectãt dum prodeat in plana. nec protinus de alto in terram ruunt, sed paulatim descendunt. quæ ideo faciunt, vt tutiores ab insidijs sint. considunt etiam locis æditioribus, quia difficulter a terra tolluntur. volãt sublimes, vt perquam maxime procul aspiciant. quapropter homines solã auium omnium aquilam esse diuinam perhibent. Omnes profecto, quibus vngues adũci, minime in saxis consistũt, quoniã saxi durities impedimento curuaturæ vnguium est. Venatur aquila lepores, hinulos, vulpes, & reliqua, quæ vincere valeat. Viuit tempore longo, quod diuturnitate nidi eiusdem declarat.

B

De aue quadam Scythica, & eius nidificatione. Cap. 33.

C Scythiæ terræ incola auis est, magnitudie otidis, hoc est auis tardæ, quæ duos, procreat pullos: & quæ peperit oua non incubitu fouet, sed condita in leporina, aut vulpina pelle relinquit, atque ita obuoluta in summa arbore collocat. eumq; a venatione vacat custodit: & si quis scandit, impugnat, & verberat alis, perinde vt aquilę faciunt.

De noctua, cicunia, & ossifraga. Cap. 34

D NOctuæ, cicuniæ, & reliqua, quę interdiu neque unt cernere, noctu venãdo cibum sibi acquirũt. verum non tota nocte id faciunt, sed vespertino, & matutino. Venãtur autem mures, lacertas, verticillos, & eiusmodi alias quasdam bestiolas. Quæ ossifraga appellatur, probe & fœtificat, & viuit. cœnę gerula, & benigna est. nutricat bene & suos pullos, & aquilæ: cum enim illa suos nido ejecerit, hæc recipit eos ac educat. mittit nanq; suos aquila, antequam tempus sit, adhuc parẽtis operam desyderantes, necvolandi adeptos facultatem: quod per inuidiam ita facere credit. natura enim inuida & famelica est, nec copiosa venationis. magnum tamen quid nanciscitur, cum venatur. inuidet igitur suis liberis iam maiusculis, atq; eda ciusculis, & ob eam rem vnguibus secat. Pulli etiam ipsi inter se pugnare incipiunt de sede, ac pastu: itaq; a parente ejiciuntur, & pulsantur. deiecti vociferantur, periclitanturq;. sed ossifraga recipit eos benigne, & tuet, & alit, dum quantum satis sit adolescant. Parum hæc oculis valet: nubecula enim oculos habet læsos. At vero marina illa clarissima oculorum acie est, ac pullos adhuc implumes cogit aduersos intueri Solem. percurit eum, qui recuset, & vertit ad Solem:

E

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G lem: tum cui⁹ oculi prius lachry marint, hunc occidit, reliquum educat. Vagatur hæc per mare, & littora, vnde nomen accepit: viuitq; auium marinarum venatu, vt dictum est. aggreditur singulas. cum emergentem obseruarit, refugit. auis, vt euolans vidit aquilam, metu perculsa se rursus ingurgitat, vt in diuersa prolapsa emergat: sed hæc acie oculorum valens, sedulo aduolat, donec vel strãgulet in humore, vel per summa corripiat, vniH uersas nunquam inuadit: arcent enim frequentes, respergentesq; suis alis repellunt.

Fulicarum aucupatio. Cap. 35.

FVlicæ spuma capiuntur, appetunt enim eam auidius. quocirca spũa insperſa eas venari in vsu est. Caro earũ probi odoris est, excepta parte posteriore vltima, quę sola lituum olet. pinguescunt satis, & esui sunt.

I *De accipitrum generibus numero decem.* Cap. 36.

ACcipitrum genus præcipuum Buteo est, triorcha a numero testium nuncupatus, secũdum Aesalo. tertium Circus. Stellaris autem, palumbarius, & pernix differunt. Appellãtur subbuteones, qui latiores sunt. alĩ percæ, & fringillariĩ vocantur: alĩ leues & rubetariĩ, qui abunde viuunt, atq; humiuolæ sunt. Genera non pauciora quàm decem esse accipitrum, K aliqui prodiderunt: quæ modo quoq; venandi inter se dissidẽt. Alĩ enim columbam humi confidentem rapiunt, volantem nõ appetunt. alĩ super arborẽ, aut tale quid conscendentem venãtur: sin humi est, aut volat, non inuadunt. alĩ neque humi, neque in sublimi manẽtem aggrediuntur, sed volantem capere conantur. Fertur etiam a columbis quodque accipitrum genus cognosci. itaque cum accipiter prouolat, si sublimipeta est, L manent quo constiterint loco: sed, si humipeta, qui prouolat, est, non manent, sed continuo aduolãt. Thraciæ parte, quæ olim Cedropolis vocabatur, homines societate accipitrum per paludes aucupantur. Cum enim ipsi lignis, quæ tenent, arundines, & fruteta mouerunt, quo aues euolarent, accipitres desuper insectantur: quorum metu aues perculsæ terram repetunt: mox homines percutiunt baculis, itaq; capiunt: tum partem earum, quas ceperint, auium accipitribus impartiuntur. Quinetiam apud Mæotidem paludem lupos esse piscatorum familiares aiunt: &, nisi partem suam a piscatoribus acceperint, retia cum in terra expansa resicantur, lacerare. Ratio auium talis est.

De

K *Ingenio marinorum, & fluuiatilium piscium pro ratione commodioris vitæ.* Cap. 37.

SEd in maritimis quoque animantibus permulta intelligi possunt non sine solerti ingenio effici ratione vitæ commodioris. Nam & inuulgata illa de rana, quæ piscatrix cognominata est, & quæ de torpedine, vera omnino, certaq; sunt. Rana enim lris, quæ gemina ante oculos suos dependent, quorum fila capilli speciem referũt, L sed postrema rotundis quibusdam præpilãtur, quasi escæ cauſa additis: his, inquam, vbi locis arenosis, aut fœculentis obturbato solo se absconderit, piscatur, attollens illa sibi pendentia fila. dum enim pisciculi occurrunt, & capita machinamenti pensilis pulsant, ipsa subtrahens fila allicit, donec eos suum in os adducat. Torpedo pisces, quos appetit, afficit ea ipsa, quam suo in corpore cõtinet. facultate torpendi: atq; ita retardos præ stupore capit, & vescitur. abdit se in arena & limo, tum pisces, qui adnatantes obtorpuerint, corripit, quam rem pleriq; conspectam a se retulerunt. Pastinaca etiam seipsam occultat, sed non simili modo. argumentum sicvi uere hos pisces adduci potest, quod sępius habentes in ventre mugilem capiuntur, velocissimum piscem, cum tardissimi ipsi sint. Tum etiam rana, quæ carugrit præpilatus villorum illis capitibus, macilentior capitur. D Torpedinem autem vel homini bus inspirare torporem certum est. Obruunt arena sese & asselli, & raiæ, & passeres, & squatinę. cumq; nullam sui corporis partem intectam reliquerint, verberant radiolis suis foris, quos piscatores virgulas vocant, quas pisciculi cum aspexerint, adnatant quasi ad algas, quibus vesci soliti sunt. Quo in loco anthias sit, Anthias Piscis, sacer vocat⁹ nullam ibi belluam esse confessum est. quo iam indicio secure E spongiatores vrinantur, & sacrum hunc piscem ob eam rem nominant. sed id casu sic euenire dixerim, quomodo & vbi sit limax, neq; sus est, neq; perdix: omnes enim limaces ab his edũtur. Serpens marina colore, & corpore cõgro proxima est, sed obscurior, atq; acrior. hæc, si capta dimittatur foris, in arenam rostro quamprimum adacto terebrat, subitq; tota. est ore acutiore hæc quàm terrestres. Qui Cẽtipeda autem cẽtipeda appellatur, vbi F hamũ deuorarit, euomit foras sua interiora, donec hamum ejiciat: tum recipit itro, ac valet eadẽ, qua ãte, salubritate. appetit⁹ his q̃q; nidorulentorũ vt terrestrib⁹ cẽ. mordẽt nõ ore, sed tactu toti⁹ corpis silr, vt q̃ vrticę vocãtur. Pisces, qvũ pes nũcupãt, eũ se deglutisse hamũ sẽserit, sibi opitulant, vt cẽtipedæ. lõgi⁹ nãq; sese efferẽtes hami lineam abrodũt. capiunt. n. locis nõnullis hamo multiplici, gurgite palto, & flu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G fluctuoso. Quinetiam amiæ, cũ belluam viderint aliquam, colligunt sese: & quæ magnitudine præstant, lustrantes gregem circumuallant: & si qua violatur, defendunt. dentes his validi. & iam cum aliæ bellug, tum lamia aggressa, vulnera accepisse acri⁹ visa est: Fluuiatilium silur⁹ mas plurimum curæ proli impẽdit. fœmina vt peperit abit, sed mas quo in loco plurimus fœtus cõstiterit, perseuerans oua custodit: nec alium præbet vsum, nisi
H vt piscículos ne diripiant fœtũ, arceat: idq; vel ad quadragesimum, & quinquagesimum diẽ facit, donec satis iam aucta soboles se tueri a cæteris piscibus valeat. Prehenditur sæpe a piscatoribus, vbi oua custodit. dum.n. arcet piscículos, quatit, prosilit, & ictum, sonumq; mouet. manet apud oua tam ardente animo, vt cum sæpe a piscatoribus oua, si prælatis gurgitibus subsidunt, educantur, quoad magis fieri potest, in vadum, ipse tamẽ eodem studio fœtum sequatur,
I neq; deserere vnquam patiatur. tunc si minor sit natu, minusq; vsu exercitatus, facile hamo capitur: sed, si peritus, & hamifraga est, morsu dentis sui durissimi rumpit hamum, & fœtum assidue custodit. Omnia vero tũ nantia, tum stabilia, locis eisdẽ, quibus orta sint, aut similibus,
qui pisces maxie incertis sedibus obuersẽt degunt: suus enim quibusq; cibus in ijs est. Vagãtur maxime & oberrant, quæ carnæ alũtur, præter pauca, vt mugilem, salpam, mullum, æricam. Quæ autem pholis appellatur mucorẽ, quem ipsa emittit, sibi obducit, ita vt in eo quasi cubili quiescat. Generis testati, & expedis pecten potissimum plurimumq; se mouet volatu. nam purpura, & eius similia parum admodum progrediuntur. De Euripo Pyrrhæo pisces per hyemem oẽs, excepto gobione, foras enatant propter frigus: locus hic enim frigidior est, sed ineunte vere eodem redeũt. Vacat Euripus scaro, & alosa, & reliquis spinosiorisgeneris omnibus. musteli ẽt, & spinaces in eo mari nequaq; gignuntur: necnon locustæ, polypi, bolitenæ, atq; alia quædã genera. gobionem album Euripi nõ esse pelagium certum est. Vigent pisces ouipari veris tempore, donec pariant: viuipari autumno, atq; etiam mugiles, mulli, & reliqui generis eiusdẽ. Apud Lesbum insulam omnia, tam pelagia, quàm Euripica parere solent in Euripo. coeũt autumno, pariunt vere cartilaginea etiam autumno. Mares cum fœminis circa coitum congregantur: sed vere subeunt Euripum diffluẽta: neq; coniugium reperitur vllum, donec pariant, cum coitus tempore complura ex his sibi adhærentia capiantur. Mollium astutissima sepia est. sola hæc suo vtitur atramento, non modo cum metuit, verumetiã abscondendi causa. Polypus, atq;

K atq; lolligo atramentũ pro metu mittunt, sed accrescit denuo postquam miserunt, vt nunquã copia desit atramenti. cæterum sepia, vt dixi, sæpe vel sine pauore suo vtitur atramento ad se occultandam: &, cum progressa paululum se ostenderit, redit in atramẽtum. venatur etiam suis illis prælongis prærenturis non solum piscículos, sed mugiles ẽt sæpius. Polypus satuus quidem est, cum ad manum demissam hominis accedit: sed prudẽs rei familiaris, cum omnia colligat, & suo in domicilio recõdat: cũq; consumpserit quãtum vtile sit, abigit testas, & cancrorum crustas, & putamina conchularũ, & spinas piscículorum. sui etiã mutatione coloris venatur pisces: trahit.n. sibi colorem similẽ ijs, quibus appropinquarit saxis: quod idem etiam, cum metuerit, facit. Sunt, qui sepiã quoque facere hoc idem autument: colorem nanq; eam sibi contrahere similem loco, in quo versatur, confirmant. Sed piscium sola squatina ita affici solet: mutat enim hęc more polypi suum colorẽ. Genus polyporum magna ex parte biennio viuere non potest: sua enim natura tabi obnoxium est. cuius rei indicium, cũ pressus polypus aliquid subìde humoris emittat, demumq; absumatur torus: quod fœminis a partu potissimum incidit. stupent etiam fœminæ, vt neq; vndis iactatæ sentiant, & manu vtrinantis desacili capiantur. sordescunt etiam, nec præterea assidendo venari possunt. mares vero alueo tumẽt, & in mucorem lentescunt. Indicium ne bimatũ compleant esse videtur, quòd ab ortu eorum, qui æstate fit, ad autumnum non facile grãdem polypum videris, cum paulo ante id tempus prægrandes spectentur. a partu ita senescere, debilitariq; tam marem quàm fœminam ferunt, vt vel a piscículis deuorentur, & facile a suis detrahãtur cubilibus, cum antea nihil tale ijs vsu eueniat. tũ vero paruos, nouellosq; quãuis recẽs natos, tamen nullo eiuſmodi malo affici narrant: quinimo validiores esse quàm grandes confirmant. Sepias etiam bimatu nõ viuere apertum est. Mollium vnus polypus exit in siccum, graditur per asperiora, vitat læuia. validum cum cæteris suis partibus hoc animal sit, collo tamen imbecille, cum præmitur, est. Mollia ita se habent. Conchas tenuiores scabrasq; efficere circũ se velut loricam duram, eamq; eo ampliorẽ, quo ipsæ sunt ampliores, atq; de ea quasi latibulo, aut casula quadam prodire aiunt. Nauta quoq; polypus natura, & vitæ muneribus singularis est. nauigat enim per maris summa elatus. de imo gurgite effert se concha inuersa, vt ascendere possit facilius, & inani scapha enauiget: vbi vero emersit, concham reuertit. habet iter sua bra-

Polypi insidiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G brachia membranulam quandam annexam similem ῆs, quæ digitis inserţ palmipedum aui um continentur: verum illę craſſiuſculæ ſunt, hæc prętenuis eſt, & aranęę ſpeciem imitatur. hac velificat, cum aura inſpirat, cirros pro gubernaculis vtroq; demittit latere. ſi quid meruerit, cõcham protinus mari replet, atq; ita demergit. De generatione, incrementoq; eius conchæ, nihil adhuc exploratũ habeo. videtur tamen non ex coitu gigni, ſed ſpõte, vt cæteræ cõchæ.
H prouenire. nec vero an concha ſolutus viuere poſſit, certum adhuc eſt.

De ingenio inſectorum, et formicæ ſtudio.
Cap. 38.

INſectorum officioſiſſimum, & præ cæteris fere omnibus animalibus genus formicarum, & apum eſt. crabrones item, ac veſpæ, & prope dixerim omnia huius cognata generis. aranei etiam lautiores, &
I ſtrigoſiores ingenioſiores in vitæ muneribus ſunt. Iam formicarum negocia omnibus in prõptu habentur: vtq; eadem ſemita ſemper ambulant, & cibaria recondunt, & cellas promptuarias faciunt, nec interdiu ſolum, ſed etiã noctibus plena Luna laborem exercent, nemo eſt, qui non videat.

De generibus araneorum, eorumq; ſtudio in texendis retibus, & tela conficienda.
Cap. 39.

ARaneorum autẽ, & phalangiorum plura ſunt genera. Mordax, quod in duo diſtinguitur. alterum ſimile ῆs, quæ lupos appellant, eſt, paruum, varium, procax, ſalax. Pulex nuncupatum: alterũ maius, coloris nigri, cruribus prioribus nigris, tardum, & lẽte ambulans, nec viribus valens, neq; ſaliens. Cætera, quæ medicamẽtarũ proponũt, aut nullum, aut certe exilem inferunt morſum. Genus ſecundum, quod lupi nomen accepit, partim exiguum eſt, quod non texit: partim maius, quod aſperam, prauamq; telam apud terram, aut ſepes ordit. bucculis intexere ſolitum primordiis ῖtus poſitis obſeruatur. dũ aliquid in tela offendens commouerit, mox accurrit, vt capiat: partim varium eſt, quod paucam. vilemq; telam ſub arboribus facit. Tertium genus, M quod ſapientiſſimũ. latiſſimũq; omnium eſt. texit enim primũ filis quoquouerſus diſtendens orbem, tum ſtamina ducens, intertio a medio accepto: nec inſcite medium ipſum accipit: deinde ſubtegmina inſerens, atque ſtipãs, cubile, & repoſitorium alibi ſibi cõſtituit: ſed venationem in medio ſui operis obſeruando exercet. Cum enim beſtiola eo inciderit, motu medũ excit⁹ occurrit, deuĩcitq; primum obuolu-

A uens araneis, dum defatiget, infirmamq; faciat: tũ tollit, ac defert. &, ſi forte fame teneẽ, exugit: hæc enim fruitio eius eſt. ſin minus, recondito, quod ceperit, in repoſitorio, repetit venandi negocium, ſed prius conſarcinato, quod per venatum laceſſitũ eſt. ſi quid inter medium, & extrema inciderit, primum ipſe in medium currit, ſde ad id, quod
B inciderit, velut a ſtato initio properat. Si quis telam lacerarit, texere iterum incipit. venatur oriente Sole, aut occidente: quoniam beſtiolæ temporibus his potiſſimum offendãt. Fœmina & texit, & venatur: mas comes fruendi, non laborandi eſt. Araneorum lautiorũ, & telam ſpiſſiorem texentium duo ſunt genera: alterum minus, alterũ maius. quod igitur longioribus eſt cruribus pendens ſubtus obſeruat, ne beſtiolæ præ formidine
C ſibi caueant, ſed incautæ incidãt in partem ſuperiorem: ineptius enim propter ſui corporis magnitudinem eſt. At alterum, qđ moderatius eſt, ſuperne obſeruat, latens in quodam exiguo ſuæ telæ foramine. Aranei, ſtatim cum ęditi ſunt, fila mittunt, non intrinſecus tanquam excrementum, vt Democritus ait, ſed extrinſecus de ſuo corpore veluti corticem, aut more eorũ, quę ſuos villos iaculantur, vt hyſtricis, maiora etiam animalia inuadit, irreritq; ſuis filis. nam & laceratos paruos aggreſſus circun-
D datos, & filis obducit, donec cohibeat: mox adhærens, morſum defigit. hæc ita ſe habent.

De generibus apum, earumq; ſtudio in ædificandis fauis, deq; ſuis herbis, quibus apes alantur.
Cap. 40.

GEnus eſt inſectorũ quoddam, nomine adhuc vacans, quo vno comprehendatur: ſed formam ſuarum partium cognatam omnium re E ferens, videlicet ea, quæ fauos faciunt, vt apes, & reliqua ſimilis formæ inſecta. quorum genera nouem numero ſunt. Sex illa ex his gregalia, apes, reges apum, fuci, qui inter apes degunt, veſpæ annuæ, item crabrones, & teredines. Solitaria vero reliqua tria: ſirenis minor, qui fuſcus totus eſt: ſirenis maior, niger, varius: tertium, quem bombycem vocant, qui maximus inter hæc eſt. Formicæ nihil venantur, ſed F facta ab alῖs colligũt. Aranei nihil conficiũt, neq; recõdũt, ſed cibũ ſolũ venatu ſibi acquirũt. Ex nouem ῆs, q̃ mõ enumerauigñib⁹ apes (nã de cæteris poſt) Apũ cib⁹. nihil venant, ſed ipſæ ſibi cibaria faciũt, atq; recõdũt: mel. n. cib⁹ earũ ẽ. cui⁹rei ĩdiciũ faciũt, cũ apiarῖ eximẽ ſcipiũt fauos. q̃uis. n. ſufflant, vehemẽtq; ex fumo laborẽt, tñ pl⁹ mellis tunc edũt, quã prius. qđ. n. cibi cã ſibi recõdiderint, parci⁹ eo tpib⁹ cæteris vtuntur. ſed habent etiã quo altero cibo alantur: qđ quidam ceragine, alῖ cærcũ vocãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G verum hoc deterius est, & dulcedine prope ficus. congerūt id quoq; vt ceram suis cruribus. Perquam varia in earum operatione, & vita, ratio est. cum enī alueum receperint mūdum, cōstruere incipiunt fauos, deferentes ex floribus, atq; etiam arborum lachrymis, salicis, & vlmi, & reliquarum, quæ glutinum pariunt. his pauimētum quoq; illinunt, ne bestiolæ nocuæ subeant. vocant hoc opus apiarij tectorium imum. Aditus etiam, si H ampliores sunt, fabrica obstruētes coarctant. Effingunt fauos primum, in quibus ipsæ gignantur: deinde ī quibus reges dicti, & fuci. suos certe semper componunt, sed regum, cum fœtus largior est: fucorum autem, cū copia mellis speratur. fauos regum minores faciunt iuxta suos: fucorum iuxta regum minores quām suos. Exordium operis a tecto aluei, textusq; ad pauimentum perpetuo stabilimēto agitur, pluresq; ad pauimen- I tum telæ deducuntur. cellæ autem & mellariæ, & sobolariæ geminæ omnes sunt: vno enim eodemq; intersepto duæ sibi iūguntur cellę, modo poculi gemini: altera intus, altera foris. compages, qua parietibus faui adhęrent, arctiores, & melle vacuæ relinquuntur, gemino aut tripli ci versu: pleniores enim sunt faui, quibus plus ceræ obducitur. pars aditus aluei prior illita est ex commosse: sic enim vocāt, qd' velut excrementum, purgamen K tumq; ceræ est, bene nigrum, acrisq; odoris. medentur hoc plagis, & huiusce modi suppurationibus. proximum ab eo tectorium picatus cereus præbet. leuis id quām commosis medicamētum est. Sunt qui fucos, & per se fingere fauos eodem in alueo, & cum apibus negocium conficiendi faui partiri dicant: verū mellificandi nullam habere facultatem, sed vesci tum eos, tum eorum pullos melle, quod apes fecerint. manent fuci magna tē- L poris parte intus, cumq; exeūt, efferunt sese susum in sublime, gyroq; volitant, & quasi exercitum faciunt: quod vbi satis iam fecerint, redeūt domum, & epulis perfruuntur. Reges nūquam prodeunt foras, vel vt pascātur, vel alia causa, nisi vniuersa cum plebe. & si, cum pergunt, rex ipse forte aberrarit, omnes inquirere, odoratuq; sagaci persequi, donec inueniant, accepimus. gestari etiam eum a plebe, cū vo- M lare non potest. & si perierit, omnes discedere: vel si aliquandiu mānserint, fauos quidem cōficere: sed mel nullum: nec fieri posse, quin breui omnes discedant. Ceram apes perreptando flores capiūt, priorum acumine pedum: mox priores in medios abstergunt, & medios in blæsa posteriorum, atq; ita onustæ discedunt: & quidem grauari, prę micq; onere cernuntur, quoties redeunt. Mox apibus, ne florum

A plura genera petant vno eodēq; profectu, sed singulis singula. verbi gratia a viola ad violam aduolant, nec aliud attingunt, quousq; suum in alueum redeant. hic sequatiunt, & singulas, tres, aut quatuor sequuntur. sed quid accipiant haud facile videris: nec vero quemadmodū operantur visum adhuc est. Ceræ congestio notari potuit in oleis, cum diutius in eadem morētur, propter frondem eius arboris spissiorem. B Post hæc fœtificare incipiūt: nec prohibet quicquā quo minus eadem in cella sint, & pulli, & mel, & fuci. Gigni fucos seorsum dicitur, si dux viuit: sed, si obijt, in apum loculamentis oriri ex ipsis apibus, atque hos fieri animosiores, quocirca aculeatos vocari, quanuis aculeo careant: animo nāq; feriendi, non potestate nomen hoc meruerunt. Sunt loculi ipsi fucorum ampliores, & finguntur seorsum quoq; per se faui fucorū: C sed magna ex parte fauis apum inferuntur, quapropter secādū est. Genera apū plura, vt dixi. Duo principum: alterū rusum, quod præstantius est: alterum nigrum, magisq; variū, duplo amplius ape vtili. Tertium genus quod optimum, breue hoc, in rotunditatem compactile, & varium est. Quartum longum, crabronibus simile. Præterea quod fur appellatur, nigrum hoc, aluoq; ampliore est: quinetiam fucus, qui omnium maximus est, sed sine aculeo, & ignauus. Dif- D ferunt inter se apes parentibus natæ vrbanis, & quæ rustico, montanoq; victu educatis prodierunt: sunt enim hæ syluestres horridiores aspectu, & iracundiores. & minores: sed opere, ac labore præstātiores. Genus frugi fauos suos æquabiles construit, supernumq; totum operimētum politum apponit, & ad singulos vsus fauum singulatim effingit, videlicet partem aliam ad mella, aliam ad prolem, aliā ad fucos accommodatam, q; si acciderit, vt eodem in fauo omnia hæc recipiantur, loculus al- E ter deinceps disposítus habetur inanis. At vero illę porrectiores fauos inæquales conficiunt, & operimentum retumidum, perī de vt crabrones, imponunt: fœtum etiam, & reliqua sine ordine statuunt. duces improbi ex his oriuntur, & copia tum fucorum, tum etiam eorum, quos fures vocant: sed mellis aut nihil, aut admodum parum opera earum conficitur. Incubant apes suis fauis, & concoquunt. quod F nisi fecerint, vitiari ex aranea fauos aiunt. q; si de cætero se continere potuerint, vt in cubitu perseuerent, partus quasi abort⁹ fit: sin minus, toti pereunt faui. Gignuntur in ijs, quæ vitiātur, vermiculi, qui mox pennis subnatis euolant. Curant etiam apes, vt faui erecti stent. q; si qui corruerint, erigunt, & pilis sulciunt fornicatis, vt subire possint. Cū

G enim via, qua accedant, non datur, cessant incubitu: vnde fit, vt faui araneentur. Furis, & fuci nullum est munus, sed cæteris, quibus cum viuunt, iniuriam faciunt, non tamen impune semper: nam deprehēsi interdum a bonis apibus occiduntur. Enecant nimirum ipsę etiam duces, qui plures quàm satis sit habeātur: & potissimum improbos, ne principum multitudo seditiones in examine faciat. necāt præcipue, cum non ampla sobolis
H copia extitit, nec habent tāquā coloniam mittant. fauos etiam regum eo tempore, si parati sūt, diruunt: vtpote cum desint, qui bus mittendis duces ipsi præficiantur. necnon fauos tollunt fucorum, si mellis penuriam conijectantur, nec aluei annona superioris anni abundant. & apiariū eximentem de melle tunc præcipue impugnant, ac præsentes fucos expellunt: & quidem sæpe visuntur foris in alueo residētes exules. Flagrāt odio breues
I contra longas, easq; alueis pelle reconantur: qua in pugna si illę vicerint, optimum ita fore examen putatur: sed, si hæ solæ remanserint, ocioſæ viuunt, & nihil boni integre faciunt. pereūt etiam ipsæ, antequam autumnꝰ fit. Studēt bonæ apes quoad fieri potest. ne quam intra alueum interimant: & si qua irrierit intus, statim foras cadauer educunt. Qui autem fures vocātur, & suos inuicem fauos offendūt, & alienos, si latuerint, subeunt: K sed si capiantur, capite puniunt, nec facile aut latere, aut a fuge re possunt. sunt enim in quoq; aditu custodes: & fur ipse, si quā furripere ingressū potuerit, adeo in satietatem repletur, vt nequeat euolare, sed ante alueum voluterur. itaq; fuga perquā difficilis est. Reges nunquam foris visuntur, nisi cum migratur: & tunc ita, vt reliquæ omnes circa ipsum principem suum glomerentur. Cum vero migrandum est, vox solitaria, & peculiaris L Examen migrans vocat ad se apes publ. quædam aliquot ante diebus in tus mittit: & biduo, aut triduo paucæ circumalueum volāt. an rex etiam inter eas sit, nondum exploratum habemus, quontā difficile cognitu est. Collectæ iā auolant, & per singulos reges diuiduntur. &, si forte paucæ prope multas consistunt, concedūt paucę ipsæ ad plures, ac regem, quem reliquerint. si sequatur, interimunt. discessus, & migratio ita agitur. Singulis autem mune M ribus se distribuunt, vt aliæ flores conuehant, aliæ extruāt, alię poliant fauos, & dirigant. Aquā tunc portant, cum prolem nutriunt. Carnem nullius animalis tāgunt, nec obsonium appetūt. Nullum his tempus certum, cō suetumq; est, quo operati incipiant: sed, si cibarijs non carent, beneq; degunt, æstiuo potissimum tempore opus aggredium tur, & quandiu serenum sit, assi due operantur. Nouellæ etiam tertio

A tertio quàm prodierint die, statim negocium ineūt, si cibus nō suppetit. Cumq; incubāt, digrediuntur nōnullæ ad pastum, sed breui redeūt. Proles felicis examinis quadraginta diebus intermittitur, tātummodo a bruma. cum satis iam concreuisse pullitiem senserint, cibo appositio de relinquunt: ipsa vero cum datur facultas, rupto operculo exit. Bestiolas, quæ in alueis nascuntur, & fauis officiunt, apis notæ
B melioris tollunt, & rem familiarem tuentur: sed alteræ pro suo vitio negligunt, & perire patiū tur. Cum autē fauos apiarij eximunt, cibi tantum relinquunt, quātum per hyemem sufficiat. quod si satis sit, seruatur examē: sin minus, vel moritur ibidem, si ne discedat, hyems obstat: vel deserit sedem, si serenum nanciscitur. Mel apibus tum æstate, tū hyeme in cibo est: sed recondūt alterum quoq; cibarij genꝰ, cui duritiei cerę proxima, quod sandaracha nonnulli appellant. Inferunt iniuriam apibus maxime vespæ, & auiculæ, quas paros vocant, atq; etiam hirundo, & merops, qui apiaster est: tum vero ranæ lutariæ eas, vbi ad aquam accesserint, rapiunt. quāobrem eas apiarij per paludes, & stagna, vnde apes aquantur, venari solent: & vesparum latibula, & hirundinum, ac merops nidos propinquos alueis tollunt. Nullum animal nisi sui generis apes fugiunt: præliantur enim inter se, & cum vespis. sed, D cum ruri sunt, nec sibi inuicem, neq; vllis alijs iniurianturat vero apud suos alueos pugnant acerrime, & hostes, quos vicerit, enecant. Intereunt quę percusserint: quoniam sine intestini eruptiōe aculeus eximi nō potest. sæpius enim euadunt, si qui icta est curam adhibet, vt aculeus infixus iunctus cum aluo extīgua tur, alioqui apis interit. Necant vel maxima animalia ictu sui aculei. Iam equus occisus ab apibus est: sed principes minime ir E ritantur, & feriunt. Efferunt foras apes vita in alueo defunctas, & cætera. Mundissimum otium hoc animal est. quamobrem sæpenumero cum alui necessitas est, auolant, & in secessu reddūt excrementum, quoniam male oleat. oderunt non solum fœdos odores, sed etiam vnguētorum delitias. ex quo fit, vt homines his delibutos percutiant. Pereūt apes tum alijs casibus, tum vero cum multi principes orti, partē F quisq; secum, quo libuit, abducat. Rubeta etiā apes interimit: Mūdities singularis apum. subiēs enim aditus aluei, afflat, & obseruans rapit euolantes. nullo hæc affici malo ab apibus potest, sed ab apiario facile interimitur. Genus autem apum, quod improbum esse, ac fauos fingere asperos diximus, nouellis maxime tribuunt apiarij nōnulli: peccareq; ita per imperitiam eas arbitrantur: nouellę autem sunt anniculæ oēs, quarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

G examen quotannis auolare solitum est. Nec vero nouellæ ipsæ perinde ac veteranæ pungunt, cum copia mellis non suppetit. Apiarij fucos depellunt: & sic9, ac reliqua id genus dulcia in cibo apponunt. Apum seniores intus operantur, hirtioresq; minoræ domesticæ ratione sunt. Adolescentes foris negocium exercēt, & ea, quæ res exigit, portant, le uioresq; sunt labore hirsutiæ detrita, fucos etiam ipsæ iterimūt, quoties non satis loci operibus
H est: tenet enim alui locum peni tiorem. Cum morbo examen quoddam laboraret, agmen pe regrinum inuasit, & pugna con serta, adeptaq; victoria, mella diripiebat. quod cum apiarius prosterneret, victum examen statim egressū vlciscebatur, nec hoīem ipm vllo pacto petebat. Morbo examina valentiora po tissimum infestantur clero (sic enim vocant vermiculos, qui in pauimento nascūtur) è quibus crescentibus velut aranea alueo
I toti obducitur, & faui carie percunt. Alterum morbi genꝰ, quasi ocium quoddam, & veternitas apum incidit cum fœdo al-
Quod genꝰ ab apibus gratissimum. uei odore. Pastus gratissimus apibus thymum est: sed rubido albidum præfertur: locus ęstate non feruidus, hyeme tepidus. ęgrotant eo potissimum tempore, cum per gruginosam materiem operantur. Quoties vero flatu vehementi iactantur, lapillū gestant, quo se quasi fulcro, & fundamine quodam stabiliant K contra flatum. Bibunt, si fluuius sit propinquus, non aliūde quā ex eo, posito onere: sin minus, aliunde humore hausto pergunt ire ad mel euomendum, confestimq; negocium repetunt. Mel lis conficiendi tēpora duo sunt, ver, atq; autumnus: sed vernum suauius, candidius, omnino præstantius autumnali est, cōficitur profecto melius ex noua cera, nouellisq; stirpibus. rufum vero, atq; deformius fauivitio red L ditur, quippe quod perinde vt vinum a vase vitietur. quapropter coquendū id, resiccandūq; est. cum autem ex thymo florente faui replentur, sit ita, vt minꝰ vel coeat & duretur. probatur cui ex aureolo color. quod autē albicat, non è syncero thymo cōfectū ē: sed id oculis, & viceribus commodius applicatur. Mellis exilior pars fluitat, quæ eximenda est: pura & vero vali da subsidit. conficiunt ceram, cū stirpes florerit, quamobrem exi M menda per id tempus cera deal ueo est: continuo enim reparatur. Hæc sunt vnde accipiunt, thymus, fusus agrestis, sertula campana, albucū, myrtus, phleus, vitex, genista. Cū ex thymo conficiunt, aquam admiscent, antequam fauus occupetur. Egerunt alui excrementa omnes, aut volantes, vt dictum est, aut certa in parte faui. minores officiosiores maioribus sunt, vt dixi, pēnæ his detritę, color niger, dor-

A dorsum repandum: illæ nitidæ, venustęq; sunt more ociosarum mulierum. Gaudere etiam plausu, atq; sonitu apes videtur: qua propter tinnitu ęris, aut fictilis conuocari eas in alueum aiunt. quanquam incertum est, an audiant, & voluptate ne, an formidine ita faciant. quin & socias ociosas, ac desides, aut minꝰ parcas pellere in more apibus est. Partiuntur inter se opera, vt ante dixi, & aliæ fauos conficiunt, aliæ mella, aliæ erythacam: &
B aliæ fauos expoliunt, aliæ aquā important ad cellas, & mella tē perant, aliæ munus extrarium subeūt. Tempore maturino omnes silent, donec vna gemino, aut triplici bombo excitet omnes: tum vniuersæ ad opus prouolant, cumq; redierīt, primum item tumultuāt, paulatimq; minus subinde strepunt, dum vna circumuolitando susurret, quasi dormiendum præcipiat: tum
Signa valetudinis. C repente omnes conticescunt. Dignoscitur examen valere susurri frequentia, & exeundi, ingrediendiq; vertiginosa agitatione: tunc enim nouellæ operantur. Esuriūt ab hyeme potissimum, cum opus incipiunt. Reddūtur ociosiores, si in eximendis fauis plus mellis relinquatur: itaq; p examinis numero relinquendū est. Agunt etiam anxius, si plus demeratur, quām vt residuum cibo sufficiat. atq; etiam si alueꝰ iusto amplior sit, desidiosiores redduntur: ægrius enim, quasi desperēt, operi incumbunt. Ca- D
Quo pacto fauos collocent. strantur faui singulis sextarijs, aut ternis semisextarijs: sed si exuberant, binis sextarijs castrari, aut quinis semisextarijs possūt, pauci ternis sextarijs. Impugnā Infestæ apibꝰ vespæ quō capiē dæ. tur apes a vespis, vt ante dixi: quamobrem apiarij eas venantur, cōstituta olla, & carne in ea posita: vbi enim multæ iam ad carnem accesserint, appositō operculo super ignem ollam ponūt. fuci autem, si pauci adsunt, iuuant: reddunt enim apes in opere solicitiores. Præsagiūt apes E & hyemem, & imbres. cuius rei indicium est, cꝭ non auolāt, sed sereno adhuc in alueo volutantur, quo apiarij hyemem expectant. cum vero mutuo inter se annexu alia ex alia dependet in alueo, indicium deserendi cubilis est. quod ne eueniat, apiarij alueis afflāt ex vino dulci. Expedit consuisse apud aluearia pyros, sabas, medicam herbā, suriam, eruiliam, myrtum, papauer, serpyllum, amygdalam. Cognoscunt suas apiarij nōnul- F li, farina in prato respersa. Minꝰ apes fœtificant, si ver serotinum sit, aut squalor, aut rubigo inciderit. Ratio apum ad hunc modum est.

De duobus vespārum generibus. & earum studio in fauis construendis.

Cap. 41.

VEsparum duo sunt genera: alterum ferum, quod rarum est, nascens in mōtibus, & pariens non sub terra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sed in quereu, specie grandius, porrectius, nigri⁹. varium etiã, aculeatumq; est, & robustius, ictuq; acerbius, quam alterum est: aculeo enim maiori quàm ex proportione sui corporis spiculatur. viuit hoc toto anno: & quidem tẽpore hyberno, quærcu cẽsa euolare spectatur. exigit hyemem in latebra, & semper in macerie diuersatur. sunt eius aliæ matrices. aliæ operariæ, vt & in altero genere, quod placidius est. Quæ autem sit natura
H operariæ, ac matricis in eo ipso placidiore genere percipi facili⁹ potest. sunt enim huius quoque duo genera, alterũ duces, quas matrices appellant, alterum operariæ. maiores, mitioresq; duces sunt. Aetas operariarum annum non complet, sed omnes hyeme inualescente moriũtur. quod ea re constat, quia hyeme incipiente stupescant: bruma autem nullæ omnino appareant: duces vero, qui matrices vocantur, tota hyeme visuntur, atque
I sub terra latitant. plerique enim, cum per hyemem ararent, aut foderent, matrices viderunt, operarias nemo. ortus talis vesparum est. Duces, vbi iam locum sibi opportunum delegerunt, fauos opere æstiuo confingunt, & vespera, cellulas dico, cõstituũt quaternis foriculis, aut prope, i quibus vespæ, non matrices nascuntur. quæ, cum increuerint, rursus altera ampliora effingũt. quorum item proles cum creuerit, alia faciunt, ita vt postremo K autũno plurima, amplissimaq; vespera condita habeantur. in quibus dux, quæ matrix vocata est, nõ insuper vespas, sed matrices iam procreat: quæ quidẽ superne per summa vesperi vermium specie multo grãdiorum gignuntur, in cellulis continuatis quatuor numero, aut paulo pluribus. alioqui increscendi ratio dulcibus eadem, quæ vespis est. Sed, cum vespæ operariæ suis affuerint, nõ præterea duces operantur, sed operariæ ipsæ cibum suis ducibus subministrãt. L quod ea re constat, quia duces non item euolant, sed intra tecta quiescunt. Cæterum vtrum duces anni superioris, nouellis iam procreatis ducibus, interimantur a vespis nouellis, idq; simili modo eueniat, an plus etiam tẽporis possint viuere, nõdum exploratum est. nec vero senectutem matricis, & vesparum generis feri, aut aliquem huiusmodi affectum annotare adhuc quis- M quam potuit. Est autem matrix latior, ponderosior, crassior, & maior quàm vespa: volatuq; haud plurimum valet. præ pondere enim sui corporis volare longius nequit. quo fit, vt semper i vesparijs sedeant effingentes fauos, & munere fungentes cellario. insunt porro matrices nõnullæ in vesparijs plurimis: sed aculeatę sint, nec ne, ambigitur. videntur tamen & ipsæ, vt apũ duces, gerere quidem aculeum, sed

A sed non extrigere, aut ferire. Vesparum autem aliæ carent aculeo, vt fuci: aliæ habẽt. minores, imbecilliores q; sunt, quæ carẽt, neq; repugnant: contra, quæ habent. maiores, robustæ, atq; pugnaces, quas nonnulli mares appellant: fœminas vero eas, quæ carẽt. Pleræq; ex ijs, quæ aculeũ gerunt, amittere eum putantur hyeme instante: sed hoc ex nemine, qui vidisset, accepimus.
Vespæ temporib⁹ siccis, locisq; B asperis potius oriuntur. ort⁹ sub terra agitur. fingunt suos fauos ex congerie, ac terra: & ab eodẽ primordio quasi stirpe vnumquenq; ædificant. cibum vel ex floribus quibusdam, & fructib⁹ petunt: sed quamplurimum ex carne. coire nonnullæ etiam ex cæteris visæ sunt: sed an ambæ aculeo careant, aut habeant, vel altera habeat, altera careat, nondum exploratum est. Ferarum etiam nõnullæ coire visæ sunt,
C & alteram gerere aculeũ constitit, sed de altera incertum est. fœtus non partu prouenire videt: statim enim auctior, quàm partus vespæ patiatur existit. Si vespam ex pedibus ceperis, bombilareq; fueris, aduolant quę aculeo carent: quod non faciunt quę aculeatę sunt. itaq; argumẽto quidam hoc vtuntur, vt alteræ mares sint, alteræ fœminæ. Capiuntur hyberno tempore i speluncis & quæ aculeũ habẽt, & quæ carent. condunt aliæ sua vesparia pauca, & exigua: aliæ plura, & ampliora. Capitur ma D gna matricum pars a solstitio apud vlmos: colligunt enim hinc lentam, & gũmosam materiã. prodiere locis quibusdam matrices ortu admodum numeroso, cum superiori anno vesparũ, atq; imbrium copia præcelluisset. capiuntur per præcipitia, & terræ rimas, præruptaq; directiora: omnesq; visuntur aculeum gerere. talis vesparum ratio est.

De crabronibus, victuq; eorum, & alueis
Cap. 42.

E Crabrones nõ floribus, vt apes, sed carne magna ex parte viuunt. vnde fit, vt versari vel i stercore sæpe soleãt. venantur etiam muscas maiusculas, quas vbi ceperit, abscisso capite, reliquũ corpus gestantes auolant. sed pomum etiam dulce appetunt. cibus his talis est. Duces more apũ, vesparumq; habent, qui proportione ad crabrones maiores, quàm vesparũ ad vespas, & apũ ad apes sunt. degunt hi quoq; intus, vt vespa- F rum duces. Faciunt sibi alueum sub terra crabrões, terra egesta: & vt formicæ excauant. missio. n. vt apũ, nulla vel eorũ, vel vesparum fieri solet. sed qui subinde oriantur nouelli ibidem manent, & alueum terra egesta faciunt ampliorem: amplificant maiorẽ i modũ, & iã ex valẽtiore quodã examĩe qualli tres, & q̃tuor fauorũ pleni excepti sũt. Nec vero cibũ ritu apũ sibi recõdũt, sed iciuni latẽt p hyemẽ,

G quo tempore plurimi moriunt: an etiam omnes, nondum certū est. Duces non plures vno flugulis eorum examinibus oriūtur, vt inter apes gignuntur plures, qui examina distrahunt. Sed, si qui crabrones suo alueo aberrarint, colligunt se ad aliquam arborem, fauosq; ibi conficiunt, qui vel sæpe conspicui apparēt: in quibus vnum procreant ducem, qui, cum adoleuerit, agmē adducit, & secum in alueo collocat. De coitu crabronum nihil adhuc exploratum habeo, nec vnde fœtificent. Sed, cum in genere apum careant aculeo & fuci, & reges, atq; ēt vesparū nonnullę inaculeatæ sint, vt ań dixi, crabrones oēs armari aculeo vidēt. Sed de eorū duce cōsyderādū accuratiꝰ ē, an aculeū habeat

H Crabrōes oēs aculeo armati.

De genere bombycum, & teredinum, earumq; fœtibus. Cap. 43.

BOmbyces sub saxis apud ipsam terram fœtificant, binis aut paulo pluribus cellulis. mellis etiam praui cuiusdam inchoatio in his reperitur.

I

Teredo. Teredo non absimilis crabronibus est, sed varia, & latitudine proxima apibus. cupediosa hęc est, & ad culinam, & pisces, & huiusce modi delicias singularis aduolat. fœtum sub terra ædit, vt vespæ. multiplex huiꝰ quoq; teredinariū est, & longe amplioꝰ quàm vespæ, atq; porrectius. Muneris, vitæq; ratio apum, vesparum, & reliquorum generis eiusdem ad hunc modum est.

K *Mores animantium differre, & mansuetudine, & feritate: deq; leonum generibus, & natura, & lupis ceruarijs. Cap. 44.*

CAeterum in moribus animantium, vt dictum iam est, percipi differentias licet, præcipue quidem ad fortitudinem, & timiditatem, sed ad mansuetudinem quoque, & feritatem etiam in ipso syluestrium genere. Leo enim, quamuis in edendo ferocissimus sit, tamen pastus, & fame iam vacans, facilis, mitisq; maiorem in modum est. nihil hic suspicatur, nullius suspiciosus est, festiuus, ludibundus, beneuolus admodum suis cum socijs, & familiaribus est. In venatu dum cernitur nunquam fugit, aut metuit, sed etiam, si venantium multitudine cedere cogitur, sensim pedatimq; discedit, crebro subsistens, atque respectans. nactus vero opaca, fuga, qua maxime potest, velocissimo se subtrahit, donec in aperta deueniat, tum rursus lente incedit. Sed, si quando locis nudis, atq; patentibus cogitur fugam apertę arripere, currit contentus, nec salit, cursusq; eius continēs, vt canum intendit: cum tamen ipse insectatur, vbi iam propinquarit, insilit. Vera etiam illa de eo narrantur, ignem præcipue formidare, vt Homerus quoque testatur, cum dicat,

Ardentesq; faces, quas, quamuis

L

Robur leonis.

M

A uis sæuiat, horret: & percussorem agnoscere, atq; ex obseruato inuadere. Siquis ēt non percusserit, sed infestet, hunc, si ceperit, nō vnguibus lacerat, nec vlla iniuria afficit, sed quatit solū: atq; vbi ita perterruit, dimittit. Adeunt vrbes, & iniurią hominibus inferunt, potissimum tēpore suæ senecturis: tunc. n. p corporis imbecillitatē, & dentiū defectionē venari nequeūt.

B Viuere annos multos putātur. & quidem qui captus est claudus, dentes cōplures fractos habebat: quo argumēto quidam longā esse leonū ętatē existimarūt. haud. n. hoc accidere nisi lōgo tēpore potuisse. Leonū duo sunt genera, quorum alterū breuius, erispioreq; pilo, qđ ignauius est: alterum lōgius, piloq; pbiore, quod generosius est. fugiunt interdum leones demissa inter crura cauda, vt canes. Iam visus est leo, qui cum suem aggrederet, vt setis horrentē aspexit, fugeret. Infirmus parte iliū

C est contra ictus, sed reliquo corpore multas patitur plagas, & capite validissimo est. Quęcūq; vel momorderit, vel vnguibus lacerarit, sanies pallens admodū de his vlceribus effluit, etiā per fascias, atq; spongias, nec reprimi vllo pacto potest. curant eodem modo, quo morsus cani vlcera. Thoes ēt, quos lupos ceruarios diximus, hominē diligunt, & neq; offendūt, neq; mutuunt valde. pugnāt cū canibꝰ,

Duo leonū genera.

Thoes lupi ceruarij.

& leonibus: quo fit ne eodē in K loco sint ceruarij & leones. optimi ceruarij, qui minores sunt. genera huiꝰ alij duo, alij tria statuunt. plura ijs esse nō videtur. Sed vt piscium, auiū, quadrupedum genera aliqua, ita ceruarij quoq; per tempora immutantē: & colorem diuersum hyeme, æstateue trahūt: atq; æstate nudi, hyeme hirti redduntur.

De natura, specie et partu bonasi. Ca. 45.

BOnasus gignitur in terra Pæonia, monte Messapo, qui Pæoniæ & Mediæ ter E ræ collimitiū est, & Monapios à Pæonibus appellatur, magnitudine tauri, sed corpore cōpacto hoc latiore: breuior. n. & latera auctior est. Tergus distentum eius locum septē accubantium occupat. Cætera, forma bouis similis est, nisi qđ ceruix iubata armorū tenꝰ, vt equi est, sed villo molliore, cōpositiore. color pili totiꝰ corporis, flauus, iuba plixa, & ad oculos vsq; demissa, & frequens colore inter cinereum & rufum, nō F qualis equorū, quos partos vocant, est, sed villo supra squallidiore, subter lanario. nigri, aut admodū rufi nulli sunt. vocē similē boui emittunt. cornua adūca in se flexa, & pugnæ inutilia gerunt, magnitudine palmari, aut paulo maiora, amplitudine non multo arctiore, cōpacta vt singula semisextarium capiāt, nigritie proba. antiæ ad oculos vsq; demissæ, ita vt in latus potius q̄

ante

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ante pendeant. caret superiore dēciū ordine, vt bos, & reliqua cornigera omnia. crura hirsuta, atq; bisulca habet: caudam minorē, q̄ pro sui corporis magnitudine, similē bubulæ. excitat pulueręm, & fodit, vt taurus. tergore contra ictus prēualido est. Carnem habet gustu suauem: quāobrem in vsu venandi est. Cū percussus est, fugit: nisi defatigatus, nusquā consistit, repugnat calcitrans, & proluuiē alui vel ad quatuor passus proiiciēs: H quo præsidio facile vtit, et plerunq; ita adurit, vt pili insectantium canum absumanť. sed tūc ea vis ē in fimo, cūm bellua excitatur, & meruinnā, si quiescit, nihil vrere pōt. talis natura, & species huius animalis est. Tempore patiendi vniuersi in montibus eituntur. Sed priusquam fœtum ędant, excremento alui circiter eum locum, in quo pariunt, se quasi vallo circundant, & muniunt. largam.n. quandā eius excremēti copiam hæc bellua egerit. I

De ingenio, et sagacitate elephāti. Ca. 46

ELephantus omnium ferarū mitissimus, & placidissimus est: q̄ppe qui p̄ multa officia & erudiatur, & intelligat: qñ ēt regem adorare condiscit. valet sensu, & reliqua sagacitate ingenñ excellit, quam impleuerit coitu, eā rursus nō tangit. Viuere elephātos mares alñ annos ducentos, alñ centū & viginti aiunt: fœminas ēt ferē totidē: sed florere ętate circa sexagesimum narrāt. hyemis, ac frigoris impatiēs hoc animal esse dr. amat amnes, & quanquam nō fluuiatile sit, tñ riparium dici pōt. incedit ēt per aquā, et eatenus mergitur, quatenus eius promuscis superat. reflat.n. per eam, & spiritum accipit, & reddit. sed natare satis pondere sui corporis non potest. K

Elephātorū vita lōga.

Camelum matrem nunquam supervenire, deq; prudentia equi regis Scythārum. Cap. 47.

CAmeli, matres nunquam L supervenīūt suas: sed etiā si quis cogat, ipsi nō patiuntur. Iam cum aliquādo admissarius non haberetur, curator pullū matri operę admisit. qui dum coiret, delapso operimento agnouit matrem, et quāuis coitū absoluerit, memor tñ commissi sceleris, paulo post camelarium illū morsu defixo interemit. Ferunt ēt regi Scythārum fuisse equā egregiā, ex qua mares generosi omnes gignerēM tur. quorum vnum, qui prēstantior haberetur, cūm vt ex matre procrearet, placeret, admissum omnino recusasse. opertam deinde latuisse matrem, vt imprudens superueniret. verum vbi â concubitu faciem matris detectam agnouerat, fugam properasse, atq; seipsum acriū prēcipitem interemisse.

Quāquam et equæ recusant masculū.

De mansuetudine, amore, & celeritate delphinorum. Cap. 48.

IN marino etiā genere plurima de delphinis narrantē indicia morum placidorū ac mitium: amores quoq; in pueros, & affectus libidinis, cū circa Tarētum, & Cariā, tum etiā locis alīs referunt. Fertur ēt delphino apud Cariam capto atq; faucio, ingētem reliquorū multitudinē conuenisse ad portum, immoratāq; donec piscator dimiserit eum, quē ceperat, tū B oēs simul recepto captiuo reddīsse. paruos itē delphinos magnus aliquis semper comitatur custodię causa. Iam conspectus est delphinorum grex, maiorū, & minorum promiscuus, post quem duo quidam paulo post viderentur delphinulum defunctum labētem in imum subire, & in summa pelagi dorso euehere, quasi miserantes, ne ab aliqua bellua deuoraretur. Quinetiā de velocitate huius animalis mira, & incredibilia quædā C accepimus. omniū.n. velocissimum esse creditur animalium tum aquatilium, tū terrestriū. supersiliunt ēt malos nauigiorū maiorum: qđ tunc potissimum euenit, cum aliquem insectātur piscem, quem deuorent. tunc.n. si quem impetunt lōgius fugit, ad ima gurgitum persequuntur pp̄ famis necessitatem. quod redditus longior sit, retinent sese, quasi spatium cogitantes, conuersiq; ferūtur perinde ac sagitta pernices, vt celeritate opportuna lōgo transmisso itinere ad locum spirandi deueniant. quo impetu fit, vt se eiaculentur in aerem, & supersiliant malos nauigiorum, quæ forte affuerint. Hoc idem vrinatores faciunt, cum se in profundū dimiserīt: pro viribus.n. conuersi enixius efferuntur, vt spirent. degunt coniugatim mares cum fœminis. Quæritur quamobrem in terram erumpant. hoc enim interdū eos facere incerta de causa dicitur. D E

De his animalibus, quæ pro actionibus afficiuntur, moribusq; immutantur. Cap. 49.

SEd vt quędą animalia pro suis affectibus agere, sic p̄ suis quoque actionibus affici, immutariq; moribus solēt. partes etiam corporis nonnullę sæpenumero ratione agendi immutantur, vt in auium genere euenit. Gallinæ enim, cūm mares vicerint, & exemplo mariū tentant superuentu coire. crista F enim, caudaq; erigitur, ita, ne facile prēterea sit, an fœminæ sint, cognoscere. nonnunquam etiā calcaria parua ñs enascuntur. Iam vero & mares visi nonnulli sunt, qui, cūm forte fœmina interisset, ipsi officio matris fungerentur in pullos, ductando, fouendo, educando, ita, ne de cætero vel cucurire, vel coire appeterent. quin & iam inde â primo ortu naturæ ita non-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nonnulli mares effœminati proueniunt, vt neque cucuriant, neq; per coitum agere velint, et venerem eorũ, qui tentent supuenire, patiantur. Cuculus etiã immutatur colore, & vocẽ minus explanat, cum se abditurus ẽ, qđ facere exortu caniculę solet. apparere aũt incipit ab ineũte vere ad eius syderis ortũ. Abditur & ea, quã œnantham quidam appellant, ac si vitiflorã dixeris, exortu eiusdẽ syderis, occasu vero apparet: vitat.n. interdum frigora, alias ęstũ. Necnon vpupa cum colore, tũ vero specie immutantur, vt Aeschylus poeta satis carmine suo exposuit.

H

Quin fert sui spectantẽ, et epopem mali,
Colore speciem multimõ pingens suam.

Saxicolam, & improbum arma gestantem alitem.

Adulti infantis forma hic sese refert.

I

Nam vere candicans vbi exutit nouo.
Aestate tum deinde, vt recanduit seges,
Alas repente varius maculatas quatit.
Vagatur hic semper fastidiẽs locos,
Deserta quærit nemorum, & inuias plagas.

Complures ẽt aliæ aues immutantur per tẽpora, & colore, & voce: vt merula, quæ ex nigra redditur rufa, & vocem mittit diuersam. strepitat.n. per hyemem, cum per ęstatem tumultuans cãter. Mutat & turdus colorem, quippe qui collo æstate varius, hyeme murino distinctus spectetur: voce tñ eadem est. Luscinia canere solet assidue diebus, ac noctibus quindecim, cum sylua fronde incipit opacare: dein canit quidẽ, sed non assiduo: mox adulta æstate vocem mittit diuersam, non insuę variã, aut celerẽ, modulatãq;, sed simplicem: colore ẽt immutatur. & quidẽ in terra Italia q̃ id tempus alio nomine appellatur. apparet non diu: abdit.n. sese, & latet. Rubeculę, & q̃ rutacillæ appellantur, inuicem trãseunt. estq; rubecula hyberni tẽporis, ruticilla æstiui. nec alio serẽ inter se differũt, nisi pectoris colore, & caudæ. sic & ficedulę & atricapillæ vicibus cõmutãtur. fit.n. ineunte autumno ficedula, ab autumno protinus atricapilla: nec inter eas discrimen aliqđ, nisi coloris, & vocis est. M

Auem aũt esse eandem constat: quia dum immutaretur, hoc genus vtrunq; cõspectum est, nõdum absolute mutatum: nec alterutrum adhuc proprium vllũ habens appellationis. Nec mirum si hæc ita voce, aut colore mutantur, qñ & palumbes hyeme non gemit, nisi qđ aliqñ ex asperrima hyeme placidum tẽpus succesisset, gemuerit: qđ apud peritos in admiratiõe habitum est. cæterum ineunte ve-

A re gemere incipit. Deniq; aues tunc maxime, plurimasq; emittunt voces, cũ coeunt. Mos auiũ est, vt aliæ sese in puluere voluent, alię sese lauent, alię nec puluere neq; balneo vtantur. Sunt puluerատrices, quę non altnuolę, sed terræ propinquę: vt gallina, perdix, attagena, alauda, fasiana. Lotrices, nonnullæ rectungues, & q̃ circa fluuios, aut paludes, aut mare versantur. Aliæ vtrunq;, tum lauare, tũ puluera resolẽt: vt columbus, vt passer.

B Adũcarum pars maior neutrũ facit, hęc ita se habent. Propriũ nonnullis auiũ euenit crepitus alui, vt turturi. pars ẽt nouissima alui earundẽ vehementer citatur, cum vocem reddunt.

De ijs animalibus, quæ castrationem immutatur, quæne ruminent. Cap. 50.

MVtantur vero animantiũ aliqua, forma et moribus, non mõ per ætates & tempora, verumetiam castratione. castrantur aũt ea, qui

C

bus sunt testes. Sunt auibus testes situs lumbis hærẽtes, & quadrupedũ ijs, quę oua pariũt. At vero ijs, q̃ animal generant, eademq; terrestria sunt, plurima quidẽ parte foris, sed nonnullis ẽt intus continẽt. omnibus vero postrema aluo habentur. Castrantur gallinacei parte nouissima suæ alui. quæ cũ coeũt, cõcidit. hãc.n. si duobus aut tribus ferramentis adusseris, capos facies. quod si perfectus est q̃ castratur, crista pallescit, & cucurrire desinit, neq; coitum vereũ repetit. sed si adhuc pullus est, ne inchoari quidẽ ex ijs quam põt, cũ accrescit. Quod idem in homine quoq; accidere certum est. nã si puer adhuc excidatur, neq; postgeniti pili inascunt, neq; vox immutatur, sed suũ seruat acumẽ. At si iã puber, postgeniti defluũt pili, pter quã pubis. hæc.n. q̃uis minuat, tñ manet. sed cõgeniti nõ defluunt: nẽo.n. spado calueścit. Quadrupedum ẽt exectorũ vox omnium in fœmininã immutatur. E

D

Sed cum cætera nisi nouella curentur, intereãt, aper vnus, qua ętate castret, nõ refert. oĩa deniq;, si dũ crescunt, castrant, maiora, et elegãtiora q̃ castrata euadũt. sed si posteaq̃ adoleuerũt, & iã incremento cõstiterũt castres, nihil præterea accedere ad magnitudinẽ põt. Cerui, si cũ p ętatẽ nondũ cornua gerunt, castrent, nõ edũt cornua: sed, si cornigeri excidunt, nõ decidũt cornua, & magnitudine eadẽ seruãtur. Vitulis tẽpus castrandi anni culis est, alioq; minores deformioresq; euadũt. Modus castrãdi hic ẽ. Tractos deorsum testes, atq; obtẽtos, pressosq; i imum scroti, cultello adacto, extrudũt: mox fibras sursum, quo ad maxime fieri põt, reprimunt et plagã infarciũt capillamẽtis, vt sanies effluere possit: et si inflãmatur, ignẽ adhibẽt scroto, et respgũt. Si bos à recẽti castratu ieat, procreare põt. Apria ẽt scropharũ

F

Annículi vituli castrãdi.

Gallinacei vt castrãtur.

G rũ castrat. ne ꝓterea coitũ appe
tat, sed breui tẽpore obesef. Ca-
strat aũt eũ biduo ieiunarit, fu-
spẽsu pernis priorib⁹, recisa cu-
te inter fœmina, quã marib⁹ te-
stes maxie cõtinent. hac. n. pte
adhæret vuluis apria dicta, cui⁹
exigua pte absciſa cõsarcinant.
Cameli ẽt fœminę castrant, cũ
eis vt in plio libet, nec cõcipiãt
vtero. Nõnulli supioris Asię in-
colæ camelos vel ad tria millia
possidẽt, Currũt cameli celeri⁹
cę eq Nisſani, pp laxiorẽ sui gra
H d⁹ glomerationẽ. et castrata de-
nicę auctiora cę incastrata eua-
dũt. Aĩalia, qb⁹ ruminare ĩ mo-
re ẽ, pficiũt, delectant, ꝑ nõ mi-
nus in ruminãdo, cę edẽdo. Ru-
minãt q superiore dentiũ ordi-
ne carent, vt boues, oues, caprę.
ex feris nullũ adhuc ruminare
cõstat, ꝓterq ea, q aliqñ cũ ho-
minibus exigũt, vt ceruus: hũc
etenim ruminare planũ ẽ. Iacẽt
potiſſimũ, cũ ruminãt oĩa, et hy
bernis pcipue mẽsibus solẽt ru-
minare. septẽ ferè mẽsibus hoc
I faciũt, q intra recta alunt. grega
les leuius minusq; tps ruminãt,
qm̃ foris pascant. Sunt ẽt ex dẽ-
tatis vtrisq; nõnulla, q ruminãt,
vt mures Põtici, et pisces, quem
ab ea re Ruminalẽ qdã appella
rũt. Sũt itẽ alui fluẽtioris ea, qb⁹
lõgiora sunt crura: sed ꝑpẽsiora
ad vomitũ, qbus latius pect⁹ ẽ.
idq; tũ in quadrupedũ genere,
tũ ĩ auiũ, tũ ẽt ĩ hominũ ita esse
magna ex parte ꝑpensum est.

Librorũ Nouem de Historia aũalĩũ finis.

SEquens hic liber de Hiſto- K
ria animalium, inter cæte-
ros Decimus, quãquam à Theo
doro Gaza illis de cauſis, quas
in ſua refert præfatione, transla
tus non fuerit: cũ tamen nec alĩ
bi ſit repoſitus, in oĩbusq; , quæ
ego viderim, Græcis exempla-
ribus. hoc in loco collocatus re-
periatur, eũ traducẽdum, hicq;
apponẽdũ eſſe curaui. ne quic- L
quam apud Græcos inter Ari-
ſtotelis opera circumferatur,
quod à Latinis deſyderetur.
Quiſquis enim eius author fue-
rit (quod forte dubium) is pro
fecto non ignobilis.

ARISTOTELIS DE HISTORIA ANIMALIVM LIBER DECIMVS. M

Ioanne Bernardo Feliciano interprete.

De ſitu vteri in muliere, ad conceptum idoneo. Cap. 1.

QVm vero ętas et vi
ro & mulieri iã ꝑ-
cesserit, ſi iter se cõ
gressũ nõ gignãt, eã
interdũ in vtrisq;
iterdũ ĩ altero tãtũmõ ẽ. Primũ
itaq; in fœmina inſpiciẽdi vteri
sunt, quo mõ sese habeãt: vt ſi ĩ his

A his cã ẽ, ipſi curationẽ admittãt:
sin min⁹, alicui alteri ex cauſis
cura adhibeat. An valeat ãt vte
rus, nõ sec⁹ ac qlibet aliud mẽ-
brũ, ex eo ꝑspicuũ ẽ, cũ op⁹ suũ,
quãtũ satis ẽ, exequit, doloreq;
vacat, et post operatiões defati-
gationẽ nõ sentit. Sicut. n. oculꝰ,
cũ, nullã lippitudinẽ creat, & vi
det, & post visiõnẽ nulla turba-
tiõe afficit, nullaq; rurſ⁹ videdi
ſpotẽtia tentat: ita ẽt vterus ſa-
nus ẽ, qui et laborẽ nullũ affert,
B & qđ propriũ eius ẽ, id abunde
exequit, & post opus imbellis
nõ reddit, sed ẽ indefatigabilis.
Dr aũt ẽt nõ bñ se habẽs vter⁹,
ad opus tñ suũ bñ & sine dolo-
re se hãe, ſi opus ei⁹ deteri⁹ dep-
hẽdere nõ liceat. Sicut visus ni-
hil vetat, quo min⁹ exacte ſpi-
ciat, ẽt ſi oculus nõ recte oĩbus ĩ
ꝓtib⁹ affectus sit, vel tuberculũ
aliqđ habeat: simili mõ quoq;
vterus, ſi sede opportuna dispo-
sit⁹ ẽ, nullã, quãtũ ad id spectat,
lęsionẽ afferret. Oportet igit, vt
C q bñ se hẽt vter⁹, primũ sede ñ
alia atq; alia collocat⁹ sit, sed eo-
dẽ situ maneat: ꝓterq; & ſi lon-
gius recedat, affectiõe et dolore
careat, & ſi tangat, sensu nõ va-
cet. Id ãt iudicare difficile nõ ẽ.
Eiusmodi. n. debere esse vteros,
hinc liquet. siue. n. nõ ꝑpe acces
serint, ñ simul attrahẽt: qppe cũ
ꝑcul ipſis sit sedes, vñ recipiẽdũ
ẽ, siue ꝑpe mãserit, neq; eiusmo-
di fuerit, vt redire lõgi⁹ queãt.
surdiores erunt. atq; ita efficiet,
vt l; subĩde tãgant, nõ cito ape-
riant, sed ĩ eo admodũ labor ẽt, D
nõ admodũq; exaudiãt. Hęc igi
tur ineſse vteris debent. & ſi nõ
insunt, curatione aliqua ipſis es-
se opus perſpicuum est.

De Menſtruorum ratione, vt recte conci-
pere mulier poſſit. Cap. 2.

DEide op⁹, vt mẽstrui flu
xus bñ ꝓueniãt. id autẽ
ẽ, qualib⁹ tpibus, et nõ
erratice, dũ corp⁹ valet. ſi. n. ita
siãt, bñ eẽ affectos vteros idicãt,
vt et aperiant, et humorẽ ẽ cor-
pore illuc defluẽtẽ, qñ corp⁹ eũ E
exhibuerit, excipiãt. Nã, ſi vel
sępi⁹ vel rari⁹ vel erratice emise-
rint, euenire id, ſi corp⁹ reliquũ
cã nõ sit, sed valeat, ex ipſis vte-
ris, exq; ipsorũ surditate neces-
se ẽ: qppe q in opportunis tẽpo-
rib⁹ nõ aperiant, atq; iccirco vl
pauciora admittãt, vel plura ex
inflãmatiõe aliq attrahãt. id qđ
medela eẽ op⁹, pculdubio signi
ficat. Quẽadmodũ ẽt ĩ oculis, et
vessica, et vẽtre, et reliquis ꝑspi-
cuũ ẽ: ꝓtes. n. oẽs inflãmatę eius-
modi humorẽ ad se trahũt, q ad F
singulas ꝓtes natura excerni cõ
sueuit, sed nõ talis tñ, aut tãtus:
pari mõ ẽt vter⁹ cũ copiosiora
edit, inflãmatoriã quãdã affectio
nẽ idicat, ſi similia qdẽ sint, sed
copiosiora. nã, ſi dissimilia sint,
magisq; putrefacta, q̃ sanis mu
lieribus, ꝓfluere solẽt, id iã affe-
ctionẽ, et manifestã declarat. ne
cesse. n. ẽ labores q̃q; aliqs idi-
care, eo mõ sese hũte vtero, vt ñ
deberet. Sanis aũt alba et putri-
da

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ fi debiti, menſtruis vteri, & quæ corpꝰ curatione deſyderent.

G da, pfluũt: qbuſdã dũ incipiunt menſes, plerisq; dum deſinunt. Quibuſcunq; igit̃ vel magis putrefacta cũ ſanis, vel abſq; ordine, aut ampliora, aut pauciora reddunt̃, maiorẽ hi curationem deſyderant: vtpote cũ id impedimento ad fœnificationem ſit. Quibus vero tẽporibus inæqualibus, neq; p̃ æqua interualla fluunt, ĩs eiuſmodi affectio eſt, vt minus quidem fœturam prohibeat, ſed vteri tũ habitũ moueri, ñeq; ſemper eodem mõ p̃manere ſignificet. Eſt autem affectio, quę natura aptis ad concipiendum læſionẽ afferat, non tamen ſit morbus: ſed talis tantummodo affectio quędã, q̃, niſi quicpiã inſuper peccetur, abſque curatione reſtitui nõ difficulter queat. At vero ſi vel in ordine, vel ĩ copia immutãtio ſit, & reliquũ corpus nõ ſimili mõ ſeſe habeat, ſed mõ humidiꝰ ſit, mõ ſiccius, nihil in cauſa vteri ſunt: quippe cũ habitum corporis ſequant̃, proq; eius ratiõe humorẽ & admittãt & emittant neceſſe ſit. Vnde ſi, qñ ſanum eſt corpus, ſed mutatur, id euenit, nulla curatione vteri indigent. Si itẽ, qñ ægrum eſt. Vel. n. pauciora reddit, quia alibi abſumptũ excrementũ fuerit, vel quia laboret corpus. Si ẽt copioſiora emittũtur, eò q̃ eo multa excernat corpꝰ, neq; id vteros, ſed corpus curatiõe indigere indicat. Quocirca quibuſcunq; vnã cũ habitibus corporis muliebria ĩmutant̃, nullam cãm ĩn vteris esſe, qui ſani ſunt, manifeſtant. Nã ipſi quoq; ſe ipſis mõ imbecilliores ſunt, modo valẽtiores, interdum humidiores, interdũ ſiccio-
res: & ad ipſas, qñ amplius corpus ipſum eſt, amplio
ra, qñ minus, pauciora, ſi itẽ humidũ, aquoſiora, ſi ſiccum, ſanguinoſiora defluunt. Atq; incipiunt quidem ab albidis, quæ lacteo colore p̃dita ſint, et ſodora permaneant. Quæ aũt purpurea à principio ſunt, & albiora deſinunt, extremę colliquationis ſunt. odoremq; alba hęc habent non putredinis, ſed acriorẽ & grauiorẽ, neq; itẽ puris: qn ẽt ſine colliquatiõe, ſed cũ caliditate, qñ hic mẽſtruorũ modꝰ ẽ. Quibuſcunq; igit̃ ita accidit, ĩs vteri, vt conuenit, ad concipiendos fœtus diſpoſiti ſunt.

Quæ circa vteri os, ad conceptionis aptitudinem dignoſcendam, ſint conſyderanda. Cap. 3.

AC primũ quidem an hęc recte ſeſe habeant, conſyderãdũ eſt. Deinde videndum, quo pacto vterorum ipſorum os ſe habeat. oportet. n. vt o recto ſitu collocatũ ſit: alioquĩ ſe ſemen non attrahent: quippe cum in anteriorem ipſorũ partem ẽt mulier profundat. Quẽ admodũ in ĩs, quibus ĩ ſomnis prorſus id accidit, conſpici facile poteſt. tunc ſiquidem locus is humectatus eandẽ curatiõẽ requirit, ac ſi cũ viro coiuiſſent: eò q̃ in hãc partẽ profundunt, in

A in quam ẽt vir̃, et non intra vterum. Quando enim huc profuderint, inde vteri ſpiritu non ſecus ac nares ſemen trahunt. Iccirco omni quoq; figura coeuntes concipiunt: quia in anteriorem prorſus partẽ & fœminis, et viris ſeminis profuſio fit. Nã, ſi intro fieret, nõ quocunq; modo concumbentes conciperent. Si vero vteri in rectum non ſpectent, ſed vel ad coxas, vel ad lũbos, vel ad imum ventrem declinent fieri cõceptio nullo modo poteſt, ex cauſa prius explicata, quia excipere ſemen non valent. Quapropter, cũ in hunc modum vehemẽter affecti vteri ſunt vel natura, vel morbo, malum incurabile eſt. Cũ vero ex ruptura id accidit, quę vel natura vel morbo aliquo extiterit qui ex inflammatione retraxerit, curationem admittit. At ſi qua conceptura eſt ei, vteri os in rectum ferri, ſicut dictũ eſt, C debet: & præterea bene etiam aperiri. Bene aperiri dico, vt cũ muliebria incœperint, cõtactũ mollius, quãm prius ſit ipſum os, ſed nõ manifeſte expanſum. Cum in hunc modum ſe habuerit, prima ſigna alba proueniãt, quę cum ad carnis colorem magis tetenderint, expanſum manifeſte ſit abſq; dolore, & ſi contingatur, neq; ſurditatem præ ſe ferat, neq; diuerſum os à ſeipſo, & alteratum ſit: cum vero muliebria deſierint, diem integrũ & dimidium, vel etiam duos

dies expanſum valde ac ſiccum D ſit, ſed non durum. Cum enim hæc eueniunt, bene ſe habere vteros, & opus ſuum exercere ſignificant. Nam, cũm non ſtatim expanduntur, ſed molle os habent, id vna cum reliquo corpore ſoluto ſolui etiam ipſos, & non obſiſtere, & prius ea, quæ ab ipſo corpore profluunt, emittere indicat. Cum vero copioſiora corpus mittit, expanduntur: id quod ſanitatem oris ipſius oſtendit. At cum ceſſantibus ſignis non ſtatim os committunt, ſe, ſi fluxus deſit, vacuos & ſiccos, & ſiticuloſos effici, nullasq; circa meatum reliquias habere manifeſtãt. Cum igitur attrahẽdi vi prædĩti ſint, tunc ſi coierint, bene ſe ad concipiendos fœtus eſſe affectos declarant, cum ita abſque dolore et ſtupiditate ſeſe habent. Quin etiam, quòd non habeant os alteratione aliqua diuerſum, bonum eſt. nam id quoque nihil ſubeſſe declarat, quod conniuere ipſos, quando opus ſit, vetet. F Ac de ore quidem vterorũ, an ſicut debet, nec ne, affectum ſit, conſyderare ex his poſſumus.

Qua humiditate prædĩtus mulieris vterus eſſe debeat, ſi rectè concipere valeat. Cap. 4.

QVæ autem circa ipſum vterũ euenire oporteat, hæc ſunt. Primum, vt in ſomnis tanq̃ cum viro coeat mulier, & profundat facile, perinde ac ſi concumberet:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quod quanto sæpius euenire visum fuerit, tanto melius: vtque surgens, interdū eiusmodi curatione indigeat, quā vbi cum viro rem habuerit, adhibere consueuit, interdum exiccatione. At siccitas hæc cōtinua non sit, sed quę postęq; expergefacta fuerit, nunc citius, nunc tardius humescat, & vsq; ad dimidiati breuioris diei spatium prorogetur. Humiditas vero eiusmodi sit, qualis solet esse, vbi cū viro coierit. Hæc enim oīa vterum capacem esse indicant eius qđ exhibetur, atq; acetabula habere, quæ & attrahendi & cōtinendi ea quæ accipiunt, facultate sint prædita, inuitaq; emittāt. Oportet item, vt flatus in vteris absq; molestia existant, atq; emittantur: vtq; & maiores, et minores seipsis, absq; morbo tū efficiantur. Hæc etenim ipsos nihilo duriores eē q̄ par sit, neq; surdos, aut natura aut morbo, sed posse sedem ei quod admiserit, si augeatur, exhibere, esseq; ad di-
I stentionem accommodatos indicat. Nam cum id non fit, densiores, aut stupidiores vel natura vel morbo sint, necesse est. atque iccirco alere fœtus nō possunt, sed corrūpunt: vel adhuc exiguos, si nimis vehementer eiusmodi sint: vel paulo maiores, si minus ita sint affecti: vel si admodum parum, imbecilliores reddunt. Debent p̄terea dū tanguñ, dexteræ & sinistrę vterorum partes æquales esse, et cę-
tera his similia. Ac dum in coK tu cū viro sunt, humectari: non sępe tamē, neq; valde admodū. Est. n. huiusmodi affectio, quasi sudatio quædam loci, non secus atq; ori est saliua, quæ sæpe & ad ciborum delationem, & dū loquimur, atq; amplius operamur, adiumento est. Quin etiā dum splendidiora intuemur, lacrymare oculis consueuimus. Ex frigore quoq; & calore vehementiore, si partes ipsæ attentur, humidiores efficiuntur: sic vteri dum operantur, humescunt, si præditi humidiori habitu præcipue fuerint. Sed illi quoq;, qui bene admodum natura affecti sunt, pati hoc cōsueuerunt. Iccirco humectatione semper vel maiore vel minore indigent mulieres, perinde ac sputo os. Sed nonnullis humor adeo abundat, vt viri semen purum nequeant attrahere, ex nimia humoris commixtione, q̄ à muliere existit. Præter hęc au-
tem illud quoq; animaduertendum est. Si qñ accidit, vt in somM nis cum viro sibi visa sit coiuisse mulier, quo modo affecta exurgat. ībecillior nē, atq; id semper, an quandoq;, an interdum etiam robustior: vel si id minus fit, eiusmodi, vt siccior primū, deinde humidior euadat. Hoc enim fœcundæ mulieri accidat, necesse est. Nam si resoluatur, id corpus ei semper ad profundēdum semen pronū esse indicat, atque iccirco effici imbecillio-
rem,

A rem. si vero ita absque morbo afficiatur, ſm naturam, & quo modo oportet, effusionem eius fieri ostendit. alioqui. n. morbosa infirmitas existeret. At si interdū & validior, & siccior vterus fiat, deinde humectetur, id corp⁹ omne & admittere et absumere, & non solum vterū, sed corpus quoq; validum esse significat. Spiritu, n. sicut prius dictum est, id attrahit vterus, qđ ad ipsum extrinsecus accedit.
B Non enim intra ipsum profundit, sed eò, quò etiam vir. Nam si alioqui valeat corpore quæpiam, & in ętate constituta sit, cito semen procreat. dum enim augentur, & auctæ etiam sunt, id fit. At tunc præcipue se graui das fieri non aduertunt. non. n. putant se concepisse, nisi senserint. dum autem profundunt, ab vtriſq; & à fœmina & à mare simul, vt debebat, concurrisse existimant. Maxime autē hoc eas latet, quæ fieri nullo modo
C posse opinantur, vt concipiant, nisi exiccatæ fuerint, & aperte id quod exceptū fuerit, absumptum fuisse videatur. accidit tñ interdum, vt & ipsa & vir copiosius profundat, q̄ vt vel absumi quæat, vel sufficiat. Quando igitur, quantum satis est, attraxerit vterus, & non exigua relicta pars fuerit, tunc se concepisse non aduertūt. Hoc autem fieri ita posse, & non ex vniuerso affectionem hanc existere, ea animalia declarant, quę ex vno
TErtium quęsitum magna indiget contemplatione. quia via, qua debet progredi huius scientiæ ꝓfessor in eius doctrina ordinādā, subiectisq; eiusdem numerandis, vti etiam ingenio in ea, aliquam conuenet difficultatem. cum imaginan contingat altero duorum modo: si ea tractari debere, s. vel via, qua vtī Geometra, & Arithmeticus in enumerandis suis subiectis: vtriq; enim horum sufficit via diuisionis ad notitiam subiectorum: vel via Astronomici, qui eius subiecta per sensum enumerat. Via. n. notitiæ subiectorum hmōi scię est, vt professor talis M scientiæ assentiat sensibilitati subiecti de eo, quod sensus potest attingere: & quid alij senserint, id quoq; abeis recipiat: illudq; asserat, quia angustia temporis nequit illud ostendere, vt iam in arte illa fuit declaratum. quemadmodū fecit Ptolemæ⁹ in obseruationibus Hipparchi, & cuiusuis alterius prædecessoris eius ex Astrologis. Procedentibus tamē vijs his, vna post aliam, visum fuit ꝙ non sufficiat alter horum duorū modorum ad attingendum illd, qđ assequi tentat ꝓfessor huius scię de no-

A notitia subiectorum eius, & ipsis ordinandis ordine naturæ. nam, si ipse incedat via Astronomica, nō erit sibi sufficiens: quia sensus de his nō attingit, nisi vltimas species. Si vero in particulari de qualibet specie tractare intenderit, eiusq; cās atq; rationes reddere, accidet inde vt idem sępius repetatur, vt accidit rebus cōmunibus vltimis speciebus, neq; ipsis prædicata, ex quibus constāt istæ demonstrationes, erunt prima, neq; prędicabuntur in eo quod quid est. Atneq; quispiam poterit scire vltimas spēs ex suppositione sensus: op

B positum tamen contingit in scientia Astronomica. Via vero diuisionis ē dare res cōes in illa scientia, postea vero res proprias. Aristo. vero ostendit hoc nō sufficere pro notitia subiectorum huius sciæ: neq; ꝙ per hāc viam oporteat de necessitate peruenire ad omnes vltimas species: quēadmodum accidit in Arithmetica, & Geometria: præsertim, si vtaf hac via per diuisionem famosam, videlicet quando diuiditur vniuersale p duas dīas oppositas, & quęlibet ipsarum adhuc per oppositas dīas, donec perueniatur ad vltimas spēs.

C Cā autem difficultatis huius vię est, quia in aliqua vna specie dant⁹ multę differentię: & quę est propria differentia vnius speciei, erit etiam differentia alterius, & sic alię ex alijs differentijs. Causa tamen, ob quam non licet vni modo diuisionis gnis in differentias, pro enumerandis vltimis speciebus ipsi⁹ est, quia sequeretur vnum ex quatuor. Primo, ꝙ multa genera diuiderentur per differentias, & per priuationem ipsarū differentiarum, vt diuisio asalis in rationale & in irrationale: priuatio vero, vt priuatio, impossibile est, ꝙ D diuidatur per oppositas differētias: quare sistet diuisio, ante quam ipsa finiat op⁹ suum in vltimas spēs. Secundo autem sequeretur ꝙ, si diuidatur primum genus in duas differentias conuertibiles, & quælibet harum duarum cōuertibilium per duas dīas, & procedatur sic vsque ad vltimas spēs, q̄ quidē habebunt cōstitutiuas dīas, nō diuisiuas, tūc talis erit nūerus spērū, ad quas finiuit diuisio, qualis fuit ordo numeri ex numeris parib⁹, qui resultauit ex duplicatiōe vnius, sed, si vltimæ spēs huius gnis non habeant hunc ordi & nem numeri, neq; ipsa diuisio terminabit eas ēt, neq; cōtinebit. Tertio sequeret⁹ ex diuisione gnis in duas dīas, & cuiuslibet illarum duarū in alias duas dīas, qđ eadē spēs caderet in duas dīas oppositas, sicut si diuidat⁹ aīal in pennatū, & in impennatū: plura. n. continent⁹ in his duabus dījs, vt formicæ, quarū alię pennatæ, aliæ vero pennis priuantur. Similiter q, si animal diuidatur in domesticū & syluestre, multę nanq; spēs insunt vtriq, istorum, videlicet ꝙ alia vrbana, alia syluestris. Quarto sequeretur ex diuisione generis in du F as differentias, vt accidat species cōtrarias ingredi quamlibet duarum dīarum oppositarum, quibus diuiditur genus: vt si diuidat⁹ aīal in syluestre, & aquatile. Sanguineū, & exāgue sunt ex postissimis differentijs, quibus aīal diuidit⁹, quęlibet tū istarum duarum reperit⁹ in qualibet illarū dīarum. nā sanguineū, & exāgue reperit⁹ in syluestri, & aquatili.

Propter istas igit⁹ cās nunc narratas intersecatur semitas diuisionis, dum est in via, anteq̄ ipsa perueniat

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ad vltimas ſpecies: præſertim ſi diuiſio fiat per dr̃ias eſſentiales, in quibus non contingit vnam ab alia cõtineri. Si tamẽ diuiſio fiat per dr̃ias accidentales, in quibus non põt euitari ſubintrantia, tunc diuiſio non interſecabitur, immo continuabit: attamẽ non perueniet ad executionem dr̃iæ eſſentialis. Si autem gen⁹ diuidat̃ in duas oppoſitas dr̃ias, & q̃libet harum duarum in duas alias dr̃ias eſſentiales, ſeruenturq; conditiones diuiſionis eſſentialis, tunc ſequetur aliud duorum, ſ. vel q⁹ tranſeundo non perueniat ad vltimas
H ſpecies, vel ſi perueniet ad eas, erunt iuxta ordinẽ numeri parꝫ. His igit̃ de cauſis impeditur ipſa diuiſio, ne ſtet in vltimis ſpeciebus animaliũ. Cã añt, ob quã ipſa diuiſio eſt ībecillis in iſta ſcientia, eſt eadem eã, ob quã eſt perfecta in ſcientia Arithmetica & Geometrię: quia quę ſunt prius nota nobis in hac ſcientia Naturali, ſunt poſteriora ſm eſſe, quæ ſunt ipſa ſenſibilia cõpoſita ex ſimplicibus præcedentibus ſm eſſe, quę ſunt nobis poſteriora notitia, & ſũt formæ, quibus conſtat aliqua ſpẽs animalium. Si igitur quis non vide
I rit aliquã ſpeciem añalium, neq; eã ſenſerit, nequaq̃ poterit veritatẽ attingere de eſſe eius q⁹ ſit, niſi per accidens, multo minus apprehendere quiditatem eius. Sed in Arithmetica, & Geometria propoſitiones, quę ſunt priores ſm eſſe, ſunt etiã priores notitia: & ideo oẽs differentiæ quibus diuiditur hmõi genus, ſunt nobis notæ ſm eſſe a principio rei. Et cã eſt, quia materia non apparet in definitionibus rerum Mathematicarum. idcirco ſubiecta harũ duarum ſcientiarum poſſunt enumerati per viam diuiſionis. Q̃ñq; tñ in K
rebus Phyſicis accidit ęquiuocatio nominis generis in via diuiſiõis, vt ſi quis diuidat añal ī generatiuum, & non generatiuum, & in apprehẽſiuum, & non apprehenſiuum: q⁹ tñ in Mathematicis non accidit. Patet ergo ex dictis q⁹ via diuiſionis p tranſeundo non attingit id, quod ex ea requiritur in hac ſcientia, cuius rei cã iam apparuit. Si ergo ſumma ingenij in enumerãdis ſubiectis huius ſcientiæ ita ſe habet, vt exorſi ſumus, erit igitur numerus quo doctrina demonſtratiua ordinabitur, ſic videlicet. vt añal primo diuidatur in ſua genera: quorum dr̃iæ diſtinguãL
tur per proportionem, & conueniẽtiam, diuidẽdo añal in ſanguineũ, & exangue: nam exangue habet quid ꝓportionale ſanguini, eidemq; conueniens. Diuidatur iterum ſanguineum in pedatum, & in piſcem, atq; in volucrem: diuidaturq; preſſibile in viuiparum, & in ouiparum. Hęc enim diuiditur animal ſanguineũ per dr̃ias, quæ per ꝓportionem, & ſimilitudinem differunt: nam in animalibus penna auium proportionatur pilis, & lanæ quadrupedum, & ſquamis piſcium, ſicut ouum ſeM
rum. Mox diuidatur animal non ſanguineum in quatuor genera manifeſta, videlicet cruſtata, teſtata, inſecta, atq; mollia. Neq; adhuc iſtemus diuidere huiuſmodi genera in id, quod differt per magis & minus, & per abundantiam & defectum: vt in genere volucris, vnũ videtur ab alio differre, quia habet collum magis, aut roſtrum longius, aut breuius, ſiue latius: exceſſu tandem, & defectu. Sed hæc genera, quæ multitudine, & paucitate differũt, debẽt accipi

A pi tanq̃ natura eadem. nam, ſi ita non fiat, repetemus idem ſæpius. Quòd ſi eis ſerit vna vel plures ſpecies, quæ habeant aliquas proprietates extra illud gen⁹, tunc ſeorſum tractandum erit de illarum proprietatibus: vt noctua in genere volucrum, & elephas in genere quadrupedum. Diligentiſſime tandẽ percurri debet per q̃libet genus iſtorum, ſiue enumerando in eo ſimilitudines taliũ ſpecierum. Et id, ſiue perceperimus ipſum p ſenſum, ſiue recipiamus q⁹ ab alijs præcognitum
B fuerit, ſicut fuit manifeſtum apud profeſſores huius artis. Nam multa ſubiecta huius ſcię debet recipere q ipſam contẽplatur a cõi opinione: ſicut nos recepimus elephantes inueniri, & alia animalia, q̃ in noſtris terris non reperiunt̃. Et hoc eſt, ſicut q̃n ſupponimus res eſſe manifeſtas in artibus: quarũ ſubiecta oſa non poſſunt ſenſu percipi: vt in arte Aſtronomi ea euenire ſoleat, ī qua recipimus multos motus cœleſtes ab illo, quẽ arbitramur ſenſiſſe ipſos ex Antiquioribus huius artis. Similiter etiã, ſi vna, vel plures da-
C rentur ſpecies, quæ non ineſſent generi diuiſo p exceſſum, & defectũ, vt hõ, tunc oporteret ſeorſum tractare de tali ſpecie, qua via atq; ingenio vſ Ariſt. procedere in connumerandis ſubiectis huius artis, quę videt̃ fere cõpoſita ex duabus vijs, videlicet Arithmetica, & Geometrica, & via Aſtronomica: ipſe. n. eſt vius partim via diuiſionis, partim confidentia ſenſus. Ex his ergo habetur q⁹, ordo naturalis in doctrina huius ſcię eſt, vt incipiamus prius contẽplari res, q̃ communicant omnibus añalibus, deinde proſequi cõ-
templationẽ de rebus cõibus cuilibet D
generi animaliũ, quorũ ſpecies differunt exceſſu, & defectu, diuerſificanturq;, proportione, & cõueniẽtia. demum faciemus mentionẽ de ſpeciebus, quæ diſtinguũtur ab his generibus p quædã addita propria ipſis. Is igitur eſt modus doctrinæ ordinatę, qua procedemus à magis communi ad magis particulare, ex quo non accidet idem pluries repeti: & demonſtrationes, quæ in ipſa fient, conſtabunt ex propõnibus primis in eo quod quid eſt. Cauſa autem, ob quam hęc via, qua ſciuntur ſubiecta huius ſcię, ſit compoE
ſita ex duabus vijs, ſ. via diuiſionis, & via ſiducię ſenſuum, eſt, quia prima genera, quæ diuiduntur p differentias, quæ per proportionẽ, & cõuenientiã differunt, horumq; differentiæ ſunt nobis notæ ab initio, & poſſunt nobis manifeſtari per viã diuiſionis, noſtrumq; officium erit ſimile officio Arithmetici. Sed cùm ſpecies apparentes diuidantur per hæc genera nonnullis rebus ꝓprijs ignotis nobis ab initio, ideo indigemus fide ſenſus in enumerandis ipſis, indubitataq;, receptione, vt facit ſtudioſus Aſtrologus ī motibus cœF
leſtibus. & iſta via vſ ꝓcedere Ariſto. in primis decẽ libris huius operis, & numerauit proprietates ſpecierũ animaliũ ingredientiũ genera, q̃ differunt per dr̃ias proportionales. De proprietatibus ẽt mẽbrorum id, qd̃ perſpexerat, & qd̃ ſibi relatum fuit per indubitatam reuelationẽ, adeo q⁹ nemo poſt ipſum potent addere, niſi parũ, maxime in anatomia corporis humani. hęc. n. ars pfectior fuit ætate Galeni. Nos autem narrabimus q̃ à Galeno ſtatuta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gutta fuerunt in ſuis locis faciemus
ēt mentionē de rebus, in quibus diſ-
ceptant in inuamētis mēbrorum.
& hoc ordinabimus per regulas lo-
gicales. ſed attingere veritātē eorū,
in quibus diſcrepant in anatomia,
ē difficile hac tēpeſtate noſtra. hęc
igit ſunt, q̄ Ariſt. intēdebat tractare
in hoc libro ex prima intentione.

De ſubſtantiīs naturalibus, partim mortalibus, partim immortalibus: & de quibus tractādum ſit.

Cap. 5.

H SVbſtantię, quę natura conſtant, partim ingenitæ, immortalesq̄ ſeculis omnib⁹ ſunt: partim ort⁹ participes, atque interitus ſtelligunt. ſed partē illam æternā, & proinde nobilē, ac diuinā minus cōtemplari ꝓpea poſſumus, quod admodū pauca illius mō ſenſui patēt, quorū beneficio, tum de ea ipſa parte diuina, tū de ꝑs, quę noſſe cupimus, facultas nobis cogitādi indagandiq̄ ſuppeditet. Res mortales atque caducas, vt ſtirpes, vt animātes, q̄ eas ſocias, familiaresq̄ habem⁹ noſſe vberius poſſumus: quippe cū multa ineſſe quoq̄ in genere percipere poſſit, quicunq̄ non laborē recuſat pleniorem. verūq̄ tū ſtudium nos delectat. Res nāq̄ illas ſuperiores, tametſi leuiter attingere poſſumus, tū ob eius cognoſcēdi generis excellentiā amplius oblectamur, q̄ cū hæc nobis iuncta oīa tenemus: quē admodū quālibet partē, minimaq̄ corporis noſtrarū puellæ deliciarū vidiſſe gratius, ac iucūdius eſt, q̄ cæterorum hominū membra tota perſpexiſſe, & contrectaſſe. Ad hæc inferiora, quia & plura ſunt, & cognoſci plenius pōt, idcirco præſtantiā ſibi ſciæ vendicant. Quinetiam q̄d & nobis propiora, & naturę familiariora ſunt, hinc aliquid cū rerum diuinarū ſtudio repēdunt, atq̄ cōpenſant. Sed, cū iā ſatis de illis egerimus, noſtrāq̄ explicarim⁹ ſniam, reſtat vt de animante natura diſſeramus, nihil pro viribus omittentes, vel vilius, vel nobilius. nā & in ꝑs, q̄ hoc in genere minus grata noſtro occurrunt ſenſui, natura parens, & author oīum miras excitat voluptates hoībus, qui intelligūt cauſas, atq̄ ingenue philoſophant. Abſurdū. n. nullaq̄ ratiōe probādū eſt, ſi imagines quidem rerū naturalium nō ſine delectatione ꝓpea inſpectamus, q̄ ingenium vna contēplamur, q̄d illas cōdiderit, ideſt artem pingendi, aut fingēdi. rerū aūt ipſarū naturæ ingenio, miraq̄ ſolertia conſtitutarū contēplationē nō magis ꝓſequamur, atq̄ exoſculemur, mō cauſas ꝓſpicere valeamus. Quamobrē viliorū animaliū diſputationē, perpenſionemq̄ faſtidio pueri li quodā ſpreuiſſe, moleſteq̄ tuliſſe dignum nequaq̄ eſt, cū nulla res ſit naturæ, in qua non mirandum aliquid inditū habeat. Et quod Heraclitum dixiſſe ferunt ad eos, qui cum alloqui eū vellent, q̄ forte in caſa furnaria quā-

& quādam caloris gratia ſedentē vidiſſent, accedere temperarūt: ingredi enim eos fidenter iuſſit, q̄n, inquit, ne huic quidem loco Dij deſunt immortales. Hoc idē in indaganda quoq̄ natura animantiū faciendū eſt. Aggredi. n. quęq̄ ſine vllo pudore debemus, cū in oībus naturæ nurſē, & honeſtū, pulchrumq̄ inſit ingenium. Quippe cū naturæ operibus iunctum illud prę cipue ſit, vbi nihil temere, vicę que fortuita cōmittat, ſed alicuius gratia oſa agantur. finis autē, cuius gratia quicq̄: vel conſtat, vel conditū eſt, boni, honeſtiq̄ obtinet rōnem. At vero ſi quis cęterorū animaliū contemplationē ignobilem, abiectāq̄ putat, iam hic de ſe quoq; idē arbitrari debet. non. n. fieri pōt, vt ea ſine magna abominatiōe inſpiciamus, ex quibus corpus cōſtat humanū, vt ſanguinem, carnem, oſſa, venas, reliqua generis eiuſdē. Omnino ita cenſendum, vt qui de quauis corporis parte, aut de vaſe aliquo diſputat, nō de materia, aut eius materiæ gratia doceat, ſed formæ totius ratione: ſicut &, cū de ędibus agitur, nō de lateribus, non de luto, nō de ligni, ſed de forma ipſarū ædium docemus. Pari ratione qui de natura agit, de cōpoſitiōe, totaq; ſubſtātia tractet, nō de ꝑs, q̄ nunquā euenit vt ā ſubſtantia ſeparentur. ſed primū ea diſtīgui ſingulis in generibus neceſſe eſt, quæ per ſe animalibus accidunt omnibus, poſt vero cauſas proſequi eorū conandum eſt. Q̄d igitur ante diximus, multa in multis aliis inſunt communia, partim ſimplici ratione, vt pedes, penę, ſquamæ, atque etiā affectus ſimiliter: partim proportione, proportione inquam, q̄d aliꝑs pulmo datus eſt, aliꝑs pulmo q̄dē negatus, ſed vice pulmonis iunctū aliquid eſt, q̄d pulmoni reſpōdeat, aliꝑs item ſanguis ineſt, aliꝑs ſanguinis proportionale, q̄d eandē in genere exangui obtinet vim, quā ſanguis in cōpote illo ſanguinis habet. Verū, ſi ſeorſum de ſingulis diſputet, euenet quod dictum iā eſt, vt ſæpe eadē iterentur, dum de oībus, quę adiuncta ſunt, agitur: quippe cum eadem compluribus iuncta habeantur. Hæc ita placeat præfiniri, & ſtatui. Cū autem inſtrumētū omne rei alicuius gratia ſit, & partes corporis quaſq; gratia eē alicuius videamus: id aūt ipſum eſſe alicuius gra, nō niſi pro aliqua actione ſit: patet iam totum etiā corpus conſtare alicuius gra actionis plenioris. Non enim ſectio ſerræ gratia facta eſt, ſed ſerra ſectionis gratia, cūm ſectio quędam vſio ſit. Quapropter corpus etiam totum animæ gratia conditum eſt, & membra officiorum gratia conſtant, & munerum, ad quæ ſingula accommodantur. Primum igitur actiones, tum omnium communes,

Proportio ac cōia.

Corp⁹, & mēbra cuius gra facta ſint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nes, tum eas, quæ suæ singulis generibus speciebusq; habeatur, exponi oportebit. communes dico, quæ adiunctæ omnibus sunt animalibus: suas autē propriasq; appello, quarum dr̃ias per excessum siue superātiam comparando accipimus. v.g. auem pro genere pono, hominē pro specie, & quodcunq; ratione illa vti nullā dr̃iam recipit. nam alia proportione, alia genere, alia specie rationem cōplent communitatis. Quorum
H itaq; actiones rerum aliarū gratia dispensatæ sunt, hæc etiam, quorū sunt actiones, modo eodem inter se differunt, quo actiones. Item si q̄ priores sint actiones, & pro fine aliarum capiantur, quo mō ipsæ se habent, eodem membra etiam habēt, quorum illæ sunt actiones. Addo tertium: quæ cum sint, aliquid
Affectus, & actiões. ineē necesse ē. Affectus et actiones intelligi volo, ortum, incrementum, coitum venereum, vi
I giliam, somnū, incessum, & q̄cunque huiusmodi alia possunt generi animalium tribui: Mem
Membra. bra appello, nasum, oculum, atque etiam totam faciem, q̄ partes quoq; vocamus. pari modo de cęteris item intelligendū est. Sed de modo viaq; tractādi hactenus: causas nunc explicare tum communium, tū proprio-
rum conemur, exorsi à primis, sicut statuimus.

SEd post hoc pollicetur notificare istas res, generabiles, & corruptibiles, & earum cōuenientiā, cū notitiam rerū immortaliū afferet, dicetq; nostrā contēplationem esse firmiorem, & vberiorem de rebus participantibus generatione, & corruptione, minorem vero, & difficiliorem de incorruptibilibus. Nō tñ licet recusare earum cōtēplationē, neq; decet detineri ab hmōi inuestigatione, pp laborem speculandi in eis, vel q̄ parū sit, qđ de ipsis assequimur, atq; difficile. Immo desyderium huius notitiæ debet esse ve
L hemētius, curaq; plenior de tali cognitione. plus.n. oblectamur minima portione, quā attingimus de ipsis, quam si ingentē percipiamus de his rebus propinquioribus, existētibus apud nos, quod amātibus est proprium: qui quidem gratius habent id minimum, quod diligunt, q̄ aliqđ aliud vberius. Cā tñ, ob quā notitia generabilium & corruptibilium sit facilis, & incorruptibilium difficilis, est, quia genita & caduca sunt nobis familiariora, animisq; nostris: ex eis etiam sumus geniti:
M res vero æternæ distant à nobis genere, & loco. Habem⁹ tñ apud nos aliquas propōnes: licet sint paucę, quas accepimus ex reb⁹ appinquioribus similitudini earū, q̄ sunt ipsa animata. Attulit aūt post hoc quędam verba, quibus reddit attentum professorem huius scīæ, ne aliquid omittat tractare de qualibet specie animalium sibi apparēti, & de hoc copiosē tractare pro viribus, & de ignobilibus speciebus: quāuis plures hoīes imaginari videant id esse superfluū, atq; inutile, sermonemq; afferre de speciebus imperfectis. q̄ tñ

A tñ oberrare videntur in hoc: cum scīa naturalis plus fere appareat in materia viliori, q̄ in aliqua alia nobiliori. difficilius. n. introducitur generatio in materia imperfecta. Et hoc ꝛt in artificialibus apparet, cū nobilitas artificis, ciusq; perspicacitas plus polleat in materia impassibiliori, q̄ in ea, q̄ facilius, & amplius recipit. Nos itaq; nō decet negligere contēplationē de natura animalīū imperfectorum perfectorumq;: cū i eis diuina eluceſcat natura, nō inquantū est aīal nobile, seu ignobile. Hęc ergo ē generalis summa,
B concernēs hunc librū iuxta nostrā debilē excogitationē, atq; angustiā spōris, quia nullū inuenimus exponere aliquid horū librorū. Adde ēt q̄ verba Arist. habent magnam difficultatē, atq; confusionē in hoc lib. Prēsertim in codice, in quo ego sum speculatus, qñ ædidi hoc compendium: & ego laudabo Deum in vita mea: &, si Deus vitam prolongauerit, seq̄mur sermones nostros in hoc opere, & magnum ordinem seruabimus in eo, quia multum refert in hac scientia.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM.

LIBER SECVNDVS,

Cum Auerr. Para.

Triplicem esse rerum oīum compositionē: deq; sensus tactus instrumēto: necnō de totalis principio. Ca. 1.

X quibusnā, & quot numero membris singula animalia constarent, libris historia-
rum, qui de his scripti à nobis D sunt, planius explicauim⁹. nūc quas ob causas quæq; ad hunc modum ita se habent, cōsyderemus: videlicet ita, vt omnis ratio seiuncta ab ijs, q̄ p̄ historias exposuimus, tractetur. Cū itaque triplex sit compositio, prima statui pōt ea, q̄ ex primordijs conficitur ijs, quæ nonnulli elementa appellant, terrā dico, aquā, aerē, ignē: sed melius fortasse dici pōt ex virtutibus cōsi
ci elementorū, ijsq; non oībus, sed vt ante expositū est. humidi E tas. n. & siccitas, & caliditas, & frigiditas materia corporū sunt compositorū: cæterę aūt dr̃iæ eas sequuntur, vt grauitas, leuitas, densitas, raritas, asperitas, lenitas, & reliquæ id genus affectiones. Secunda constitutio ex primis illis natura similarium partiū in animalibus est, vt ossis, vt carnis, & reliquorum generis eiusdē. Tertia, & vltīa numero partiū dissimilariū est, vt
F faciei, manus, & reliquorū eiusmodi mēbrorū. Sed cum contra in generatione. atq; in essentia agatur: q̄. n. posteriora sunt generatione, hæc natura priora sunt: & qđ primum natura est, id vltimū est generatione. nō. n. ædes laterū, aut lapidum gratia sunt, sed hęc ędiū gr̃a pēcuntur: qđ idē de quauis alia materia intelligimus. Nec inductione tantū id patet, verumetiā ratione. oē. n. qđ gignitur ex aliquo, & ad aliquid suā generationē deducit,

Posteriora gñatione nā priora sunt, & cōtra. vide. 8. phy. te. 58. & 9 Met. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G ducit, & à principio ad principiũ pergit, hoc est ab eo, qđ primum mouet, & naturã iam aliquã obtinet ad formã aliquam, aut talem quempiam finem: homo.n. hominẽ gignit, & stirps stirpem ex materia, quæ subiecta singulis est. cum igitur generatio, & essentia ita se habeant, tempore materiam, generationẽq; esse priorẽ necesse est, ratione vero essentiã rei cuiusq;, & formam. Patet hoc definitione generationis: quippe cũ ædificationis definitio cõtineat ædiũ
H definitionem, ædium definitio non contineat ædificatiõis definitionẽ: idemq; in cæteris euenit. Quamobrẽ elementorũ materiam esse similarium partium grata necesse est. sunt.n. hę posteriores illis generatione: ĩs autẽ ipsis dissimilares sunt posteriores. iam.n. finem hæ tenẽt ac terminum, ternario constitutionẽ adeptæ numero, s. vt perfici generationem in multis natura
I fert. Constant igit animalia ex vtroq; membrorũ hoc genere. Verũ similaria dissimilariũ gratia habentur: illorũ.n. officia sunt, & actiones, vt oculi, vt narium, & faciei totius: itẽ digiti, manus et brachĩ totius. sed cũ actiões, motionesq; multiformes tum animalibus totis, tum etiã mẽbris eiusmodi tribuantur, diuersa virtutibus eẽ ea, ex quibus cõstant, necesse est: ad alia.n. mollities, ad alia durities cõmodior est: & alia intendi, alia flecti debẽt. Itaq; partes similares obti- E
nent sibi vires eiusmodi figillatim accõmodatas: alia.n. mollis, alia dura est, & alia humida, alia sicca, & alia lenta, alia rigida. Alia vero dissimilares pres, & cõpositas vires continẽt. vis .n. alia ad premẽdũ, alia ad mittendũ cõmoda manui est. Quãobrẽ partes organicæ, quas offi- L
ciales, & instrumẽtarias licet appellare ex ossib⁹, neruis, carne, cęterisq; eiusmodi cõstant, nõ illa ex ĩs. Causa cui⁹ gratia, cur hæc ita se habẽt, hęc est. Sed cũ præterea quęratur, quã ob causam hęc ita se habere necesse sit, ratio manifesta est, q̃ iam præfuit, vt ita se inuicem ex necessitate haberẽt. dissimilares.n. cõstare ex similaribus possunt, tũ pluribus, tum ẽt singulis, vt viscera nonnulla. constant.n. ferẽ oĩa multiformi figura, q̃ ex cor- Aristo. de
pore similari cõdita habent. At M
fieri nõ põt, vt similares ex dissimilaribus confeciantur: sic.n. pars similaris multæ essent dissimilares. his de causis membra animalium, alia strue simplici similariq; constant, alia cõposita, & dissimilaria sunt. Cũ autẽ partes aliæ instrumentariæ sẽ- soriæ sint, instrumentariæ oẽs, vt dictum iam est, dissimilares sunt: sensus aũt omnibus cõtingit per similares, s. ppea, q̃ quius sensus vnius generis certi, ẽ singulęq; sensorię partes singulorũ sensibiliũ generũ capaces habẽtur, afficiẽt ẽt quod potẽtia est

A est ab eo, qđ actu est, ita qđ idẽ sunt genere, vnũq; illud & hoc sunt. quãobrẽ manũ, aut faciẽ, aut aliã quamuis eiusmodi partem nullus naturæ interpres terram, aut aquã, aut ignem eẽ conatur exponere: partes vero sensorias singulas elementis singulis tribuũt, vt aliam aerem, aliã ignem esse confirment. Sed, cũ sensus in partibus simplicibus positus sit, euenit ratione optima, vt tactus sedem similarẽ qdem, sed minime simplicẽ sortiatur: quippe q̃ maxime vim
B recipiendi plura genera videatur habere, multasq; prę se ferre contrarietates sui obiectũ: verbi gratia caliditatem, frigiditatem, siccitatẽ, humiditatẽ, alias ẽt generis eiusdem. & quidẽ caro in quauis earũ qualitatũ sententiarũ posita est, aut qđ carni proportione respondet, corpulẽtissimũ omnium partium sensibus accommodatarũ est. Quin etiã cũm fieri non possit, vt animal sit carens sensu, eo quoque efficitur necessario, vt membra
C nõnulla similaria in animalib⁹ habeantur: vis .n. sentiendi sita in his est, actiones autẽ per dissimilaria administrant. Sed, cum vis sentiendi, vis mouendi, vis nutriendi eodem in mẽbro cõtineant: qđ alio loco explicatũ á nobis est, fit necessario vt mẽbrũ, qđ primũ principia eiusmodi teneat, id & simplex eo dẽat esse, qua oĩum capax sensibiliũ ẽ, & dissimilare eo, quã mouẽs, & agens est. quãobrẽ in genere D
exangui, hoc est experte sanguinis animaliũ proportionale est: ĩ sanguineo aũt, i. cõpote sanguinis, cor tale habet membrum: quippe cũ cor & in partes similares secetur, quẽadmodũ qđuis ex alĩs visceribus, & dissimilare sit, pp suæ figuræ formam. Cætera ẽt oĩa viscera appellata Viscerum
secuta hoc sunt: quippe quæ ex natura.
eadẽ materia cõstent. natura.n. eorum omnium sanguinea est, qm̃ posita sunt ad meatus venarum, atq; intercapedines. igitur E
perinde quasi fex aquę profluẽtis, cætera viscera veluri profusiones sanguinis per venas fluẽtis consistunt. At vero cor, ga *Græce 6
sanginis initiũ est, & vim creãdi sãguinis primã obtinet, ideir co ex tali materia constare, q̃re recipit alimentũ, ratio est. Sed quã ob cãm viscera forma sanguinea sint, & partim similaria, partĩ dissimilaria, dictũ iã est. φλεβῶν. venarũ. cor venarũ principium.

CVm iam in primis libris huius operis ptractauerit⁹ philosoph⁹ de mẽbris similaribus, & de instrumẽtis, ex quibus corpora animaliũ cõstãt, in ꝑcedẽ vero lib. huius de q̃busdã rebus ratiõalibus, & regulis cõtemplatiuis necessarijs in hac arte locutus fuerit, intẽdit mõ in hoc secũdo lib. & in alĩs duobus sequẽtibus reddere causam formalem, & finalẽ cuiuslibet membri animalĩ. dico.n. q̃ in his tribus libris inuestigat ornamenta membrorum: præponit tamen quædam necessaria ad hui⁹ futurã explanationem. Dicam⁹ ergo q̃ triplex ẽ cõpositio rerum AVER. Intẽtio sequẽtiũ librorum. F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G erum naturaliū. Prima quidē est compositio materiæ primæ cū formis quatuor elementorū, in quarū sunt elementa, videlicet caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate. in lib. nanq; de Generatione, & corruptione ostēsum fuit q̄ forma elementorū, vt sunt elementa, extat p has quatuor qualitates: aliæ vero dēiæ eorū istas sequuntur, vt grauitas, leuitas, raritas, & densitas. Secūda cōpositio est, q̄ fit ex his elementis ad corpora similaria, vt caro, os, &c. de ista aūt cōpositione iam fuit summatim tractatū in. iiij. hb. Me-
H teororū. Tertia vero, & vltima cōpositio est membrorū instrumētariorum ex similaribus, vt manus, & pes. Est aūt manifestū, q̄ proportio istarū compositionū ad id, ex quo componunt, est proportio formę ad materiā, & ipsius actus ad id, qđ est ante actum. Horū autē, quę priora sunt generatiōe, sunt posteriora natura. & quæ posteriora generatiōe, sunt priora natura. Similanturq; in hoc ipsa naturalia artificialibus. nā quēadmodū lateres, & lapides, exēpli gīa, sunt pp domū, & nō ipsa domus gīa horū, ita ēt ī naturalibus.
I hoc aūt est manifestū, cum ea, quę sunt vel in arte, vel in natura posteriora tpe, sunt definitione, & quiditate priora. nā quicquid generatur, ex aliquo generat: & generatio ipsius fit in aliquo, & est subiectū: & ab aliquo, & est mouens: & ad aliquid, & est finis ipse. Est autem id, à quo, & id, ad qđ, idē specie. hō nanque hoīem generat, & stirps stirpē, Materia igit de necessitate est prior tpe, forma vero, definitiōe, & cā. Si aliquis ergo voluerit definire ędificij actū, nō poterit id facere, nisi accipiatur domus in eius definitiōe. K Sed, si domū definire decreuerit, nō accipiet actum ędificij in sui definitione: intelligo quòd recipiet formā in definitione materiæ, sed non materiā in definitione formę, si res ita se habet. Elementa igit sunt materia corporū similarium partiū: & similaria sunt materia instrumētorum: organica vero mēbra sunt finis in generatione. His aūt mēbris insunt officia, & actiones: vt sunt manus, & pes, & oculus: hęc. n. sunt necessaria propter illas actiōes: attamē, quia animalium motus, corumq; operationes sunt multiformes, ideo mēbra officialia ipsorum necessario sunt distincta, formaq; differūt. Verumtū, quia vnū membrū quandoq; agit diuersas operationes, fuit quoq; necessariū ipsum cōponi ex pluribus membris similaribus, cū plures virtutes ipsum habeat. Similare nanq; mēbrum vnā tū habet virtutem, vt manus exēpli gratia: quę quidē est composita ex carne, & ossibus, vt per mollitiē carnis aptius capiat, & retineat res, p duritiē vero ossium cōmodius eas tollat, atq; sustineat. Et iō membra similaria fuerunt virtute diuersa. aliud nanq; ipsorū ē molle, aliud vero durū, aliqđ aliud humidū, & alterum siccū, aliqđ rigidū, aliqđ vero lene. Si ergo ex animalibus debeant prouenire plures operatiōes diuersę, oportet ipsa ex mēbris organicis constare: hæcq; instrumēta ex similaribus, taliaq; ex elemētis constituī. Patet igit sūmatim ex mō dictis q̄ ipsa mēbra simplicia sunt pp officialia, & hęc gīa operationū. Hūt adhuc ipsa mēbra similaria propriū iuuamentū, pp qđ ipsum animal ratiōabilius ex ipsis cō ponuntur, videlicet passionē propriā ipsius. nā quēadmodū fiunt actiones per instrumētaria, ita passiones per similaria. Hinc ē, q̄ Antiqui attribuebant virtutē quinq; sensuum corporibus simplicibus. Dicebāt. n. aliquē sensum aqua, aliū igne fieri, alterum terra, alium vero aere, cū ipsi sensus sint virtutes passiuę, non actiuæ; i. q̄ ipsi perficiuntur à sensibili extra, quo exeūt à potentia sua ad actū: nā, quamuis sint passiōes proprię animalū, nihilominus perficiuntur membris simplicibus. Se-
L quitur igitur de necessitate ipsum membrū simplex, quo fit talis passio, esse partē membri organici: sin autē non posset tali passione perfici, quemadmodū humiditas g̃acialis oculi, qua fit visus, vtitur passione sibi propria, ex eo q̄ est pars oculi. qđ tū: non euenit in aliquo alio, vt in carne, qua fit sensus tactus, secundū opinionē Aristo. Consentaneum tū est contēplari, vtrū membrū similare possit habere aliquā actionem, vel ne. nam suspicati cōtingit ex actionibus plantarū actio-
M nem habere ipsa mēbra similaria: in his. n. vegetabilibus occultantur instrumentaria. pōt nanq; imaginari aliqđ mēbrum corporis fuisse creatum ex vno corpore similario, cuius tū partes differant figura tantum. Ex dictis patet quale est iuuamentum membrorum officialium simpliciter, & membrorum similarium: nunc aūt iuxtā est reuerti ad explicandum iuuamēta cuiuslibet horū membrorū ipsius animalis. Incipiamus igitur inuestigare vtilitates eorū iuxta ordinem suum, & primo à carne initium afferamus.

De Anim. cū cō. Auerr.

De carne. D

VT ex dispositione carnis perci pī pōt, est membrū commune cuilibet animali: omne. n. animal carnē habet, aut aliquid aliud vicē carnis: & ideo existimatur ipsam eē membrū necessariū pro eē animaliū. Dicamus igitur, q̄, cūm definitio animalis sit corpus nutribile sensitiuum sensu tactus, cūm non detur animal sine hoc sensu, oportet qđlibet animal habere mēbrum, quo recipiat hmōi passionē, & illud membrum eē cōe toti corpori animalium: quia per hūc sensum sentit in toto corpore: quare in E toto corpore animalium reperitur. Neque refertur hic sensus ad aliqđ mēbrorū eius, vt visus oculo, auditus auri. Cuius rō est, quia hoc sensu est animal, f tactu. est quoq; animal f̄m totū, non per partes suas. Si igitur hmōi membrum est cōe toti corpori animaliū, oportet ipsum esse similare, & simplex. sensus nanque simplex est membri simplicis, & compositus compositi: quia cū potentię quinq; sensuum sint passiuæ, oportet vt mēbra, quæ eas recipiunt primo, sint similaria. hæc. n. mēbra nihil ex sensibilibus venien F tibus ad ipsa habēt actu, immo habent potentias, quibus recipiūt sensibilia veniētia ad ipsa extrinsecus. vna. n. potentia est vnius subiecti: quia vna forma nō pōt habere nisi vnam materiā. similiter ēt, de quolibet quinq; sensuum, qui prius videtur referri ad membrū similare, vt visus ad humiditatē glacialē, & auditus ad aerem innatū auribus. Sed, cūm hi quatuor sensus habeāt sensum cōpositum, vtpote sensum proprū, & sensum cōem, qui est ip-

Hęc idē fonāt, qđ & principiū Octaui capitis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G se tactus, oportet ipsos habere mẽbra composita: ipse tñ sensus tactꝰ, cũm sit simplex incõpositus, oportet ipsum inesse membro simplici. q; si oportet hmõi membrum ineẽ animali, & non inuenitur aliqđ tale membrum præter carnẽ, vel sibi proportionatum, erit ipsa caro proprium membrũ sensus tactꝰ, cuius membri proportio ad obiecta huiꝰ potentiæ est proportio humiditatis glacialis ad obiecta visus: qđ quidẽ membrũ necessario est primũ simplex in corpore animalium. Oẽ ergo animal carne participat, vel aliquo alio vice carnis. neq; arbitrari decet dari aliqđ animal, qđ habeat sensum tactus tñ, & habeat tamen aliud membrum, præter carnem, siue aliquid vice ipius, vt dicunt de spongia marina.

H

Disceptatio ꝺ istso sensus tactus, & de aſalis pricipio pro Arist. contra Galen.

Hoc aũt oportet ẽt q; fateat ipse Galen. licet opinetur q; membrum, deferens carni sensum tactus, sit ipse neruus. nihil tñ hoc refert circa id, qđ diximus de carne videlicet ipsam esse proprium instrumentum sensus tactus, siue hoc insit carni p se, siue per neruũ. De se aũt patet ipsam carnem sentire per omnes suas partes, neruus vero non se extendit ad oẽs partes sensationis. Estq; de se durus, vt dicit Gal. nõ ergo possumus dicere aĩal sentire per neruum tñ, sine alijs membris. Simileq; huius Gale. affirmat de sensu visus, videlicet, q; putat visum fieri duobus neruis opticis, quamuis ipsemet cedat humiditatẽ glacialem ẽt, ppriũ mẽbrũ visus. hoc tñ fit, dato q; nerui insint cuilibet animali. sed, si nõ concedamus eos inueniri in cũctis animalibus, nihil faciẽt ad sensum, nisi melioris notę gr̃a. Ex his ergo patet q̃ sit vtilitas carnis, & qđ sit ꝑ I K
prium organũ sensus tactus. Sed, cũ oẽ animal debeat habere actionem cõem, quẽadmodum habet cõem passionem, vt mẽbrũ nutritiuum, & motiuum in animali motiuo ꝓ locum: ipsa aũt actio fit mẽbro organico: oẽ igit̃ aĩal necessario habet membrũ officiale cõe, qđ est ipsum cor, quẽadmodum oportet ipsum habere mẽbrũ simplex cõmune, qđ est ipsa caro. Hinc est q; cor sunt carnosum. quia cũ sit pricipiũ sensus, oportet ipsum eẽ carnosum: & ex eo, q; est principiũ actionis cõmunis totu animali, opꝫ ipsum esse L
organicũ. Sed Arist. putat membrũ, qđ est principiũ nutritionis, & sensus, & motus, esse vnũ de necessitate. Galenus quoq; idẽ asserit de principio sensus, & motus: sed nõ de nutritiua virtute. vr̃ nãq; Arist. q; mẽbrum, aggregans istas tres virtutes, sit ipsum cor. Galeno vero vr̃ virtutem nutritiuã esse in hepate, & sensitiuã & motiuam i cerebro. sed de hoc posterius inuestigandũ erit. Patet quoq; cor esse carnosum, cũ sit principium sensus tactus, si concedimus carnẽ esse primũ, & propriũ instrumẽtũ sensus tactus. Nã ex iã M
dictis posset aliquis opinari ipsam esse propriũ membrũ tactes, nõ autẽ primũ. quia, si esset primũ, tunc sequeretur vnũ duorũ, vel dari aliqđ animal priuatum neruo, vel q; cerebrũ, & neruus nihil agãt ad tactum. Sed hoc est impose ſsponere, nisi ſsponatur falſsum, cũ ꝑ anatomiam appareat cerebrũ, & neruũ in aĩalibus habentibus ipsa aliquid agere ad tactũ: verumtñ si ad aĩal habens cerebrũ, & neruum id referatur, erit melioris notæ gr̃a huius sensus:

I

C

A sensus: vel oĩa animalia haberent cerebrũ, & neruũ, si fateamur sensum, inquantũ sensum, fieri ꝑ neruũ, & cerebrũ. Sed sit qđ vis horum duorũ dictorum verum, adhuc nõ sequitur neruum, & cerebrum aliquid agere ad sensum tactus in animalibus habentibus neruum, & cerebrũ, nisi per anatomiã videamꝰ omne animal ita se habere. Sed, si ꝑ anatomiam id non appareat, tunc hmõi res erunt ambiguæ hoc in loco: possibile nanq; est, vt in spõgia marina nõ appareat nobis neruus, neq; cerebrum, vel omnino nõ habeat neruum neq; cerebrũ. oportet ergo rationi assentire. Dicamꝰ itaq; superiorẽ demonẽm vsem ipsius Arist. concludere de necessitate carnẽ esse primum organum tactus, atq; proprium. Qđ aũt sit proprium, patet ex dictis: sed q; necessario sit primum, ex eius verbis ostenditur: cũ ipse posuerit vnã eẽ potentiam sensus simplicis: vnius autem potentiæ vnum est mẽbrũ simplex: quemadmodum potẽtia composita requirit sibi membrum compositũ. neruus igitur, & cerebrum in animalibus habentibus ipsa, sunt ad temperãdum calorẽ huius animalis. tactus. n. fit tẽperamẽto quatuor qualitatum in sensu. qđ Galen. iuõq; cogitur fateri. existimauit enim manus, & præsertim extremitatis digitorum verius iudicare de sensibilibus, q̃ cæteras alias corporis humani partes, quia tẽperatior est. Si igitur cerebrum est frigidũ & humidum, vt ipse asserit, & neruus frigidus & siccus, quo pacto potuit imaginari ipsa eẽ principiũ huius sensus. Ex hoc ergo habetur necessario ipsam carnẽ esse principiũ sensus tactus: quã oẽs assertunt D
eẽ tẽperatiorẽ in qualitatibus cæteris mẽbris corporis humani: ipsũq; tactũ fieri per hoc mẽbrũ. Sequitur ergo ex dictis carnẽ esse primũ instrumentũ, atq; propriũ sensus tactus. cor quoq; eẽ principiũ huius virtutis: neq; demoni obstare qđ per anatomiã apparuit possit ipsi Galeno, vel alijs. O q̃ admirabilis ẽ diuina virtus existens in demone huius viri, & q̃ dissona est primo in tutu. Et si opinatus est Galen. neruũ, & cerebrũ eẽ sensui necessaria, quia id, in aliqbus viderit animalibus, nõ tñ est necessariũ. quẽadmodũ ẽt existimat splenem, & fel ineẽ cũctis animalibus nutribilibus, qa in quibusdã id perspexerat. Sed qui assuetus est in hac scientia nõ ignorat hoc: videlicet q; aliq̃ actiones, quę toti animali sunt cões, quãdoque fiunt per membra ſsuper addita, siue id fiat melioris notæ gr̃a, siue propter necessitatem aduenientem huic animali ex aliquo accidẽti. Hoc aũt est primum iuuamentorũ carnis, qđ narrauim, primoq; à natura intentũ. reliqua vero eius iuuamẽta narrata à Galeno, si sint, iuuamenta, potius debent sibi ineẽ F
ex secunda intentione.

B

E

Partium similarium aliæ molles & humidæ, aliæ ſsiccæ & ſsolidæ ſsse: deq; ordine ſsimilarium diſscrepantia: deq; caliditate & frigiditate acceptionibus, eorumq; exceſſsu. Cap. 1.

PArtium autem similariũ aliq̃ molles et humidę sũt, aliæ durę & solidæ. Humidæ vel omnino, vel quandiu in constitutione naturæ manẽt, sanguis, sanies, adeps, seuum, Partes ſsimilares humidę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G medulla, genitura, lac vbi habe ri solet, caro, & quæ ijs proportione respondent: non.n. omnia animalia partes has obtinēt, sed sunt quę ad proportionem non nullarum ex ijs constent. Siccæ ac solidę inter similares sunt, os, spina, neruus, vena. ordo. n. similariū discrepat: quippe qui nomen partim cōe toti cum parte seruet, vt venæ pars vena recte appellatur: partim nō seruet, vt in visceribus patet: figura. n. diuersa est. Primū igitur partibus H his, tū humidis, tum siccis multi causæ modi tribuuntur, cum aliæ tanquam materia mēbrorum dissimilariū sint: ex ijs. n. membra quę q; officialia, siue īstrumentaria constant, ossibus, neruis, carnibus, alijsq; generis eiusdē, quę partim ad essentiā, partim ad actionē conducunt: alię nutrimento sint, vt humidę siccis. etenim omnia ex humore sua capiunt alimenta: alię vt excrementa earū sint, accidit: vt I sedimentum ficci alimenti, atq; ēt humidi in ijs, qbus vesica data est. Earum aūt ipsarum partium discrimina, quibus inter se discrepent, notę melioris gratia habentur, vt tū aliarū, tum sanguinis ad sanguinē. alius. n. tenuior, ali⁹ crassior ē: et alius syncerior, alius turbulentior: itē ali⁹ frigidior, alius frigidior, alius calidior, tam in eodem animali, q̄ in diuersis. quantū. n. sanguinis parte corporis continetur superiori, his differēt ijs discrepat cū inferiori. Omnino animalibus K alijs sanguinē dedit natura, alijs vice sanguinis partē eiusmodi aliam. Est certe roboris efficacior sanguis, qui crassior, & calidior est: vim aūt sentiendi, intelligendiq; obtinet pleniorē q̄ tenuior, atq; frigidior est. Hoc idē discrimen in ijs quoq; habetur, quæ sanguini proportione respondent. quamobrē apes, atq; eiusmodi alia animalia ingenio siora multis carentibus sanguine sunt: necnon inter ea, q̄ sanguinem habēt, ingeniosiora suis L contrarijs sunt, q̄ sanguinem habent frigidiorem, et tenuiorem. Sed optime constāt q̄ calidum, tenuē, & synceriū habent: quippe q̄ vna & viribus corporis, et animæ ingenio plurimum valeāt. quapp pars ēt superior corporis ea ipsa dria dissidet cū inferiori, & fœmina cū mare, & dextra pars cū sinistra eiusdem corporis. Pari mō cęteris quoq; tā eiusmodi partibus, q̄ dissimilaribus, statuere driā debemus, M partim ad officia, et essentiā cuiusuis animalis, partim ad melius deteriusue. exempli gratia, inter ea, q̄ oculos habēt, alia duris oculis sunt, alia humidis: & alia carent palpebris, alia hūt, vt visus sit exquisitior. Sanguinē vero haberi aut qđ eandem, quā sanguis, naturā obtineant, q̄ necesse sit, atq; ēt quænā sanguinis sit natura, explicandum suis iā causis est, si prius calidi, frigidiq; rōuem distinxerimus.

Natu-

A Natura. n. rerū multarū ad ea ipsa pricipia refertur. cōpluresq; ambigunt, quæ nam animalia, mēbraue calida aut frigida sint: Etenim nonnullis aquatilia terrestribus eē calidiora placet, argumento, qđ naturę frigiditas calorę naturæ eorū compensēt. Sanguine ēt destituta ijs, q̄ sanguinem obtinēt, esse calidiora: et fœminas amplius q̄ mares calere arbitrantur. Parmenides. n. mulieres esse viris calidiores author est: qđ idē quibusdam etiā B alijs placuit, argumento copiæ sanguinis, qua menstrua fiant. Empedocles cōtra opinat. Sanguinē ēt, & bilem alij inter calida enumerant, alij inter frigida. Quōd si calidū atq; frigidū tam recipiunt ambiguitatē, & controuersiā, quid de cæteris arbitrari debeamus? hæc. n. omnium, quæ sensum patiuntur, apertissima sunt. Sed quæstio hæc orta inde videtur, quod calidum multifariā dicitur. quisq; .n. quāuis contraria dicat, tū ali C quid dicere vī. Quamobrē nos se oportet, qbēadmodum rerū naturalium cōstitutarū partim calidæ, partim frigidæ, & aliæ siccæ, aliæ humidæ dici debeāt. Nā vitę quoq; & mortis causas hæc habere, atq; ēt somni, & vigiliæ, iuuentutis, & senectutis, & morbi: & sanitatis: nō asperitatē aut lenitatē, non grauitatem, aut leuitatē. nihil fere tale apertū esse vī. & recte quidem. sunt. n. hęc, vt alio loco ex posui mus, initia elementorū naturalium: calidū dico, frigidū, siccum, humidū. Vtrū igitur simplici ratione, an multiplici calidū dicaē? sed quodnam officiū rei calidioris sit, aut si plura sint quot numero sint, declarādū ē. Primo igitur mō calidi⁹ dī id, qđ ampliorē inuehit sensum, cū tangitur, nec sine dolore. qđ q. dē fallere interdū vī. nā fieri potest, vt corporis habit⁹ cām dolendi afferat, cū sentitur. Ad hęc calidius, qđ rei liquabilis liquātius, et rei cremabilis cremātius E est. Itē si alterum plus, alterum minus sit, idē qđ plus ē hoc altero, qđ minus, calidius est. Prę terea qđ de duobus nō cito, sed lente frigefit, id calidius ē. & qđ citius calefit eo, qđ lentius, natura esse calidiori censemus: perin de quasi alterū sit aduersum, vt remotius, alterū simile, vt ppinquius. Alterū igitur altero calidius esse, etsi nō pluribus, tamē tot modis dī. qui modi oēs eidē inesse non pōt. aqua. n. feruens plenius calefacit q̄ flamma: sed F flāma vrit, & liquat rē, vri, aut liquari idoneā: qđ aqua efficere nō pōt. Itē aqua feruens calidior est, q̄ ignis exiguus: attamen citius magisq; refrigescit q̄ ignis, quāuis exiguus: quippe q̄ frigidus nunq; fiat, cū aqua ois refrigerari possit. Ad hęc, aqua feruēs calidior sentiē, sed celeri⁹ refrigescit, et cōgelascit, q̄ oleū. Sanguis pręterea tactu calidior q̄ aqua, aut oleum est, sed cele-

Elementorū nāliū initia q̄.

Rerū calidarū differētiæ.

R iij riys

Universidad de Deusto
Biblioteca

G nue gelascit. Lapis ẽt, ferrum, et reliqua generis eiusdem lentius quidẽ calefiunt q̃ aqua, sed vbi calefacta fuerint, vrere vehemẽtius possiunt. Postremo ea, q̃ calida esse diximus, calorẽ aut extraneum continent, aut suũ: plurimũ aũt refert, hoc an illo modo calidum quicquã sit: alterũ enim eorum prope est, vt calidũ p accidens sit, nõ per se: veluti de quaũ, si febrienti muliercũ esse accidit, dixeris muliercũ eẽ calidiorem, q̃ eũ, qui calidus sanus est.

H Sed, cum aliud per se calidum, aliud per accidẽs sit, refrigescit quidẽ lẽtius quod per se calidũ est. sed sæpe fit, vt sensu vehemẽtius calefaciat id, qđ p accidens calidũ est. itẽ amplius vrit qđ p se calidum est, vt flãma, quãm aqua feruẽs: sed tactu amplius calefacit aqua feruens, q̃ per accidens calida est. Itaq; iudiciũ, vtrum nam ex duobus calidius sit, nõ esse simplex apertum est: qũ fieri potest, vt hac alterũ, illa alterum rõne calidius sit. nõ-

I nulla ex ijs ne dici quidẽ simpliciter calida, aut nõ calida pũt: subiecto.n. qđ tandem sint, non calida sunt, sed per associationẽ calida sunt: velut si ferro calido, aut aquę nomen impones: hoc .n. mõ sanguis calidus est, & qdẽ patet frigiditatẽ aliquã esse naturã, nõ priuationẽ ĩ ijs, quorũ subiectũ calidũ per affectionẽ, siue passionẽ est. natura etiã ignis tale, quid fortasse est, subiectum.n. forsitan est, vel fumus, vel carbo: quorũ alterum sem- K per calidum est: quippe cũ fumus nõ nisi exhalatio sit, carbo aũt extinctus frigidus est. Oleũ & reda effici frigida pũt. Adusta etiam ferẽ oĩa aliquid habẽt caliditatis, vt calx, cinis, sedimẽta animalium, & inter excrementa fel, eõ q̃ feruore nimio exaruerint, reliquumq; sibi continẽat aliquid caliditatis. Teda, & quoduis pingue alio mõ calidum est, videlicet qđ celeriter L actũ ignis mutari põt. calor autẽ vim tum cogendi, tum liquãdi habere videt. quæ igit aquæ vnius sunt, ea frigore coguntr: q̃ terrę, igne: calida etiam indurãtur frigore: cæleri atq; irresolubili concretu, q̃ terrã potius pferunt: leuius aũt, q̃ aquam. Sed de his planius alio loco dictũ à nobis est, s. quæ nam concrescere apta sint, & qbus causis strugant. Calidum vero, & M calidus cum multifariam dicatur, nõ eodem modo rebus iunget omnibus: sed addere debebis, aliud p se esse calidũ, aliud plerunq; per accidens. itẽ aliud potẽtia, aliud actu: & aliud hoc modo, quod tactũ amplius calefaciat, aliud, quod flammã excitet, atque igniat. Quòd si calidum multiplici ratiõe dicatur, frigidum quoque pari ratione sequatur necesse est. atque de calido, frigido, excessuq; eorum ad hunc modum definisse satis sit.

Si

A Si ea igitur, quæ de carne explanauimus, ita se habent, sequitur ne
Arist. cessatio reliqua corpora similaria animaliũ ob alterũ duorum eis inesse, videlicet vel gratia carnis, vt ossa pro substentamento, & sanguis pro nutrimento eius: vel est quid sequens necessariam generationẽ carnis, vt superfluitas humida, & sic ea, quæ in corpore reperit. & fortasse hæc duo simul insunt alicui corpori, videlicet pp necessitatem, et pp aliquam vtilitatem, sicut seuum, & pinguedo, & colera rubea, & nigra, & hoc est magis cõueniens. ipse tñ

B prius de his inuestigat, quia cũ ipso animali oriuntur: postea vero de reliquis tractabit in libris, i quibus narrat generationẽ animaliũ. sed, quia cũ hoc, q̃ quærit illorum inuamenta, intendit ẽt nouificare naturam eorũ, quæ quidẽ cognoscitur p sua primordia, & elementa, ex quibus constant, s. caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, iccirco ipsum oportuit prius exordiri quot modis dicatur calidũ, frigidum, humidũ, & siccũ, anteq̃ faciat initium huius speculationis, & q̃ sint operaC tiones harum potentiarũ. hęc.n. est via cognoscendi hęc primordia ipsorum corporũ similarium, proportionemq; vnius ad aliud. Sed, quia Antiqui non attigerunt, quot modis dicant hmõi qualitates, neq; illarũ operationes percepterunt, ideo fuerunt eorũ opiniões inter se multũ discrepantes. Contra quos Arist. obijcit, dicẽs, q̃ de caliditate, & frigiditate, q̃ sunt nobis manifestissimę, extat iter ipsos tãta disceptatio, nõne lõge maior erit ipsorũ confusio circa res ignotas nobis? scrutatio tñ de operatiõibus harũ quatuor qualitatũ ꝑter alia genera qualitatũ fuit, D quia inter alias qualitates illæ sunt causæ mortis, & vitæ, iuuentutis, ac senectutis, & somni, vigilarumq;, & sic de cæteris, q̃ a talibus attribuuntur. Dicamus igit q̃ calidũ, & frigidũ, humidũ, & siccũ dicunt quadrupliciter. Calidũ, s. in actu, qđ videlicet tactu percipitur calidũ, vt ignis, & reliqua fiat calida. Secundo modo calidũ in potẽtia, vt res, q̃ nõ solent esse actu calidę, vt nucũ arborẽ calidã esse dicimus, quo pacto pleraq; medicinalia calida, vel frigida nũcupant. Tertio dr calidũ per se, atq; ex sui natura, vt qđ inseparabi E le calorẽ habet calidũ per se dr: exẽpli cã, ignis per se calidus dr. Quarto dr calidũ per accẽs, vt ferrũ ignitum. Harũ adhuc qualitatũ, q̃libet dr absolute vel in respectu. absolute qualitas nũ maxime dr, cum ad simplicia corpora refertur: seu ignẽ absolute calidũ dicimus, niuẽ vero frigidam. In respectu autem dupliciter aliqđ dicitur. Primo quidem fm respectum diuersarum qualitatũ corporis similaris, quæ in eo dominantur. vt dicimus sanguinem esse calidum & humidũ, & ossa frigida, & ficca. Secundo modo dici- F tur respectu vnius speciei ad aliam in eadẽ qualitate, vt si dicamus mare esse calidiorẽ fœmina, & sanguineum animal calidius exangui. Ijs igitur modis dicuntur ipsę qualitates: quarum actiones sunt congelatio, resolutio, & cætera huiusmodi, aut ea alia, quæ ad huiusmodi qualitates referuntur. Sed quæ harum operationum sit propria vnicuique qualitati, & in quo inuicem conueniant, iam Quarto Libro Meteororum sanis fecimus. Calidum

Universidad de Deusto
Biblioteca

os, nõ daret motus flectendi. sintq; inuicem colligata, vt motus erectionis fieri possit: & si non essent continua inuicem, tunc ineffent corpora, vt spinæ, & sagittæ, & non fungerentur officio ossium, s. flectendi & erigendi. insuntq; extremitatibus ossium manuũ, & pedũ animalium habentiũ pedes & manus, quędã loca apta pro ingressu vnius in aliud, gratia motus, atq; custodiæ iuncturis requisitæ: quare duorum extremorũ ossis aliud est cauum, aliud vero rotundũ, eminens, promptum ingredi hmõi concauitatẽ. est etiã colligatum quibusdã ligamẽtis pp motum dilatãdi, & flectendi. qñq; tñ est vtrũq; cauum habens in medio quid simile talo, vt fiat super ipsum motus dilatationis, & constrictionis. Ossium quoq; aliqua sunt, quorũ extremũ vnius extremo alterius similatur: quare interponũtur partes cartilagineę, vt ossa motu non conterantur. Quælibet tandem flexura artus animaliũ habet figuram aptam motui ipsius. Et id pp duo, vel quia impossibile est huiusmodi flexuram moueri, nisi pp hanc figuram, vel quia eius motus per hmõi figuram est melior, & facilior, atq; tutior. Ossa tñ ventri cohærentia, i. extrema costarum sunt breuia, & non continua sibi inuicẽ: quemadmodum costæ pectoris. qd fit propter vẽtris animalium tumorem factum ex cibo, & propter conceptum in fœminis.

De cartilagine.

NAtura cartilaginis est media inter ossis & carnis naturã: & ideo fuerunt extrema, quæ sunt carni coniuncta cartilaginosa, ne afferant dolorem ipsi carni. qñq; tamẽ natura facit cartilaginẽ separatam ab ossibus, vt auium, & nariũ cartilaginẽ: oportuit enim dari corpus medium inter duritiem ossium, & mollitiem carnis: quia, si os nah nõ esset cartilaginosum, nõ posset fungi officio motus attractiõis. Insunt igitur ossa corporibus animalium gratia huius adiumenti: & pp necessitatem, s. pp proportionem terrenam existẽte in eis, præsertim in animalibus magnæ staturæ, & viuiparis. Quanto. n. animal est maioris molis, tanto plus participat partem terrestrem: quare indiget validiori fulcimento ad eius sustentationem, & ad ferendum fœtum tẽpore conceptionis. Ideoq; ossa i animalibus proportionant magnitudini corporum, & operationũ eorũ, s. in sua magnitudine, & duritie, atq; robore. Genus autem viuiparũ ossa obtinet maiora, ouiparũ vero minora. Hinc est q; spinæ piscium se habent veluti ossa in aliis. Delphinis vero, quia viuiparũ est, obtinet ossa rigida vice spinarum. Marium aũt, quia validioribus indigent operationibus, ideo eorũ ossa sunt fortiora ossibus fœminæ. Carniorũ quoq; ossa fortiora sunt, & duriora pp robur eorũ, atq; voraginẽ necessariam ad acquirendũ victũ: adeo q; ex ossibus leonis inuicem percussis, vt fertur, ignis excutit, veluti ex silice. Hæc igitur est summa iumentorũ ossium in aãli compositione. Sed carenti ossibus natura imposuit vice ossium quid suppleę vices eorũ, qđ fungat eorũ officio: vt spinæ in piscibus, & cartilagines in nonnullis animaliũ loco spinarum. Imposuit tñ natura quibusdã animaliũ extra corp' ipsa ossa, p nutella,

tella, vt mollibus hãtibus testã duã: quia hmõi aãl est frigidę complexionis ob indigentiã sanguinis, cuiusq; caro est mollis, iõ natura posuit ossa extrinsecus pp duo, s. iuuamenta: alterũ est, vt calor naturalis custodiatur, ne sua debilitate dissoluatur à calore extrinseco: alterũ vero est, vt sint ipsa ossa q̃dã protectio ob offensionibus rerum extrinsecarum: alioqui incideret in festinã corruptionẽ loci mollitiei carnis, & debilitatus eius à rebus extrinsecis. Animalibus vero, q̃ nõ habẽt ossa ob paucitatẽ portionis terrę ipsorũ, natura tribuit corpus durum medium inter mollitiẽ carnis, & duritiem ossis, sic ẽt animalibus mollibus imposuit natura in eorum procreatiõe corpus medium inter mollitiem carnis, & nerui, in quo aggregatur mollities, & extensio, atq; robur. Sed, si hmõi animalia mollia haberent corpus carnosum tũ, citius incurrerent corruptionẽ. Præstauit aũt natura his aãlibus carnem mediam quoquomodo inter nerũ, & carnẽ, & ideo q̃ cõtunditur, non scinditur scissiõibus rectis, sed rotundis. Animal vero nominum cartilagineum creatũ fuit ex spina, & cartilagine, videlicet dorsũ ipsius. sic. n. motus eius facilior est, pp molliẽ cartilaginis: iam. n. natura cõsumpsit portionem terream huius animalis in cutim. vnũ nãq;, & idem excrementum non põt fieri in pluribus locis, ponit aũt ipsũ in loco conueniẽtiori. Cætera vero mẽbra ossea, vt cornua, vngues solidę, atq; bisulcæ, & dentes maxillares, tostraq;, auium, ossa sunt propter sanitatem animalium, atq; eu

Universidad de Deusto Biblioteca

rius loquemur: de similaribus tamen membris loquemur in hoc libro, s. de eorum principatu tãtum. Hæc igitur est summa rerum, quas tractabimus in hoc libro de ipsis membris simplicibus.

De duabus partibus in quibus q; animantibus necessarijs, quæ viuunt, quæ cibũ capiant; & quæ excrementa emittant: deq; sensium vi, & eorum loco in corpore. Cap. 10.

NVnc quasi à primis iterum orsi differamus. In omnibus vita præditis, & perfectis partes maxime necessariæ duæ sunt: altera, qua cibum capiãt, altera qua excrementum emittant. non. n. fieri põt, vt sine cibo vel seruentur, vel augeantur. Stirpium itaque genus (nam id quoq; viuere fatemur) locũ superuacui excrementi nullum habet: cibum. n. concoctum ex terra haurit, sed vice excrementi semina, & fructus effundit. tertia pars in omnibus est media inter eas, quas modo dixi, in qua vitæ principium continetur. Sed stirpium natura qm̃ stabilis est, non ex multis, ac varijs partibus dissimilaribus constat: quippe cum ad paucas actiones paucorũ instrumentorũ vsus requiratur, quamobrem ad stirpium siue plantarũ forma seorsum agendum est. Quæ aũt vna cum vita sensu ẽt prædita sunt, hęc speciem multiformiorẽ, numerosioremq; varietatẽ recipiunt. atque inter ea alijs alia magis, & eo

G eo amplius, q̃ non solũ viuẽdi, sed etiã bene viuendi rationem natura eorum obtinuit: quale hominũ genus est: quippe qđ aut vnum ex oĩbus animalibus nobis cognitis diuinitatis parti ẽps sit, aut omnium maxime. itaq; tum ob eam rem, tum etiã qđ exteriorum partiũ eius forma notissima est, primũ de homine differendũ censemus. iam .n. partes ẽt naturales hominis vnius ſm naturã dispositę sunt: qñquidem partem superiorem H ad vniuersi supremum erectam obtinet: solus.n. animaliũ homo erectus incedit. Caput hominis macilentum, carneq; prope omni exutum eẽ necessariũ ex ĩjs, quæ de cerebro diximus, euenit. Nec audiendi sunt, qui si carnosum esset, viuacius hominum genus futurũ censeant: sed vt melius sentiret, carnem adẽptam existiment. vim.n. sentiẽdi sitam in cerebro: sensum autem per partes nimium carnosas nequaq; admitti posse arbitrantur. I neutra.n. eorum ratio vera est. Sed si cerebrum à carnis copia circundaretur, contra efficeret, q̃ institutum exigeret, cuius gratia adiũctũ est animalibus: non.n. refrigerare posset, eũ valde ipsum teperet. nec sensus vllius cãm cerebrũ obtinet, qđ quidem expers oĩno sensus non aliter, q̃ quoduis excremẽtum est. Verũ cum intelligere cãm, quãobrem sensus nonnulli in capite habentur, nequeant, q̃ eam partem cęteris esse peculiariorẽ animaduerterint, ideo sensum cum cerebro cõiungendũ ratiocinant. Sed.n. principiũ sensuum esse cordis locũ, definitum iam est, cũ de sensu agere- sẽsificũ capitis mus. & quã ob cãm duo, i. tangendi et gustandi sensus, ex corde aperte dependent: vnus ex reliquis tribus, i. olfaciendi, medium tenet: duo, i. audiendi, & videndi, maxime in capite positi sunt, pp sensoriorum naturã, visusq; omnibus in capite est, nam auditus olfactusq; piscũ, & reliquorum generis eiusdem declarant qđ dicimus. audiunt .n. atq; olfaciunt, cũ nullũ sensorium eorum sensuum in capite habeant manifestum. Visum autem omnibus, quibus est datus, apud cerebrum esse optima ratio est. cerebrum.n. humidũ ac frigidum est: visus aquæ naturam obtinet: hæc.n. oĩum perlucidorum facillime conseruari potest. Sensus ẽt exquisitiores ẽ partes, quæ sanguinem habent syncteriorẽ, absolui necesse est. M sanguinis .n. calidioris agitatio ofticiũ sentiendi intercipit, atq; refringit. his de causis sedes eorum sensuum mandatæ sunt capiti. Nec vero pars prior tm capitis carne vacat, sed etiã posterior, q̃ oĩbus capite p̃ditis partem hanc erectam maxime constare oportet. nihil.n. erigi põt pressum onere. id aũt accideret animali, si caput carne obtectũ haberet. quo ẽt paret non iõ cat nem

A nem deesse capiti, vt cerebrum sentiat: pars.n. posterior capitis cerebro caret, & tũ carnis expers nihilominus est. Auditum ẽt nonnulla animalia situm in capite habent debita ratiõe. qđ enim inane vocatur, plenum aeris est. sensorium autẽ audiendi aeris esse fatemur. vt igitur ab oculis meatus ad venas circa cerebrum sparsas tendunt, sic ab auribus meatus in occiput penetrat. Vis autem sentiendi nec vlli exangui data est parti, neq; B sanguinis propria est, sed cuidã ex his, quę sanguine prouenĩut, delegata est. quocirca, pars nulla exanguis eorum, q̃ sanguinẽ habent, sentire põt, nec ipse sanguis sensu præditus est: quippe qui nulla pars sit animaliũ. Cerebrũ vero parte priori capitis continent oĩa, quibus hoc datũ est. qm̃ id, quo sentiunt, in parte prioti corporis situm est: sensus.n. prouenit à corde, qđ parte priori commissum est. SentiC re ẽt partes tantummodo pñt, quæ sanguinẽ obtinent. occiput aũt venis vacuum est. sedes aũt sensorię probe ad hunc modũ à natura dispositæ sunt. Aures orbem capitis æquis portionibus secant, tenentq; medium. auditur.n. non mõ per directum, verũetiã vndiq;. Visus pari priori mandatus est: cernitur.n. per directũ. Motus ẽt ante fit, q̃ pspiciendũ autem est eodẽ, quo motus agitur. Nares iter oculos ratione optimæ collocatæ sunt. Gemina.n. sedes quęq; sensoria D est, pp duplicem corporis partem, s. dextram, & sinistrã. sed hoc in tactu incertum est, pp ea qđ primũ sensoriũ non caro, nõ pars eiusmodi aliqua est, sed aliquid intimũ. Lingua, etsi obscurius q̃ oculi, tũ certius q̃ tactus, geminum gustandi vestigium ostendit. est.n. hic etiam sensus quasi tactus quidam: attamen res vel in eo satis constat, fissura .n. linguam distingui perspicuũ est. At vero in cæteris sentiendi partibus sensum bipartitum eẽ latius patet: aures.n. geminę, et oculi gemini sunt. Vis ẽt nariũ bipartita est: quæ si aliter sita, distractaque esset, vt aures, suo fungi officio non posset, nec ps, in qua posita est ex instituto ad ministraret. efficitur .n. sensus olfaciendi per spirationem, in ĩjs, quę obtinent nares: pars autem spirandi mediũ tenet, & ante posita est. quapp, nares in medio trium sensuum natura constituit, quasi per lineam fabrilẽ F directas, ad respirationis agitationem, cæteris etiam animalibus hæc eadem sensuum domicilia bene pro sua cuiusq; natura condita habentur.

Sẽsoriũ sedes quare gemina.

Tact⁹ primũ sensoriũ ẽ caro sed aliqđ itetnd. Vide opp. supra. cap. 2. & 3. d Hist. cap. 4.

E

De situ auricularum in quadrupedibus. Cap. 11.

QVadrupedes.n. auriculas habent suspensas, & supra oculos sitas habere videntur. veruntamen non ita est, sed cõspectum mentiuntur, qm̃ bestię nõ erecto,

G ctо, sed prono sunt corpore. Cū igitur plurimę ita incedant, iuuat, vt & suspensiores sint auriculæ, & crebro moueantur. sic enim melius vndique strepitus circumactæ excipient.

De meatibus auditorij animi. Ca. 12.

AVes meatus tm auditorios habent. q. n. cutis earum durior sit, nec pilis, sed pennis integantur, ideo materia carent, ex q̄ auriculæ creē-
H corticatę eodē modo se habent: eadē. n. ratio vel illis conueniet. quinetiā vitulus marinus inter ea, quæ animal pariunt, non auriculas, sed cauernas tantum habet ad audiendum, vtpote qui manca, & læsa sit quadrupes.

AVER. MOx expedit tractare de officialibus membris: cuius rei initium faciemus à magis apparentibus sensui, quia sunt nobis notiora: incipiemusq; à superioribus mē-
I bris ipsorum. Dicamus ergo q. mēbra officialia hominis in eorum situ, & figura proportionantur in diuinitate, & perfectiōe naturæ rei nobilis. Nam eius suptemum, s. caput in nobilion parte situatur, videlicet sursum: eiusq; situs nobilior est, cum ipsius sursum sit directe expositum ad sursum vniuersi, nullīq; animalium genus, prēter hominē, habet rectam statura. cuius rei causam iam prædiximus. Caput præterea in animalibus capitis ē sine carne. nam si esset compos carnis, tunc cerebrum esset calidum. quare non darentur iuuamenta cerebro requisita pro sensu, & motu, q̄ę sunt re-
K perare. Animal quoque grauiter ferret caput suum.

De vtilitate sensuum.

TRres sensus, s. Visus, Auditus, & Olfactus, locum obtinēt in capite ipsius animalis sanguinei: visus quidē in parte anteriori capitis: auditus vero in posteriori: sed olfactus sub visu collocatur. Hi āt tres sensus ideo fuerunt in capite: quia eorum operatio est subtilior, & clarior ob hmōi membri frigiditatē, paucitatēq; caloris: & calor sanguinis impedit operationem sensuū:
L ideoq; non habet sanguinem. Visus autē fuit positus apud cerebrū in eius anteriori parte: quia natura oculi, qui est instrumentum visus, oportet q. sit aquea, frigida, & humida. & ideo non pōt esse nisi in cerebro: cūm eius natura sit frigida & humida. & ipse visus fuit positus in anteriori parte capitis: quia motus animalis fit in pte anteriori.

De Auditu.

AVditus vero instrm positū est in parte posteriori, quia ē plena aere apto recipere percussionem facientē vocem. Inde est q. meatus
M auriū obuiāt posterioribus capitis, & fuerūt aures positę in medio cuiuslibet capitis, vt auditus ad ipsum reuertatur non fm rectum, sed per omnes partes ipsius.

De Olfactu.

ORgana vero Olfactus fuerunt posita iter duos oculos: & merito, cū, hmōi sensus in animalibus habentibus nares faciat operationē suam spiratione: & iō fuit positum hmōi organū super locū spiratiōis. Ex his igit̄ patet cā, ob quam hmōi sensus fuerunt positi in eo loco animalium.

A malium. Qui sensus tres geminati inueniunt̄ in animalibus nobilioris notæ gratia. potest nāq; animal eē sanum alterutro horū sensuum: quorū instrumenta quoq; situ, & figura, atq; numero partium eorum ordinata sunt, vt ipsa natura animaliū statuit sibi: & id vel propter necessitatem, videlicet sine qua impossibile est aliter se habere hmōi animal, vel pp nobilitatem. consentaneum igitur est narrare dīas, q-
B bus organa hmōi sensus distinguūtur. Dicamus ergo, q. organum auditus dupliciter inest animalibus. nā vel sunt aures, vel sunt meatus quidā in loco aurium. sed situantur aures in capite dupli. s. vel in cuitu capitis, vt ī quolibet hoīe: vel in parte superiori, vt in quadrupedibus. sed aues, & animalia corticata, & tandem cuncta ouipara meatus obtinent. Homo tū habet aures in circuitu capitis pp rectitudinem staturæ ei⁹: quadrupedes vero in summitate, cum non habeant staturam rectam. fuerunt̄q; in hmōi loco situatæ, videlicet in eminentiori loco ad
C bonitatē auditus, ideoq; sunt mobiles, vt voces vndequaq; recipiāt. animalia aūt, q̄ hoc mō habent aures, bonū obtinēt auditū, vt equus, & reliqua. aures tādē sunt ad recipiēdā vocē, & iō sunt latiores ipsis meatibus intrinsecis, & cōcauę. Pisces vero, & aues meatus obtinēt, & nō aures, duplici cā: alia est necessitas materiæ, videlicet pp duritiē cutis huius generis, quare nō pōt habere aures: & pp grossitiem cutis huius spēi inest penna auibus, vbi pili in quadrupedibus, squameq; piscib⁹: alia vero cā est, q. natura instituit debile auditum huic animali: cū nō indigeat ad cōseruationem eius, & regimen vitę bono auditu. inde est q. D non habet vim auditiuam, vt quadrupedes viuiparæ.

Genus hominum, auium, & quadrupedū, comectes palpebra oculos habere, quone modo ipsorum quedq; contineat. Cap. 13.

GEnus hoīum, auiū, q̄ drupedū, tā viuiparū q̄ ouiparū, oculos visus custodiēdi gra integunt, sed varie. q. n. animal pariunt, geminā hñt E palpebrā, & cōniuere vtraq; solēt: aues tā leuiores q̄; grauiores et quadrupedes ouiparę palpebra īferiori cōniuēt. Nictāt aues ab angulis mēbrana obesite. cu-
ius rei cā est, vt operimentū prę- Oculi animum humidiores.
sidio sit oculis eorū humidis. q. iō humidi sunt, vt cernere acutius possint: nā si duri essent, tutius quidē constarent cōtra ea, q̄ extrinsecus occurs arent atq; inciderent, sed cernere acute nō possent. itaq; eius rei cā, cutis p̄ tenui pupillæ obtendit. At vero F salutis gratia palpebrę operiūt: ideoq; oīa conniuent, & oīum maxime hō. omnia, inquam, vt q̄ incidāt, prohibere palpebris possint: idq; non consulto, sed naturę instinctu agitur: hō vero frequentius, qm̄ cutem tenuissimam haber. palpebra autē cute constat: vnde fit, ne aūt palpebra, aut præputiū vulnere diuisū coalescere possit: sunt. n. cutes sine carne. Quę aūt iter aues palpebra inferiori cōniuent, &

qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quadrupedes ouiparę, prę duritia cutis caput ambictis ita coniuent. volucribus.n. grauioribus, ꝙ nequeāt volitare, incrementū pennarū ad cutis crassamentū cōuertitur, eędemꝙ palpebra īferiori cōnuēt: colūbæ āt, et filia vtraꝙ. Quadrupedes ouiparæ cortice integunt, qui pilo durior est. itaꝙ cutis quoꝙ eorū cæteris cutibus durior est. Cutis igitur capitis eorū p̄dura est, ideoꝙ palpebrā inde habere nequeunt: inferior carnosa ē,
H vt satis tenuitatis, tēsionisꝙ habeat. Nictant volucres grauiores non palpebra, sed mēbrana, ꝙ palpebræ motus lentior est, cum celeritate sit opus, quā mēbrana præstare p̄ōt: nec nisi ab angulo naribus proximo nictātur, ꝙ eorū naturā ex vno principio prouenire melius sit. Principiū autem in ꝭs est pars naribus adhęrens. pars ēt prior principium potius ꝯ̄ latus ē. At vero quadrupedes, q̄ oua pariūt,
I non eodem nictantur mō: qm̄ non lubricum, exquisitumꝙ visum eas habere necesse est, cum terrestres sint. volucribus certe necessarium est: ꝭs.n. vsus cernēdi ex lōginquo ē. vnde fit, vt q̄ vnguibus sunt aduncis, clarissime cernant. cibus.n. de sublimi cōspiciendus ꝭs est. & qdē volare in excelsum oīum maxime auiū genus id ob eam rē assolet. Terrestres aūt, parumꝙ volatiles aues, vt gallinacei, & similes non acie oculorū valent: nulla.n. victus necessitate cogunt.
K Pisces, insecta, & crustata, quāuis diuersos habeant oculos, tū nullum ex ꝭs palpebrā habet. quæ.n. crusta integūtur, vsū careant palpebræ necesse est, cum nisi celeri cutis officio præstari non possit. sed tū vice eius tutelæ duritię oculorū hæc oīa muniuntur, quasi per palpebrā obductam quandā translucidam cernant. sed, cum ob eam duritiam hebetius contueri necesse
L sit, moueri oculos insectorū natura voluit, atꝙ ēt magis crustatorū, vt nonnullorū quadrupedum auriculas, s. ea causa, vt clarius cernerent, cū sead luce ē cōuerterēt, atꝙ exciperent splendorē. Piscīū oculi lubrici sunt, vsus.n. cernendi ex longinquo necessarius ꝭs est, quæ longius moueantur. terrestribus itaque aer transpici facile p̄ōt: at piscibus, qm̄ aqua vt ad cernendum acutius aduersatur, sic ad interpellādū visum non multa offen
M facula affert, modo aeris. ideoꝯ nec palpebram habent. nihil.n. frustra natura agit: & oculis lubricis sunt propter circumfusū humoris crassamentum.

Quæ animalia cilium habeant, quæue eodem careant: deꝙ cauda, & iubis quorundam animalium, & hominis capillo.

Cap. 14.

CIlium habent palpebris adiunctū oīa, q̄ obtinent pilos: aues, & quæ corpice integuntur, carent, vt quę pilos

A los non habeant. Destruthione Africæ, cām, quamobrē cilium habeat, postea reddemus. & inter ea, q̄ pilos hñt, hō vnus ciliū in vtraꝙ palpebra obtinet. quadrupedum.n. generi pili nō pte supina, sed prona potius haben
Pilorum vsus. tur. hō contra, parte magis supina q̄ prona: pili.n. operimenti gratia adiuncti sunt aīalibus. itaque quadrupedibus prona potius egēt tegumēto: priora aūt quanquā nobiliora sunt, tū per
B corporis totius flexū fouent, ac tepēt. At hoī, qm̄ prior pars cōpar posteriori ē pp̄ corporis erectionē, idcirco natura pārti nobiliori adiumentū censuit adhibendū: semp.n. natura rei melioris author est, quoad eius fieri p̄ōt, quamobrem quadrupes nulla est, q̄ pilos vel ī palpebra inferiori habeat (quanquā nonnullæ habēt pilos quosdam sub ea nascentes) vel in alīs, vel ī pube, vt hō, sed vice eorū alīs pro
C na totius corporis hirsuta habē tur, vt canibus: alīs crista adiūcta ē, vt equis, cæterisꝙ generis eiusdē: alīs iuba, vt leoni mari. Quinetiā caudas prolixiores pilis natura ornauit: alias longis, q̄bus tenor brevis, vt eqs: alias breuibus, q̄bus tenor lōgus, vt bubus, atꝙ ēt pro reliqui corporis natura: vbiꝙ.n. natura qđ aliunde dempserit, reddere ad partem aliā solet. Iā q̄bus corpꝰ admodum pilosum cōdiderat, caudā ꝭs diminuit: qđ in vrsis p̄spicuum est. Hō animaliū ma-

D ximе oīum piloso capite est, cuius rei causa tū ad necessitatē, tū ad p̄lidū rationē referenda est. necessariū.n. pp̄ cerebri humiditatē commissuras caluæ: nam vbi plurimū humoris, caloris-
Pilosi capitis humani cā. que est, ibidē ortū pilorū eē copiosum necesse est. adiumēti autem ratio, vt frequentia pili caput operiens defendat à nimio frigore, & calore. Cum.n. cerebrum hominis proportiōe maximū, & humidissimū sit, maximam ēt tutelam desyderat.
E res nāq̄ humidissima quæq̄ et referuescere, & refrigescere maxime idonea est: q̄ autem cōtra se habet, hæc minus affici p̄ōt. Sed nos vt huc digrederemur, fecit rei cognatio, cum rationē ciliorum redderemus: itaq̄ de reliquis mentionem suo loco, et tempore faciemus.

Quas ob causas supercilia, & cilia in animalibus natura constituit. Ca. 15.

SVpercilia vero, & cilia adiumenti gratia habētur: supercilia.n. vt delabētes humores arceāt, velut imbricamē
F tum, siue grunda humoribus q̄ capite emanent paratum: cilia, vt contra incidentia in oculos, quasi vallū quoddā promineāt. Supercilia in cōpage ossium posita sunt: quāobrē cōpluribus senescentibus adeo crescunt, vt tondendū sit. Cilia venularum clausulis summis innituntur. nā vbi cutis finitur, ibidem venulę ēt desinunt: itaq̄ pp̄ vaporem, qui inde crassiusculus prodeat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pilos ijs locis enasci necesse est: nisi qd naturalis opifici, ad aliū vsum impediat.

De membris visus.

AVER. ET instrumenta visus animaliū diuersimode se habent. Nā ali qua animalia habēt palpebras, alia vero nō. Habentiū vero palpebras q̄dā mouent superiorē palpebrā, vt hō, & quadrupedes: q̄uis hō plus moueat ipsam, q̄ aliqd aliud: alia vero inferiorem conniuent, vt auis corpore, & quadrupedes, atq; omnia. Et q̄ palpebras obtinent, aliqua H habent membranā obductā ab angulo oculi naribus adherentē: alia vero nō. Habētiū iterū palpebras, aliqua hūt pilos ī vtraq; palpebra: & hoc est propriū hominī: alia vero neq; in supiori, neq; in inferiori, vt quadrupedes viuiparæ: licet videantur quidam pili paruissimi sub palpebris earū. Aliqua alia non habent pilos, & sunt quę palpebris priuant: quarū alia hūt membranas vice palpebrarum, vt apparet in q̄busdam auibus aquaticis: alia vero nihil horū hūt, vt pisces, & insecta. Quædā quoq; auium alia cilia hūt I pilosa, præcipue hō: quędā vero priuant ciliis. Istę ergo sunt apparētes diuę, quibus organa visus variantur in animalibus, propter suas causas. Et dicamus palpebras, vel qd vice earū existit, vniuersaliter inesse ad durabilitatem oculi, eiusq; tutelā a rebus extrinsecis: quod decenter conuenit ipsi oculo, ob facilem alterationem ipsius a rebus occurrentibus sibi extrinsecus, & ob claritatē, & transparentiam sibi requisitam. insunt ergo ipsi oculo, veluti vagina ensi. Hō tñ crebrius mouet palpebras quocūq; alio auali habēte K palpebras, qa habet eas molliores: & qa nā plus custodit nobile, q̄ minus nobile: semp; eligit sibi melius, sed, cū hmōi organū agat suā operationem per claritatē, & luminositatem: motusq; palpebrę talem claritatē præstet, eamq; custodiat in vi sui: ideo oportuit imponere hominī frequentiā motus palpebrarum, plūq; cæteris alijs. hinc est, qp hmōi motus componitur ex natura, & voluntate. Quædam tñ animalia supernatri palpebra operiunt oculos: quia id facilius ē sibi, atq; perfectius. sed quæ inferiori palpebra claudūt oculos, L id non nisi ex necessitate, cū nō possit hmōi animal mouere superiorem palpebram, motumq; præstare ob cuius grossitiem, mollitiemque palpebrarum, quæ solet moueri. Et ideo animalia habentia cutim frōtis grossam, indigēt pro eorū victu acutiori visu. Palpebra vero inferior non est habilis motui, vt superior, quia eius motus sursum est violentus. Et iō natura calluit: quia produxit ex posteriori parte oculorum adherentia auri huius alis quandam membranam, qua oculos operit: quēadmodū in volucre rapaci, M apparet, vt est Aquila, & Accipiter: & ideo hmōi volucres altius volāt. Sed quę palpebris carent, natura ex priuauit palpebris ob imbecillitatē visus eorum a natura. quia pauca acutie visus indigent pro eorum victu. Crustatum quoq; animal propter eandem causam priuatur palpebris, videlicet propter debilitatē visus, & quia grossam habet cutim, calluit tñ natura: qa retribuit huic animali pro defectu motus palpebrarum, & robore visum velocissimum in

A in motu, multæq; conniuentiæ: vt cum hoc acquirat id, quo priuatur ex defectu virtutis visiuę, & adiumēto operationum palpebrarum laudetur creator seculi. Pisces vero habent oculum durū: nam debili pspicacitate indigent ad cernēdum. mouentur quoq; in aqua, q̄ oculos custodit a rebus occurrentibus ab aere extrinsecus. ipsa quoq; ob suā grossitiem protegit oculos, eriā ne cadant in ipsos hmōi res extrancæ, quæ molestiam inferant eis & ideo nō habet palpebras hoc genus animalium. Pili autē palpebrarū ideo B creati fuerunt, vt prohibeant si qd ad oculos extrinsecus occurrat: vnde natura eos posuit instar sępium, & maceratiū, quę pro custodia frugum, & fructuū ponunt. Homo tñ inter cuncta animalia habet ppria supercilia, aut cilia, & palpebras simul, melioris notę gratia, & custodiæ: quia natura semp eligit pro ipso quod melius, & nobilius est. Supercilium vero pili habentur adiumenti gratia: vt. s. custodiantur oculi, ne humores a capite ad frontē descendentes lædant ipsos. Habent & ipsi pili supercilium prioritatē nulli aliorum pilorum repertam, s. q̄p crescunt vsq; ad quandam terminatum mensuram, deinde desistūt crescere: natura eos posuit eo modo, ne visum impediant. quibusdam tñ hominibus senescentibus, accidit adeo ipsos crescere, vt cogantur tundi: quod est quid præternaturale, vt sunt aliqua alia accidētia. Datur & alia causa huius rei, videlicet necessitas materiæ appropriatæ huic loco. nā cum locus, in quo oriuntur pili superciliorem, sit oblacens, terreus, non possunt in eo pili in infinitum crescere, vel quōd D prolongentur valde, vt accidit stirpibus orni in terra arida petrosa. in hoc aūt conueniunt naturaliter cū materialis, & finalis. Pili tandem inueniuntur in corpore ob necessitatem excrementi calidi eleuati ad cutim. Verumtñ qñ natura potest huiusmodi excremento vti pro aliqua vtilitate, id facit: sin autē, ponit ipsum in loco, vbi non noceat operationibus animalium, vt sunt pili pectoris, & qui prope pudenda exuberant: & propterea non prohibuit l. ex abradere huiusmodi pilos cōtrarium tamen fecit de pilis, qui E afferūt vtilitatem corpori. Inter cętera tamen animalia homo habet proprie in capite capillos lōgiores, & plures ob eius complexionem, & situm, atque ob custodiam capitis. Est nanq; eius complexio calidior, & humidior cæteris complexionibus capitum animalium. Estq; cū hoc porosius caput. Situs quoque eius, cum sit in tali supereminēria, veluti tectū fornacis, ad quod omnes fumi corporis ascendunt: quia homo est rectæ staturæ. Custodia quoque indiget maiori caput hominis, ob subtilitatem suę complexionis, & paucam grossitiem. & hoc F excrementum natura ponit in pilis colli quadrupedum, & caudarum: denique in loco aptiori: cum natura semp eligat cōuenientius, & melius in quolibet genere, et specie animalium.

✣

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Quomodo in hominibus, cæterisq; animãtibus nares, et labra sint collocata: deq; labrorum & narium officio.* Cap. 16.

SEnsoriũ vero olfaciẽdi nõ longe quodammodo etariat cęteris quadrupedibus viuiparis. quibus enim maxillę oblongæ exeunt in acutũ, ĩs nares in rictu appellato cõtinẽtur, modo quo fieri põt: cæteris explanatius ad maxillas cõstant. At Elephantus peculiarem hãc partem præ cæteris sortitus est animalibus: nã et magnitudine, et viribus habet peculiarem. naris est enim, qua cibum tam siccũ, q̃ humidũ ille capiat, oriq; perinde ac mãnu admoueat, arbores ẽt eadem complectendo euellit, demiq; ea non alio vtitur modo, nisi vt manu. Est enim hoc aĩal sua natura simul terrestre, & paluſtre, itaq; cũ cibum petere ex humore deberet, & tñ spirare necesse haberet vt terrestre, & cõpos sanguinis, nec posset præ nimia magnitudine celeriter discedere ex humore ad aerẽ, modo nõnullorũ, quæ & animal pariũt, & sanguinẽ habẽt, & spirant: idcirco vt pariter humor, atq; terra vti posset necesse fuit. Quale igitur vrinatorũ non nulli instrumentum sibi accipiunt, quo, quandiu in profundo manẽt, aerẽ extrinsecus trahãt, talem natura elefanti dedit narẽ illam prolongam. quamobrẽ si, qñ iter per aquam faciunt, nare emersa respirant: nã, vt mõ dixi, promuscis pro nare elephantibus est: & cũ fieri non possit, vt naris ad eiusmodi vsum accõmodetur, nisi mollis sit, aptaq; ad flectendum: impedimẽto. n. præ sua longitudine esset ad cibum capiendũ: quo modo aũt de cornibus boum illorum, qui recessu pascere solẽt sua natura: nã illos q̃ progredi demisso in terram capite nequeant, recedẽdo in auersum pasci solitos aiũt: cum itaq; naris eiusmodi adiuncta sit natura, quæ membris eis dẽ abuti ad plura officia solet, eandem in vsum trahit pedum priorum. hos. n. vice manuum habet genus quadrupedũ digitatum, non solũ ponderis causa sustinendi. Elephantes aũt non bisulcos, non solidos pedes hñt, sed digitatos. sed qñ corporis magnitudo vasta, pondusq; ingens est, ideo sustinendi tantum modo gratia pedes habent priores, nec ad vllum aliũ vsum vtiles, propter tarditatem flectẽdi, atq; ineptiã. Narẽ igitur elephãtꝰ habet vt spiret, quo mõ & cętera animalia q̃bus pulmo: eãdemq; prolongã, atq; ĩ anfractũ flexibilem, pp morã in humore diuturnã, & retardũ ĩde discessum. cumq; vsus pedũ priorũ defuerit, ea, vt dictum est, parte abutitur natura ad supplẽdum ministerium, quod pedes præstarent. At aues & serpentes, & quęcũq; ex quadrupedibus sanguinis compotes ouiparæ sunt, foramina quidam narium ante os habent, sed non ita explanata, vt nares appellari possint, nisi spirandi officio. Iam autẽ q̃s nasum aut nares habere dicet? quod ꝓpterea ita accidit, quia pro maxillis habẽt quod rostrũ vocatur. Huius aũt rei causa est natura auium, quę ad hunc modũ constat: & bipes. n. & volucris est. ita q̃ leue pondus tũ capitis, tũ ẽt ceruicũ sustinere necesse est, vt pectus ẽt arctum habere debuit. Rostrũ igitur osseũ habent, vt cõmode & cibũ capiant, & ad pugnam armentur. Arctũ hoc est pp capitis exiguitatẽ: cumq; meatus olfaciendi suo rostro contineant, nares habere nõ possunt. De cęteris animalibus, q̃ non spirant, dictum antea ẽ quã ob causam naribus carent: & alia branchĩs, alia fistula, alia p̃cinctu, vt Illecta, odores sentiunt: & oĩa natiuo spiritu sui corporis quasi mouẽtur, qui spiritus in oĩbus ex natura insitus est, nõ aduentitius defluxio. ris accedit. Naribus labrorũ natura subiacet ĩs, q̃ simul & dentes habent, & sanguinẽ. Auibus .n. vt dictum est, cibi, armamẽtiq; gratia rostrũ osseum habẽt. Coactum. n. pro dentibus, & in idem perinde quasi detractis labris superiores, inferioresq; dentes seorsum confundens, longitudinẽ vtrinq; angustã, pduxeris. iam. n. istud rostrũ auiũ fuerit. sed cęteris animalibꝰ labrorum natura ad salutem, tutelãq; dentium adiuncta est. quamobrem vt quæq; exquisite, bene. q̃ dentibus p̃dita sunt, sic eã quoque obtinent partẽ: homini autem mollia, carnosa, & quę separari possent, labra adiũcta sunt, tum dentium tuendorũ gratia, vt cæteris, tũ ẽt potiori causa, vt bene esset: nã ad vsum sermonis ea quoq; proficiunt. Etenim vt linguã non similẽ atq; alĩs animalibus natura homini dedit, sed idoneã, q̃ ad duplicẽ actionẽ vteretur (qđ eam in multis facere diximus. nã & ad pcipiẽdos sapores, & ad formandũ sermonẽ) sic labratam sermonis, q̃ tutelæ dentium gratia adhibuit. Sermo. n. q̃ voce promatur, ex literis constat. q̃ ſl lingua talis, & labra humida, atq; agilia nõ essent, maxima literarum pars primi non posset: quippe cũ literæ partim lingua producant, partim labris cõprimant. Sed quas, & quot numero dĩas hęc habeant ex eruditis metrica ratione accipiendũ est. has aũt p̃tes illico necesse fuit accedere idoneas, & natura eiusmodi p̃ditas ad vsum iam dictũ: itaq; carne instituꝝ sunt, eaq; mollissima, qualis caro hominis est, ſ. q̃ maxime omnium animaliũ valet sensu tactus.

Magno elephantis viui pmu fus.

Labia.

Hoĩs labra mollia, carnosa duplici de cã.

De instrumentis Olfactus.

HOc organum vario mõ reperitur. Nam q̃nq; est membrũ exterius appellatum naris: q̃nq; vero est tantum meatus, vt in auibus, & serpentibus, atq; quadrupedibus ouiparis. Dupliciter autem nares

AVER.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G situantur in animalibus. nã viuipa
ris, & generaliter qbus maxillæ ob-
longæ exeunt, ijs sunt in extremo
membri rictus appellati: in alijs ve
ro animalibus existit prope carnẽ
superiorem maxillarũ superiorũ,
Elephantus vero præ cæteris qua-
drupedibus viuiparis sortitus ẽ pe-
culiarem proprietatẽ huius mẽbri,
in nullo animalium repertam. Nã
eo membro tam cibum, q̃ potũ ori
suo affert, Arbores quoq; cõplectẽ-
do euellit: longiusq; ipsum obtinet
H præ cæteris aialibus. Figura quoq,
eius est commoda huic officio: in-
est.n. ei ingens vigor, & os artuosũ,
Et sic hmõi figura mollis, nexuosa
creata, vt possit cum ea cõplecti res.
fingitur tandem officio manuũ eo
membro ĩest adhuc alia vtilitas ip-
si, s. q̃ qñ hmõi animal iter p aquã
facit, & demergitur ob vastã ei⁹ ma
gnitudinẽ, tunc extrahit eius pro-
muscidem super aquã, & natat ea.
Situs tñ narium animalium ĩter se
differunt, pp eorum commodum,
aut propter aliquã necessitatẽ inse-
quetem ipsa animalia. quapropter,
si habuerit animal maxillas prẽlon
I gas, & nõ habeat molliciem carno-
sitatis, impossibile est q̃ habeat na-
res alibi q̃ in extremo rictus: quia
narium substantia est cartilaginea,
peculiaris officio spirandi. Et q̃ ip-
sa naris sit in extremo rictus adhuc
confert officio olfactus, & spirandi
ob longitudinẽ narium: s. q̃ñ sunt
posite in extremo rict⁹. Hinc est q̃
hmõi sensorium inest robustissi-
mum huic generi pro officio olfa-
ciendi: vt canis propter rictuum lõ
gitudinem: sed habentibus maxil-
las breues potest inesse naris ꝓpin-
qua adiuncta ipsis propter carnem
in eo loco repertam. Elephantis tñ K
promoscis est habilis officio iã prę-
dicto. Nam cùm hmõi animal sit
ponderose molis, impotensq; super
pedes erigi, ita vt possit exercere ma
nus in vsum, quo solẽt alia anima-
lia abuti: &, si ẽt id facere posset, nu-
hil sibi prodesset: est.n. ex fui crea
tiõe aptus ferre suã molem, ineptus
tñ alicui officio: idcirco non habet
pedes bisulcos, neq; solidos, * neq; * Cole
digitos. Natura tñ tribuit illi aĩal hmõi membrum, quo possit abuti, qñ iter in aqua agit, cũ habeat cor-
pus ponderosissimum, moueaturq; motu tardo in aqua: q̃ non est ne-
cessaria victui suo, stando, vtẽdoq; ipsa: vel indiget ipsa, vt diuturnam
moram in eã trahat. Adhibuit au-
tem natura hanc promoscidem ip-
si, vt dicit Arist. ad instar instri, quo
natantes vtuntur: vt diu facile spi-
rent ĩ aqua. Nos aũt nunq̃ vidim⁹
tale aĩal, cùm nõ reperiatur in pro-
uincia Andalugiæ, neq; in regioni-
bus meridionalibus, s. Barbarię: vt
fertur, tñ reperitur ĩ extrema regio-
ne meridionali, vbi sunt magna de
serta. nos aũt non peruenimus ad
has regiões meridionales, nisi vsq;
ad ꝓuincias Regis, qui dominatur M
his prouincijs: & præsertim in in-
sula Andalugiæ: vbi vidi Camel-
lum pardalem, i. giraffam, qui fuit
illuc delatus. Sed, quia genus volu-
cris indiget de necessitate rostro cũ
vtatur ipso ad cibum suum, iõ fuit
creatum durum robustum, non ha
bens nares, neq; maxillas: quia na
tura fecit suum caput parium le-
ue, vt facile eleuetur volitando, cor
respondeatq; eius proportio ipsi pe
ctori in magnitudine suæ creatio-
nis, cũ eius figura sit alato: & ideo
pectus

A pectus est angustum, & reliqua ani
malia, quæ pulmone carent, pri-
uant eũã naribus: nam aliqua eo-
rum respirant per illud frustrum,
existens in extremo oris nominatũ
Hanah arabice: aliqua alia per fi-
stulas, siue branchias. Animal ve-
ro corticatum spirat per membra-
nam diaphragmatis eius.

De Labris.

SVnt autem labia situata sub na-
ribus in animalibus dentatis, &
opitulantur vti iuuamento anima-
libus, maxime homini: qd iuuamẽ-
tum cõmune est pro ipsa custodia
dẽtium, & tutela, & figillare os per
hæc pro vsu potuum. partiale ta-
men iuuamentũ est vti ipsis labris
in quibusdam literis exprimendis
sermone. Ideo habet homo ea mol
liora, & mobiliora: quia nullũ bo-
nũ possibile reperiri in aliquo mẽ-
bro omittitur a natura, quin dedu-
catur ad actum, & vtatur tali iuua-
mento possibili in animalibus no-
bilioribus modo nobiliori: Aues
tamen labris, dẽtibusq; carent: qa
parunt. videntur.n. rostra earum
supplere vices labrorum, & dentiũ.
C nam, si imagineris labrũ supremũ,
& inferius, dentesq;, superiores, & in
feriores inuicem produci, in angu-
stum fiet rostrum.

De lingua, eiusque situ, & varietate in quibusque animalibus. Cap. 17.

LIngua in ore palato subia-
cet, sed terrestrib⁹ ferẽ oĩ
bus modo simili, cæteris
dissimili, tum eorundem ipso-
rum, tum terrestrium compa-
ratione. Homo igitur linguam
absolutam, mollissimam, & la- D
tam præcipue habet, vt commo
da ad vtrunq; officium sit: hoc
est & ad sapores percipiendos,
& ad literas exprimendas. est
enim homo omnium maxime
animalium sensu facilis. & lin-
gua, quæ mollis est, vim tangẽ-
di præcipue obtinet: gustus au-
tem tactus quidam est. ad lite-
rarum ẽt explanationem, & ad
sermonis expressionem, lingua
mollis, lata, & absoluta accom-
modatior est: quippe quę con-
trahere, producere, dilatare, de- E
nique varie afformare maxime
possit. patet hoc in ijs, quibus
non satis absoluta est: blæsi.n.
balbi, et torti sunt: quod vitium
literarum defectus est. Discri-
men in latitudine, & angustia
est: quippe cum ampla angu-
stam contineat, angusta amplã
non capiat. paruũ enim in ma-
gno cõtinetur, magnum in par-
uo haberi non potest. quamob-
rem aues, quæ literas proferre
maxime possunt, lingua sunt la-
tiore q̃ cæterę. Quadrupedes F
autem, quæ & sanguinem hab-
ent, & animal pariunt, vo-
cem parum explanare possunt,
vt quæ linguam duram, crassam, & minime absolutam ha-
beant: at pleræque auium vo-
cem copiose emittunt, & quã-
uis latiorem habeant, quæ vn-
guibus sunt aduncis, tñ mino-
res vocaliores sunt. ac omnes
lingua vtuntur etiam ad sui sen
sus mutuam interpretationem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

G sed aliæ aſſis amplius, vt in nonnullis vel vſus docendi mutuus eſſe videatur. ſed de iis diximus ſatis, cum hiſtorias animalium ſcriberemus. Terreſtrium autē ouiparorum ſanguineorū pars maior linguam habet inutilem ad vocis officium, & adhærentē, & durā. quanctī ad ſaporum guſtatū ſerpentes, & lacerti longam habēt, et bifidā: atq; ita lōgā ſerpentes, vt ex paruo longe protrahi poſſit. bifida & parte extrema capillamenti tenuitate H eſt, pp ſuæ naturæ cupediā: duplex.n. voluptas iis capitur, qſi duplicē ſenſum guſtādi habeāt. Omnia tā ſanguinea cp exāguia hñt eā partem, q ſapores ſentire pōt. nā & quę multitudini vidē tur carere ea parte, vt piſces nōnulli, ea quoq; parciori quodā obtinent mō, & ferē ſimili, vt fluuiatiles crocodili: ſed hoc latet in plurimis cauſa quadā iuſta: locus. n. oris oſſum id genus ſpinoſus eſt. & qm̄ aquatile genus breui tēpore ſentit ſapores, I hinc fit, vt pro ſui vſus breuitate linguā parum diſcretam habeant, raptim. n. ſummaq; celeritate cibus ad ventrem ingeritur, qđ immorari ſaporibꝰ pfruendis nequeant, humore interlabente. itaq; niſi os inclinaueris, cerni pars hæc diſcreta nō poterit: horret hic locus ſpinis, quippe qui ex frequenti contactu cōſtitutus ſit branchiarū, q rū natura ſpinoſa ē. Crocodilis nonnihil cāæ ad eius partis vi-

Bifida ſer pētū lingua.

tiationē affert ēt ſmobilitas maxillæ inferioris: lingua. n. inferiori annectitur maxilla, quam illi quaſi contra habēt ſuperiorem: cæteris. n. ſuperior immobilis eſt. itaq; vt ad ſupiorē non habent, cp cibi aditus tollit: ſic ad inferiorē carent, cp ſuperior quaſi trāslata in locū inferioris eſt, Accedit ad hæc genus vitæ, quam more piſcium agit, cum tamē ipſe terreſtre ſit: itaq; vel ob eam rē in explanatā hāc partē habeat neceſſe eſt. tū Palatum K piſcium ēt cōplures carnoſum habent, & quidem inter fluuiatiles nonnulli admodum carnoſum, & molle, vt cyprini nomine, adeō vt ſi parum diligenter aduertas, lingua id eē videatur, Piſces igitur ob eā, quam diximus cauſam, etſi lingua non carent, tamen explanatam non habent. Sed cūm cibi gratia ſen ſus ſaporis adhibitus ſit, eumque non quauis parte ſua lingua obtineat, ſed extrema potiſſimum, ideo piſcibus particula hæc tantummodo diſcreta habetur. Cibum autē quamquam animalia omnia cupiūt, vt quæ voluptatem ex cibo ſentiant (cupiditas enim rei ſuauis eſt) tamen membrum, qđ ad ſentiēdum accommodatum eſt, non omnibus ſimile datum eſt: ſed aliis abſolutum, aliis adhærens, videlicet iis, quibus vocis defuit vſus: & aliis durum, aliis molle, carnoſumque. nam & cruſtatis, vt locuſtis marinis, &

Lingua expers Palatum habens M

A & reliquis generis eiuſdem tale quid in ore habetur: atq; etiam mollibus, vt ſepiis, vt polypis. Inſectorum alia membrū hoc intus continent, vt formicę: quē admodum multa etiā ex teſtatis: alia foris gerunt, velut aculeum fungoſum, & cauum, vt eo ſimul & guſtare, & cibum trahere poſſint. patet hoc in muſcarum genere, & apum, & oſtrum gñis eiuſdem, atq; etiam in nonnullis teſtatis. purpuris enim tā tam obtinet vim hoc membrū, B vt teſtas cōchyliorum tranſigere valeat: velut turbinum, quorum eſca capiuntur. necnon aſili, & tabani eodem ſpectāt: quorum alteri lingua adacta cutem hominem ſecant, alteri tergora etiam beſtiarum elacerant. His igitur animalibꝰ lingua talis natura tributa eſt, quaſi reſpondēs & obuerſaria nari elephantorū. naris enim illis adiumento eſt, & lingua his pro aculeo habeē. Cæteris animalibus omnibus lingua talis, qualem iam expoſuimus, data eſt.

Inſectorum lingua.

De Lingua.

QVodlibet animal participans lingua eam in ore habet palato ſubiectam: ſed diuerſimode. Nam nonnullis eſt abſoluta, nō adhærens palato, lataq; & mobiliſſima, vt hominibus: aliis vero abſoluta, nō mollis: quibuſdam aliis dura, palato adiuncta non abſoluta, vt animalibus ſanguineis ouiparis tali quibus vero aliis longa ineſt lingua, biſida, egrediens os, vt ſerpentibꝰ, & lacertis. Cruſtatorum veto, & teſtatorum animalium quædam vtunē hoc membro ad capiendum cibū. nam mordent ipſo, & perforant id, quod obuiat ei: vt accidit Muſcis, & Tabanis aggrediētibus beſtias: adeo cp excedunt vi huius membri, vt ferātur de quibuſdam animalibꝰ Teſtaceis perforaſſe teſtam quorundā oſtreorum. Suntq; huius generis quædam, quæ intus obtinent huiuſmodi membrum, vt Formicæ. Piſces vero habent vice huius mēbri humiditatem viſcoſam inſeparabilem a palato, adeo cp quidam hominum putant piſces non habere linguam. Vniuerſaliter autem vtilitates linguæ ſunt quatuor: quarum aliquæ ſunt communes, aliquæ vero partiales. Prima vtilitas eſt guſtus. Nam, cum quodlibet animal nutriatur, & nutrimentum cuiuslibet animalis ſit ſibi ſimile, oportuit ipſum habere ſenſum, quo diſcernat nutrimentum ſibi ſimile a diſſimili & dulce ab amaro. ob hanc ergo cauſam participat quodlibet animal hac vtilitate. Et propter tactum eius etiam. tactus eſt enim cōmunis cuilibet animali, quare exiſtimatur cp animal non habens lin P guam diſtinctam, & diſcretam, vt piſcis, non habet aliam vtilitatem, præter iſtam. Iuſta autem rariōe id piſci euenit, quia cibus per aquam ſumma celeritate ad ventrem ingeritur, nam, ſi in eius ore moraretur, admiſceretur ſecum magna portio aquę. Hinc eſt cp ſenſus huius membri in quamplurimis huius generis eſt debilis, cum nequeat tam diu retinere cibum in ore, donec extrahatur eius humiditas, & delectetur ſua maſticatione, ſicut fit i alijs animalibus:

Lingua piſcium.

D

E

G libus: propterea q; eius figura fuit Ibecillis, adeo q; dubitatur vtrum habeat linguam vel ne. Crocodilus autem breuem obtinet linguam paruam, quod conuenit imnobilitati inferioris maxillæ: mouet enim superiorem. &, quia graditur per terram, moraturq; in aqua, ideo eius lingua fuit creata media inter linguam grestibium, & piscium: nam est indistincta a palato, vt lingua piscium: sed est manifestior, & magis apparens, quam piscium. Lingua tãdem adhibita est huic animali prõpta morui supremæ maxillæ, & in-
H gressui cibi eius. ingreditur nanque cibus i hoc animal alio modo, quã in alia animalia. Secunda vtilitas huius membri est vox. Et ideo fuit creatum absolutum huiusmodi mẽbrum in animalibus habentibus vocem. quanto enim lingua minus absoluta existit, & grossior, & angustior, tanto animal habet vocem debiliorem, vt grestibile animal, & viuiparum, sed quanto lingua mollior existit, & absolutior, atq; latior, tanto animal habet meliorem vocem: vt plura genera auium. Et ideo existimantur aues habere diuer-
I sa genera vocum, quibus percipiant voluptatem communem animę earum inuicem. sed lingua animaliũ sanguineorum grestibium ouiparorum est inepta vocib⁹: quia est grossa, & annexa. Tertium iuuamentum, quod est cæteris alijs nobilius, linguæ hominis datum tantum, est locutio per litteras vernaculas ad linguam relatas. Inest tamen hæc vtilitas linguæ hominibus duntaxat, quia mobilior absolutior, mol-K lior q; atque latior. Quod autem in sint linguæ huiusmodi affectus, & q; ipsa sit peculiaris bonæ locutiõi, ostenditur: quia qui non habet linguam bene absolutam, neq; latam, erit blæsus, aut balbus, aut aliqua alia impedimenta similia relata ad linguam patietur. Et ob hanc causam creditur aliquam auem habentem linguam latam, & mollem posse vsu garrire, nonnullis literis, quibus homo loquitur, vt Sturnus, & Psitacus. Insunt igitur linguæ hominis hæc tria iuuamenta, scilicet perceptio saporis & vox, atq; sermo L per litteras, quod est proprium iuuamentum eius. Quarta vtilitas est, vt vtantur hoc membro vice manus animalia, quæ lingua mordent, vt Vespæ & muscæ, quæ bestias aggrediuntur eo cum vtitur membro hoc animal, vt Elephantes naribus. Et ideo fuit creata in his animalibus, quemadmodum in animalibus, q; non habent hanc vtilitatem. Et si lingua aliorum animalium priuatur hac vtilitate, illud non euenit ex defectu linguę horum animalium. nam huiusmodi vtilitas nobiliori modo reperitur in manu. Et id-M eo natura sagacitate vsa, tribuit hoc iuuamentum quibusdam animalium linguis, quia priuantur vtilitate manus. Hic ergo est tractatus mẽbrorum quatuor sensuum, & hic explicit liber Secundus.

ARI-

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM. LIBER TERTIVS,

Cum Auerr. Par.

De ordine, & constitutione dentium, oris, & facici: eorundemq; in omnibus animantibus diuersitate.

Cap. 1.

Proxime ab ijs natura dentium est, & oris, quod serie dentium continetur, & constat. Sed cum dentium natura communi quidem officio da cibum confi ciendum adiuncta sit, tamen generatim seorsum alijs roboris gratia, tũ ad inuadendũ, tum ẽt ad defendendum: alijs auxiliȳ tãtum causa data est. partim enim ea vtraq; causa dentes obtinent, vt nec ab alijs afficiantur, & ipsa afficiant alia, vt quæ ex feris natura carniuora sunt: partim ea causa tantum, ne male ab a-
C ljs afficiãtur, vt complura tum syluestris generis, tum etiam vrbani: nonnullis cibi conficiendi causa tantum adhibita est dentium opera. Homo vero ad vsum communem probe factos obtinet dentes: videlicet primores acutos, vt secent, maxillares latos, vt molant. discriminant eos vtrosque hi, qui canini appellantur, media inter eos natura conditi: nam & medium participes vtriusq; extremi est. Et canini ipsi partim acuti sunt, ptim D lati. qd' idẽ in cęteris quoq; aĩalib⁹ẽ, quib⁹nõ oẽs acuti habent. sed potissimũ locutionis grã tales, totq; numero dentes hõ sortitus ẽ: ad literas. n. exprimendas plurimũ cõferũt primi dentes. Nõnulla aĩalia, qd' dictũ ĩa ẽ, cibi tm̃ cõficiendi grã dẽtes obtinent. Quib⁹ aũt simul & auxilio sunt, & robori dẽtes, hæc aut exertos habẽt, vt sus, aut acutos pectinatim sese stipãtes: vnde serratis ea dẽtib⁹ esse diximꝰ. Cũ. n. vires eorũ acumini dẽtiũ cõmissæ E sint, recte qui vtiles sint ad ferocitatẽ, pectinatim coeunt, ne occursu cõtrario atteranť, & hebetescãt, sed nulli simul & serrati, & exerti sunt dẽtes: qm̃ natura nihil frustra, nihil supuacanei facere solet. auxiliũ alijs p̃ ictum, alijs p̃ morsum: nã sues fœminę mordẽt, vt q̃ careãt dẽte exerto. Cæterũ aliquid accepisse in vniuersum cõuenit, qd' vtile sit, tũ ad hæc ipsa, tũ ẽt ad multa, quæ postea dicemus. Partes. n. quæ ad inuadendũ, aut ad defenden F dum spectant. quæq; a natura ijs tribuunť, quæ aut sola, aut p̃ cæteris vti possint, & quibus vis vtendi præcipua, hæc præcipue armis dotata sunt: vt aculeo, calcari, cornu, dente, & si quid eiusmodi aliud sit. cũ q; mares robustiores, magisq; aſosi sint, iõ aut solis ijs, aut melius ijs partes eius modi datę sunt. quas. n. in fœminis quoq; haberi necesse ẽ, vt q̃ cibo accõmodentur, eas habent

qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quidem & fœminæ, sed minus quàm mares: quæ autem ad rẽ nullam necessariam spectent, ijs carẽt. quapropter in ceruorum genere cum maribꝰ cornua sint, fœminis desunt. Vaccarum etiã cornua, & taurorum inter se distant. quod idem in pecore etiã cernimus. calcar etiam cum mares habeant, fœminæ magna ex parte non habent. pari modo de reliquis quoq; eiusmodi partibus intelligendũ est. Pisces omnes serratis dentibus sunt, vno excepto, qui scarus vocatur. cõ plures etiam dentes in lĩgua habent, & in palato. cuius rei causa est, q̃ cum mersi in aqua degãt, humorem cum cibo admittant, eumq; expuant quamprimum necesse est. non enim ĩ molendo commorari possunt, quãdo humor in ventrem interrumpit: idcirco omnes acuti, & frequentes vndique sunt, videlicet vt præ multitudine in minuta secent, quæ attritu subigere nequeant. Aduncí præterea sunt, quoniam robur fere totum piscium in dentibus situm est. Natura etiam oris, tum eorum, quę modo dixi officiorum causa, tũ etiam ad spirandum adiuncta animalibus est, scilicet ijs, quæ spirant, atq; extrinsecus refrigerantur. natura enim ipsa per se, vt diximus, partibus omnium communibus ad plera'q; officia propria abutitur. proinde oris quoq; officium omnibus commune, cibus conficiendus est: robur nonnullorum peculiare est: sermo aliorum. spirandi etiã vsus non communis omnibus est. At vero natura hæc oĩa eo dẽ cõiecit, adhibita dĩa eiꝰ partis, p actiõis discrimine. sunt.n. alia ore cõpressiori, alia ampliori. quibꝰ.n. cibi conficiẽdi, & spirandi, & loquendi gratia os datum est, ijs compressius est: quibus auxilĩ gratia, ijs, si dentibus sunt serratis, rescissum. cum .n. tota eorum vis ĩ mordendo sit, hiatum oris ampliorem esse necesse est. eo nanq; pluribus, & plenius morsum ifigẽt, quo amplius rescissum os sit. Piscium ẽt mordacibus, & carniuoris tale os est: non carniuoris in arctum se colligit. tale.n. os vtile ijs est, illud inutile. Auibus os, quod rostrũ vocatur. hoc.n. pro labris, & dentibus habent, sed varie, p vsu, & auxilio. quæ.n. aduncis vnguibus sunt, quoniam carne viuunt, & nullo fructu vescuntur, rostrum oĩa habent adunc. tale.n. tum ad retinẽdum, tum vero ad vim inferendã cõmodius, atq; aptius est. vis autẽ in hoc, & in vnguibus sita est, vnde fit, vt vngues etiam habeant aduncíores. Cæterarum aui um rostrum vtile ad victum cuiusq; est. verbi gratia roborisci generis, & coruini robustum, atq; prædurũ os est: minuti generis lautum ad terræ fructus colligendos, & ad bestiolas capiendas idoneum. Quæ autem herbis viuunt, quęque apud palu-

Dentes piscium.

Oris offĩa & dĩa.

A des victitant, vt nantes, & palmipedes, partim alio quodam modo rostri commoditatẽ obtinent, partim latitudine rostri sibi sufficiunt: quippe quæ rostro eiusmodi infodere possint, quale inter quadrupedes etiam suis est: nam is quoq; radicum appetens est. Quinetiam aues, quæ lato sunt rostro, radicesq; elitant, & reliquarum victus similis nonnullæ serratum rostri extremum habent: ita.n. herbarum carpt⁹, quo viuunt, facilĩ agitur. Sed cæteras capitis partes omnes fere exposuimus. Propopum autem, i. facies, quod inter caput, & collũ hominis est, nomen a re ipsa accepisse videt. quod enim vnꝰ animalium homo erectus est, solus prospicit anteuersus, vocemq; anteuersus mittit.

C Incipit Aristoteles ĩ hoc libro narrar naturas dẽtium, & oris. Nam os vel priuatur dentibꝰ, vel constat dentibus, s. q̃ sunt pars eiꝰ. Animalium autem dentes insunt speciei, quæ communicat communi officio animalis in hoc, insuntq; alicui propriæ speciei propter aliqd proprium officium. Nam dentes animalium reperiuntur ĩ triplici differentia, scilicet acuti, maxillares, & molares, vt in homĩe, & multis quadrupedum viuiparorum. In aliquibus vero reperiuntur tantum acuti, incisiui, serrati, pectinatim coeuntes, vt in piscibus, præter scarum. Nonnullis etiam insunt maxillares, quibusdam vero non. Et nonnunquam id accidit eidem speciẽi, vt suibus: quorum mares habẽt maxillares. Scrophæ vero non habent maxillares egredientes. Sunt tamen quædam animalia, quæ vnam tantum seriem dentium obtinent, vt quadrupeda viuipara, excepto Leone Indo, quem aiunt habere quinque ordines acutorum. Sunt & alia, quæ habent plures ordines existentes in palato, & in multis partibus oris, vt quædam genera piscium. Istæ ergo sunt differentiæ apparẽtes ipsorum dentium. Habentq; dẽtes generatim tres vtilitates. quarum vna est communis cuilibet animali, reliquæ duæ sunt particulares. Vniuersalis autem vtilitas, quæ cõmunicat omnibus animalibus, est pro vniuersali vtilitate cibi, s. assumere cibum, ipsumq; incidere ad minimas partes, vt facilius sit eius tranſmutatio in substantiam alĩ. Quod quidem officium quibusdã inest animalibus, vt homini, qui habet acutos, & maxillares, atq; molares: acutos quidem ad incidendum: molares vero ad molendum, & masticandum: maxillares autem ad terendum, tandem ad officium medium inter masticationem, & incisionem: quare natura illorum, est media ĩ naturam acutorum, & molarium. Sunt aliqua alia, quæ acutos tantum habent, vt prædiximus, vt sũt plures piscium. Cuius rei causa ideo est: quia propter ingressum aquæ cum cibo in os piscis, non potest tandiu retinere cibum in ore, vt ipsum masticet, naturaq; eum permutet: & ideo habet os plenum dẽtibus acutis, vt ĩcidat totum cibum cum celeritate. Neque habet molares.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G res. nam, si eos haberet, essent frustra, cum nequeat cibum retinere, donec molares fungantur suo officio: ideoq; dentes huius generis sunt plures quam in cæteris alijs. Secunda vtilitas dentium, est ad rapinam, & occisionem. quod quidem iuuamentum est proprium maxillaribus, & incisorijs acutis. Animal autem, cuius dentes sunt acuti, est habile ad interficiendum, & rapiendū, præsertim dentibus: quia pectinatim, mutuo inuicem coeunt custodiæ gratia, ne mutuo attritu afficiantur. Sed quod habet maxillares,
H non habet acutos eo modo: quia alteruter illorum, vorando, & interimendo, idem agerent. quare, si eos natura aggregasset in vnum, esset opus superuacuum ignobile. præstat enim natura cuilibet generum quod sibi conuenit pro eius operatione iuxta posse, vel vt melius se habeat. Ex membris autem, quibus natura vtitur ad pugnam, & defensionem, quædam sunt dentes acuti, & quædam sunt maxillares, & alia sunt cornua, & calcaria. Sed cornua, & calcaria sunt tributa propter animali robusto ad conuincēdum,
I quod est iracundum. Et ideo natura videtur discriminasse multum inter mares, & fœminas eiusdem speciei. armauit enim mares, sed fœminas non, vt sues, quorum mares dotauit maxillaribus: fœminas vero nequaquam, quandoque tamen natura non obnegauit fœmins instrumenta interitus: debilius tamē ipsis dedit quàm maribus, vt appareat in genere vaccino de magnitudine cornuum, & eorum durine: sunt namque marium maiora, & duriora. Tertium iuuamentum est peculiare ipsi homini. nam quidam dentium sunt voci aptiores pro quibusdam literis sibili. & hoc est notum inuestigantibus originem literarū. Videntur autem dentes hominis esse apti quantitate, & qualitate ad extrahēdas quasdam literas, precipue in anteriori parte dentium. Et ideo, quando cadit aliquis horum dentium, videmus hominem balbutire in suo sermone per literas, & ꝓprie aptas extrahi per hmōi dentes.

K

L

M

De Ore.

OS fuit creatum propter quatuor vtilitates: quarum Vna est communis omnibus animalibus: scilicet ingressio cibi, & portus ipsum. Secunda est ingressus aeris per ipsum ad anhelitum: & hoc est proprium animalibus spirantibus. Tertia vtilitas est vox: quod iuuamentum est commune etiam animalibus spirantibus. Quarta est vocalitas & occisio: & hæc vtilitas est propria Leoni, & feris carnivoris. Et, quia hoc iuuamentum est diuersum in animalibus, ideo ora sunt diuersa in magnitudine, & paruitate. Ora enim, quæ parua sunt ꝓpter cibum, & vocem, & anhelitum, fiunt creata parua. Et quodlibet os, quod est cum hoc etiam aptum deglutioni, & rapacitati, habet maxillas vastas, & ostium magnum, vt cum hoc vigoretur ad morsuram, & rapinam. Et ideo os Lycisæ habet ampliorem hiatum cæteris animalibus carnivoris grassilibus, & piscibus. Aues vero rostrum obtinent vice labrorum, & dentium. quæ rostra discrepant iuxta diuersitatem operationis eorum in suo victu. Sāc enim quędam rostra acuta, quędā vero lata, vt in auibus, quæ in aqua vi-

A victitant, & habent inter digitos pelliculam. Aeniorum vero alia aduncā, vt in rapacibus: alia vero non aduncā superius: vt aues, quæ vescuntur granis, & quę muscis, atque asilis victitant. Discrepant adhuc rostra inter se duritie, & mollicie, & magnitudine, & paruitate, iuxta differentiam operationis, qua vtuntur huiusmodi aues, vt quę arbores perforant: est enim huiusmodi rostrū perdurum, atq; robustum, aptum tali officio. sed quę muscis vescuntur, & asilis, contrario modo rostrū
B habent, scilicet molle, paruum. Auium autem rapacium, & quę carne vescuntur, rostra sunt aduncā, vt ea cutuitate capiant & retineant, cum sint robustiora per eam: estq; habilior, ad dilacerandam carnem, cāq; scindendam. Sed aues, quæ granis vescuntur, habent rostrum rectum, vt possint granum colligere. est enim veluti duæ extremitates forcipum. nam quemadmodum homo potest capere res minimas per duo extremæ forcipum, sic etiam huiusmodi volucris habens rostrum rectum. Quædam tamen habent rostra lata, quod ideo fuit, vt talis figura sit similis nouaculæ, per quæ cibum perquirant: quia in palude, & cœno semper victitant. Idcirco, sus inter quadrupedes habet rostrum latum, quia terram infodit, & herbas comedit. Iam ergo narrauimus iuuamenta membrorum capitis: restat modo de cornibus tractare, & de vtilitate materiæ ipsorum, & ipsa esse situata in loco, & numero, atque modo conuenienti iuuamentis eorum, & maxime de proprietate animalium habentium cornua.

C

De cornuum constitutione, & quæ animalia habeant cornua, quæ item ijs careant. Cap. 2. D

DE cornibus differēdum est. hæc enim capiti inituntur, quocunque in genere esse possunt. carēt ijs omnia, quæ non viuipara sint. cornua alijs quibusdam inesse dicimus, sed per similitudinem, & translationem, cum nullum ex ijs cornu officio fungatur. gerūt enim quæ animal pariunt cornua ad vim aut inferendam, aut depellendam: quod nulli ex cæteris, quæ cornua habere dicuntur contingit. nullum enim vtitur cornibus, vel ad conuincendum, vel ad defendendum: quæ virium sunt officia. Quæ igitur pedes multifidos habent, cornu omnia carent. cuius rei causa ē, quòd cornu auxilij gratia habetur. multifidis autem nō desunt alia auxilia. dedit enim natura alijs vngues, alijs dentes pugnaces: alijs partem aliam, quæ sese tueri, atque defendere possent. At vero bisulcorum pars maior
F cornua gerit, & solipedum non nulla, ad vim inferendam: quædam etiam ad defendendum. quibus autem cornua natura non dedit, eorum saluti præsidijs consuluit alijs: vt pernicitate corporis equis opitulata est, magnitudine cameli: magnitudinis enim exuperantia sufficit ad necem arcendam, quod camelis contingit, atque etiam melius Elephantis, quædam

E

Cornua animalibꝰ quæ data

etiā

Universidad de Deusto
Biblioteca

G etiam dente exerto armantur in genere bisulco, vt sues.
Quibus autem cornua præ nimio excessu superuacua sunt, ijs alterum auxilium natura adhibuit: vt ceruis velocitatem: grandis enim illa, & multifida cornuum magnitudo potius obest, q̃ prodest. bubalis etiam, capreisq; interdum cornua inutilia sunt: nam & si contra nonnulla resistunt, & cornibus se defendunt, tamen feroces, pugnaceſq; H belluas fugiunt. Bonalis (nam ijs quoq; pari adūcitate cornua reflexa inter se orbem colligūt) excrementi profusionem natura pro auxilio dedit. hoc. n. cum metuunt, se tuentur. hac eadem profusione alia quoque seruari certum est. plura autem auxilia simul, quorum singula satis essent, nulli natura tribuit. Cornigerorum pars maxima bisulca est. sed solypes etiam traditur in eo genere, quem asinum Indicū vocant. Maxima animalium ps I vt corpus dextro, sinistroq;, quibus se mouent, distinguitur: sic etiam cornua bina eadē illa de vnicornia causa gerit naturæ ingenio. Sed quæ sunt etiam quæ cornu singulari armentur, vt oryx, & quem asinum Indicum appellari diximus. oryx bisulcum, asinus ille solipes est, gerūt lane medio sui capitis cornu fixum ea, quæ vnum habent. sic enim maxime pars vtraq; cornu obtinebit, cū medium commune pariter vtrique extremo sit. Solipes potius quàm bisulcum esse vnicornem re K cte videri potest. vngula enim tam solida, quàm bisulca eandē naturam habet, quam cornu. itaq; eisdem simul & vngulam findi, & cornu congruum est. sic sio etiam vngulæ, & cornua ex defectu naturæ euenit. itaq;, cū exuperantiam vngulæ solipedū natura dedisset, recte dempsit superne, fecitq; vnicorne. Recte etiam capiti cornua mandauit, nec, vt Aesopi Momus vitio dat quod taur⁹ non in armis cornua gerat, vnde ferire vehementius L possit, sed capite parte corporis imbecillima. non enim ingenio perspicaci ille Momus hæc deprehendit. vt enim si in alia quauis parte cornua haberētur, frustra pōderi essent, nulla in re vtilia, multa etiam officia impedirent: sic armis quoque infixa sedem omnino ineptam tenerēt. non solum enim vnde ictus fiāt vehementiores consyderādum est, sed etiam vnde remotiores: M itaq; cum careant manibus, & nec pedibus imis affixa gerere possint, neq; genib⁹ (flex⁹. n. impediret) capite gerāt necesse est, quēadmodū a natura cōstitutū ē. quinetiā ad cęteras corpis motiōes, ita maxīe geri sine vllo spe dimēto pūt. Ceruis dūtaxat cornua tota solida, & decidua, tū vtilitatis cā, vt onere leueni, tū necessitate p̃ pōdere. cęteris aliquaten⁹ caua, & mucrone demū cōcreta sūt, qm̃ ad ict⁹ hoc sit cōmodi⁹. sed ne ps caua debilis sit,

A qua cuti annectitur, solidū quid dam ossibus exortum ingredi eam, impletq; totam. sic enim sita, compactaq;, & ad vim inferendam commodissima, & ad reliquæ vitæ munera inoffensissima habentur. Sed cuiusnā gratia natura cornuum sit, & quā ob causam alijs data, alijs negata sit, expositum est. Nunc quēadmodum natura se habēte necessaria rebus subiectis, necessario natura ratiocinaria alicuius B gratia abutatur, differendū est. Primo igitur plus corpulenti, terreniq; in animalibus grandioribus inest. cornigerum autem nullum admodum paruum esse nouimus. omnium enim, quæ explorata habemus, minimum caprea est. natura vero contemplāda respectu plurium est: aut enim omni ex parte, aut magna ex parte constat, quod secundū naturam sit. Os autem omne, & quicquid speciem gerit ossis, terrenum est: quamobrem plurimum id esse prope dixerim in C maximis, partis maioris contēplatiōe. Corporis igitur eiusmodi excremēti exuperātia in maioribus habita animalibus natura ad auxilium, & rem abutitur commodam: itaq; quantum excrementi eius ad locum superiorem efferatur, alijs in dentes, vel continuos, vel exertos distribuit, alijs in cornua. quamobrem cornigerorum nullum vtrinq; dentatum est: superne enim primores dentes non habent: quippe cum natura hinc adimendo D addiderit cornibus, & alimentū, quod in eos dēres digeratur, in cornuum incrementum absumitur. Cur ceruæ cornibus careant, cum dentes similiter habeant atq; mares, causa est, q̃ eadē sexus vtriusq; natura, & cornigera est: sed fœminis adēpta sunt cornua, quoniam ne marib⁹ quidem vtilia sunt: sed virium meliorum beneficio mares minus offendūtur. Cæteris animalib⁹, quibus hæc materia non in cornua fecedit, aut dentium ipsorū E magnitudinem communi omnium incremento natura auxit, aut dēres exertos veluti cornua è maxillis produxit. Sed de partibus capitis hactenus.

De Cornibus, & eorum iuuamentis.

ANimalia ideo habēt cornua, AVER. quę ea gerunt, vt interficiant, & propellant, & se defendant. Intendit nanq; natura animal custodite multis diuersis virtutibus, & operationibus, membrisq; accommodatis illis virtutibus, & operationibus. Nam animalium aliquod pugnat F dentibus maxillaribus, vel cornib⁹, aut calcaribus, vel vnguibus, aut rostris: alijs vero data est, vice horum instrumentorum, velocitas deambulationis: quibusdam vero magna statura, vt elephanto, & camelo. Raro tamen natura aggregat in eandem speciem animalium duo diuersa adiutoria eiusdem adiumenti pro conseruatione. nam quæ cornua gerunt, maxillaribus carent, atque calcaribus vt plurimū. Cornua

Universidad de Deusto
Biblioteca

G autẽ, vt ex ipſis haberi poteſt, ſunt apta ferire, & interficere, ſuntq; in capite ſita, cum ſit conuenientior locꝰ huic officio. Nam, ſi alijs membris tributa fuiſſent, vt ſuper manibus, vel humeris, vt narrat Homerus, vl' in ore, impedirentur operatiões horum membrorum, & non fungerentur officio cornuum. Et ideo non fuerunt adhibita cornua, niſi habẽtibus caput ſeparatum, & diſcretũ: & hoc in viuiparis animalibus. ſed cætera animalia carentia capite ſeparato, & cognito, habent caput æquinoce: quapropter quandoq; habẽt cornua, quæ ſunt æquinoce cornua. Numero autem duo ſunt cornua, vt plurimum: quia duo ſunt animalium latera, dextrum, ſ. & ſiniſtrum, quæ ſunt bina cornua, veluti manus, & pedes. Animal vero vnicorne, vt aſinus indus, merito habet huiuſmodi cornu in medio. ſ. capitis. quia vtilitas vnius cornu efficacior eſt. & melior, quando æqualiter diſtat a duobus lateribus, i. quãdo eſt in medio. In figura veto, & magnitudine vt plurimum cornua animalium ſunt apta ad inuadendum, & occidendum. Sed animalibus, quę ſunt inepta huic officio, ob magnitudinem, & fiſſuram eorum cornuum, vt ſũt ceruorum cornua, aut ob eorum figuram, vt cornua vaccarum indarum, quæ ſunt ad inuicem retorta, vt ferrut, adhibuit creator aliud genus auxilij vice cornuum, pro tutela, & euaſione: quemadmodum dedit ceruis velocitatem deambulationis: & vaccis indis, vt ipſæ diſtanter eijciant ſtercus, quando canis eas inſequitur, vt occupet circa hoc, & non perſequatur ipſas vlterius. Sed, quia cornua ſunt parata interficere, ideo quædam eorum fuerunt ſolida, acuta, quæ ſunt veluti haſta, habentq; eorum radices cauas, vt ſint leuiores. & ideo ceruus habet ea ſolida, cum eius cornua non ſint vtilia ad vim inferendum. Sunt autem oſſea ipſa cornua, vt robuſtiora exiſtant. Cauſa vero materialis, ob quam data ſunt cornua animalibus cornu gerẽtibus, eſt multa portio terrea exiſtens in ipſo animali. & ideo habet magnum corpꝰ vt plurimum. Natura autem duxit partem terrenam in hoc membrũ ex neceſſitate, cum aliqua vultitate. Et nos iam diximus qꝺ, quando abũdant aliqua excrementa neceſſaria, natura vtitur eis ad aliquod iuuamentum, ne lædant. ſed quando id nequit: imo illud ineſt animalibus ob neceſſitatem tantum, vt in animalibus, quæ nullum habent iuuamentum in cornibus: tunc natura curat extrahere illud excrementum in capite, cum ibi non multum noceat operationibus animalium. Et, quia ceruus mutat cornua ex neceſſitate materiæ, ideo annuatim vnat ipſa. Proprium autem huius generis animalium, ſ. omnium cornu gerentium, eſt non habere dentes in ſuprema maxilla. Quod ideo eſt, quia idem excremẽtum aſſumitur a natura in cornua, natura nanque ſemper ponit idem excrementum in quouis genere, in loco conueniẽti, & in actione etiam vtili. Sed, cum his animalibus non competat interficere cum dentibus, ideo fuerunt ſibi adhibita cornua vice maxillarũ dentium. cuius rei contrarium facit in ſuibus, qui maxillares obtinent in vtraq; maxilla exertos, veluti cornua extra eximentia in capite cornigeri.

A geri. Neq; quodlibet animal priuatum dentibus in ſuperna maxilla, obtinet cornua. nam huiuſmodi terreum excrementum quandoq; deeſt quibuſdam animalibus, vt camelo, quia aſſumitur in eius corpꝰ. Et ideo cerua caret cornibus: non quia deſit fœminis vis offenſiua: nã iam diximus huiuſmodi cornua nihil conferre ad inferẽdam vim. Eſt etiam proprium huic generi animalium non habere pedes multifidos. Cuius rei cauſa eſt, quia natura non tribuit arma eidem generi animalũ duplicata duplici genere armorum. Habent & hoc proprium ipſa cornigera, qꝺ non ſunt ſolipeda, ſed bene habent vngulas ob eandem cauſam: quia vngulæ ſunt arma quædam. Animal vero vnicorne poteſt eſſe ſolipes, vt aſinus indus: quia ſingulum cornu non habet vim pugnandi, vt bina cornua. & aliqua, quæ ſingulum obtinent cornu, habent vngulas. Iam igitur ſumus locuti de inuamento oſſium membrorum capitis, modo pertractandum eſt de collo.

C *De collo, gula, & arteria, & earum officio in corpore animalium.*
Cap. 3.

COllum capiti ſubiacet ijs, quæ id habent, animalibus. non enim omnia habent, ſed ea tantum, quibus ſunt partes illæ, quarum gratia collum conditum eſt: hoc eſt guttur, & quæ gula vocatur. Guttur ſpiritus cauſa datum eſt: hoc enim ſpiritum animalia trahũt, & reddunt, & reſpirando, & exſpirando, quamobrem quæ carent pulmone, collo etiam carent, vt genus piſcium. Gula eſt, qua cibus, & potus deuoratur. itaque ea, quæ carent collo, gulam hæc manifeſtam non habent, nec gulam haberi cibi cauſa neceſſe eſt: nihil enim ad cibũ parat, & quidem a ſitu oris continuo venter eſſe poteſt, pulmo non poteſt. aliquem enim quaſi tractum conuallis adeſſe communem oportet, quo ſpiritum ad fiſtulas per arterias digerat bipartitus: atque ita efficere ſpiritus reciprocationem maxime poteſt. Cum igitur inſtrumentum, ſpirationi accommodatũ, lõgitudinem habeat neceſſe ſit, gulam inter os, & ventrem haberi neceſſe eſt. Conſtat gula ex neruo, & carne. ex neruo, vt extendi poſſit, cum cibus ingeritur: ex carne, vt mollis ſit & cedat, nec lædatur aſperitate cibi deſcendentis. Guttur autem, quod & arteria vocatur, corpore conſtat cartilaginoſo: non ſolum enim ſpirandi cauſa eſt, ſed etiam vocis: quod autem ſonat, leue ac ſolidum eſſe oportet. Ante gulam arteria poſita eſt, quanquam impedimento ſit, cum cibus ſgeritur. nam ſi quid vel cibi, vel potus in arteriam dilabitur, ſtrangulationes, tormina, & tuſſes grauiſſimæ incitantur. Quamobrem non audiẽdi ſunt, qui hac potum meare dicant, accidunt enim aperte quæ modo dixi, omnibus, quoties aliquid cibi dilapſum eſt. Proſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Cto opinionem eorum, qui potum hac admitti existimant, irridendam esse plura ostendunt. meatus enim nullus de pulmone ad ventrem pertinet, sicut ex ore gulam tendere cernimus: quinetiam per vomitū, & nauseam, vnde nam humor remeet, incertum non est. ad hæc humorem non continuo colligi in vesicam, sed prius in ventrem, certum est. excrementa enim alui tingi videntur fęce vini atri: vulnere etiam ventris sæpe hoc idē patefactum est. sed enim stultas
H opiniones admodū scrutari stultū fortasse ē. Arteria vero, q exterior, vt diximus posita est, à cibo infestatur. attamen natura ad hoc molita est minorem linguam, siue lingulam, quæ arteriam operiret. non omnia viuipara eam obtinent, sed ea tantū, quibus pulmo, & cutis pilo intecta, non cortex, non penna operimento est. corticatis enim, pēnatisq; guttur vice lingulæ operientis ipsum contrahitur, & di
I ducitur: quemadmodum illis operitur aliunde & aperitur: videlicet spiritu trahendo reddendove aperitur, cibo ingerendo operitur, ne quid illabatur. q si quid erroris ī eo motu committitur, vel deerrante cibo in alienum tramitem, vel respiratione præueniente, tusses, strangulationesq; excitantur, vt dictum est. tam vero solerti ingenio motus & lingulæ, & linguæ adhibitus a natura est, vt cibus neq; in ore, cum molitur, cadat sub dē- K
tes, neq; cum per fauces meat, in arteriam labatur. Carent animalia, quę modo diximus, lingula, quoniam & carne sicca, & cute constant prædura. non enī facile moueri membrum id posset, si ex tali genere carnis, cutisq; constaret, sed extrema ipsius arteriæ citius comprimerētur, quam lingula: quam animalia pilo prædita habent ex sua carne. hæc dixisse satis est, quā ob causam animalium alia lin- L
gulam habeant, alia careant: & quemadmodum natura vitio situs arteriæ remedium lingulam emolita adhibuerit. Guttur autem ante gulam necessario positum est. Cor enim in parte prio Cor
ri, atq; in medio situm est: i quo principium vitæ, omnisq; motus, & sensus esse censemus. etenim partem versus, quam priorem appellamus, tum sensus, tū etiam motus agitur. hac enī ipsa ratione pars prior, & posterior statuenda est. Pulmo eandem, M
quam cor obtinet sedem, idq; amplectitur. spiratio tum, ppter pulmonem, tum propter originem cordi inditam agitur. attrahitur & redditur aer per arteriam. itaq; cum ī parte priori cor primum collocari necesse sit, arteriam qnoque, & guttur cōstitui ante gulam necesse est: hęc enim ad pulmonem, & cor tendunt, gula ad ventrem. denique quod melius, & nobilius est, id semper, nisi quid maius impedit,

Linguæ vsus.

A dit, superioris, inferiorisq; ratione, superius collocatur: prioris posteriorisq; prius: dextri sinistriq;, dextrum. sed de collo, gula, & de arteria dictum iam est.

De Collo.

DAtum est collum animalibus habentibus pulmonem: sed sanguinea, quæ pulmone carēt, collo enam priuantur: vt pisces. Quod si ita est, videtur collum fuisse creatum propter cannam pulmonis: & ipsa canna propter duo iuuamēta, vnum spiratio, alterum vero vox.
B Et ideo eius partes habent formam aptam ipsi voci. longitudo autem ipsius cannæ pulmonis est necessaria ad vocem fiendam: quia est veluti fistula. Sed vtrum huiusmodi longitudo sit spirationi necessaria, vel illud sit præsidij gratia, indiget speculatiōe. Nam potest aliquis dicere ipsam esse necessariam: quia, si non esset longa canna pulmonis, aer frigidus veniret ad pulmonem, & læderet cor. & ideo fuit canna lōga, vt ibi temperet in suis anfractibus, anteq; perueniat ad cor. Sed huiusmodi nocumentum posset ita es-
C se, q cor non posset ferre ipsum vllo pacto. & sic longitudo cānæ pulmonis erit necessaria in hoc: posset tū esse in modo, q pateretur ipsum. Quod si ita se haberet, festinaret se necta cordi ipsius animalis respirabilis: & sic ipsa longitudo erit gratia nobilitatis: quia senecta non citio adueniet ipsi cordi. Et, quia transitus, qui est inter os, & pectus est, productus propter cannam pulmonis. ideo oportuit naturam creare meatum: quo cibus ab ore ad ventrem perducatur, quæ est eius propria vtilitas. Meri ergo non fuit ex necessita- D
te cibi: sed est quid sequens longitudinem colli: & collum cannam pulmonis Terrestribus tamen animalibus duntaxat inest aliud iuuamentum colli, scilicet q vtātur collo ad capiendum cibum ex terra, vice manus. Et ideo pedes eorum fuerunt æquales collo, quia corū victus est ex rebus terrenis: sed animalia, quę in aqua victitant vt anseres, habent collum longum, & pedes breues, vt possint longitudine colli attingere in aqua id, quod sub pedibus eorū existit: quod nō euenit animalib⁹, quæ victum ex terra trahunt. Pro- E
prium tamen est collo Cameli pardalis inter cæteros quadrupedes, vt propter longitudinem manuum eius, & eleuationem pectoris nequeat ex terra quicquam ori porrigere, nisi cum magna difficultate, & post quam retrocesserit per magnam distantiam. Et ideo eius pascua plus videntur esse in desertis, quæ sunt ex fructibus syluestribus capite & collo camelo similatur. Super situm tamen anteriorem partis posterioris non potest quicquam apponi: quia est innixus quodam pendenti innixu, i. q eius pars anterior est sa- F
tis eminentior posteriori. quod sibi euenit ex forma sui corporis, non propter excessiuam longitudinem manuum eius ultra pedes. & eius collum est positum super anteriorē partem eius corporis: estq; eleuatus collo cameli. Quod quidē animal, vt prædixi, vidi in prouincia regis, q nunc dominatur terræ Barbariæ, & pluribus terris Andalugiæ. Et situs cannæ pulmonis est ante meri, & meri post ipsum. quod quidē ideo fuit, quia necesse est vt canna pul-

G monis ascẽdat ex loco pulmõis. pulmo autem est in parte cordis, & cor est in medio: oportuitq; ipsum meri fuisse in parte uentris positũ post cannam pulmonis. &, quia accidit cannæ pulmonis habere hunc situ, oportuit ut super ipsam transeat cibus, & potus, & nutrimentum aduenies ipsi meri. Sed, quia læderetur ualde, si quid cibi & potus in ipsum caderet, cum fit meatus ipsius anhelitus, ideo in homine, & plurimis animalibus habentibus cutim mollem natura sagax posuit super orificium huius membri quid simile o-
H perimento, quod impediat casum cibi, & potus in ipsum, & Lingula siue Vuula appellatur. Sed in animalibus habẽtibus cutim duram, quę non possunt habere talem figuram huius membri, posuit extremum cannæ pulmonis modo, quo aperiatur, quando oportet spirare, postea claudatur. Fuerunt tamen imaginati plures Antiquorum, & guttur siue canna pulmonis esset trãsitus cibi, & potus. Et hoc, quia parum fuerũt contemplati de rebus sensibilibus, quia in anatomia nulla apparet uia transitus ex canna pulmonis ad uẽ-
I trem: sed meri uidetur transire ad uentrem: uidetur quoq; cibus egredi ex meri in uomitu. Inditium autem, ostendens ipsam cannam pulmonis non esse meatum cibi & potus, est euentus tussis: quando cib⁹, & potus transit per cannam pulmonis. Locuti ergo sumus de utilitate colli, & cannę pulmonis, & meri:

post hoc uero declarabimus speculationem membrorum corporis.

De cordis essentia, & principatu, quamq; K ob causam animalibus insunctum sit.

Cap. 4.

SEquitur vt de visceribꝰ doceamus, quæ eorum sanę propria sunt, quæ sanguinem habent: nulli enim exãguium animali viscus vllum est, cũ sanguineis omnia sint. Itaq; Democritus non recte de his tractasse videtur: siquidem incerta hæc esse putauit præ exiguitate exanguium animalium. Statim enim, cum consistunt, quæ sanguinem habent, exiguaq; admodum sunt, deprehendi cor, & iecur, sine dubio posunt: quippe cum in ouis triduo cubatis puncti iam magnitudine appareãt: necnon in partubus abortiuis perquàm exigua cernuntur, ad hæc vt exteriorum partium nõ idem vsus omnibus est, sed quę-
que pro vita, motuq; vario sibi peculiarem receperunt, sic interiorum aliæ alijs accommodantur. Viscera autem eorum peculiaria sunt, quæ sanguinem habent: quamobrem vnumquod- M que eorũ ex materia sanguinea constat, quod in nuper editis patet: sunt. n. cruentiora, maioraq; ex ratione, qm̃ in prima concretione species, copiaq; materiæ euidentior est. Cor igitur omnibus sanguine p̃ditis inest: & quã ob cãm dictũ & antehac est, & nunc dicemus. Sanguis. n. necessario inest in ijs, quæ sanguinea sunt: qui, cum humidus sit, conceptaculum sibi habeat necesse est:

A est: ideoq; venas natura emolita videtur, quarum vnum esse principium necesse est. vbicunque enim fieri potest, vnũ esse quàm plura melius est: cor autẽ venarum principium est: ex hoc enim venæ, & per hoc esse videtur. natura etiam eius venosa ẽ, vrpote generis societate iuncti cum venis, quoniam & situs eiꝰ
B sedem obtinet principalẽ: in medio enim positum est, sed magis superius, q̃s Iferius, & parti priori ammotius q̃s posteriori. natura. n. rem nobiliorem constituere in locis nobilioribus solet, nisi quid maius impediat. Cordis hunc esse locum latissime in homine patet. sed in cęteris quoq; animalibus pari ratiõe tenere sibi vult medium corporis necessarij: cuius sane exitus est, quà excrementa emittuntur. Crura autem alijs aliter adiũcta sunt, nec ad vitam necessaria habentur: quamobrem ijs demptis vita nõ tollitur, additis etiam nullum sequi interitum certũ. Qui
C capiti venarũ originẽ tribuunt, non recte opinantur. plura. n. disperſaq; principia faciunt, idq; in loco frigido. argumentum, q frigus hic locus vehementiꝰ sentiat: contra cordis locus calore abundat. cumq; per cętera viscera venæ trãsigant, nulla per cor tendit, vt dictum est. itaq; partem, & principium venarũ cor esse apertum est. idq; optima ratione. medium enim cordis spissum, cauumq; corpus est, plenũ etiam sanguinis est, quasi hinc D venę oriantur: cauum est, vt cõtineat sanguinem: spissum, vt principium caloris seruare possit. in hoc enim viscerum, & partium omnium corporis sanguis sine venis complectitur: cæteræ partes sanguinem venis habent contentum, idq; recta ratione. sanguis enim ex corde ad venas quoq; deriuatur. at vero ad cor non aliunde deuenit: id enim origo prima, & fons sanguinis est, aut conceptaculum primum. hæc ex consectione animalium E perspici possunt, atq; etiam ex generatiõe. cor enim statim omnium partium primum consistens, sanguinolentum est. motꝰ etiam lætitiæ, ac tristitiæ, denicq; omnium sensuum hinc oriri, eodemq; desinere videntur. Ratione quoq; ita esse probatur. principium enim vnum esse oportet, vbicunq; fieri potest. aptissimus autem omnium locorum medius est. medium. n. vnum ẽ, & tale, vt vndiq; attingi, vel ęq̃, vel proxime possit. ad hæc, cum F nec pars alia sãguinea vlla, neq; sanguis ipse vim habeat sentiendi, quod primum sanguinẽ habet, id esse, quod sentiat, certum est. habeat autem perìde ac vas quod principium est, necesse ẽ. Nec ratione tantum ita eę̃ phaĩ, verũetiã sensu p̃cipit. nã in partuum prima generatiõe, statim cor palpitare cernitur, quasi animal sit, vt qd' principium sit naturę eorum, quæ sanguinem ha-

Cor ostenditur primũ consistere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G hent. argumentum vel inde deduci potest, quod nullum aĩal sanguinis compos careat corde: principium enim sanguinis habeant necesse est. Iecur etiam oĩbus sanguine prædĩtis inest: sed nemo id cẽsuerit esse principiũ vel corporis totius, vel sanguinis. situm. n. nequaq; obtinet prĩcipalem. Lienem vero sibi hẽt aduersum in ĩs, quæ exquisiti⁹ constent, nec vero sanguinis cõceptaculum modo cordis intra
H se continet: sed vt reliquæ partes sanguinem venis inclusum hẽt. Adhæc vena per iecur tẽdit, nec vlla ex eo prouenit. venæ. n. oẽs ex corde sua initia trahunt. itaq; cum alterutrum istorũ prĩcipium esse necesse sit: iecur aũt non sit: cor sanguinis quoq; prĩcipium esse necesse ẽ. aĩal. n. sensu definitur. vis autem sentiendi primo illi tribuitur, quod primum sanguine prẽditum est. tale autem cor est, quippe q; & origo sanguinis sit, & primum san
I guinem habeat. Extremum ei⁹ turbinatur in mucronem firmissimum. Situm in pectore est, & oĩno parti priori corporis commissum, ne refrigeretur. omnibus. n. pectus minus carnosum, quàm tergum est. quamobrem a tergo perquàm tute calor aptus est. Cor cæteris animalibus in medio pectore est. homini tãtum paulo vergit ad læuam, vt eius partis refrigerationem moderetur, & compensẽt. oĩum. n. animalium maxime homo refrigeratam habet partem sinistram. In piscibus etiam cor similem situm tenere, & cur dulcimilis videatur, dictum iam est. solis his cordis mucro ad caput spectat, cum ea pars prior sit. eodem. n. agitur mot⁹. Copia quoque neruorum in corde est. idq; recta ratione: hinc. n. motus oriuntur, qui intendendo, remittendoq; efficiuntur: itaq; ministerio tali, & robore opus ẽ. Cor aũt vt supra diximus, veluti alterum aĩal inest ĩs, quæ corde
L vitalem originem continẽt. Cor sine osse est oĩum, quę nos nouerimus, præterq; equi, & gñis boum cuiusdã, quibus prę magnitudĩe quasi adminiculũ subditum est. quo modo totum ẽt corpus ossibus sustentatur, & cõtinetur. Ventriculum triplicem cor magnorum aĩalium hẽt, duplicem minorum, vnum ad postremum: nullumq; est, quod sine vllo ventriculo cõstet: & quã
M ob cãm, dictũ est. locũ. n. & conceptaculum quoddã sanguinis primi in corde haberi conuenit. sanguinem autem primo effici in corde sæpe iã dixim⁹. Sed, cum duæ venę sint prĩcipales, altera maior, altera minor, aortaq; appellata, q̃ sparsa ramorũ serie eę teras minores venas, pducãt, atque inter se differãt, vt post hac exponem⁹, meli⁹ sanè est initia quoq; earũ eẽ distincta: qđ fieri
N pt, si sãguis diuersus, distinctusq; sit. quãobrẽ, vbi fieri põt, sãguinis cõceptacula duo habentur. fieri

A fieri autem id potest in magnis: sunt. n. corda eorũ ampliora, si melius tres esse ventriculos, vt vnus cõe prĩcipium sit. mediũ autem, & impar principiũ est, itaq; magnitudo amplior subinde desyderatur. Vtile fit, vt quæ maxima sint, triplicem ventriculum habeãt. dexter plurimũ sanguinis, & calidissimum continet: quamobrẽ pars corporis dextra calidior: sinister parum, idq; frigidissimum: medius me
B diocrem, tum copia, tum calore, sed puriorem. prĩcipium. n. quã maximæ quiescere debet: tale autem erit, si sanguis pur⁹, & mediocris, tum copia, tum calore sit. Quin ẽt articulationẽ quandam rimis. futurisue capitis similem habere visunẽ, quãquàm non ita cõstant, vt quod ex pluribus sit cõpactum, sed, vt modo dixi, articulationem potius ostendunt. Sunt articulatiora corda eorum, q̃ sensu me
C lius valent: inarticulatiora eorum, quæ sensu hebetiori sunt, vt suum. Discrimina cordis, q̃ amplitudĩe, exiguitate, duritia, mollitia existant, vel ad mores pertineant aliquatenus. Quę. n. sensu hebeti sunt, cor habent durum & spissum: quæ autẽ sensu valent, mollius. pauida etiã sunt, quibus cor grandius. audentiora, fidentioraq;, quib⁹ minus aut mediocre. affect⁹ enim qui accidit ex metu, iam in ĩs præest, qm̃ calorẽ proportione cordis non habeant, sed parum caloris in magno conceptaculo D exolescat: itaque sanguis frigidior sit. Cor magnum proportione lepori, ceruo, muri, hyænæ, asino, pantheræ, mustelæ, & reliquis ferè omnibus, q̃ apte timida sunt, aut pp̃ merũ male fica. Simile in venis, atque in vẽtriculis cordis euenit. sunt. n. frigidiores, & venæ ampliores, & ventriculi ampliores. nam vt in paruo, & in magno domicilio tantundem ignis non æque calefaciet, sed minus in magno: E sic in is calor non pariter agit. vas. n. tã vena, q̃ vẽtriculus est. Item motus alieni calidum q̃dque refrigerant. plus aũt spiritus in amplioribus est, magisque valet. quamobrem nullum ex ĩs, quæ venis aut ventriculis sunt amplioribus, obesũ per carnem, opimumq; est: sed quę ita pinguescant, aut oĩa, aut maxima parte venis incertis, paruoq; ventriculo esse cernuntur. Cor solum viscerum, atq; oĩno partium corporis nullum vitũ F patitur graue: idq; recta ratione. cum. n. principium corrumpitur, nihil est, quod cæteris, q̃ inde pendeant, præbere auxilium possit. indicium, vt nullum affectum cor patiatur, qđ in nulla hostia cor ita affectum visum adhuc est, ut cæteris visceribus cernitur. Renes. n. sæpenumero calculis, & panis, & pulis referti videntur: atq; etiã iecur, & pulmo, ac potissimum lien, multa ẽt alia vitiorum genera

Cor magnum timidis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gnera euenire in ijs videmus: sed tū circa arteriam pulmonis, & quā iecur annectitur venæ maiori, perexigue ita accidit. idq; ratione recta: hæc. n. maxīe cordi associātur. At vero quę morbo, vitijsq; eiusmodi pereunt animalia, ijs dissectis, affectus morbosi in corde conspiciuntur. Sed de corde quale nam sit, & cuius gratia, et quam ob causam ita factum animalibus sit, hæc dixisse satis est.

H AVER.

De Membris corporis.

Dicimus hæc mēbra inesse animalibus sanguineis. Sed opinanti ipsa ineē animalibus sanguine carentibus, occultari tñ in eis præ exiguitate sua, obijcitur, q̄ apparēt ēt i animalibus sanguineis paruissimis. Generaliter autem natura mēbrorum corporis est sanguinea: qa materia, ex qua sunt creata est sanguis, vt ostendemus post hoc. cuius rei indicatio est, q̄ membra fœtus in initio suæ procreationis sanguinea cernuntur: & quemadmodum membra extrinseca differunt propter discrimen operationū, quibus sunt peculiaria, sic etiā discrepant membra intrinseca ex discrepantia rei, cui sunt parata. Scrutemur ergo de vtilitate primi membri.

I

De Corde.

Dicamus q̄ cū sanguis sit de necessitate nutrimentū animalium, & eius agens sit spiritus animatus: sed sanguis, & spiritus non possunt esse nisi in conceptaculis, ex quibus deferantur ad oīa membra, quę organa sunt venę: sanguis ergo, & spiritus, atq; venæ debent habere vnū membrū primum, ex K quo oriantur venæ, & in quo generetur sanguis, & spiritus, & ex illis veniat ad omnia membra sanguis, & spiritus. Quōd autem hoc, qđ diximus, reperiatur de necessitate i ipso animali, nulla est disceptatio inter Antiquos, præter Auic. qui putat non dari membrū in corpore, qđ sit principium venarum. Sed de hoc posterius scrutabimur. Hoc autem membrū, quale sit in aīalibus, & vtrū principiū horū triū sit vnū membrū, vel plura, indiget speculatione eximia, atq; scrutatione. Nā Arist. putat illud membrū esse cor. L Galen⁹ vero existimauit principiū sanguinis, & venarū non pulsatilē, & virtutis nutritiuo esse iecur: sed principiū spiritus, & venarū pulsatilium, quæ appellant arteriæ eē cor, ponitq; hāc virtutē, facientē hmōi operationē i corde, esse diuersam à virtute nutritiua, & sensitiua atque motiua, quā appellat vitalē: sicut ponit originē neruorū, & miseram spiritus aīati esse cerebrū. quā sententiā putat fuisse Platonis, & Hippocratis. Nos aūt afferemus opinionē ipsorū oīum de hoc, eorumq; rōnes circa hoc, iuxta eorū opiniones, M per hęc tria quęsita, vnumqđq; ſitū per se: vtemurq; circa hoc regulis dictis in analetica secūda, t. in libro Poster. Primo ergo dicam⁹ Aristot. crederet necessarium fore illud membrum, qđ est principiū horū trium, s. sanguinis, & venarū & spiritus, qui quidē est organū aīæ nutritiuę, esse vnum. Neq; refert hic, vtrum spiritus sit anima, vel instrumentū animę, nā Antiqui vnā conueniunt, q̄ spiritus est alterū horū duorū. Galen. quoq; conuenit cum Arist.

Arist. in hoc. s. q̄ principiū sanguinis, & venarū, i quibus est sanguis, debet esse vnū: eidemq; membro inesse virtutē nutritiuā. Galen. autē asserit hmōi membrum esse hepar, Arist. vero cor: ipsumq; esse principium, & radicē arteriarum: & sanguinem arterialem esse in corde. putat tñ illam virtutem, q̄ est principium spiritus cordis, eē diuersam à virtute nutritiua. Neq; ꝑt hæc virtus reuera ponit tertium genus, cùm hic nihil aliud inueniatur q̄ nutritio, vel qđ insequit ipsam, vt est generatio, & augmentū: cuius efficiēs E est virtus, quę ad vegetabilia refertur, aut sensus, & motus, quorum agens est virtus, quę animalibus ē tributa. Vtinam aūt scirem propriā actionē huius virtutis vitalis, quam ponit Gale. esse firam in corde. Nā, si daretur tertia virtus, daretur etiā de necessitate tertia actio, quę neq; esset vegetatio, neq; sensus, & motⁿ. Quōd si putet motum pulsatiuum cordis esse tertium actum, qui neq; nutritiuę, neq; sensitiuę, & motiuę tribuitur virtuti, tunc dicemus ei q̄ nō est tertū genus, cum sit motus. Et, si dicat q̄ est dīa inter hūc motum, & motū tributū animalibus: quia est voluntarius, ille vero non: dicemus ēt sibi, q̄ reperiuntur motus plures in loco vno, qui quidem motus sunt dati virtuti vegetatiuę, vt expulsio, & attractio, atq; retentio: qđ Galenus quoq; fatetur, & refert istos motus ad virtutē nutritiuā, quā nominat virtutē naturalem. Et vt q̄ isti motus in animalibus habeant organa propria, quæ villi nūcupant. Nā motus attractionis vt fieri villo longitudinario, & expulsio latitudinario, retentio vero transuersali. Fatetur adhuc ipse D motū cordis compressiuū, & dilatatiuū fieri p̄ villos, quare ergo nō cogitur ponere hāc virtutē pulsatiuā cordis esse vnam ex virtutibus particularibus tributis virtuti nutritiuę? Eadē nanq; est demōstratio, qua probat Galenus motū attractiōis, & expulsiōis in alijs membris referri ad virtutem nutritiuā, & qua ostendit motū expulsiōis, & attractionis cordis referri ad hanc virtutē. Nā vna ex demrationibus, probātibus hos duos motus referri ad virtutem nutritiuā ē, quia ipse videt istos duos motus seruire nutritiōi: ergo oportet vt seruiant virtuti nutritiuæ. Et hoc idem apparet in corde. quia cū cor mittat calorem naturalē ad mēbra, & hmōi motus est necessarius ad hoc, vt remaneat calor naturalis in corde: sed non dat aliqua actio eōis oībus membris, nisi nutritio: necesse igitur est q̄, si talis motⁿ fuerit pp̄ necessariā operationem virtutis nutritiuæ aīalium, vt ipsa sit virtus nutritiua principalis prima, propria cordi, inquātū est princeps. nā Princeps oportet vt habeat propriā operationē, inquātū est princeps. Sed, si prouenirēt ex tertio genere virtutū, oporteret q̄ talis virtus proueniret à corde ad oīa mēbra in aduentu spiritus ad ipsa. q̄, si ita eēt, oporteret dari oīb⁹ mēbris aliquā actionē, q̄ neq; esset operatio tributa vegetabilibus, neq; sensui, & motui. qđ tñ non reperit vllo pacto, cōueniens ergo est, q̄ virtus, qua fit pulsus, referatur ad virtutē nutritiuam, vel sensitiuā, & motiuā: cū ip se habeant esse pp̄ istas duas operatiōes. Sed, si pulsatiua esset tertium genus virtutū, q̄ nominat vitalis, & nulla

alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

G alia esset in corde, sequeretur de necessitate alterum duorũ, s. vel ꝙ mẽbra nõ iuuarent à corde vllo pacto, vel ꝙ acquirerent à corde virtutem pulsatiuã. qd totum est falsum. nã, cũ Galenus fateatur hãc virtutẽ eẽ necessariam nutritioni, erit nutritiua proculdubio. silr ẽt, cum concedat ipsam esse necessariã sensui, & motui, erit de necessitate sensitiua. Vnde apparet virtutẽ sensitiuã primã, & primam nutritionem esse in corde, & virtutẽ pulsatiuã cordis referri ad illas virtutes, licet referatur primo ad nutritiuã: quia id, quod

H mittit calorẽ ad membra relata ad virtutẽ nutritiuã, est primo nutritiuum: & id, qd mittit ad mẽbra sensitiua, est primo sensitiuũ: & totũ hoc sequitẽ ex propõnibus primis. Sed, cũ iam fuerit declaratũ ꝙ virtus existens in corde, quã appellat Galen. vitalem, nõ sit tertiũ genus, sequitur ergo ꝙ vel eõcedat cor nõ habere virtutẽ principalẽ vllo mõ, vel habere virtutẽ nutritiuã principalẽ, aut sensitiuã, vel oës. Sed iam fuit declaratũ ꝙ est necessariũ ipsũ habere oës. Hinc est, ꝙ pulsus dormientis est diuersus à pulsu vigilan

I tis, & pulsus quiescentis à pulsu exercitati: quia pulsus dormientis fit ex necessaria operatiõe virtutis nutritiuę: & pulsus vigilantis pp necessariã actionẽ virtutis sensitiuæ: & pulsus exercitantis ob necessitatẽ motus. Nã non est credendũ ꝙ motus pulsus fiat pp necessitatẽ spirationis tm̃, sed propter trãsmissionẽ caloris naturalis, qui est instrm̃ virtutum animę ad ipsa membra.

Qõ, qd mẽbrũ sit venarũ principiũ.

ET, postq̃ est iã propalatũ ꝙ nõ datur alia virt⁹, ꝑter nutritiuã, aut sensitiuã, & motiuam, scrutandæ sunt rõnes vniuscuiusq; horum virorũ circa q̃sita, q̃ conamur inuestigare: cuius negocij principium faciemus circa rõnes, quibus vtitur Aristo. ad ostendendũ cor esse principium venarũ. Dicamus ergo ꝙ ip se vtitur circa hoc duabus rõnib⁹. quarũ vna est, ꝙ in corde est principium virtutis nutritiuæ: & in eo, in quo est prĩcipiũ virtutis nutritiuę, est prĩcipiũ virtutis augmentatiuę: & ĩ quo est principiũ virtutis augmentatiuę, necessario oriunt ex ipso venæ, q̃ sunt organũ virtutis nutritiuę: ex hoc ergo infert ꝙ de necessitate oriũtur venæ ex corde: sed

L ꝙ cor sit principiũ virtutis nutritiuæ, iam fuit demonstratũ, & ostendet adhuc post hoc. Gal. aũt bene fatetur istã propõné, s. ꝙ id, in quo est principiũ virtutis nutritiuę, in eodẽ est principiũ virtutis augmẽtatiuę, & ideo existimat ꝙ principiũ venarum nõ pulsatilium sit ab hepate: quia vr̃ principiũ virtutis nutritiuę esse in hepate. Neq; hanc propõnẽ tantũ fatetur Gale. sed qd̃ est quid communius ea: videlicet ꝙ vbi est principiũ virtutis animalis, q̃cunq; sit illa virtus, ibi est ortus organorũ

M eius. & ꝙ ista propõ conuertitur ẽt, s. ꝙ vbi est origo instrumẽti, ibidẽ est principiũ virtutis. Et ideo putat, cũ neruus oriatur à cerebro, qd est instrumentum sensus, & motus, ꝙ oportet esse ẽt in cerebro principiũ virtutis sensitiuę, & motiuę. Similiter ẽt, si in eo est prĩcipium virtutis, oportet vt principium organi sit ex ipso. Sic ẽt, cùm cor, vt ipse putat, sit principiũ virtutis vitalis, oportet ꝙ arteriæ habeant, ortũ ab ipso corde. Et, si vnã simul conuenimus in hac propõne, sequet ex hoc ꝙ neruus

A uus oritur à corde, cum principium virtutis sensitiuæ appareat eẽ ĩ corde. Est tñ verũ, ꝙ vbi est principiũ virtutis nutritiuæ, ibidẽ est principium virtutis augmentatiuæ: sed nõ sequitur ꝙ, vbi oritur virtus, ibi sit origo instrumenti: quia organum, per qd virtus operatur, aliud est propinquũ, & primum, aliud vero rm̃: sed bene est necessarium ꝙ ore⁹ primi organi sit, vbi est ipsum principium: cum illud sit primum subiectum prĩcipij, eiusq; materia. hoc iã patuit ex dictis vtibus huius

B uum eẽ organũ sensus, & ꝙ oritur à cerebro, non cogemur ponere principium ꝓmi sensus eẽ cerebrum, vt imaginatur Gale. Aristo. vero dicit ꝙ, si cerebrũ, vt aliqui existimãt, esset principium oĩum venarum, sequeretur ꝙ in eo principatus essent plures. quia principiũ virtutis sensitiuæ oportet esse aliud à principio virtutis nutritiuæ: estq; ipsum cerebrum frigidũ, & humidũ: quare non deber esse sic primũ. ista ergo est vna ex demõstrationibus, quibus Aristo. vtitur ad probãdũ cor esse principiũ venarũ. fuit quoq; declarata

C veritas ꝓmissarum inferẽtium hãc conclusionem. Quod aũt põt opponi huic conclusioni est id, quod per anatomiã habetur. & nos afferem⁹ illud in rõnibus Galeni, ostendenti bus hepar esse principium venarũ. Secunda vero ratio, quã facit Aris. circa hęc, fundatur super duabus ꝓpõnibus: quarum vna est, ꝙ substãtia membri, à quo egrediunt venę, debet esse de substantia venarũ: & ꝙ venæ exeant ab ipso, & nõ ꝙ trãseãt per ipsum, immo sit pars eius: alia propõ est, quia non reperit in

H Quinetiam in ouiparis quadrupedibus pari modo hoc percipi potest: habent enim perquàm exiguum. Multis etiam squamatis exiguus, quæ vesica etiam carent, quoniam excrementum pro carnem laxiorem in pinnas, & squamas transeat. lien enim vapores vacantes diuertit, & attrahit ex ventriculo, & concoquere eos potest, vt qui sanguineus sit. q; si plus excrementi sit, parum q; caloris habeat lien, corp⁹ I præ alimento immodico lãguescit, & propter confluuium huc humoris sæpe accidit, vt lienosis ventres præduri efficiantur: quomodo ijs, qui supra modum mingunt, ex diuerticulo humoris. At quibus parum excrementi consistit, vt auibus, atque piscibus, ijs aut non magnus, aut notæ gratia dũtaxat habetur. Quadrupedibus etiam ouiparis lien exiguus, rigidus, & reni similis est, scilicet ob eã rem, q; pulmo corum fungosus est, parumq; potus desyderant: & quantum excrementi constiterit, in corpus, & corticem vertitur, vt auibus in pennas. Sed in ijs, quæ vesicam habent, & pulmonẽ sanguineum, humidus est, tum obeam, quam modo diximus causam, tum quia partis sinistræ natura humidior, & frigidior est. contrarium enim quodq; ad sibi coguatum ordinem dispositum est: verbi gratia dextrum sinistro contrarium est, & calidũ K contrarium frigido. itaque modo, quem diximus, sociantur. Renes nulla necessitate habentur, sed vt melius, & locupletius fit. humoris enim excrementitij gratia, qui confluit in vesicam, adiuncti sunt ex sua natura: in quibus plus huiusce modi sedimenti fieri solet, vt vesica melius suo munere fungeretur. Sed, cũ vsus eiusdem causa renes, atque vesica habeantur, differendum nunc de vesica est, prætermissa sequente partium enumeratione. de præcordijs enim nondum M docuimus, quæ pars viscerũ rationi coniuncta est.

De Hepate.

HEpar habent omnia animalia sanguinea. Et creditur ipsum esse duplicatum ĩ quibusdam animalibus, vt in nonnullis piscib⁹ opinatum fuit. Est q; situatum in latere dextro: & si aliqui narrent ipsum fuisse repertum quibusdam hominum in sinistro, & splenem in dextro. Modo speculemur hic de eius iuuamento, officioq; eiusdem vna cum membris communicantibus cum ipso in eorum operatione: ideest, q; non perficitur opus hepatis nisi cum eis. Et dicamus iecur vniuersaliter habere iuuamentum necessarium corporibus animalium sanguineorum: quia est instrumentum generatiuum sanguinis venarum. Sed, cum sanguis sit necessari⁹ ad esse animalium nutrimenti gratia, atq; augumenti, ideo hoc membrum est necessarium pro esse animalium, quod ostenditur, quia est primum membrum, quod primo B conuertit chylum in sanguinem. nam nullum inuenitur membrum ante hepar, quod sanguinem obtineat, scilicet ex membris, in quibus est nutrimentum, donec perueniat ad hepar. Stomachus enim nõ mutat cibum in formam sanguinis, p intestino sibi coniuncto: immo stomachus mutat cibum in chylum, postea expellit ipsum ad intestinũ: qui, cum intestinum attinxerit, hepar trahit ipsum per venas mediantes inter ipsum, & intestinum: &, cũ ad ipsum peruenerit, transmutatur C in naturam sanguinis. Et, dum trãsmutatur, sequestrantur tria excrementa ex ipso, scilicet excremẽtum aqueum, tendens ad renes, & vesicã: & terreum veniens ad splenem: & sputnosum ad fel in animalibus, scilicet habẽtibus lienem, & fel, vt post hoc dicemus. Id autem, q; fuit ostensum, dari hepar geminatum quibusdam animalib⁹, videtur haberi per eandem causam, propter quam mẽbra aliqua sunt geminata. Forte tamen geminatur in animalibus non habentibus lienem. hepar enim multum facit in temperanda com-

plexione corporis, & optima sanitate animalium. illud enim ĩsequitur bonitatem sanguinis, eiusq; multitudinem. Hinc est q; pisces, & testudines, atq; maior pars horum animalium habent malam complexionem naturalem, propter malignam hepatis eorum. Fuitq; iecur in dextro latere locatum: quia in eo latere est arteria magna. Membra autem, quæ cum hepate communicant in concoctione sanguinis, sunt tria, S splen, & fel, atq; renes.

D

De Splene.

LIen in animalibus participantibus ipsum videtur situari in sinistro latere, heparq; de directo in dextro, præterquam in quibusdam hominum, de quib⁹ oppositum fertur. Variatur etiam splen animaliũ magnitudine, & paruitate: & quandoque deficit in quibusdam, vt dicitur de aue, cuius caput est simile capiti capræ. Inuestigemus autem vtilitatem huius membri: & cur quædam animalia obtinent ipsum, quædam vero non: aliquibus etiam inest paruus, nonnullis vero magnus.

E

Cum hoc etiam contemplabimur proprietates, & differentias datas animalibus propter diuersitatẽ splenis eorum. Dicamus ergo quòd, cũ inueniatur splen plenus sanguine turbulento, apparentq; inter ipsum & iecũr vehicula deuenientia ad cõcauitatem hepatis, quæ sunt etiam plena tali sanguine, & non videtur habere venam egredientem ab ipso procedentem ad alia membra, vt videtur in hepate, præter illum meatum existentem inter ipsum, & os stomachi hominum, scimus q; ipse non est hepar duplicatum, quia,

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quia, si ita esset, tunc haberet aliquam uenã, per quã deferretur sanguis sibi proprius ad reliqua membra. Habito igitur q̃ nõ est binum hepar, neq; huiusmodi sanguis est propter nutritionem membrorum, habemus ipsum esse aliquod excrementum sanguinis nutrientis mẽbra. Quod quidem est fere necessarium: cum necessario in generatione sanguinis, & eius concoctione oporteat sequestrari ab eo excrementum terreum, ueluti in alijs liquoribus concoctis a calore naturali, ut quarum succus, & alia. Si ergo uidemus huiusmodi excrementum esse ex sanguinis superfluitate, & q̃ est necessarium, ut in generatione sanguinis secernatur tale excremẽtum ab eo, habemus iuuamentum huius membri esse attrahere hoc excremẽtum ex sanguĩe ad se. Cõsidimusq; de hac notitia: propterea quia uidemus in habẽtibus ægritudines splẽeticas ex animantibus habentib⁹ splenẽ exuperare humorem terreũ melancholicum. Quædam animalia non habẽt lienem: uel, si habẽt, est exiguus: quia ad generationem sanguinis sibi similis, & ad introductionem suæ formæ, qua est sãguis illorum animalium, non est necessaria sequestratio huius excrementi terrei ab ipso. Quod quidem est necessarium illis animalibus propter alterum duorum, uel propter utrunq; simul: uel. s. quia huiusmodi animal carens splene, habet mẽbra terrea proportionata nutriri p hoc excrementum, quod natura solet secernere in habentibus splenẽ: uel quia tale excrementum est paucum in tali genere animalium. Et istemet sunt causæ, quibus animalia diuersificantur in magnitudine, & paucitate huius membri, ita q̃ fiet minus, & debilius. Et ideo accidit hoc auibus, & piscibus, s. q̃ non habent splenem. &, si habent, est exiguus. quia natura transmittit illud excrementum terreum, existens in sanguine illius animalis, in pennas, & squamas. Hinc est q̃, quę habent splenem exiguum, obtinent etiam paruum pulmonem, parũq; bibũt, propter exuperantiam portionis frigidę, & siccæ in ipsis. Fuit autem lõ positus ĩ sinistro latere, quia hepar est in dextro. quare non erat sibi locus conueniẽtior latere sinistro. Habent præterea iecur, & lien unum commune iuuamentum, s. q̃ sunt ueluti clani, quibus uenę corporis firmantur, præsertim hepar: quemadmodum funes, quibus nauis alligatur clauis extra aquam. Cumq; splen magnificatur, corpus extenuatur: quia eius magnitudo est propter apostema durum, quod sibi euenit: quare diminute trahit illũ humorem. relinquitur igitur mixtus in sanguine, unde fit quòd natura eum abhorret, & membra non aluntur ab ipso, & extenuantur. Attenuatio igitur ipsius indicat eam ludtatem corporis. nam quę habent splenem tenuem, incolumiora sunt, & quæ magnum; ęgrotant. Vniuersaliter autem splen est necessarius in animali propter sanguinis necessitatem, quo nutritur: & quia non generatur, donec secernat a se hoc excrementum. Hinc potest haberi quòd hoc excrementum non est materia corporis, ut sunt omnati primi Medici.

Qui-

A *Quibus animalibus data sit vesica: deq; eius officio, & situ in corpore animantium. Cap. 8.*

VEsica non omnibus animalibus data est, sed ijs tantum tribuere voluisse natura videtur, quæ pulmonẽ haberent sanguineum, idq; recta ratione. caloris enim excessu, qui in eo ipso membro continetur, sitibunda hæc omniũ prę cipuę animalium sunt, cibiq; in digent, non modo sicci, verum etiam humidi copiosioris. itaq; excrementum etiam copiosius contrahi necesse est: nec solum tantum, quantum a ventre concoqui, excerniq; cum eius excremento possit. ergo huius quoque excrementi cõceptaculum quoddã haberi necesse est. quãobrem omnia, quæ talem habent pulmonem, vesicam obtinent. Quę autem tali carent pulmone, & vel parum bibũt, quoniam fungosum pulmonem habeant. vel omnino potum assumunt, non potus, sed cibi gratia, vt insecta, & pisces: vel etiã quæ penna, aut squama, aut cortice integuntur, hæc tum ꝓpter humoris assumpti exiguitatem tum quia quantum excrementi contrahitur, in ea ipsa absumatur, vesica omnia carẽt, excepta testudine inter corticata: in hac enim tantummodo natura cãstrata non est. Cuius rei causa ẽ, quod marinę testudines pulmonem habent carnosum, sanguineum, & similem bubulo: terrestres autem proportione maiorem. Superficies etiam, quia obdensa, præduraq; modo silicis est, facit ne humor difflari euaporariq; possit per carnẽ laxiorem: vt auibus, serpentibus, cæterisq; opertis cortice euenit. atque ita excrementi copia tanta subsidet, vt eorum natura conceptaculum, & vas quoddam capax humoris desyderet. vesicã igitur testudo sola inter hæc habet ea de causa, s. marina amplã terrestris exiguam admodũ.

B

C

D

De renibus, & eorum officio, quibusq; animalibus datis sint. Cap. 9.

E

REnum etiam ratio similis est. nullum enim pennatum, nullum squamatum, nullum corticatum, excepta testudine, renes habet. quanquam in nonnullis auibus carũculę quædã sint latiusculæ, speciem renum ostendentes, quasi ea caro, quæ renibus delegata est, locum nõ habeat, sed in plura dispersa sit. Genus tamen testudinis, quam lutariam vocãt, & vesica, & renibus caret. fit. n. ꝓp eius mollitudinẽ tegminis, vt humor facile difflet. lutaria igitur ob eam cãm neutram earũ partiũ hẽt. Cæteris aũalib⁹, q̃ sanguineũ, vt dictũ ẽ, habẽt pulmonẽ, renes oĩb⁹ natura tribuerat: quppe q̃ sit & ad venas cõtinẽdas ijs uteret, & ad hũorẽ supuacuũ excernẽdũ abutereť. meatus. n. de vena maiore ad renes vsq; ꝓcert. Cauũ in oĩbus inest

F

G renib⁹ aut ampli⁹ aut arcti⁹ p̄ter quam in vitulo marino: eius.n. renes bubulis similes, omnium firmissimi, ac solidissimi sunt. hominum etiam renes bubulis similes sunt: quippe qui, tanquā compositi ex multis renib⁹ exiguis constent: neque æquabiles sunt, quomodo renes ouium, cæterarumq; quadrupedum habē tur, quo fit, vt morbus eorū difficile curari hominibus possit, etiam si nuper ægrotare inceperint. accidit enim vt quasi multis renibus laborent, difficilius remedium adhibeatur, q̄; si vno infestarentur. Meatus, qui ex vena pertendit, non cauum subit renum, sed in eorum corpus absumitur. quamobrem, in cauis eorum nihil sanguinis continet, neq; concrescit mortuis. Meat⁹ vero de cauis renum exangues duo insignes ad vesicam ferun tur, singuli ex singulis. atq; etiā alij ex vena aorta validi, frequētesq; eodem deueniunt. quę ita natura instituit, vt ex vena humoris excremētum ad renes ve niret: in renib⁹ autem sedimen, humoribus per corpus renum colatis, in medium confluerent, vbi plurimi cauum continent. quo fit, vt renes omnium maxime viscerum fœdum reddāt odorem. tum deinde ex medio p eos meatus in vesicam iam magis magisq;, tanq̄ excremētum secernitur, atq; reiicitur. vesica ipsa ex renibus dependet: tēdūt enim in eam, vt dictum est, vali

Renum morb⁹ difficilis curatu.

H di meat⁹. Renes his de causis habentur, & virtutes, quas diximus, obtinent. Omnibus autē, quæ renes habent, dexter superior sinistro est. quod enim motus ex parte dextra proueniat, naturaq; dextræ proinde validior sit, ideo partes omnes mouendi causa vergant ad situm potⁿ superiorem oportet. nam & supercilium dextrum magis attollitur, & arcuatū magis quàm sinistrum habetur. Tangitur in omnibus a iecore dexter, quod I elatior est. Iecur enim parte dextra positum est, pingue plenius renes ambit, quàm reliqua viscera. quod & necessario fit, cū excrementum per renes trāsmissum coletur. quantum enim relinquitur sanguinis puri, facile concoqui potest. finis autem & hæ concoctionis sanguineæ adeps, & seuum est. Vt enim in cōbustis siccis, velut cinerē, aliquid ignis relinquitur: sic in cōcoctis humidis nonnihil caloris, qui effecerit, relinquitur. quo fit, vt pingue leue sit, & humoribus re sideat, atq; fluitet. sit non intra ipsos renes, q̄n densum hoc viscus sit, sed circum renes est, videlicet aut adeps in ijs, quæ pinguescere adipe solent, aut seuum in ijs, quę seuo opimantur. quorum differentia alio loco explicata est. necessario igitur ea de causa pinguescunt, s. ex ijs, quæ necessario eueniunt animalib⁹, quæ renes habere debuerunt. Solutis autem cā, vt renum natura ca-

K

L

M

A lida sit. Cum.n. positi loco vltimo sint, reporem desyderant ampliorem. tergum enim carnosum est, vt cor, & reliqua partis superioris viscera protegat. At lumbi carne vacant, vt flecti possint. omnium. n. flex⁹ excarnes sunt. itaq; vice carnis adipe renes obsepti muniuntur. Quin etiam humorem melius discernunt, & concoquunt sua pīgue dine. pingue enim omne calidū est. calor autem concoquit. re

B nes his de causis pingui operiūtur. dexter omnibus minus pinguis. cuius rei causa est, quod natura dextræ partis siccior est, & mobilior, motus autem contrarius est: liquat enim pīguedinē, & consumit. Sed, cum cęteris animalibus renes habere pīgues proficiat, & plerunq; totos obesos habeant, ouibus hoc letale ē. quo fit, vt quanquam pingues admodum sint, tamen aliquid delit, & si nō vtriq;, dextro quidem. causa cur hoc solis, aut maxime ouibus accidat, quod ijs, quæ adipe pinguescere solent, pingue humidum est. itaq; non æque fiatus intercluſi dolorem faciunt, quod causa syderatiōis est. quamobrem hominibus ēt, qui vitio renum laborant, quamquam pinguescere iuuat, tamen si pingues admodum efficiant, dolores profecto accidunt letales. Cæteris autem, & si seuo pinguescunt, tamen seuum minus densum, quàm ouibus fit. Copia etiam seui genus ouium lon

C

D ge excedit. omnium enī animalium oues celeri renum obesitate opplentur. itaq; humore flatuq; intercluso celeriter præ syderatione intereunt. nāq; per venam aortam, & maiorē, statim vitium ad cordis sedem transuehitur. meatus enim ex ijs venis ad renes continui pertendūt. sed de pulmone, de corde, de iecore, de liene, & de renib⁹ dictum iam est.

De Renibus, & Vesica.

E AVER. REnes habent omnia animalia, habentia pulmonem sanguineum. & quæ renes habent, vesicam quoq; obtinent. & nullum corticatum, aut pēnatum habet renes, neq; vesicam, prēter testudinem syluestrem, & marinam: quæ renes, & vesicam habet, quia pulmonē sanguineum obtinet. Quærendum autem est iuuamentum horum duorum membrorum, s. renum, & vesicæ: & quare reperiuntur in quibusdam, & in aliquibus alijs non. Dicā ergo q̄, cum renes seruiant vesicæ, & fuerint positi in fine dorsi, ita vt adhæreat orificium colli eius venæ F magnæ prope gibbum hepatis, & excrementum aquosum ipsius nutrimenti sit inuentum transire ad eos, deinde ad vesicam, scim⁹ quòd officium renum, & vesicæ est clarificare sanguinem ab aquositate subtili, quæ non est habilis, vt fiat pars sanguinis. Quod quidem officium perficitur duobus membris, scilicet ista perfecta discretio illius excrementi. quia primo renes trahunt aquositatem sanguineam ab hepate: &, cum illam secreuerint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G vt natura sua exposcit, tunc expellit eam ad vesicam: quam iterum vesica secernit, donec egrediatur excrementum aquosum, in quo nihil est sanguinis, neque aliquid habile nutrimento alicuius membri. Nam quemadmodum renes cibantur ex sanguine mixto cum excremento aquoso, aduenientę ab hepate ad ipsos, sic vesica alitur sanguine ī mixto superfluitati renum. Hinc visum est egredi excrementum humidum sanguinolentum in habentibus renes debiles. Sed ideo obtinent renes & vesicam omnia animalia haben
H tia pulmonem sanguineum, quia sunt valde sitibunda, multumq; bibunt: in quorum ventre superfluit excremētum aquosum: quare sunt necessaria renes, & vesica. Quibus tamen non indigent aues, ueq; animalia ouipara, quia eorum pulmo non est sanguineus: ob quam rationem huiusmodi genus animalium non habet splenem mollem, immo habet lienem paruum, & durū. Sed testudo sylvestris, & marina renes habet propter caliditatem pulmonis ejus. Quædam tamen animalia renibus, & vesica carent ob fungosi
I tatem corporis eorum, & velocem expansionem humiditatis eorum, vt dicetur ī genere animalium mollium testaceorum. Renq; dexter exi stit superior sinistro: quia officium illius renis validius est, haberq; suū situm modo, quo melius attrahat, cum sit propinquior venæ magnæ, & quia membrum nobile quærit sibi locum nobilem. Hinc est q̄ mēbra dextra sunt propīquiora supremę positioni: ob quam causam etiā dextrum animalium attollitur, sinistrum vero demittitur. Renes præterea maiorem obtinent pinguedinē, K quā alia membra. quod fit propter alterum duorū, s. vel quia sanguis, quo nutritur hoc membrum, habet magnum calorem, & humiditatem bonæ digestionis, & probæ concoctionis: quare habebit multum de hoc excremento: nam ostensum ia fuit pinguedinem esse excrementū sanguinis optimæ digestionis, & concoctionis: vel quia substantia renum est dura, terrea: nutritur ergo ex parte terrea sanguinis, & aquosa, & segregat a se partem aeream, & ignearn, ex qua fit pinguedo, quia est sibi dissimilis. vel quia vtrąque res fa- L mul coeunt in renibus. Et quāuis renum, & adipem habeat hoc membrum de necessitate propter naturā nutritionis, quæ fit in ipso, nihilominus adhuc habet aliquod iuamentum, s. quia id, quod sequitur renes a dorso, non est carnosum. & denīq; est in extremo membrorum corporis: ideo indiget calore, qui eu stodiat ipsum a frigido. pinguedo ergo affert hoc iuamentum: nam ipsa defendit ipsum a frigore, & adiuuat digestionem, & concoctionē. Inestq; pinguedo vtrique renum a- M nimalium habentium pinguedinem, sed quæ renum obtinent vice pinguedinis, habent circa renes renum vice pinguedinis, in superius dictis iam fuit data differentia inter renum, & pinguedinem. Renes vero dexter minus pinguedinis obtinet, quam sinister: quia membrum dextrum calidius, & mobilius. motus autem pinguedinem liquat. Agnorum tamen renibus plus hoc accidit, quam alijs, adeo quod interficit eos. Dolores autem renales difficile resoluuntur ob grossitiem substantiæ, & duritiem ipsorum. Iam ergo fumus locuti de iuuamento cordis, & hepatis, splenis, & duorum renum. loquamur modo seriatim de iuuamento septi transuersi, differemusq; sermonem de iuuamento fellis post hoc.

De septo transuerso, siue præcordijs, & eius officio. Cap. 10.

SEparantur hæc inter se septo transuerso, quod nonnulli præcordia appellant, disterminat hoc a reliquis pulmonem, & cor. id autem septū transuersum præcordia in sanguine præditis, vt modo dixi, vocatur. Habēt hoc omnia, quæ sanguinem obtinent, æque vt cor, & iecur. cuius rei causa est, quōd ideo habetur, vt sedē cordis a ventre dirimat, videlicet vt animæ sentientis origo inoffensa seruetur, nec facile occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. hac enim causa natura intercepit præcordiorum quasi parietis, sepisq; inter
C uentu, distinxitq; partem nobiliorem ab ignobiliori, in quib⁹ superioris, inferiorisq; ratio posset haberi. superius est enim, cuius gratia reliqua sint, quodq; melius sit: inferius autem, quod eius gratia sit, & conceptaculum cibi necessarium. Annectitur hoc septum, siue cinctus costis parte sui carnosiore, validio req; : *media autem constat mē brana exiliori. ita enim & ad rebur, & ad prętentum commodius est, contra calorem se effe-

rentem hoc veluti sobolem es- D se, argumentum ex ijs, quæ plerunq; accidunt, ducitur: vbi enim propter vicinitatem attraxerint humorem calidum, atq; excrementitium, continuo mentem, sensumq; planē perturbāt. quamobrem phrenes appellantur, quasi participes prudentiæ sint. atqui nullatenus participes sunt, sed quia propinquę sunt ijs, quæ vim obtinent illam (cordi enim prætenduntur) hinc mētis mutationem aperiūt. quam- E obrem tenues parte sui media sunt, non modo de necessitate, quōd cum carnosę sint parte sui costis admota, carniosiores esse necesse sit: verumetiam vt min⁹ vaporis excipiant. nam, si carne pleniore constarent, copiam vaporis & haberent, & traherent. Partem hanc calefactam celeriter sensum aperire īdicat vel id, quod titillatu euenit. rident enī celeriter qui titillātur, quia motus celeriter ad eum locum perueniat. qui quanquam leuiter F calefaciat, tamen aperit, & mentem mouet præter voluntatem. Causæ autem cur homo animalium vnus titilletur, & cutis tenuitas est, & q⁹ solus omnium animalium rideat. est enim titillatio risus per eiusmodi motum partis, quæ alam complet. ictu etiam traiecta præcordia ī præ Ijs risum attulisse proditum est scilicet calore, quē moueat vulnus. hoc enim verisimilius credi potest, quām qđ de capite refe-

Cā risus ex titillatu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G runt, vt abscissum loqui posuerit. Sunt enim qui hoc dicant, Homerumq; testem adhibeāt, quasi ob eam rem illud dixerit: Ipseq; dum loquitur, miscetur puluere vertex. non enim dum ipse homo, sed dum ipse vertex intelligi volunt. In terra Caria res adeo pro vera habita est, vt reum quendam ex incolis egerint. cum enim Iouis Hoplosmij sacerdos esset occisus, & a quo non constaret, nonnulli sese audiuisse retulerunt, capite præci-
H so dicente sæpius, virum super viro Cercidas occidit. itaq; hominem, cui nomen Cercidas in prouincia quæsierunt, compertumq; in iudicium duxerūt. sed fieri non potest, vt caput præcisa arteria, & sine motu pulmōis loquatur. nec apud Barbaros, qui capita summa cum celerita te abscindūt, tale quid vnquam euenisse accepimus. Ad hæc in cæteris animalibus cur id non aliquando fiat? risum enim ijs nunquam præcordijs traiectis
I moueri consentaneum est, cum ridendi vi careant: at capite abscisso, ne suam vocem aliquādo emittant, quidnam prohibeat? Corpus tamen detracto capite progredi quoquam non temere credi potest. nam ea quidem, quæ sanguine carent, vel viuere diutius possunt truncata capite. cuius rei causam alio loco docuim⁹. Sed cuiusnam gratia singula viscerum habeantur, explicatum iam est. Extremis autem venarum interioribus hęc necessario adiunguntur. vaporem. n. prodire, eumq; sanguineum necesse est: ex quo consistente, concrescenteq; viscerum corp⁹ contrahatur, & coagmentetur. qua propter sanguinea hæc sunt omnia, & naturam sibi consimilē, cæteris dissimilem habent.

De Septo transuerso.

Dicamus q; Diaphragma est pāniculus separans inter cor, & pulmonem, & membra corporis, id est membra, quæ sunt pro digestione cibi, & eius conçoctione. Et quæ cunq; habent cor, & hepar, habent etiam diaphragma: quod præsertim rius, atq; carnosius existit in ea parte, qua membris annectitur, in medio vero ipsius magis tenue, propin quiusq; substantiæ panniculi. Sed Aristoteles, & prædecessores dicunt iuuamentum sepli esse interceptionem, quæ distinguat inter membra principalia, & seruientia. quia, si nō daretur interceptaculum inter ipsa, tunc accideret membris principalibus ex hoc magnum nocumētum. Nam necesse est locum illum, I quo fit digestio, habere ibi vaporem, & calorem aduentiuum. &, si nō esset diaphragma, euenire ex hoc læsio, & offensio ipsis membris animantibus, eorumq; operationes læderentur. Et quemadmodum solent principes ponere distinctionem inter ipsos, & seruos, sic etiam natura prouida interposuit velamen distinguēs inter membra principalia, & seruientia: intercipiantq, superius ab inferiori latere, sed, cum superior, pars sit nobilior, inferior vero ignobilior, oportuit disterminare nobile ab ignobili. Opinatur tamen Galenus diaphragma habere aliud nobilius iuuamentum isto, magisq; opportunum, quia huiusmodi velamē, vt ipse imaginatur, est lacertus, quo animal mouet pectus in respiratione. Quod genus membrorum, scilicet lacertum, eiusq; vtilitatem nō perceperunt tempore Aristotelis, vt imaginor: quia non inuenio fecisse memoriam de eo. Post ætatem vero Aristotelis cognouerunt quemlibet motum volūtarium corporum animalium fieri per lacertum, demptis paucis motibus. Nam, si coriū
K amoueatur a lacerto, & faciamus vt moueat animal hoc membrum, tunc percipiemus hunc lacertū cōtrahi ad contractionem membrorum, dilatariq; ad eorum dilatationem. &, si ligamus eius originem, aut incidimus ipsum, destruitur illico motus membri. in motu ergo lo
L cali lacertus est principium mouēs mobile, quia de se mouet: sed quod cunq; aliud mouens, præter lacertū, mouetur ab alio, vt chordæ, & ossa: sed si quid est ante hunc lacertum, illud est mouens immobile, vt neruus, & calor naturalis. Laudemus
M ergo de hoc iuuamento ipsum Galenum, addamusq, ipsum aliis iuuamentis narratis ab Antiquis: quemadmodum tenemur laudare ipsum de rebus manifestatis in arte anatomica. Dicit autē Aristoteles, quòd medium septi est exithoris carnis: ne ad ipsum attrahatur humiditas a corpore, & ęgrotet, & apostemetur: nam perturbatur mens ex morbo huius membri. Quòd autem intellectus alteretur cito ex læsione, & dolore diaphragmatis, propter communitatem inter ipsa existentem,

ostenditur per risum, qui fit in homine hora titillatus membrorum annexorum ipsi diaphragmati ab extra, & propriè in cute subascellæ: vnde fertur q;, si quispiam vulneretur in diaphragmate, multum ridebit propter calorem vulneris. Galen. autem credit q; medium ipsius diaphragmatis est cōnexum, & tenue, paucę carnositatis ob magnam neruorum portionem, venientem ad ipsum ex cerebro. ideo arbitratur ipse intellectum perturbari ad ei⁹ perturbationē. Alia vero animalia non rident ex titillatu circęsistantiæ diaphragmatis, quia nullum animal est titibile, præter hominem. Quia ergo iam fumus locuti de vtilitate septi, loquamur nunc de iuuamento membranarum superpositarum membris corporis.

De membranis, & earum officio.
Cap. 11

MEmbranis omnia viscera includuntur. pro tegmine enim op⁹ est, quo illæsa seruātur, eoq; leuiori. mēbrana autem talis suapte natura est, quippe quæ & densa sit, vt arcere possit: & carne vacet, F vt vaporem nec trahat, nec habeat: & tenuis prætendatur, vt leuis sit, & nihil ponderis afferat. Maximæ inter membranas & robustissimæ sunt, quæ cor, aut cerebrum ambiunt, idq; optima ratione: hæc enim præcipuam tutelam desyderant. tutela enim partibus adhibenda principalibus est. hęc autem principatum maxime vitæ obtinent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *Non omnia viscera omnibus animalibus inesse.* Cap. 12.

HAbent animalium quædam omnem viscerũ numerum, quædam non omnem. quæ sint hæc, & quam ob causam, dictum iam est. & varie vero hæc habentur: neq; enim cor simile habent ea, quæ corde prędita sunt, neque aliud prope dixerim vllũ. Iam enim iecur alijs multifidum est, alijs simplicius ī eorum genere, quæ sanguinem habent, & viuipara H sunt. sed longe magis piscium iecinora, & quadrupedum, & ouiparorum, tum inter seipsa, tum ab ijs, quæ modo diximus, differt. Aulum iecur maxime simile est iecori viuiparorum. puro enim, & sanguineo colore exhilaratur. vt illud. cuius rei causa est, ꝙ auium corpora difflari, euaporariq; optime possint, nec multum habeant excrementi vitiosi: quo etiam fit, vt nonnulla ex viuiparis felle careant. Iecur enim ad temperiem, sanitatẽq; I corporis multum confert: finis nanq; eorum in sanguine potissimum situs est. iecur autem omnium viscerum, excepto corde, sanguine refertissimum est. At vero quadrupedum ouiparorũ & piscium iecinora, maxima parte pallidiuscula sunt. nonnullorum etiam vitiata omnino, vt corpora quoq; eorundem prauum temperamentum fortiuntur, velut ruberę, testudinis, & similium. Lienem bisulca inter cornigera habent rotundum, vt K capra, ouis, & reliqua omnia: nisi aliqua pro sua magnitudine auctiorem in longitudinem habeant, vt boues. At multifidis, p lixus omnibus est, vt homini, cani: solipedibus autem medium tenet, & promiscuus est. partem enim alteram habet latam, alteram ãgustã, vt equo, mulo, asino,

Differentia viscerum a carne. Cap. 13.

DIfferunt viscera a carne non modo sua corpulentia, verumetiam eo ꝙ ea L ro foris posita est, viscera intus contimentur, cuius rei causa est, ꝙ naturam communem cũ venis habeãt, & partī venarũ gña sint, partī nõ sine venis eẽ possit.

De Membranis.

VNiuersaliter membranæ fiũt creatæ macilẽtę, robustiũ mæ, tenues nõ carnosæ. Quarũ iuuamẽtũ vī eę, p tutela, & tegmine: sunt. n. veluti clipeꝰ mẽbroꝝ & ꝓpea sunt exiles, & dẽsæ. nã ad firmitatẽ fuerũt dẽsæ, tenues vero ꝓp tegmẽ M ita ꝙ obtineãt hæc duo, s. custodiã, & ꝓtectionẽ: iõ carne vacãt, ne afferãt põdꝰ ipsis mẽbris: hũiditates quoque ad se traherẽt, & ægrotarẽt, si essent carnosę. Sed, qa firmitas, seu durabilitas ꝗrit ī mẽbranis, iõ fuerunt mẽbranę cerebri, & cordis robustiũ mæ: qa principes debẽt circũdari, & custodiri: & iõ natura sagax ꝓuidit ejs robur, & tutelã quãtum potuit. Nũc ãt tractemꝰ d vẽtris vtilitate, & ītestinorũ, eorũq; drijs, & ꝓpriet ibus datis aliꝰ ob illas dotes, ꝙbus differunt ventres, & intestina eorũ. De

L lenis vaietas.

K *De intestino, & ventre; eorũq; officio, & locis concoctionis.* Cap. 14.

SVbest præcordijs venter, qua gula desinit, si habeãt: ti; si minus, ori adiungit. Ven ob ntestinũ annexum est. sed ꝙ causam partes has animalia habeant omnia, nulli dubiũ est. Cibum. n. & ingestum recipere, & euaporatum ejicere, neq; eundem locũ esse cibi cõcocti, & excrementi necesse est. conce ptaculum ẽt adesse, in quo cibum mutẽ, oportet. pars. n. alia B cibum ingestum cõplecti, alia excrementũ, materiãq; superuacuam capere debet. quarũ actionum, vt tempus diuersum est, sic loca ẽt diuersa haberi necesse est. Sed de ijs aptius differemus, cũm de generatione, & alimẽto ageẽ. nunc de differentia ventris, & partium eodem pertinẽtium consyderandum est. Ventres. n. nec magnitudine, neq; specie similes inter se sunt: sed ꝙ in sanguineo genere vtriq; dentata, & viuipara sunt, hæc C simplicem habent ventrem: vt homo, canis, leo, et reliqua, quorum pedes in plures digitos finduntꝰ: & quæ aut solipeda sunt vt equus, mulus, asinus: aut bisulca quidem, sed vtraq; parte dẽtata, vt sus. nisi aliqua præ sui corporis magnitudine, aut difficultate cibi non ad concoctionẽ idonei, sed spinosi, & ligunei, multiplicem habeant, vt camelus: quẽadmodũ cornigera habent: quippe quæ nõ vtra

D Camelli venter.

que parte dentata sint. Et camelus quidẽ (quanꝯ cornibus caret) ideo nõ superne dẽtatã est, qđ ei magis necessarium est vẽtrem talem habere, ꝙ dẽtes priores. cũm itaq; ventrem similem non vtriq; dentatis habeat, dẽtes ẽt simili modo sortiẽ, vtpote parum necessarios. quinetiã cũ cibus dirus spinosusq; sit, & tñ linguam esse carnosam necesse sit, natura dentiũ portione terrena ad palati callum, atq; duritiã abusa est. Ruminat ẽt camelus E more cornigerorum, qñ vẽtres similes cornigeris habeat. Habent hæc singula plures vẽtres: vt ouis, capra, ceruus, & similia, vt cũm officium oris non satis in molendo cibo adhibetur ꝓpter inopiam dentiũ, munus ventrium expleat, dum alius ab alio cibum recipit, s. primus infectum, secundus aliquantulũ confectũ, tertius plenius, quartus perꝯ plene confectũ. ita fit, vt genus hoc animaliũ recepta cula cibi habeat plura, quibus F nomina hæc aut indita sunt, aut indere licet, venter, arsineum siue reticulum, omasum, abomasum. Quonam modo hęc se habeant, tum situ, tum ẽt specie, ex historia, dissectioneq; animalium petendũ est. Hęc eadẽ causa est, vt auiũ quoq; genus partem, qua cibum recipit, varie habeat, cũ. n. id oris officio, qđ cibo conficiendo tribuit, omnino careat, vt qđ nullos habeat dẽtes, & neq; quo dirimat, neq;

quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quo molat cibū, obtineat, idcirco aut ante ventrē sinū habent, qui ingluuies appellatur, p oris officio, aut gulā potentiorē, aut ante ventrē partē aliquā gulę ipsius sinuosam, in qua cibū recētē, & inconfectū recondant, aut ventris ipsius partē aliquā prominentē, aut ēt ventrem ipsum validū, & carnosum, vt cibū immolitum diu continere, & concoquere possint. bonis. n. viribꝰ vētris, et calore natura defectū oris rependit, et compensat. Sūt

H q̄ nihil ex ijs habeant, sed ingluuie prolixa vtātur, s. ea, quibus Prolixa ingluuies quibus. crura prę̄longa, et lęuia sunt, pp cibi humiditatē. causa igitur ē, q̄ cibus ijs oībus moli, & confici facile possit, vt eorū ventres per facilē cibi concoctionē humescant. Piscis generi dati sūt

Piscū dētes. dētes, sed serrati prope dixerim oēs. genus. n. quoddā exiguū ē, q̄d nō serratos habeat dētes: vt qui scarus vocat, qui vnus et ruminare merito ob eā rē credit.

I quę. n. non vtrinq; dentata cornigera sunt, rumināt, habēt omnes acutos, quibus etsi cibū secare possunt, tn̄ male secant, quod diutius īmorari nequeant. quāobrē nec planos habens dētes. nō. n. fieri pōt, vt deterant cibū: itaq; frustra haberēt. Itē stomachū alij nullū oīno habent, alij breuē. sed. n. ad concoctionem iuuandā alij modo auiū ventriculos habēt, et carnosos, vt mugilis. Maior aūt numerus appēdices iuxta vētrē frequētes obtinet, vt in ijs quasi lacus cibum K conditū macerent, atq; concoquant. sed pisces contra q̄ aues eas appēdices fitas hīt quippe q̄ superne habeāt ad vētrē, cum aues, quibus datū hoc ē, infra pte intestini extrema dissumant. vi uiparorum ēt nonnullis appēdices intestinales infra eadē de cā habentur. Genus piscū oē, q̄n cibum minus conficere possit, crudaq; egerat, & vorax & gulosum est. cętera ēt omnia, quibus intestina sunt recta, ciborū L auida sunt. cū. n. & cibus celeriter egerat, pindeq; breuis vsus fruendi sit, breui repetant cibū auida necesse est. Quę vtrinque dentata sunt, paruū habere ventrem dictū iā est, dr̄iam aūt duplicem fere oīa recipiūt. alia. n. canino simile habēt, alia simillo. amplior vēter simillus est, flexuo susq;, vt diutius cōcoquat: canus paruus est, nec multo amplior intestino, leuisq; intus. A ventre natura intestinorū posita est ī omnibus animalibus. habet & ea dr̄iam, vt venter, numerosiorem. alijs. n. simplex intestinum, sibiq; simile resoluitur, alijs dissimile, quibusdam enim parte, qua ventri iungitur, laxius est: qua desinit, arctius. Quamobrem canes vehementi nixu, nec sine cruciatu eā partem leuant excremento. sed tn̄ maiori animalium numero arctiꝰ parte superiori est, latius inferiori. maiora, multiplicabiliora q; sunt intestina cornigerorum

A rorum. ventris etiam sinus eorum amplior, q̄d auctiora sint. cornigerorū. n. prope dixerim omnia ampliora sunt pabuli ratione, vt conficiant q̄d sibi ingerunt inconfectum. Quibus aūt intestinum nō directum, ijs omnibus amplius tēdit, qua & q̄d colum vocatur, habent, & cæcum, ac tumidum quiddā mox arctatur, & cōplicatur: ab hoc tectum ad exitum vsque excrementi pertendit. quæ quidem

B pars, quam podicem vocant, alijs pinguis, alijs sine pingui ē. Quę omnia natura solers molita est ad congruam cibi confectionem, & excrementi vsum, & transmissionem. procedenti enim, descendentiq; excremēto, aut subsistēti, vt immutetur in animalibus, quæ prę magnitudine, aut locorum calore vegetiora, cibiq; plenioris indigētiora sunt, via ampliatur. Tum, vt ventrē intestinum angustius excipit, sic á colo, quod laxum

C intestinum vocatur, & alui amplitudine, rursus semitam angustiorem, clauiculam á flexuosis orbibus dictam, subit excrementum iam penitus euaporatum, vt natura seruetur, nec vniuersim exitus fiat excrementi. Quæ igitur animalia continentiora esse ad cibi desyderiū conuenit, hæc sua in aluo laxiores sinus nō habent, sed anfractus, orbesque plures continent, nec recto intestino vtuntur. laxitas enim intestini auiditatem auget cibi: rectitudo accelerat aui D ditatem, quamobrem animalia, quæ vel simplex habent intestinum, vel conceptacula ampla, cibum aut copiosum capiunt, aut celerius repetunt. Sed, cum in ventre superiore cibum ingestum recētem esse necesse sit, in imum autem delapsum fæculentum, euaporatūque, locum etiam aliquem interpositum esse, in quo immutetur, & nec recens adhuc, neque iam exactus in stercus sit, necesse est. itaq; genꝰ id animaE lium omne habet eam partem, quæ ieiunum vocatur, positam in eo, quod á ventre tenue tendit, intestino. hoc enim mediū est inter vētrem superiorem, in quo cibus crudus adhuc sit, & inferiorem, in quo iam superuacuum excrementum continetur. Hoc, cum in omnibus ita sit, tum in ijs patet, quæ & maiora sint, & ieiunarint: ita enim interstitium loci vtriusq; conspicitur. nam, si ederint, mutationi parum tēporis suppetit. Sed fœminis pars nulla certa superioris intestini ieiuna est. alia. n. F alijs, vt fors tulerit. Maribus autem proxime ante cæcum, aluumq; omnibus est.

De Ventre.

VEnter fuit impositus ālibus habentibus meri, prope vltimum extremum eius: carentibus vero, prope os. In quadrupedibus autem, & viuiparis ventres variant numero, magnitudine, atq; figura.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G Nam animal vtriq; dentatum vẽ trem obtinet, qui in homine ſtoma chus appellat, & in alijs aſalibus id, quod habet vice illius: & hoc eſt ge nus animalium, quorum pedes in plures findunt digitos, & quę ſoli peda ſunt. ſed quæ ſuperne nõ ſunt dentata, vt ceruus, & cornigera, ha bent quatuor ventres. Et vniuerſa le iuuamentum ventris in aſalibus eſt concoctio cibi, & eius digeſtio, donec fiat chylus promptus recipe re formam ſanguinis ab ipſo hepa te: nonnullis tñ perficit opus chyli vno ventre, quibuſdam vero non,
H niſi pluribus. Sed, quia animalia ha bentia plures ventres, carent denti bus ſupernis, ideo ſcimus q̃ huiuſ modi ventres fuerunt plures vno, vt per eos ſuppleat vices illius iuuamẽ ti, qd caret per priuationem dentiũ ſuperiorum: quia cibum cõterit in minimas partes. qua re auxiliatur nõ parum ad digerendum cibum. Sed, ne hmõi animal priuet hoc iuuamẽto, ideo natura ingenioſa fuit adhibere ei vice huius rei plures vẽ tres vno, cum hoc ét, q̃ cibus huius animalis eſt vt plurimum difficilis paſſibilitatis, vt eſt camelus, qui ſpi-
I nas comedit. Pluralitas viſcerũ de niq, eſt neceſſaria quibuſdam ani malibus, pp vnam quatuor cauſa rũ, aut plures vna, aut oẽs. Quarum vna eſt, vt hmõi ventres ſuppleat de fectũ ipſius animalis, qd caret iſtru mentis, quibus vtunt alia animalia, vt eſt defectus dentium. Secũda eſt difficilis paſſibilitas cibi. Tertia, quia fit in eo debilis digeſtio, ꝓpter duas cauſas, ſ. vel quia eius calor na turalis eſt debilis, vel quia mẽbra di geſtiua ſunt inepta digerere ſm om nẽ conuenientiam, vt quia fuerint exilia carne, & ſimilia. Quarta, q̃ eius cibus eſt in potentia remota à ſiſa ſubſtantia, ita q̃ ad hoc, vt fiat pars eius, & ſibi ſimilis, indiget plu ribus tranſmutationibus. Et videnꝫ aggregari plures cauſæ ex his cauſis in animalibus habentibus ingẽ tem ventrem: cuius rei cã potiſſima vt eſſe inopia dentium, & diſtantia nutrientis à ſubſtantia illius, qd nu trit. Hinc eſt q̃ quibuſdam animã adhibitus eſt ventriculus, aliquibus vero pars prominens ante ventrem, quę fungit officio ventriculi. Sed iõ volucres ventriculum obtinẽt, quia dentibus carent. Et, qm̃ dentes pi- L
ſcium ſunt imbecilles ad officium cibi, cum careant molaribus, pp in greſſum aquæ in corpus ipſorum, iõ reperiunt in quibuſdam ſ̃dam membra prope vẽtrẽ emmenta, ad iuuantia digeſtionẽ cibi: quæ mẽ bra ſinuoſa inſunt parti inferiori ventris auiũ, & ſuperiori piſciũ. Et ſtimat tamen quoddã genus piſciũ ruminare: quia non habet dentes ſuperiores. animalia aũt ruminan tia habent palatum prædurum, cal loſum, non lene: quia abutit ipſo vi ce dentium, qđ in palato cameli ap M
paret. Ventres aũt ideo fuerunt qua tuor in animalibus, quæ carent den tibus ſupernis, vt primus venter reci piat cibum incococtum, qui eſt illi, veluti horreũ. & nihil in cibum ope tat hmõi venter, ſed alij tres agunt in cibum. & fuerũt tres, quia hic eſt naturæ cõmodum. nam tria habẽt duo extrema, & medium. primus in cipit exercere in cibum: medius ve ro mediocriter in cibum exercetur: tius aũt perficit ipſum. Variat aũt venter in magnitudine, & paruita te, iuxta variam neceſſitatem cibi, & mu-

A & multitudinem eius, atq; paucita tẽ. Sed cã, ob quã variat figura eius vt eſſe varietas ſitus horũ mẽbrorũ, reſpectu diuerſorũ mẽbrorum, ſ. q̃ membra ſeruientia organis nutri tionis variant in animalibus per ua riam figuram, & formam eorũ. Et iõ figura ſtomachi homini fuit ua ria à cęteris aliſs, quia eſt recte ſtatu ræ. Indicat aũt id, qd narratum fuit de cauſis multitudinis uiſcerum ſã dantis: quia quædã animã, quæ in aqua degunt, non habent ingluuiẽ, ſiue ſtophagum, pp humiditatẽ ci
B bi earum, & uelocem operationẽ ea rum. Quædam tñ aliq̃ non habent uentriculum, ſed uentrẽ carnoſum, qui ualidior redditur ad cibi conco ctionem, & eius digeſtionem. Sic ét in piſcibus res ſe habet: videlicet q̃ qui uentrem habent carnoſum ua eant his membris ſinuoſis. Natura tandem ingeniata eſt multiplicare inſtrumenta: uel pp duritiem mate riæ, uel pp debilitatem agentis, aut pp diſtantiam ſubſtantiæ agentis à ſubſtantia patientis. Generatim er go iam tractauimus de utilitate ui ſcerum, & de eorum diuerſitate in quantitate, & qualitate cuiuslibet
C animalis: nunc conuenit de inte ſtinis pertractare.

De Inteſtinis.

INuenit magnum diſcrimen in inteſtinis animalium, quemad modũ in uentribus, ſ. quantitate, nu mero, & figura: & hoc, ut eſt cõgruũ cuilibet animalium, uoluntate tñ creatoris excelſi. Habent nãq; quæ dam animalia inteſtinum paruũ: ſ̃dam alia magnum. Nonnulla ip ſum obtinent rectum: alia vero nul los. Quibuſdam ét plura inſunt in teſtina: aliquibus uero pauciora. D
Et, quia cibus in membris digeſtio nis tria requirit, ſ. aliquid, quo co quat, & aliquid, in quo teneat ꝑ aliquod tẽs, donec trahant ipſum mẽ bra, & hoc poſt decoctionem: aliud uero, quo fęx expellat, poſtquã tra xerit, qđ ſibi ſimile eſt in eo: & ideo oportet q̃ genera inſtrumentorũ ci bo ſeruientia ſint tria, ſ. quæ dige rant, & quæ retineant, & quæ fęces recipiant in decoctione. Quę igitur coquunt ſunt uentres: & quæ reti nent cibum, eſt inteſtinum angu ſtum, & ſimilia ſibi ex gracilibus in teſtinis. & iõ eſt datum cuilibet aĩa E
li ſanguineo tale inteſtinum: & ma ior pars uenarum, peruenientium ab hepate, & corde, peruenient ad hoc inteſtinum, pp attractionem ci bi ab ipſo. inteſtinum aũt, qđ reci pit excrementum eſt inteſtinũ groſ ſum: ſicut illud, qđ uocat monoculus, & alia. & parum de uenis hepa tis & cordis coniungit cum illo, qđ recipit: ſicut parum eſt qđ coniung it cum eo, qđ coquit. Sed cã, ob q̃ inteſtina fuerunt plura, & diuerſa, atq; inuoluta, eſt ut longa mora ci bi fiat in eis. nam, ſi cibus non tar daret, tunc non fieret perfecta dige- F
ſtio cibi in membro animalium, qđ retinet ipſm, niſi pauca, prætereq̃ per continuam, & aſſiduã comeſtionẽ. Sic ét ſi fæx non tardaret in mẽbris recipientibus eam, donec aggregaret ex ea aliqua ſufficiens quantitas, tũc oportet ét animal continuo egerere. cui rei opitulat amplitudo orificiorũ horũ inteſtinorum inui cem annexorum in quibuſdã ani maliũ, anguſtiaq; ſ aliquibus alijs. Nam, qñ hmõi orificia ſunt ampla, facile cibus egredit ab eis, quare in-

digebũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

G digebunt alio cibo: & si stricta, tũc plongat exitus cibi ab eis, & nõ indigebit aïal alio cibo nisi post tps: & strictũ intestinũ est veluti marsupiũ. Animalia aũt habẽtia intestina latiora, pauciora; numero, atq; rectiora, plus appetũt, & plus edũt: vt in nõnullis aïalibus marinis perspicuũ ẽ: sed quãto angustiora habent intestina, & tortuosiora, mun' indigent assũptiõe cibi in tẽporibus propinquis. Hic ergo ẽ vlis sermo de nã mẽbrorũ corporis aïaliũ sanguineorũ viuiparorũ. Hęc aũtẽ inquisitio de hmõi rebus magis cõ
H nenit tractatui de nutrimento.

Quæ coagulum habeant, quæ non, & de eius loco. Cap. 15.

HAbent qđ coagulum vocant, oïa, q̃ plures continent vẽtres: carẽt q̃ vnũ habent, excepto lepore, habẽt, quibus hoc datũ est, non in magno ventre, nec in reticulo, neq; in vltimo, qđ abomasum appellauimus: sed in eo, q̃ inter vltimũ, et duos primos positus est, qđ omasum vocat. Habent hęc oïa coagulũ pp lactis crassamẽ
I tũ, carent q̃bus singuli ventres, cp eorũ lac tenue fit. quãobrem cornigerorũ lac spissat, mutilorũ nequaq̃. Lepori coagulũ fit, qm̃ herbã succi lactei pascat: talis.n. humor lac in vẽtriculo infantiũ stringit, facitq; colostrũ. Cur coagulũ in omaso multiuẽ trium consistat, explicatum in problematibus est.

Vnde coagulũ fiat.

De Coagulo.

AVER. COagulũ aũt obtinẽt q̃cũq; habẽt plura viscera: neq; dat' ali qđ aïal, qđ habeat vnũ tũ ventrẽ, excepto illo nominato lepore. Est aũt impositũ coagulũ tertio vẽtri: estq; veluti lac cõgelatũ, cui aïali est pp eius terrę portionẽ: & est vnũ ex excremẽtis digestiõis ei', cui natura parauit ꝓpriũ organũ, vt bili. Declarato ergo hoc sermone, explicit liber, Laus Deo glorioso, & excelso.

ARISTOTELIS DE PARTIBVS ANIMALIVM. LIBER QVARTVS,

Cum Auerr. Para.

Viscera, et ventrem, cæteraq; superius exposita in quadrupedibus ouiparis, et vivis quæ pedibus carent, eodem modo habere, at in nonnullis aliqs differre. Cap. 1.

VIscera, vẽter, et reliquę, quas exposuimus partes, mõ eo dẽ in quadrupedibus ouiparis, & in ñs, q̃ pedib⁹ carẽt, vt serpẽtib⁹, habent. natura.n. serpentum cognata ñs ẽ: qppe q̃ similis sit lacertę plongę, ac expedi. his vero, et piscib⁹ oïa similia sunt, nisi cp pulmo serpentibus datus ẽ, qm̃ terra vtant: pisces eo carẽt, & brãchias vice pulmonis sortiunt. Vesica nec piscibus, neq; eorũ vlli, q̃ mõ dixi, adiũcta ẽ, nisi testitudini. humor.n. ñs in corticẽ tegentẽ, vt auibus in pẽnas, absumit, cum exiguo potu cõtẽta sint, pp exanguẽ pulmonis naturã. & quidẽ excremẽtũ alui ñs quoq; oïb⁹ albicat, quẽadmodũ

A admodũ auibus. itaq; ñs, q̃ vesicã habẽt, exempta vrina, salsugo q̃dã terrena ĩ vasis subsidet. quantũ.n. dulce, & potulẽtũ sit in carnẽ prę sua leuitate absumitur. viperę inter serpẽtes eadẽ â cæteris sui generis dria discrepãt, qua ĩter pisces cartilaginea â cęteris sui generis. Nã & cartilaginea & viperę animal ędunt in lucẽ, vbi primũ ĩtra se ouа perierint. vẽtres singulos hæc quoque oïa habẽt, vt cętera, q̃ vtrinque dẽtata sunt. lienẽ ẽt admodũ paruũ, vt cętera, q̃ carẽt vesica. Serpẽtes pp corporis formã, q̃ longa est et angusta, speciem quoq; viscerũ habẽt prolixã, et cęteris animalibus dissimilem, vt quã ad sui corporis opificiũ, quasi formulã effigiatã fortiantur. Omentũ, lactes, et intestinorum naturã, atq; ẽt septũ, & coria animalia sanguine prædita obtinent. pulmonẽ atq; arteriã omnia, prærer pisces. situm etiã arteriæ, gulæq; omnia, quibus
C hæc data sunt, similem tenent, ꝓpter causas supradictas.

Loca bestiarum.

AVER. VIm Arist. narrauerit mẽbra aïaliũ sanguineorũ viuiparorum, facit hic mẽtionẽ de mẽbris aliorũ animaliũ sanguine prędituũ, & incipit dicere cp Quędã aïalia, q̃ duobus carent pedibus, vt serpẽtes, pulmonẽ habẽt: quia super pectus ambulant, & magis indigent respiratione. Quędam vero habent vice pulmonis aliqd aliud: sed nulli horũ adiuncta est vesica, neq; ẽt pisci-

bus, prærerq̃ testudini. Dicimus autẽ cp ꝓpter duas causas hoc euenit, pp quas etiam aues carent vesica. Quarũ vna est, quia pulmo huius animalis ẽ exiguus, & ideo nõ multum sitit: Secunda est, quia excrementum absũmitur in pennas, & squamas. Quòd autem hmõi excrementum sit cognatũ pennæ, & squamis ostenditur, quia hæc sunt terrena. Et tõ, indicans esse ipsa terrea, est, quia qñ hoc excrementũ à vesica animaliũ eximitur, & in vase positũ fuerit, subsidet qđam salsugo in fundo vasis. cuius rei cã est: E quia humida portio dulcis iam fuit absumpta in carnẽ. & ideo redegit nã hoc excreamentũ salsum in pẽnas, & squamas. Et oïbus animalibus carentibus duobus pedibus imposítus est singulus venter: vt aïalibus vtrinq; dẽtatis, quarũ membra exigua existunt. Huius aũt generis propriũ est serpentibus habere mẽbra longa ĩm formationem corpoream, i. cp eorum moles est oblonga: & ideo eorum membra sunt ex sua creatione imperfectiora cęterorũ animaliũ mẽbris ob angustiã lo corum corporis eorũ respectu amF plitudinis aliorũ animaliũ. Et qđlibet aïal sanguine prędituũ sortitur cor, & septum, & tria genera intestinorum, pulmonemq;, atque arteriam asperam, i. cannã pulmonis, & meri, præter pisces.

D

Quam ob causam animalium alia fel habeant, alia non. Cap. 2.

Loca fellis animalibus.

FEl etiam habet maior pars animaliũ, quibus sanguis: idq; aut in iecore, aut intestinis sepositum, vt quod suam naturam

Universidad de Deusto
Biblioteca

G naturam non minus aluo familiarẽ habeat. Hoc ita esse maxime in piscibus constat. cũ.n. pisces fel habeant oẽs, tum magna ex parte suis intestinis annexũ continent. nonnulli ẽt toto intestino prætextum, vt amia. Necnon serpẽtum pars maxima eodẽ modo habere cernit. Quamobrem qui fellis naturam sensus alicuius gratia esse opinant, nõ recte sentiunt. volunt.n. ideo fel adesse, vt partem animæ sitã in iecore mordendo excitet, laxan
H do exhilaret. Quædam felle omnino carent, vt equus, mulus, asinus, ceruus, dama. Camelus nõ discretum, sed venulis quibusdã confusum habet, vitulus ẽt marinus caret, & inter pisces marinos delphinus. Sunt & quæ partim habeãt, partim non habeãt eodem in genere, vt mures. qđ idem homini ẽt accidit. aliqui .n. fel in iecore habere visuntur, aliqui carent: itaq; de toto genere ambigit. qui.n. alterutrum compererint, idẽ oĩbus tribuũt,
I phantes tñ inter quadrupedes habent binas mammas in pectore: qa illa animalia habẽt pectus strictũ: & quia, si mammas in pectore obtinerent, læderentur à motu. At elephantus habet binas mammas in ascellis, quia est primus locus armi, cuius rei argumentũ est, q̃ in eodẽ loco habentur in hoīe. Quędam tñ mãmæ in ventre existunt, quia ibi cibus exuberat, & materia lactis. iõ hmõi animalia habent plures mãmas & plurimum nutrimentum, atq; fœtus: quia multitudo mam-

marum est pp multitudinem nutri- K
mentu: & quæ prolem numerosiorem sunt educatura, mammas quoque numerosiores obtinent, & nutrimentum plurimum. Leo tamen non gerit multas mammas, quãuis habeat plures catulos, cuius mammę in medio ventris sunt sitæ: quia est pauci nutrimenti ob difficilem eius victum, eiusq; necessãriam rapinam. Mammę ẽt quorundã animalium prope femora locant̃, quia magnitudo corporis eorum vergit versus sursum, & cibus declinat eũ ad hunc locũ, quare pars inferior susc̃epit nutrimẽtum facilius ab ea L
parte. & fuerunt ibi appositę mammę, vt trahant ad se nutrimẽtum. Serophę aũt habẽt hoc proprium, qđ prębent primũ vber primo geminato. Iam ergo sumus locuti de iumento mammatũ, & earũ discrepãtia, loco, & numero in animalibus. Et apud virimum mẽbri appellatio thoracis extant mẽbra apta ad exitum excrementi, tum sicci, tum eũ humidi. Et maior pars animalium emittunt sperma per eadem membra, à quibus egreditur excrementũ hũmidum. cuius rei causa est, qa M
sperma est excrementũ quoq; humidũ. &, si per duo membra id fieret, noceret animali. Adde ẽt q̃ non habet tantam lautudinem in parte inferiori, vt in ea possint tria collocati membra, s. membrum pro excremento sicco, & aliud spermatis, & membrum humiditatis. In fœmina etiam ab eodem mẽbro egreditur res venerea, & sanguis menstruus ob eandem causãm. Figura autem omnium membrorum genitaliũ vt̃ esse apta illi officio, cui patratur: quamuis differant inter se

plurib⁹

A pluribus differentijs. Membrum tñ virile habet hoc proprium inter cætera membra, q̃ erescit, & minuitur absq; aliqua ęgritudine. qđ quidẽ augetur, & extẽditur, vt ad coitum sit habile. et⁹ quoq; minutio est cõmoda, & conueniẽs pluribus reb⁹: quia, si non minueretur, & cõtraheretur, impedirẽtur plures operationes animaliũ. Huiusq; mẽbri compositio, & natura membrorũ, ex q̃bus constat, sunt habiles, & conuenientes ad hmõi effectũ, s. ad augmentationẽ & diminutionẽ: ideoq; eius figura constat ex neruis, & car-
B tilaginibus, atq; arterijs concauis: contrahitq;, & extẽdit ex spiritu cõcurrente ad ipsum tẽpore erectiõis. Quędam tñ animalia habent figuram huius membri commodã cõiungi in posterioribus, quę quidem in aduersum mingunt: sed quę pre anteriori coeunt, anterius mingũt. in hoīe tñ illud, qđ sequitur partẽ posteriorẽ corporis, & femora, atq; crura, nõ habet se eo mõ quo ī quadrupedibus. nã oẽ animal tã ouiparum, q̃ viuipatum caudã gerit, hõ vero nõ. neq; aliqđ quadrupedum
C habet binas nates, præter hominẽ. quia os dorsi componit̃ cũ osse femorum eius p lineam rectam: sed in alijs quadrupedibus cõponit̃ super angulũ rectum. Femora autem hominis, atq; surę, & caudę, cruraq; carnosa existunt valde: sed aliorũ femora, & crura carne vacant: sunt .n. creata ex ossibus, & neruis tantũ. Os tamen hominis componitur cũ osse cruriũ eius per lineã rectam vt tali figura situs possit rectus stare. Et ideo natura fecit partem superiorem eius minus carnosam, vt sit leuior. sed inferiorem, s. crura & na-

tes, atq; sũras fecit carnosas, vt pon- D
dus sustinere valeat, possitq; erecto corpore stare, & vt sedeat super eruribus. Nam sessio, vt dicit Gale. est quid proprium homini, quęadmodum est sibi proprię habere staturam rectam. sed eius sedile officiũ perficitur flexu cruriũ ad posteriora: sicut officium manuum perficitur flexu ad ŧriora. cuius rei tamẽ oppositũ fit in quadrupedibus. Cõstant autẽ crurã quadrupedum ex osse robusto, vt possint sustinere põdus. & habent quatuor pedes, vt cõmodius possint ferre onus, & velocius ambulare. ideoq; quadrupeda E
possunt supra se sine labore diu stare: at hõ non facile põt erecto stãdo corpore diu perdurare: & ideo dati sunt sibi diuersi situs, q̃bus gescere valeat. Cauda aũt fuit adhibita alijs animalibus, vt protegat locus, qui ministrat exitum excremẽto, tueaturq;. & ideo dantur quędã capillatę caudę. Adde ẽt q̃ in hmõi membris multa abundãt excremẽta à natura. & ideo in figuram caudæ ipsa deuenire oportuit. Sed homo cauda vacat, ne sedẽdo sibi molestiam afferat: & quia illa materia caudæ in crura, & nates assumitur. F
Simia vero quia, habet formã mediam inter formam humanam, & quadrupedum, ideo cauda vacat: & os coxæ eius est compositum ex ossẽ femorũ eius per lineam rectam, vt in homine. non per angulum rectum, vt in quadrupedibus: sed eius angulus est obtusus, ita vt ossa fere coniungantur per lineam rectam. & ideo potest recta stare: sed non ita facile, sicut homo, nęq; ita accõmodate. Habet quoq; ita simia binos pedes, super quibus stare pos-

G fit, & caret cauda: & quia est quadrupes nō habet sessionem accommodatā, neq; nates. vt hō, cū sit qd proprium homini habere nates.

De Pedibus.

PEdes autem animaliū inter se discrepant. Nam alij solidi rotū di, alij bifidi, alij vngulati, alij vero multifidi, siue digitati. Quibusdā tñ pedibus talus inest, vt bisulcis. q- busdā vero deest, vt multifidis, & so lipedibus. Pedes tñ hominū contra alia animalia se habent, ſ. q- sunt p- longi, & multū lati respectu sui corporis, & connexi: in quorū extremi H tatibus digitos habent. Solipedibus aūt insunt pedes solidi, pp magnitudinē corporum eorum: quia talis figura est cōmoda sustinere onus: & difficile offenditur, pp robur, & duritiem eius. Est nanq; talis vngula in his veluti vnus vnguis, vice multitudinis vnguium. est quoq; ad repugnandū commoda: & ideo calcitrant solipeda pedibus posterioribus. Fissio aūt pedum est, vt firmatio fiat in locis inæqualibus. & ne facile pedes lædantur: quia partibus eorum fiet obuiatio, non totalitati, cū sint digitati. Et ideo digiti hominum sunt breues, & habēt vngues, vt difficilibus recipiant læsiones. Bisulci autem talum habent, vt in ipsum vngulę fulciantur. & cum hoc, q- motus sit facilior, fit etiā tutior. facilior nāq; est motus per duos angulos, siue per duo additamenta, q̄ per vnum. Idcirco, cum in solipedibus minor flexus atq; tutela quęratur, non habent talū, & habent vnū angulum, vt pedes citius redeant tēpore fu ciminis, quia pugnant cum eis, & talus est veluti membrum extraneum, inter duo membra positum: vnde est quasi clausura. & qz I per ipsum quæritur tutela, ideo nō inest prioribus pedibus. Multifidis autem talus deest. nam, si talum haberent, essent tñ bifidi, iuxta additionem tali. Alio tñ mō sunt pedes hominū, q̄ aliorū animaliū. Nam sunt longi, lati, atq; connexi, & declives, habētes quinq; digitos: quia plus fulcimēto indigent, q alia animalia, cū hō sit rectę staturæ. deambulauo aūt sit stando super vnum pedē transferēdo alium. Habentq; plures digitos, vt hō possit sustinere cū eis in locis inæqualibus, sicut in locis æqualibus, vel quasi eodē modo. & ideo, qñ caret digitis, nō pōt stare I locis inæqualibus. Et cui deest patella pedis, nō pōt commode stare ēt in locis æqualibus. hinc potest haberi, & longitudo est, quæ facit ad optimā stationem. Eorū autem connexum fuit eis adhibitum, vt tueantur à rebus eminentibus. Natura tandem fuit sollicita, vt pedibus hominum insit virtus aliqua fungens officijs manuum, ſ. capere, & premere. Et propterea adhibitæ sunt iuncturæ: vt per eas fiat æqualitas, & illa figura, quam pes debet habere. manifestum nanq, est q-, si M pes hominis haberet aliam figurā, non posset habere hmōi officium in oībus locis, ſ. stare. vt renim sicut officium manus, inquantum manus hominis, est capere, sic officiū pedis, vt pes, est stare. Communicat etiam manus cum pede hominis in hoc, quia habet vim retinendi. sed illud obtinet firmitatis gratia: & ideo habet digitos, sed non ita longos, sicut in manibus, qui fuerunt creati ad retinendum, & digiti pedum ad standum. Vngues quoque

A que pedum sunt ad tuendas extremitates digitorum, ne læsionibus expositæ sint: & se habent, veluti ferrum extremitatum hastarum. locuti ergo sumus de membris extrinsecis animalium viuiparorum.

Loquamur nunc de animalibus sanguineis ouiparis. Et incipiamus de quadrupedibus, & pede carentibus, mox de volucre, postea vero de piscibus mentionem faciamus. hęc enim sunt genera vniuersalia, in q̄ diuiduntur animalia per differentias distinctas proportione, & conuenientia. Dicamus ergo omnia hęc B genere habere caput, & omnia organa sensus, vt i viuiparis: sensumque olfactus obtinent, & eius instrumēta, & sensum auditus, atq; visus cum suis organis. Sed habēt vt volucres autes, ideſt q- non habent aures, sed meatum tñ. cuius rei causa ē duricies cutis, vt diximus. talis nāque species vel est corticata, vt testudo, vel squamosa, vt serpentes. Et ideo non habent tales species palpebram in oculis, neq; ies quibus oculi claudantur propter debilitatem visus earum: quia non indigent cernendi acutie, quemadmodum indiC gēt volucres. vnde sufficit ipsis mēbrana, qua oculi integātur. Lingua etiam data est cuilibet animali sanguineo, præterq̄ crocodilo, qui terrestris est, & aquatilis. nam ex eo q- terrenus habet locū linguæ, vel linguam imperfectam, vt diximus. &, quia est aquatilis, lingua caret. Pisces vero, & animalia aquatilia linguā vacant: quia commune iuuamentum linguæ est gustus, & affert auxilium deglutioni: sed quia in huiusmodi speciebus facile peruenit cibus ad locum sibi requisitum, & ingressum aquæ in ipsum, nō indigent degustatione: & ideo fuit tale membrum debile procreatum in eis: & propterea hmōi animalia recipiunt delectationem in gustu, q̄ primum cibus pertingit corpus. Inter quadrupedes vero lingua lacertī animalis ramificata existit, siue bifureata, vt lingua serpentum. & illorum ramorū extrema sunt subtilia, vt capilli, quemadmodum diximus. Quædam tñ animalia marina habent linguam bisulcā. Quadrupedes autem ouiparæ dentes obtinent acutos, vt pisces. Omniaque animalia sanguinea inferiorē maxillam mouent, præter crocodilum, E qui mouet superiorem, & quæ inferiorē mouent, vel ipsam à deorsum in sursum, & in vtrunq; latus simul mouent, vt animalia viuipara, aut à deorsum in sursum tantum, vt asialia q̄drupeda, & ouipara, volucresq;, & pisces. Masticatio ēt, eiusq; priuatio est causa, ob quam aliqua animalia mouent maxillas, alia vero non. Nam nonnulla eorum masticant, & mouent maxillas ab omni parte: aliqua alia non masticāt, sed solum conterunt, vt pisces, & aues: quare non indigent huiusmodi motu. Inter cætera tamen F animalia solus crocodillus mouet supremam mandibulam: cum huiusmodi motus sit valde commodus ad capiendum, & retinendum simul: ex eoque fit percussio cum maxillis eius à parte superioti ī inferiorem: vt in arte venatorum perspicuum est.

Nam cum ad eorum cibum concurrant necessario actus capiendi, & retinendi simul, præsertim in rapinosis, & vnaqueq; harum actio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

C num, scilicet mordere, & capere sit opus ipsius oris: & secundum officium. f. retinere sit officium manuū neq; crocodilus habeat manus, & pedes habiles ad retinēdum, eiusq; esca sit in aqua, vbi tutior sit retentio: ideo natura sagax adhibuit illi hæc duo officia in modo meliori, q̄ potuit esse in ore: præsertim cum eius esca sit in aqua. laudetur Creator mundi. Et ideo mouent cancri partem superiorem forcipis: nam forceps claudit illas coniunctiōes, quæ sunt vice manuum in cancris. Et omne animal ouiparum, & qua H drupedes habent collum pp cannā pulmonis. collum. n. est membrum existēs iter caput, & humeros. Existimatur aūt serpentes non habere collum, sed aliquid proportionale collo: cum non discernatur in eis tale membrum, sicut in ālijs animalibus. Habent tū serpentes, præ cæteris animalibus eiusdem figuræ, qd sibi propriū, s. vt possint vertere caput in auersum, quiescente reliqua parte corporis. q motus fuit eis adhibitus melioris notæ gratia, atque nobilioris. cum. n. non videant, vt alia animalia, datur eis talis motus, I vt possint voluere caput ad tergum, & suum custodiant corpus. & ideo spondilia costarum dorsi cartilaginea sunt vt facilius moueantur, & flectentur. Idemq; cōtingit animalibus insectis. Et tale animal habet membrū proportionale pectori. Sed neq; in illo mēbro proportionato pectori, neq; in alia parte corporis habet mammas, ppea quia lacte caret. Et iō pisces, neq; aues vbera obtinent: quia illud humidum lacticinium in ouis cōtinetur illius animalis. sed viuiparū animal lac habet, & ideo caret ouis. Omnibus K autē his speciebus adhibita est cauda, quæ vario modo se habet in magnitudine, & paruitate. Et animal, nominatum Amilion siue Chamæleon, idest Leo terræ est præ cæteris animalibus ouiparis macilentum. cuius rei causa est inopia sanguinis quæ penuria sanguinis est referenda ad naturā animę suę. est. n. pauidissimum, & præ metu mutatur eius color in varios colores. nam timor mouet suos hūores varijs motibus confusis. quare in varios colores mutatur. Iam ergo narrauimus membra animalis sanguinei quadrupedis, vel nō habentis binos pedes, atq; ouipari, modo conuenientem est de Auibus tractare. L

De partibus animalium ouiparorum, tū quadrupedum, tum expedum: & quā ob causam sic à natura digesta sint. Ca. 11. Fol.

SAnguinea vero ouipara, p̄tim quadrupeda sunt, partim expeda, quale vnū tantummodo genus serpentū est, cām, quamobrem id pedibus M vacet, reddidimus, cū de gressu animalium ageremus, cætera eius forma simili quadrupedibus ouiparis sunt. habēt hęc animalia caput, partesq; capitis et dē de causis, quibus cętera sanguinea genera. Linguam etiam Lingua in ore continēt omnia, excepto vno crocodilo fluuiatili. hunc .n. non nisi locum tātummodo linguę habere putaueris. cuius rei causa est, quod idem & terrestris, & aquatilis quodammō est. ergo

A ergo vt terrestris locum obtinet linguæ, vt aquaticus elinguis ē. pisces enim, vt dictum est, aut nullam habere linguam videntur, nisi valde resupinenturi aut inexplanatam habent. causa ē, q̄ ijs linguæ vsus perquam exiguus est: quoniam mandere, p̄ gustareq; non possint, sed in deuorando sensum, voluptatemq; cibi capiant. linqua enī sensum mouet saporum. esculentorum autem omnium voluptas in descendendo contingit. dum enim B deglutimus, pinguia sentimus, & salsa, & dulcia, & reliqua generis eiusdē. sensum igitur hunc animalia etiam ouipara habēt. & omnium ferē condimentorum, esculentorumq;, in deuorā do gulæ tactiōe suauitas existit, & gratia. quamobrem non quæ potionum, saporumq; incontinentes sunt, ñdem etiam condimentis, ac cibo luxuriant: sed cū cæteris animalibus sensus quoque gustandi adiunctus sit, illis C quidem alter quasi vnus tributus est. Lacertis ex quadrupedibus ouiparis lingua bifida, vt serpentibus: partesq; extremæ pilosa admodum, vt dictum iam est. quinetiam vitulis marinis lingua bisulca est. quamobrē hęc animalia omnia tenuia sunt. Serratis etiam dentibus quadrupedes ouiparæ sunt modo piscium. Sēsoria autem omnia simili modo, atq; cætera animalia habēt: verbigratia nares olfaciendi, oculos videndi, aures audiēdi sensorium. non tamen hæc emioēt, D quomodo ne auibus quidē, sed foramina tantum habentur. cauſæ vtriſq; duritia cutis est, altera enim penna, altera cortice integuntur. cortex loco squamæ & simile est, sed sua natura rigidior atq; durior. quod in testudine, atq; serpentibus magnis, & crocodilo fluuiatili palām fit. firmior enim osse euadit, vt qui talem naturam sortiatur. Palpe- Palpebræ. bram superiorem hęc animalia nō mouent, vt ne aues quidem, sed inferiore conniuent, ea de E causa, quam, cum de illis ageremus, reddidimus. Sed, cum auium nonnullæ ab angulis membrana obeunte nictentur, hæc non nictantur: sunt enim oculis durioribus, quām aues. causa ē, q̄ illis, vtpote volucribus, acumen cernendi commodius advitæ munera sit. hæc autem, quoniam cauernas subire omnia solent, minus cernendi vsum exquisitum requirūt. Sed, cum caput in partes duas diuidatur, scilicet superiorem, & inferiorem F maxillam, homo, & viuiparæ quadrupedes maxillam sursum deorsum, átq; in latera agitant: pisces vero, & aues, & ouiparæ quadrupedes sursum, deorsūq; tantum mouent. causa est, q̄ eiusmodi motus vtilis ad mordēdum, secandumq; est. qui autem in latus agitur, ad cibum molendum, conficiēdumq; accommodatur. Quæ igitur dentes habēt maxillares, ijs mot⁹ commode agit

G agitur in latus. quæ autem maxillaribus carent, ijs nullo pacto vtilis motus hic est: quamobrē sublatus ijs omnibus est. nihil enim natura superuacuum facit. Cætera omnia maxillam mouent, inferiorem: crocodilus fluuiatilis vnus superiorem. cuius rei causa est. q; pedes ad capiendum retinendumq; inutiles habet. parui enim admodū sunt. itaq; ad hunc vsum natura os ei pro pedibus vtile cōdidit. ad retinendum vero, vnde ictus inferri vehementius potest, inde motus commodius agitur. infertur autem vehementius desuper, q̄ de parte inferiore. ergo cum vtriusq; tum capiendi, tum mordendi vsus ore administraretur, magis autem necessarium retinendi officium sit, cui nec manꝰ sint, neq; pedes idonei, commodius huic est mouere superiorē maxillam, quā inferiorem. Qđ idem causæ est, cur etiam cancri superiorem sui forcipis partem I moueant, nō inferiorem. habēt enim pro manu forcipem. illum itaq; vtilem ad capiendum, non ad mordēdum forcipem esse oportet. mordendi autem secandiq; officium dentis est. cancris igitur, cæterisq;, quibus licet ocioſis cibum capere, quoniam in humore nō sint, oris vsus paritus est, vt manibus, aut pedibus capiant, ore fecent & mordeant: at crocodilus os in vtrunque vsum vtile factum est a natura, cum ita maxillæ mouean-

H

Cæterorū forcipes.

tur. Collum etiam omnia huiusmodi animalia obtinent propter pulmonem. quippe quę aerem per arteriæ fistulam productiorem & accipiant, & reddāt. collum enim id appellamꝰ, qđ inter caput, & armos, humerosve interiacet. Serpens inter hæc collum minime, sed proportionale colli habere videri potest. siquidem extremis, quæ modo dixi, pars hæc describenda est. Proprium serpentibus præ cæteris eiusdem generis animalibꝰ est, vt caput vertere in auersum, reliquo quiescente corpore, valeāt. cuius rei causa est, q; modo insectorum structura volubili constant, vt vertebras cartilaginosas, & flexibiles habeant, eue nit igitur id serpentibus necessario hac de causa: ad melius vero, vt ita vitare possint, quę ab auersо noceant. cum enim prę longo sint corpore, & pedibus carēt, inepti sunt ad se conuertendū, tuendumq; contra ea, quę a tergo incurrant. nihil enim vtilitatis esset, si caput erigere quidem possent, sed circumagere nequirent. Habent hæc & eam, quæ pectori proportiōetur, partem: mamas nec ea parte, nec vspiā sui corporis continent. Aues etiam mammis carent. cuius rei causa est, quod nullum ex ijs habeat lac: mamma enim concepti culum, & tanquam vas lactis est. nec solum hęc, sed etiam quæcunq; non viuipara inter se sunt, lacte vacant, quoniam ouapariunt. in ouo autem lacteus ille cibus ingenitus ouiparis continetur. sed de ijs planius dicet, cum de generatiōe agemus. De inflexu curuarum partium consyderatum iam est, cum de cōmuni animalium gressu ageremus. Caudam etiam genus id animalium habet partim prolixiorem, partim breuiorem. cuiꝰ rei causam ante in vniuersū reddidimus. Omnium vero ouiparorum pedestrium tenuissimus I chamæleo est: quippe qui oīum maxime inopia sanguinis rigeat. causa ad mores animæ eius referenda est. præ nimio nanq; metu multiformis efficitur. metus enim refrigeratio per inopiā sanguinis, calorisq; est. De partibus animalium sanguinei generis, tum expedum, tum quadrupedum, aut bipedum, quæ nam sint extra, & qua de causa, dictū fere est.

De partibus auium exterioribus, & earum differentijs, quarūq; ob causas sic a natura posita sint.

Cap. 12.

AVes autem discrimine inter se discrepant, eo q; in excessu, defectuve partium, & in pluris minorisq; ratione versari percipimus. Sunt enim **earum** aliæ longo crure, aliæ **breui**. linguam etiam aliæ latiusculam habent, aliæ angustam. eodemq; mō reliquis partibus differunt. At priuatim inter se paulo ratione partium differunt, quanq; a cæteris forma ēt

partium discrepent. pennatum D .n. genus omnium auium est, idq; proprium habet ad cætera animalia. cum enim alia pilo, aut squama, aut cortice tegātur, aues penna opertæ sunt, pēnāq; habent fissam, nec simili specie, atq; ea, quæ toti penna a pennæ continuitate appello. his enim fissa, illis insissa est penna: & altera excaulis, altera caulata est. Quinetiam capite rostri naturā singularem, ac propriam præ cæteris gerunt. elephantis enim naris pro manibus est: insectis E quibusdam lingua oris officio fungitur: at his, vice dentiū, manusq;, rostrū osseum datum est. de sensuum locis dictum iā est. Collum auibus quoque porrectum, eademq; de causa, qua cæteris est. hoc alijs breue, alijs longum, & ferè pro crurum modo magna ex parte descriptum est. Quibus enim longa sunt crura, ijs collum longum: contra, quibus breuia crura, ijs collum breue, pterq; palmipedibus. Collū .n. nec breue cū cruribꝰ longis, F nec lōgū cū breuibꝰ pastū administrare ex terra pōt. carnivoris ēt volucribꝰ lōgitudo colli incōmoda est: imbecille .n. qđ plixū est: ijs aūt victus beneficio virtū comparatur: quamobrem nulli collum lōgum, cui vngues adūci. palmipedes. & quæ diuisis q dem, sed parū diductis digitis sunt, vt quæ eodem gñe cū palmipedibꝰ cōtineant collū lōgiꝰ habent. tale enim ad cibum ex hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G humor⁹ petendum commodi⁹ est: sed crura ijs breuia, vt meli⁹ natare possint. Rostra etiam inter se differunt victus ratione. alijs enim rectum, alijs vncum rostrum est, rectum ijs, quæ cibi capiendi gratia tantum id habent: vncum carnuoris. tale enī vtile est ad retinendum ijs, quæ raptu viuant, & cibum ex animalibus petere necesse habeāt. quibus autem victus ratio placida, herbisq; comparanda est, ijs rostrum latum: hoc enim & ad H effodiendum pabulum, & ad euellendum, & ad tondēdū commodius est. nonnullis longum, vt & collum, quoniam cibum ex alto capere soleant. & quidē bona pars tum earum, tum etiā palmipedū, aut simpliciter, aut parte eadem captura bestiolarum quarundam aquatilium viuit. itaq; fit, vt collo quasi harūdine piscatoria, rostro autem veluti linea, & hamo vtantur. Partes vero pronæ, supinæq;, & thorax appellatus quadrupedum, I confusius in genere auium habētur. alæ enim pro branchijs, & prioribus pedibus dependent, membrum peculiare auium: quamobrem pro scapulis extrema alarum dorsu adhærēt. Crura vt in homine bina, sed introflectenda, vt quadrupedum suffragines, non vt hominis poplites foras. alas autem, quas vicē crurum priorum complere modo diximus, in orbem agunt. Bipes necessario est genus auium, inter ea, quæ sanguinem habēt, & atq; etiam aligerum. Cū enim sanguinea quæq; non pluribus q̄s quaternis notis moueantur, membra pendentia quaterna: auibus quoque sunt, vt cæteris gressilibus, & pedestribus. quā quā illis brachia, aut crura quaterna: auibus vice crurum priorum, brachiorum ve ala cōmune datum est membrum: hæc enim volatiles sunt. quæ quidem volandi vis in auis essentia continetur. itaq; necessario restat, vt bipedes sint. ita enim notis, siue signis quaternis, alis scilicet additis moueantur. Pectus acutū, carnosumq; omnibus est. acutum, vt melius volent, lata enī, quia multum aeris propellunt, difficilius mouentur: carnosum, quia quod acutum est, nisi plene opertum sit, imbecillum est. Pectori venter subiacet ad ostiū vsq; excrementi, & suffraginem trudens non aliter, q̄m in quadrupedum, atq; hominum genere. igitur inter alas, & crura partes M hæ positæ sunt. Vmbilicum omnia habent, quæ vel vtero viuipari eduntur, vel ouo ouiparis excluduntur: sed auibus iā adultis hic delitescit, incertusq; est, vt patet per generationem eorum. intestini nanq; coalitu vmbilicus auium consistit, & non venarum pars vlla est, vt in viuiparo genere. Item auium alæ volaces, aliscq; grandibus, atque validis sunt: vt quæ vngues habent aduncos, & carne vescunt. Volaces enim totavita esse necesse est. itaq; pennis abundant, & alarum magnitudine præstant. Sed non modo quæ vncis sunt vnguibus, verum alia quoque genera volucrum volatu superant: videlicet ea, quæ vel pernicitate volandi sese tueantur, vel loca mutare soleant. Sunt quæ non volaces, sed graues sint, quibus vita terrena, & aut fruge viuunt, aut nant, & apud aquas immorantur. Corpora vnguium exigua sunt, exceptis alis, quoniam alimenti copia in alas, & arma, præsidiumq; absumitur: contra quæ volaces non sunt, ijs corpora in molem euadunt grandiorem, atq; ita efficiuntur, vt sint grauiores. Sed grauium nonnullis præsidio calcar ē, quod vice alarum suis cruribus gerunt. eadem vero quæ & calcar habeat, & vngues aduncos, nulla est, causa est, q̄ natura nihil superuacuū facit. volaci autem vnguigui generi calcar vsui esse non potest: vtile enim tantū C in pedestri certamine est. quamobrem grauium nonnullis adnūcium est. quibus vngues aduncī non solum inutiles, sed etiam nocui essent, cum ad solum hærerent, & contra ingressum infixi reniterentur. quamobrem vncungues omnes difficulter ambulant, nec in saxis consistūt. natura enim eiusmodi vnguiū cōtrariā in vtrunq; est. euenit id p generationem necessario, cum quod terrenum, & procax ī corpore est, formam partium commodarum ad pugnam recipiat. itaq; vbi sursum prorumpit, rostri duritiam, aut magnitudinē facit: vbi deorsum lapsum est, calcaria cruribus valida effingit, aut pedibus vnguium magnitudinem, & robur. simul autem hæc singula locis diuersis efficere nō potest. distracta enim excrementi eius natura inualida redditur. Item alijs crurum longitudinem condidit, alijs pedum interualla complet, digitosq; in palmæ effigiem contexit. quo fit necessario, vt aues aptæ ad nandum, aut omnino palmipedes sint, aut discretos quidem habeant digitos: sed singulis annexa latitudine cutis, veluti spadiculas ductu perpetuo gerant. hæc necessario his de causis veniunt. Quod autem ad notæ melioris rationem attinet, pedes huiusmodi habent, vitę quā degunt gratia, vt cum in humore viuant, nec pēnis vtantur, pedes ad nandum vtiles habeant. ijs enim perinde vtuntur, vt remis nautæ, & pinnulis suis pisces. quamobrem si vel piscium pinnula, vel auium pedibus interiecta cutis destruetur, nare non poterunt. Sunt in genere auium, quæ longis cruribus innitantur. cuius rei causa est, quod vita earum palustris est. natura enim instrumenta ad officium, non officium ad instrumenta accommodat. quoniam igitur nātes non sint, ideo nō palmipedes sunt,

G sunt, quod in solo præmolli & lubrico degant: hinc longa ijs crura, & digiti productiores, flexæ etiam plures ſ digitis magna ex parte. sed, cum volaces non sint & tamen ex eadem materia omnes constent, efficitur vt alimentum, quod cæteris ad caudam transmittatur, ijs in crura id absumptum reddat eam partē auctiorem: quapropter in volatu pro cauda ijs vtuntur, porrectis enim cruribus in auersum volant, ita enim fit, vt inter volandum non impediat pedum prolixitas, sed iuuet. At quibus crura breuia sunt, hæc ad ventrem contractis cruribus volant. cum enim nullis earum impedimento sint pedes ita positi, vncūgui bus vel ad raptum habentur expeditiores. Quæ longo sunt collo, si id crassius habent, volant collo porrecto: si tenue, curuato feruntur, cum enim tenue præ longitudine quatitur, facile frangi potest. Clunis auibus omnib⁹ est: quanquam non clunem, sed femora bina habere propter lōgitudinem clunis, videant: quippe cum ad medium vſq; ventrē porrigatur. Causa est, quod genus hoc animaliū bipes est, non erectum. nam, si modo hominū aut quadrupedum clunem breuem a sede, crusq; deide directa strue subditum haberet, omnino stare non posset. homo enim quia erect⁹ est, stare potest. Quadrupedibus crura priora ad corporis pondus sustinendum subdita sunt. At aues nec erectę sūt, quoniam sua natura in pomilionem degenerat: neq; crura habent priora, quoniam alas vice eorum fortiuntur. itaq; natura pro ijs clunem longiorem emolita duxit ad medium, corpusq; pronum fulciuit, & crura subdidit ea parte, quia pondere æqui librāte, & ambulare æquilibrio possent, & constare. Sed quam ob causam genus auium bipes nō erectum sit, explicatum iam est. cur autem crura carnosa nō habeat, eadem causa est, quam de quadrupedum cruribus reddidimus. Sūt auibus digiti quaterni æque omnibus, tam multifido, cū; palmipedi generi, nam de struthione terrę Africæ inco la postea definiemus, vt bisulc⁹ est, vna cum reliquis, quæ auium genus habet, contrarijs. Sed, cum omnibus quaterni digiti sint, tres parte priore habētur, vnus posteriore pro calce, vt tute sit, qui minutus inest in ijs, quæ longa habent crura, vt in creee euenit: nec est quod plures habeat digitos. sed, cum talis digitorum positio in cæteris sit, in iynge vna, quam turbinē appellatam dixi, vtrinq; bini. causa est, cp eius corpus minus quā cęterarum propensum est in auersum. Testes omnibus auibus esse certum est, sed intus lumbis adhęrent. cuius rei causam in generationis ratione animalium explicabimus. partes auium ita se habent.

De

A

De Auibus.

HVius generis membra differunt multitudīe & paucitate, excessu & defectu. Nam quędā crura longa, alia vero breuia gerūt: nō nulla habēt linguam latiorem, alia strictiorem. Differūt etiam aues ab alijs generibus in forma membrorum diuersimode. nam proprium est sibi pennas habere, binasq; alas. ēt rostrum est quid proprium sibi. & ne ita quidem, si enumerare membra eorum a capite vsq; ad pedes seriatim. Dicamus ergo ipsas habere caput, in quo etiam sensus, vt prædiximus, atque rostrum. quod quidem vice dēntium, & labrorum obtinent, quo fūgunctur officio manus. nos autem iā locuti sumus de differentijs rostrorū, eorumq; causis. Huic etiam speciei datum est collum, cuius vtilitatem, iam diximus in animalibus habentibus collum. Auium præterea quędam obtinent collum longum, quædam vero breue. Collum præterea auium videtur vt plurimum extendi vsq; ad crura. nā quæ terreæ sunt aues, habentes crura longa, collum etiam habent lōgum: aliter nō possent collo cibum ex terra accipere. cp si collum etiam esset prælōgū, & crura breuia, tunc colli longitudo esset superflua. Aues tamen palmipedes longum habent collū, brevia tamen crura: quia in aqua commorantur: & collum declinat ad profundiorem locum ipsis cruribꝰ: quare possunt suum cibum in aqua petere, eumq; retinere collo. Quod tamen non potest facere volucris sylvestris, quæ escam in terra venatur. Et ideo collum sylvestrium volucrū tam breue existit: vt qui Falco dicitur: quia eius venatio est fortis: quare indiget robore, & vigore: & id circo habet collum aptum ad hanc rem, s. robustum. sed longitudo colli auium palmipedarum cōmoda est ad capiendas quasdam bestiolas in aqua, cuius collum est veluti arūdo piscatorum, rostrumq; velut filum, & hamus. & habet pedes breues, inter quos membrana intercipitur, vt natet in aqua. Habēt adhuc aues membrum peculiare, s. alas: quod membrum inter duos armos versus finem dorsi collocatur, volandi gratia: & complent vicem manuum aliorum animalium, quas in auersū flectunt, vt alia animalia flectunt manus. Auium præterea quædam sunt volatiles, quædam vero non. Volatus autem habetur propter alterum duorum, s. vel vt vigorentur per eum contra alias aues, vt illud volucris genus dictum Macleb, qd⁹ quidem magnas obtinet alas, pluresq; pennas, atq, robustas: vel vt ea velocitate vtatur ad custodiendum se, quando ab alijs fugit, vt columba: aut ad transferendum se de vna regione in aliam. Imbecillis autem volatus sit propter grauitatem corporis auium, earumq; magnitudinem. Et ideo locus huius speciei auium est super terra, eiusq; victus fit ex cibo etiam eius. & propterea illa auis, dicta macleb, est parua habens multas pennas. nam multitudo pennarum, & exigua moles corporis auxiliantur leuitati, & volatui.

Manifeste autem vides ipsam pennam esse habilem volatui: promptam quoq; ad nandum in aqua, vt in auibus nantibus, ita cp non cōtingit huiusmodi auem in aquam submergi, vt accidit auibus terrestribus. Quælibet etiam aues, quæ habēt

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

G bēt pectus acutum carnosum, ideo acutum obtinent ipsum, vt facilior fiat volatus. Nam, si esset amplum, impediretur velox transitus eius p aerem ob illarum latitudinem. fuit tamen carnosum tutelæ gratia, atq; protectionis, iuxta debilitatem huius animalis. Venterq; pectori eius subiacet, desinens ad locum exitus excrementi, & vsq; ad suffragines, siue artus crurium, quemadmodū ī homine, & quadrupede. Quilibet ēt animali viuipato, vel ouiparo adhibitus est vmbilicus hora partus, qui delitescit ipsis iam adultis. Aues autem binos habent pedes tantum. Et

H causa est, quia, cum omne animal viuiparum habeat quatuor pedes tantum, auis habeat binas alas vice duorum cruriū priorum animaliū quadrupedum, habeatq; duo crura posteriora tantum. ideo eius nates similantur ferè natibus homi

I nis: in quibus non coniungitur os femorum cum osse dorsi per lineā rectam, neq; per angulum rectum. sed habet situm coniunctionis ossis lumbi, siue dorsi hominis cum osse femorum eius, quando sedet: quod est sibi possibile propter leuitatem corporis eius. Et ꝙ non indiget deābulatione: quia melior est sibi volatus. neq; habet carnosos pedes ob eandem causam, ob quam alia etiā pedestria nō habent pedes carnosos. Et quæ volaces sunt, imbecillio rem habent gressum, præsertī quæ habent calcar in pedibus. nam calcar est ambulationi molestum. Sed quæ imbecilles sunt volatu, velociº gradiuntur. natura enim sagax prouidit illis animalibus, quę habent aliquam rem imbecillem retribuendo eis aliquod aliud auxilium. Dis-

K serepantq; inter se pedes animium iuxta discrimen officij opportuni illis auibus. neq; fit diuersitas in actiōe iuxta discrepantiam pedum: immo pedum discrimen est propter diuersam actionem, sicut in alijs membris accidit. Nam quædam animalia calcaria obtinent aduncа venationis, & rapinæ gratia, atq; interfectionis. Et horum quædam habent calcaria in extremitate digitorum: & talia sunt habilia interficere, & venari in aere. Et aliqua alia habent calcaria in cruribus: & talia sunt apta interficere in terra, vt tuia, & te

L liqua. Et ideo hęc duo non reperiūtur in eadem specie auium, quia natura nihil superuacuum facit. Nam calcar, existens in fine digitorum, esset molestum ad standū, & ambulādum in terra, & impediret auis habens calcaria: &, si auis haberet calcar aduncum in cruribus, nihil sibi prodesset. Struthio autem proprietatem habet, quam in fine huius tractatus dicemus. Necessarioetiam declinauit pars terrea ad calcaria, & ad rostrum: aliter enim esset debile huiusmodi animal, & non posset vi

M uere. Et, vt pedes auium sint habiles illi officio, cui parantur, ideo aliqua animalia nantia sunt palmipeda, vt pedes sint veluti instrumenta nātium propter latitudinem membranæ existentis inter latitudinem digitorum. nam huiusmodi corium est velut piscium pinnulæ. inde crura & collum quarundam auium lōga existunt: quia. s. sunt commoda illi officio, cui parata sunt. Facilitas autē volandi data est auibus hūibus pedes, & crura breuia: &, qñ volant, cō trahunt ipsa ad ventrem, vt fiāt volaciores. Aliquę vero in auersum ex-

A emittunt, s. quæ crura habent prælonga. sīlr enā quę habent collum longum, quo curuato ferūtur, quia tenue, & debile est. Quædam aliæ collo porrecto volant, quando crassum, & robustū existit. Et oēs aues habent duos testes intra corpus: de qua re tractabitur, vbi ād generatiōe dicetur. De oībus ergo mēbris auiū apparentibus iam mentionem fecimus, restat nūc de piscib⁹ tractare.

De partibus exterioribus piscium, & cau sis, quare sic à natura constitutæ sunt

Cap. 13.

B Piscium genus mutilatius item, ac imperfectius, cū auium partibus exteriorib⁹ ē. Nō. n. crura, non manꝰ, nō alas hoc habet: cur ita, causa iā exposita est. sed cōtinuo simplici corpore a capite ī caudam vsque porrigitur. Cauda vero ipsa nōn omnibus similis est, sed cum cæteris non euariet, plano rum nonnullis spina constat, & longa est. incrementum. n. eius partis ad piscis latitudinem trāfit: vt in torpedine, pastinaca, et

C si quid aliud eiusmodi cartilagineum est. horū igitur cauda spinosa, & longa est. quorundam carnosa quidem, sed breuis, eadem causa, qua & torpedini. nihil. n. refert, breuis carnosaq; sit, an longa, atq; rigidior. cōtra ac cidit ranis. ꝙ. n. latitudo earum parte priore minus carnosa est, ideo natura quantum corpulentię priori ademerat, tū posterio ri, & caudæ addidit. piscib⁹ nulla membra dependēt, qm̄ eorū natura natilis est, ratione suę sub

stantiæ. nihil. s. n. superuacaneū, D nihil frustra natura agit. Sed, cū sua substantia sanguinem habeant, & tū natiles, non gressiles sint, pinnulas habent, vt nantes: pedibus carēt, vt non pedestres, sed aquatiles. pedum. n. additio vtilis ad motū, qui in pedo, hoc est solo agatur: vnde & nomen inditum pedibus est. Ad hęc fieri non potest, vt simul & quaternas habeant pinnulas, & pedes, aut aliud eiusmodi membrum, cum sanguinem habeant. Cor- Corduli
duli, quāuis branchijs prædi- E
ti, pedes habent: quoniam penna carent, caudam etiam habent laxam & latam. Pisces, qui non lati sunt modo raię, aut pastinacę, quaternas pinnulas habent, bi- Pinnulæ
nas parte prona, & binas supina. neq; est qui habeat plures: sanguine. n. careret. Binas, quæ parte prona lateribus geruntur, omnes ferè habēt: reliquis, quæ subditæ sunt, carent nonnulli ex longis & corpulētis, vt anguilla, vt conger, & mugilum genus, qd' F
in lacu Sipharum nascitur. Nullæ omnino pinnę prælongis, & serpentis speciem referentib⁹, vt murenæ: sed flexuoso impulsu corporum ita humore vtuntur, vt terra serpentes, modo nanq; eodem serpentes natant, quo in sicco repunt. Cā, cur id genus piscium pinnis careat, eadem est, qua serpentes pedibus vacent, cuius rei causam explicauimus, cum de incessu, & motu animalium ageremus. aut enim male

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mouerẽtur, aut nullo pacto moueri possent, si quaternas mouẽdi notas haberent. vix enim mouerentur, siue propinquas inter se haberent, siue remotas, ppter longius interuallum. sed si plures mouẽdi notas, sanguinis vacua essent. hæc eadem causa bipennibus quoque piscibus reddenda est. serpẽtis enim ea quoque faciem referunt, & sui corporis flexu pro duabus pinnis vtuntur. vnde fit, vt in ficco & repere possint, & diutius viuere.
H itaq; alteri non protinus, alteri cum pedestris naturæ familiares sint, minus exanimãtur. Qui autem binis tantummodo pinnis natant, eas habent, quæ parti pronæ adhærent, nisi latitudo prohibeat. easq; iuxta caput posita gerunt qui habent, quoniã eo loco longitudine careãt, qua vice pennarum moueantur. corpus enim eius generis piscium exporrectum in caudam est. Raia, & similes pro pinnis extrema sui corporis latitudine natant.
I Squatina, & rana pinnas lateribus accommodatas infra gerũt, propter amplitudinem partis superioris. quæ autem parti supinæ commissæ sunt, eas iuxta caput adiunctas habent: nihil enĩ latitudo impedit, quo minꝰ moueantur, sed pro superis illis has gerunt minores ĩs, quæ ad latera applicantur. Torpedo duas iuxta caudam pinnas habet: p reliquis latitudine vtitur, & vtroq; sui corporis semicirculo, quasi geminis pinnis natat. de p
K tibus capitis, & sensorijs antea dictum est. Piscium autem genus præ cæteris, quæ sanguinẽ habent animalibus, propriam ĩs bi branchiarum naturam sortitum est. cur ita, causam cum de spiratiõe ageremus, reddidimꝰ. Quæ autem branchias habent, aut intectas gerũt, aut detectas: vt genus omne cartilagineum, causa est, q; cartilagine tum brã
L chiæ, tum earum tegmenta constant. Genus autem hoc omne cartilagineam habet spinã. motus etiam cartilaginei generis lẽtus, pigerq; est, quoniam nõ spina, aut neruo corroboratur: contra genus spinatum celeriter fertur. tegmentum autẽ, quod brã chias operiat, celeriter moueri oportet. cum branchiarum natura quasi ad spirandi vsum piscibus data sit: quamobrẽ in spinatis non modo tegmentum, verumetiam ipsi branchiarũ meatus contrahuntur, vt celerius agatur. Habent brãchias alĩ multas, alĩ paucas, & alĩ duplices,
M alĩ simplices: sed nouissimã simplicem magna ex parte. verum cognitio diligentior ex cõsectionibus, commentationeq; asaliũ petenda est. cã copiæ, & inopiæ branchiarum caloris cordi insiti copia, aut inopia est. in quibꝰ .n. plus inest caloris, hæc celeriꝰ moueri oportet, & vehementiꝰ, geminæ aũt branchiæ: atq; duplices talem naturam potius, q; simplices, pauciores ĩs obtinẽt, viu-

A vnde fit, vt nonnulli ex ĩs, qui branchias habent pauciores, minusq; continentes, diu extra aquã viuere possint: vt anguilla, & quicũq; serpentis spẽm referunt. nõ. n. multũ refrigeratiõis desyderant. Sũt & oris discrimina. alĩs. n. os ante, & pnum est: alĩs ĩfra parte supina, vt delphinis, & cartilagineo gñi. quãobrem hæc, nisi cõuersa resupinentur, cibum corripere nequeunt: quod natura non modo salutis
a gra cæterorum piscium fecisse vr (dum. n. sese ista cõuertunt, mora intercedit, qua pisces, quẽ insectantur, euadere possit. nã oia id genus rapina piscium viuũt) verumetiam ne nimis suã deuorandi auiditatẽ explerent. cũ. n. facilius caperent, breui p immodicã satietatem perirent. qm̃ ẽt, cum rostrum eorũ structura tereti ac tenui sit, facile scĩdi in ortis habitum: nõ põt. At hæc dria existit, qd alĩs os resciſſum, alĩs subinde in acutius compreſ-
C ſum. carne vescentibꝰ resciſſum, vt ĩs, quibus se pectinatim stipat dentiũ series: ĩs. n. vires ore continentur: compressum, & vt mõ dixi, coarctatum ĩs, quẽ nõ carne vescãtur. Cutis alĩs squamata (etenim squama præ rigiditate, tenuitateq; desistens, summa corporis occupat) alĩs aspa, vt squatinæ, raiæ, & reliquis generis eiusdem: alĩs lenis, sed paucissimis. cartilaginea squamis carent, sed aspa cute muniunt, qm̃ spina cartilaginea constant. terrenam. n. portionẽ natura in- D
de ad cutem transtulit, in q; eius asperitatem absumpsit. Testes piscium nullus, nec intus, nec foris hẽt. nec serpentes, aut ex ĩs alĩs quid, q̃ pedibus carent, partem eã habere compertum est: sed eius vice meatũ excrementoꝝ, & gñationis sui accommodatum habent eundem, quem cætera quoq; ouipara, eadẽq; quadrupeda omnia continent, qm̃ nec vesicam habẽt, neq; excrementum humidum secernunt. piscium genus his a cæteris aĩa- E
libus dr̃ĩs discrepat. Delphini, balenę, & reliquum cetarium genus branchĩs carent: sed fistulã sui pulmonis cã continent, qua humorem, quem in ore acceperint, respuãt: nam & humorem admitti necesse est, cum cibum in aqua submersum capiant, & admissum emitti necesse est.
*Branchiæ igitur ĩs, quę spirant, incommode habentur. causam vero cum de spiratione agere remus, reddidimus. haud enim fieri potest, vt idem & brancbias habeat, & spiret. sed enim ĩs ad respuendam aquam fistula data est, quę ante cerebrum sita est, ne postposita id interciperet a spina. Causa vero cur pulmonem hęc habeant, & spirent, quod maiora animalia plus caloris sibi requirunt, vt possint moueri. quapropter pulmo ĩs inditus est, plenus caloris sanguinei. sunt hęc quodammodo & terrestria, &

*Co. Græ. manu. habẽt branchiæ igit ĩs, q̃ non spirãt cõmode habentur. F

G aquatilia. vt. n. aerem terrestriū more trahūt, sic pedibus vacāt, & cibum ī humore modo aquatilium capiunt. Vituli ēt marini, & vespertiliones, qm̄ ambigāt, alteri cum aquatilibus & terrestribus, alteri cum volucrib⁹ & pedestribus, ideo participes & vtrorūq;, & neutrorū sunt. vituli nāq; marini, si vt aquatiles inspectantur, pedes habēt: si vt pedestres, pīnas: quippe qui pedes posteriores pisceos admodū habeant, atq; ēt dētes oēs serratos,
H acutosq;. Vespertiliones etiā pedes vt volucres habent, sed vt quadrupedes non habent. cauda ēt tam quadrupedis, q̄; volucris carent. nam, quia volucres sunt, cauda quadrupedis vacāt, quia pedestres, volucris. quod
I ⁊js necessario accidit. habent. n. cuteas pennas. nullum autē volatile caudam habet, nisi penna scissa volatile sit. genus enim id caudæ ex penna eiusmodi constat: cauda vero quadrupedis, generi volatili adiuncta, vel impedimento eius pennis procul dubio esset.

De Struthione Africo, & eius natura, & forma. Cap. 14.

Truthio ēt Africus eodem modo partim auē, partim quadrupedem refert, quippe qui, non vt quadrupes, pennas habeat: vt nō auis, sublimis non volet, nec pennas ad volandum commodas gerit, sed pilis similes. Item quasi quadrupes sit, pilos habet palpebrę superioK ris, & glaber capite, & parte colli superiore est. itaq; cilia hēt prolixa: sed quasi auis sit, ifra pēnis integitur. Bipes etiam tanq̄ auis, bisulcus tanq̄ quadrupes est. non enim digitos habet, sed vngulā bipartitam. quarum rerum causa est, quod magnitudine nō auis, sed quadrupedis est. magnitudinem. n. auiū minimā esse prope dixerim necesse est. corporis. n. molem sublimē moueri nequaq̄ facile est. Sed de partibus animaliū, quā ob cām quæq; sint, dictum iam est per L oīa animalium genera. quæ, cū explicata sint, sequitur vt de partibus animalium incessui deseruientibus differamus.

De Piscibus.

PIsces mutilati sunt membris exteriorib⁹: quia neq; man⁹, neque pedes habēt, nam membra habilia natationi habent: & reliquos sensus cum capite etiam. de qua re iam memoriam fecimus. Collo ēt vacant: quia pulmone carēt. Habēt tñ brāchias, quibus respirēt. In hoc vero discrepant, quia quidam eorū M plures obtinent branchias, alij vero pauciores: & q̄nque magnas, & q̄nq; paruas. quidam adhuc eorum branchias intectas gerunt, alij vero detectas. harumq; branchiarū quædam motus habent velociores, aliæ vero tardiores. In quibus rebus discrepant, iuxta variam respirādi necessitatem. Nam qui cor caliditatis habent, pluribus indigent branchijs, velocioribusq; mouent. & quibus frigidius obtinet cor, sufficiūt pauciores, atq; tardiores ad motum. hinc fit

A fit q; hmōi spēs plus degit in terra. Sed aliquæ ideo regmine carent: quia natura alicuius earū spinosa existit. natura quoq; tegmēti spinosa est. quare tegmen obtinent branchiæ, quarum natura non est spinosa. Quæ ēt mobiliores sunt, non indigent ꝓtectione: quæ vero tarde mouentur protectionem requirūt. Delphinus aūt, & sibi similia branchijs carent: sed fistulam gerūt, quia pulmonem habent. & locus fistulæ est in anteriori parte cerebri: cuius fit⁹ ab eius principio vsq; ad finem dorsi. Hinc ēt spēi inditus est pulmo,
B respiratq;, propterea, quia est maior alijs: quare plus caloris possidet. indiget ergo maiori refrigeratione. Hæc deniq; spēs constat natura aquatili, & terrena: & ex eo q̄ est terrena, respirat in aere: & vt aquatilis, manibus caret, atq; pedibus, quibus cibum possit capere. Et pp̄ hmōi cō comitantiam dantur quędam aīalia aquatilia, quæ binas obtinent alas, duosq; pedes. Sed quo nam pacto delphinus, & sibi simile aerem recipiat pec hmōi fistulam dignū est scrutari: ad cuius rei notitiam p-
C huius fistulæ contemplari. Gal. aūt pollicitus fuit ostendere eius iuuamentum. Figura quoq; oris harum spērum est diuersa. nam quædā os ante pronum habent, quædam verso in parte suprema, vt delphinus, & sibi simile. Quod iō fit, vt difficilius cibum capiat, cum sit animal auidum. quare, si facile cibum adipisce retur, cito periret ex nimio esu. pōt tñ cibum capere resupinatus: qui q dem motus est sibi difficilis. Quibusdā quoq; os in anterioribus exi sbit: quod magnitudine, & paruitate variatur. est. n. magnum pp rapinā D & voracitatem. Pisces ēt inter se discrepant propter pinnulas non modicū. Nam quidā eorum pinnulas gerunt, quidam vero non: & quibus datæ sunt, hi vel binas habent, vel quatuor, duas. s. in ventre, & duas in dorso: aliqui alij pinnulis vacāt, caudamq; latiusculam hūt, & binos pedes. Quæ quidem pinnulæ ad natādum datę sunt. Pisces tñ nō possunt habere duos pedes, & pinnulas: cū ipm aīal sanguineum nō possit moueri pluribus quatuor pedib⁹: quia, si pluribus moueretur, sanguine careret. est. n. hæc proprietas aīalium E exanguium. & iō pisces non habent plures pinnulas quatuor. Quidam tamen pisces binas gerūt pinnulas: quia eorum corpus est longum, simile serpentibus. quod quidem natationi eorum confert, ꝓductioq; corporis eius præbet auxilium ꝓ defectu pinnularum. Nonnunq̄ tamē latitudo corporis eorū, & magnitudo caudæ est huius rei cā: quia hoc auxilium præbent natationi. Quibusdam tñ desunt pinnulæ, atq; pedes ob cām, qua serpētes vacant pedibus, s. quia horum aīalium corpa sunt ꝓlonga, & valde flexibilia, quæ F non possunt quatuor moueri pedibus: neq; pōt habere hmōi animal plures pedes quatuor, quia ē sanguineum. relinquitur igitur, q̄ nō mouebitur nisi flexu eius corporis, i. cōtractione, & dilatatione: & sic fit natatio. Caudę quoq; piscium magnū ꝓbent iuuamentum natatiōi. quę etiam discrepant, iuxta variam earum operationem. Omnia tñ piscīū membra, figuraq; corporis eorum, atq; capitis forma sunt habilia natationi: differunt tñ iuxta diuersita

Universidad de Deusto
Biblioteca

G tem modorum natationis eorum. Differũt adhuc pisces inter se ĩ multitudine, & paucitate squamarum: Auer. quod correspondet multitudini, vel paucitati pars terreæ. Et nullus piscium hẽt testes. inter quos ẽt dant quædam spẽs participantes creatione aquatilium, & terrestrium, vt vitulus marin⁹, qui duos habet pedes, tanquam pedestris, & binas pinnas tanquam aquatilis. Et huic rei simile est id, quod accidit vespertilioni, & struthioni. Nam existimatur q; vespertilio participat naturam auium. & non auium. similatur nanq; H auibus, quia pennas habet: sed, quia cauda, atq; pluma vacat, similatur non volucri. Eodem mõ Struthio partim auis, partim quadrupes vĩ esse, nam aui similatur, quia pẽnas hẽt. quadrupedibus vero, quia a terra sublimis non volat, immo suis alis auxiliatur gressui sui ipsi⁹: eiusq; pluma non est commoda volatui, immo est tenuis, nimiumq; exigua ꝓpinqua naturæ pilorum. & similatur quadrupedib⁹, quia nequit volare. In suprema quoq; palpebra pilos hẽt, & ẽt eius pluma naturę pilorum est. Aui tñ similatur, cum in in I fima parte eius corporis multa reperiatur pluma, & quoniam binas hẽt alas, binosq; pedes, vt auis. Caret autem prioribus vnguibus, sed vngulã hẽt vt quadrupes. & huius rei cã ẽ, quia magnitudo sui corporis nõ similatur magnitudini auium. nã vlt aues sunt minores cæteris generibus alijs, ꝓpter volatum. Iam ergo tractauimus de vtilitate membrorum tam apparentium, quam occultorum ipsorum animalium. Diffinximus etiam vnumquodq; genus perfecte ab alio suo cognato, vt percipi põt ex his libris. Et hic explicit liber vtilitatis membrorum, iuxta verba Arist. Et, si Deus prolongabit dies nostros, addemus his libris vtilitates particulares, quibus sermo de partibus membrorum corporis humani perficiatur. Nam vtilitatum menta membrorum iam declarata fuerunt hic per summas: sed restat perficere multas vtilitates particularum eorum. Quod quidem Gale. nã de hoĩe tantum id fecit, promittens idem de omni genere animaliũ. nã notitia anatomiæ particularũ imẽ- L brorum animalium iã perfecta habebatur suo tempore, vel fere perfecta: quia erat diffusa valde scientia in illo tpe, & auxilium ad res humanas. Hæc autem est portio, quæ remansit illi, qui venit post Aristotelẽ, si velit ipsam perficere. Nobis tamẽ non est concessa hmõi facultas hac nostra tempestate, neq; in hac prouincia nostra, immo si aliquid inciderim sciuimus de his rebus, est ꝙd minimum. Cuius rei veritatem cognoscet qui nram hanc tempestatẽ viderit, vel hanc prouinciam nram, M s. Andalugiæ: & quot damna passi sumus nos, & alij hoĩes sunt passi multos labores ad necessarias res adipiscendas, quibus conseruatur sanitas corporea. Deus aũt intelligat bonũ, & misereatur nobis, fm multitudinẽ misericordiarum suarum. Amen.

Librorum Quatuor de Partibus animalium finis.

ARISTOTELIS
DE ANIMALIVM INCESSV.

Nicolao Leonico Thomæo interprete.

Proponuntur quæstiones de animalium incessu.
Cap. 1.

DE commodis autem animalium partib⁹ ad illam, quæ per locum est motionem, ꝑ scrutandũ est quam nam ob causam illarum quæq; huiusmodi existat: cuius vegratia insunt illis. De differen tijs quinetiam, quas vnius & eiusdem animalis ad se inuicem habent partes: quasve habent ad illas, quæ aliorum sunt, & genere distinctorum. Prius autem C constituamus de quib⁹ a nobis est consyderandum. Quorum primum est, quot nam paucioribus animalia mouentur notis. Postea, quamobrem sanguine quidem prædita quaternis, exãguia vero pluribus: & ad summam quam ob causam ex animalium numero alia quidẽ pedibus carent, alia vero bipeda, aut quadrupeda, aut multipeda existant. Et cur quæcunq; illorum pedes habent, eos habeant pares, & omninó eæ notæ, quibus mouentur, pares existunt. Præter hæc etiam quam ob causam homo, & volucrum genus E bipes: pisces vero pedibus carent. Et inflexus quidem crurũ homo, & volucris, cum sint bipedes contrarios habẽt. Homo nãq; ad *ambitum crus iflectit: *circũferẽ volucris vero ad cauũ. ipse quin etiam. etiam hõ contrario ad seipsum mõ crura inflectit, & brachia. hæc. n. ad cauũ: genua autem ad ambitum iflectit. Et quadrupeda, quæ aĩal pariunt, contrario ad hoĩes, & sibiipsis crura inflectunt mõ: priora nãq; crura ad circũferẽtiæ ambitũ inflectunt, F posteriora vero ad cauũ. Præterea ex quadrupedũ gñe illa, q̃ nõ aĩal, sed ouũ pariunt, ꝓprio quodã mõ in latus inflectũt. Ad hęc ẽt quã ob cãm quadrupeda oĩa ꝑ diametrũ mouent. De oĩbus certe ijs, & quæcunq; istia sunt cognata, perscrutandę sunt causæ. Quod. n. hoc contingat modo ex naturali palã est historia: quam autẽ ob causam nunc est inuestigandum.

G *Suppositiones quædam præmittuntur. Cap. 2.*

PErscrutationis autem principium est, supponentib⁹ illa nobis, quibus vti sæpenumero in Physico *negocio soliti sumus, accipere scilicet ea, quæ in omnibus naturæ operibus eodem se habent modo. Illorum autem vnum est, naturam nihil frustra facere, sed semper ex ijs, quæ cuiq; animalium generis essentiæ contingunt, id, quod optimum est: quamobrē H si melius hoc modo, ita natura se habet. Præterea, magnitudinum dimensiones quot, quales ve qualibus inexistunt, sumere oportet. Sunt enim dimensiões quidem sex, paria vero tria. Vnum quidem summum & imū. Altero ante & retro. Tertium autem dextrum & sinistrum. Ad hæc autem cp motionum p locum initia sunt impulsus, & tractus. Hęc enim per se sunt: ex accidēti autem mouetur, quod I ab alio fertur. non enim ipsum semet mouere videtur, sed ab alio moueri, quod fertur ab alio.

*methodo.

Varij animalium motus, quomodo fiant, declarantur. Cap. 3.

IIs autem constitutis, quæ deinceps sunt dicam⁹. Animalium profecto quæcunq; loco mouentur, alia quidem toto simul corpore mouentur, vt illa, quæ saltu locum mutant. Alia vero per partes, vt quæcunque progressibus vtuntur. In vtrisque autem huiusmodi mu K tationibus semper mutatur id, quod mouetur innisum ad id, quod illi subiacet. Quamobrē siue id citius dilabatur, ꝙ vt initi possit id, quod super eū mouetur: siue nullum omnino motis præbeat firmamentum, nihil super illud seipsum mouere poterit. Etenim quod saltu mouetur, & ad seipsum, quod supra est innisum, & ad id, quod pedibus subiacet, saltum plane facit. Renisus enim quosdam ad L se inuicem habent partes in ipsis flexuris: & omnino ad depressum id, quod deprimit. Quamobrem *Pentathli plus saliunt, si halteras habuerint, quàm si non habuerint. Et qui currunt citius currūt, si manus commouerint: nisus nanque fit quidam in extensione ad manus, & articulos. Semper autē illud, qđ mouetur duabus ad minus instrumentalibus vtens partibus mutationem efficit, vt altera quasi comprimat, altera vero comprimatur. quod enim stat M comprimitur, quoniam fert: quod autem eleuatur, extenditur ad id, quod pondus sustinet. Quare nullū carens mēbris hoc moueri potest modo: non enim habet cum agentiū, tum patientium in se partium distinctionem.

Di

A *Dimensiones, quibus animalia distermināri possunt, sex esse numero: quo pacto; in ipsis reperiantur. Quodq; motus in vno quoq; a dextris incipiat. Ca. 4*

QVoniam aūt dimensiones numero quidē sunt sex, ex quibus distermināri omne natum est animal, summum videlicet & imū, ante & retro, præterea dextrū & sinistrum: summū certe & imū omnia habent viuentia: quoniā non solum in animalibus est sūmum & imum, sed ēt in stirpiB bus. Disterminantur aūt opere, & non solum positura, quæ ad terram s. sit aut ad cœlum. Vnde .n. alimenti singulis est distributio, & incrementi accessus, summum id sanè est: quo aūt istuc vltimo pergit, id est imum. hoc .n. initium est quidam, illud vero est finis: initium aūt est id, qđ est summum. Atqui stirpibus quidem proprium videri potest magis id, quod est imum: nō similiter enim positura se habēt summum & imum in ijs, et inC animalibus. Ad vniuersum nanque non simili se habent modo: ſm opus autē similiter. Radices .n. summū hūt in stirpibus: nāque inde destribuitur alimentū ijs, q̄ terra nascunt: & illis id accipiunt, vt ore animalia. Quęcū que autem nō solum viuūt, sed animalia etiam sunt, hmōi omnibus ante, & retro insunt. sensum &.n. isthæc omnia habent: per ante autē & retro disterminantur. in quo .n. natus est ēē sensus, & vnde est singulis, anterio- D ra huiuscemodi existunt: ijs autem oppositā, posteriora. Quęcunq; vero animalium non solum sensu sunt prædita, sed moueri ēt possunt sese ea, quę per locum est, mutatione, in ijs ad ea, quæ dicta sunt, sinistrū & dextrum disterminantur simili mō vt illa, quæ dicta sunt prius, cū opere .s. & non positura eorum vtrunque sit seiugatum. Vnde .n. mutatiōis per locū corporis naturaliter ē initiū, id vnicuiq; dextrum est: oppositum vero, E & quod hoc consequi natū est, sinistrum. Hoc aūt in alijs quidē magis: in alijs vero minus distinctum est. Quæcūq; .n. instrumentarijs vtentia partibus, pedibus inſj, aut alijs, aut id generis alio quopiā, supradictā efficiūt mutationē, in illis profecto distinctum est magis, quod dictum est. Qnęcunq; vero nō ijs partibus, sed ipso distantias facientia corpore progrediuntur, cuiusmodi nonnulla sunt, quæ pedibus carent, vt serpentes, & F erucarum genus: & illa etiam, quæ terræ vocant intestina, ijs certe omnibus inest quod dictū est. verum similiter non est manifestum. Quod autem à dextris motiōnis est initium, inditium est, omnes ferre onera in sinistris: sic .n. moueri contingit illud, quod fert, cum absolutū sit ipsum mouens. Quamobrē qui subsultim vno mouētur pede, facilius id in sinistris faciūt: moue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G mouere &c.n.natum est dextrũ: moueri aũt sinistrum. Qua propter onus non in mouẽtem partem, sed in motã insidere oportet: si.n.in ipso mouẽte, & motionis principio imponatur: aut non mouebit penitus, aut difficilius mouebit. Signum autem cp̃ã dextris motionis sit: initium, ipsæ pedum sunt proiectiones: omnes.n. quæ sinistra sunt, proiiciunt. Stantes quin etiam sinistra protẽdunt magis nisi quid aliter forte contingat: H non enim à proiecta mouentur parte, sed ab ea, quæ est abducta: eoq; ẽt modo extra tuentur. Ac propterea eædem in omnibus dextræ sunt partes: vnde.n. initium est motus, idem est omnibus: & in eodẽ omnibus naturaliter situm habet: dextrum autem est vnde initium est motus. & eam ob rem in ostreaceo genere, quæcunq; sunt turbinata, vndiq; dextra sunt: nõ.n.ad vertiginẽ mouentur, sed aduersum I omnia procedunt, vt purpure, & buccini. cum enim omnia à dextris moueantur: huiusmodi autem ad eadem sibiipsis semper moueri videantur: omnia similiter esse extra necesse est. Absoluta autem maxime habent sinistra inter reliqua animalia homines, quoniam maxime secundum naturam inter animalia se habent reliqua: melius autem natura dextrũ est sinistro, & seiugatum: iccireo dextra in hominibus maxime sunt talia. Discretis autem dextris, ratio- K nabiliter sinistra &, ad motum pigra sunt, & absoluta maxime in istis. Et alia sanẽ initia secundum naturam maxime sunt discreta. summum videlicet & ante. In quibus igitur summum, & ante sunt discreta, vt in hominibus, & auibus, hæc certe sunt bipeda. Ex quatuor autem duo sunt notæ, ẽs quidem alæ, illis vero manus, & brachia. Quæcunque autem ad idẽ summum habent & ante, quadrupeda, multipeda, & apeda. Per- L dem autem appello partem illam, quæ ad pedestrem est notam, motricem per locum. nomen nanq; vidẽtur à pedo, hoc est solo deduxisse pedes. Nonnulla autem priorem, et posteriorem partem in idem habent, vt ex piscibus mollia & turbinata ex ostreaceis. Dictum est aũt de huiusmodi prius in aliis. Cũm autem tria sint loca, summum, medium, & imum. Bipæda quidem summum habẽt M ad id, quod in vniuerso est summũ: multipeda vero & apoda, ad medium. Stirpes autem ad imum. Causa autem ea est, quoniam illæ quidam non mouentur: ad alimentum autem est id, quod summum est: alimentum vero ẽs è terra est. Quadrupeda autem ad medium, & multipeda, & apeda, quia non sunt erecta. Bipeda autem ad id, quod summum est, quoniam erecta sunt: maxime autẽ homo, quoniam

A niam maxime secundum naturam est bipes. Rationabiliter autem initia ab huiusmodi ducuntur partibus, initium nanq; nobile est: summum vero imo: et prius posteriori: & dextrum sinistro sunt nobiliora. Bene autem se habet commutato etiam ordine de illis asseuerare. nam quoniam in illis initia sunt partib9, iccirco nobiliores istas oppositis esse partibus. Quòd igitur à dextris motiõis est initiũ, B ex dictis est manifestum.

Quo pacto animalia sanguine prædita quatuor, nõ pluribus mouentur nisi: eurũq; serpentes careant.

Cap. 5.

QVoniam autem est necesse in omni continuo, cuius hoc quidem mouetur, illud vero quiescit, cum vniuersum moueri possit, stante altero, aut ambo mouentur p̃ contrarios motus, quiddã esse commune, ad quod isthęc ad C se inuicem sunt copulata, & eo loci inesse motiõis principium vtriusque membri, & similiter status, manifestum est cp̃ secundum quascunque dictarum oppositionum peculiaris extiterit motus vtrarumq; contrariarũ partium, omnia hęc commune habent principium secundum dictam partium coniunctionẽ. dico autem dextrarum & sinistrarum, summarumque & infimarum, nec posteriorum & priorum. Secundum ante igitur & retro ẽ eo, quod se ipsum mo- D uet, nulla talis est distinctio, quoniam nulli retrouersus naturalis est motio: neque distermination id, quod mouetur habet vllam, perquam ad horũ vtrunque efficiat mutationem: secundum dextrum autẽ & sinistrũ, summumq; et imum reperitur. Quamobrẽ ex animalibus quæcunque membris vtentia instrumentalibus progrediuntur, anterioris & posterioris discrimine nõ sunt distermiata, sed duobus reliquis: imprimis vero il- E lo, quod secundum dextrum separatur & sinistrum: quoniam hoc quidem in duobus statim inesse necesse est, illud vero in quatuor primis. Quoniam igitur summum & imum, necnon dextrum & sinistrum eodem, & communi ad se inuicem sunt copulata principio: dico autem illud, quod motionis est princeps: oportet autem in omni, quod à quocunque decenter efficere debet, terminari quodam modo, & interuallis ordinariis, F scilicet q̃ ad prædicta sunt principia, siue contrario, seu eodem ordine se habentia eorum, quæ in illis sunt membris, id, quod motionum est causa omnium. Hoc autem ẽ, à quo communi principio in animali, cum dextrorsum, tum sinistrorsum, tum similiter sursum, & deorsum est motio. Id autem vnicuique habere, quemadmodum similiter se habet ad singula principia, q̃

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

G in prædictis sunt partibus. Manifestum igitur ꝙ aut solis, aut ijs maxime animalibus per locum inest motio, quæ duabus, aut quatuor efficiũt notis eam, quæ per locum est, mutationẽ. Quamobrem, cum id ferè sanguine præditis contingat maxime, palàm est ꝙ pluribus quã quatuor notis animalium sanguine præditorum moueri potest nullum: &, si quid quatuor solummodo moueri natum est notis, istuc sanguine præditum
H esse necesse est. Attestantur autem ijs, quæ dicta sunt, ea, quæ animalibus contingere videnẽ. nullum enim ex sanguine prędi tis animal in frusta dissectum, tempore, vt ita dicatur, viuere potest aliquo: mutationisque per locum, qua mouebatur. adhuc integrum cum erat, & non recisum, haud quaquã est particeps. Exanguia autem, & ex multipedũ genere nonnulla dissecta extenso tempore singulis
I viuere possunt partibus: ijs qnetiam agitari motionibus, quibus, antequam recisa essent, mouebantur: vt eæ, quę vocantur scolopendræ, & aliæ insectorũ, & prælongorum genere. in huiusmodi nanque omnibus posterior pars eodem tendere videtur, quò prior. Causa autem est ꝙ isthæc dissecta viuant, ꝙ perinde illorum quodcunq; est constitutum, ac si quippiam ex multis compositum, cõiunctũque esset animalibus. Cur autem hoc se habẽt modo palàm
K est ex ijs, quæ dicta sunt prius: duabus enim aut quatuor notis moueri nata sunt, quæ natura constant maxime. Similiq; modo quæcunque sanguine prędita pedibus carent: isthæc enim omnia quaternis mouentur notis, per quas loco se cõmouent. Duobus nanque vt plurimum
L vtentia flexibus procedũt. dextrum enim & sinistrũ, prius & posterius in latitudine existũt, & in vtroque illorum inflexus: in parte quidem ad caput vergẽte, anterior est nota cum dextra, tum sinistra: in illa autem, quæ ad caudam spectat, posteriores sunt notæ. Videntur autem isthæc duabus moueri notis per priorem scilicet cõractũ, & per posteriorem. Causa autẽ est, quoniam angustum est latitudine id animaliũ genus: nanque in ijs etiam dextrum præcedit, vicissimq; redditur posterius, vt in quadrupedibus. Inflexionum autem causa est longitudo. Quemadmodum enim
M valde proceri homines gradiuntur incurui, & dextro humero in priorem partem vergente, sinistra coxa ad posteriorem magis recedit, mediumq; concauũ fit, & incuruum. Ita intelligere oportet serpẽtes incuruis notis supra terrã se mouere. & quòd similiter mouentur, vt quadrupedes: vicissim enim commutant concauum, & curuũ, quando vero rursus sinistrũ anterius

A procedit, ex cõtrario rursus cõcauum fit: dextrum enim interius fit denuo. Prior dextra nota vbi A, Sinistra vbi B, Dextra posterior vbi C, Sinistra vbi D.

Serpentis motus.



B Sic autem mouentur ex terrestribus quidem serpentes: ex aquatilium vero genere Anguillæ, & Congri, et Murenæ et alia præterea, quæcunque serpentiũ formam referunt. Verum ex aquatilibus quædam pinnas nõ habent, vt sunt murenæ, sed mari perinde vtuntur vt terra serpentes, & mari: natant enim eodem serpentes modo, quo in terra mouentur. Nonnulla autem
C duas solum habent pinnulas, vt Congri sunt, & anguillæ, & mugilum genus, qui in Sipharum lacu nascuntur. Quamobrem paucioribus mouentur inflexibus in humore, & in terra, quęcunque in terra viuere assueta sunt, vt anguillarum est genus. Ex mugilum vero genere, quicunque duas habẽt pinnas, corporum inflexione quaternas in humore exæquant notas. Causa autem, cur serpentes pedibus carent, est, tum, ꝙ nihil frustra efficit natura, sed omnia ad optimum respiciens vnicunque ex
D ijs, quæ fieri possunt, singulisq; peculiarem conseruat essentiã, & quod quid erat ipsi: tum ob id, quod á nobis prius est dictũ. nullum scilicet sanguine prędituũ pluribus quàm quatuor moueri posse notis. Ex ijs enim manifestum est ꝙ ex sanguine prędi tis quæcunque ob longitudinem ad reliquam corporis naturam sunt enormia, vt serpentes, haud quaquàm pedestria esse posse. Plures enim q̃ quatuor pedes illa habere non est possi-
E bile: exanguia nanque essent. Si vero duos, aut quatuor haberent pedes, immobilia ferè penitus essent, adeo necesse esset illorum motum esse tardum, & vsui ineptum.

Animal pedestre necessario pares habere pedes. Cap. 6.

OMne autem pedestre animal pares necessario habet pedes. Quæcunque
F enim solo salto eam, quę per locum est, faciunt mutationem, nihil sanè pedibus ad huiusmodi indigent: motum quæcunq; vero saltu quidem vtuntur, ipsis autem is sufficiens nõ est motus, sed progressu etiã indigent, certum est quòd ijs quidem melius, illis vero impossibile penitus progredi, quoniã omne animal pares habere pedes necesse est. Cum enim talis per partes fit mutatio, et nõ toto simul cor

pore

Universidad de Deusto
Biblioteca

G pore (vt est saltus) necesse est has quidem comutatis pedibus manere, illas vero moueri, & oppositis vtrunq; horum præstare, commutans à motis partibus pondus ad illas, quæ permanent. Quamobrem neq; tribus vtens, neq; vno, vllũ ingredi potest animal. hoc.n. nullum penitus habet fulcrum, quo corporis sustineat pondus: illud vere in altera oppositionum laborat: quare necesse est ipsum, ita se mouere tentãs, tuere. Quæ
H cunq; autem sunt multipeda, vt scolopendræ, hæc certe imparibus progredi possunt pedibus, quemadmodum moueri conspiciuntur, si illorum quispiam vnum decurtauerit pedẽ quoniam contrastantium mutilationi pedum, illorum frequentia, qui in alia stant parte, succurritur. fit.n. in illis vt mutilati membri tractus ab alijs, & non progressio. Attamen manifestũ est quòd melius ist-hæc ipsa mutationem efficerẽt,
I si pares haberent pedes, nulloq; deficiente, contra se stantes omnes haberent pedes. ita.n. magis æquari poterit pondus, neq; in alteram partem declinare, si contra se stantia habuerint fulcra, nullumq; oppositorum vacuũ locũ. Procedit aũt ab vtraq; sui parte alternatim id, qđ ingredit: ita.n. ad eũ, qui in principio fuit firũ fit restitutio. Quòd igit pares habent oĩa pedes, & quam ob causam, dictum est.

Motum omnem localem in alternatibus quiescentibus quibusdam fieri partibus. Cap. 7.

K

QVòd autem nisi quippiã quiesceret, non sane esset flexus, neq; directio, ex ijs manifestum. Est enim flexus ex recto ad curuũ, aut ad angulum mutatio: directio vero ex alterutro horum ad rectum. In omnibus, autem dictis mutationibus ad vnum necesse est signum rectitudinem
L fieri. Verum enimuero flexu non existente, neq; progressio, neq; volatus, neq; natatus fane erunt. Etenim habentia pedes, quoniam super vtrunq; oppositorum crurum vicissim stant, pondusq; sustinent, necesse habent, altero progrediente, inflectere alterum, æqualia nanq; longitudine nata sunt hĩe opposita mẽbra: et quod ponderi substat rectũ esse oportet, vt ppendiculũ ad terrã: qũ aũt progreditur, fit* hypotenusa, valensq; M manentẽ magnitudinẽ, & eam, quæ interiacet. Qũ aũt æqualia sunt mẽbra, necesse est inflecti id, quod manet, aut in poplite, aut in conflexione: vt, si quippiã eorum, quæ progrediuntur, genibus careat. Signum autem, q; hoc ita se habeat, id est. Si quis .n. iuxta parietem per terrã ambulet, quæ designatur linea nõ est recta, sed obtorta quoniam minorem quidem flectentis fie
ri descriptam necesse est, stan-

A tis autem, & erecti maiorem. Contingit autem sanè crure inflexum non habente moueri, quemadmodũ infantes reptãt. Et de elephantis antiquus huiusmodi erat sermo, haud quaq; verus, quippe cũm id genus omne moueatur inflexione in humeris facta, aut coxis. Verũ rectum progredi nullum potest continue, & firmiter, moueri autem poterit, vt in palæstra ĥ, qui per pauluerem genibus reptant.
B ampla est enim superior pars, quamobrem magnum eriã debet esse mẽbrum: si autem hoc: flexum esse necesse est. Quoniã enim stat ad rectum, vel concidet recto minore effecto, vel nõ progredietur: si enim altero crure recto, progreditur alterum, maius erit, cũm fit æquale, hoc nanq; poterit & id, quod quiescit, & ipsam hypotenusam.
Necesse igitur est & inflectere id, quod procurrit, & inflexum
C simul alterum extendere: membra enim æquilaterum trianguorum efficiuntur, caputq; fit in ferius, vbi perpendiculum fuetit, in quo firmatur. Quæcunq; vero pedibus carent, alia quidem vndoso procedunt motu. id autem bifariam accidit, nam alia quidem superterram, vt serpentes, inflectuntur: alia vero superne curuantur, vt erucæ vndosus autem ille motus inflexus est: alia vero attracto vtuntur, vt lumbrici, qui terræ intestina appellãtur, & hirudines:

D isthæc etenim parte quidẽ prio re procedunt, reliquumq; corpus ad illam trahunt, illoq; modo loca commutant. manifestũ autem: q; nisi duæ maiores vna essent, animalia illa, quæ vndoso procedunt inflexu, minime moueri possent. flexu.n. extenso, si æqualem occuparet, nihil sane processissent: verum extensus superat, & quiescente isto, quod reliquum est, adducit. In omnibus autem dictis mutationibus id, quod mouetur, tũ extensum ad rectum, tum incurua
E tum progreditur: partibus quidem prioribus rectum factum, posterioribus vero incuruum. Quæcunq; etiam saltu vtuntur animalia, flexum in inferna corporis parte faciunt, & hoc saliunt modo. Volantia quinetiam, & natãtia omma, illa quidẽ alas tum dirigentia, tum in flectentia volant: hæc aũt id pinnis faciunt. Et in ĩs alia quidem quatuor, alia vero duabus, quæcunque corpore sunt oblongiore,
F vt angularum est genus. nam reliquam pro duabus pinnis motionẽ, residua corporis parte incuruata, perficiunt, quẽad modum dictum est prius. Plani autem pisces, tum pinnarum loco corporis vtuntur latitudine, tum vero pinnulis duabus. Qui autem omnino sunt plani, qualis est raia, tum ipsis natant pinnulis, tum extremo corporis ambitu, illum dirigentes vicissim, & inflectentes.

Quo

G *Quo pacto verum sit aues quatuor moueri notis: multaq; alia de ipsarum volatus differentijs. Cap. 7.*

DVbitare autem quis fane posset, quoniam modo aues quaternis mouentur notis, vel dum volant, vel dum ambulant, quasi dictum sit ꝙ sanguine prædita omnia quatuor mouẽtur notis. At hoc dictum non est, sed ꝙ non pluribus. Verum enimuero neq; volare poterunt membris ablatis:
H neque ambulare alis detractis. nam neque ipse nisi commotis humeris ambulat homo. Verũ omnia, quemadmodum est prędictum, mutationem inflexu, et extensione faciũt: omnia enim in supposito, & quasi cedente, quodamtenus progrediuntur. Quamobrem necesse est, nisi in alia inflexus fiat parte, at saltẽ vnde est prĩcipium, ĩjs quidem, quę membranaceas habẽt alas, ipsius membranę: auibus autẽ ipsarum alarum: cæteris vero
I earum partium, quæ istis proportione respõdẽt, vt piscibus. Nonnullis autem, vt sunt serpẽtes, in corporum curaturis inflexionis inest prĩcipium. Vropygium autem volatili inest generi ad dirigendos volatus, vt nauigĩjs gubernacula: quod necesse est etiam in ipsa inflecti adhęsione. Quamobrem & illa, quę ex membrana ĩtegras hñt alas: & illa, quæ pennis quidẽ discretas eas habent, verum vropygium ad eiusmodi vsum illis est
K ineptum, vt pauones existunt, & gallinacei: & omnino quę volacia non sunt, haud quaquã directe volare possunt. Ex ĩjs etenim, quæ ex mẽbrana integras habent alas, nullo omnino vropygium habent: quamobrem vt gubernaculo carens nauigiũ, feruntur quocunque fors tulerit vnumquodque impactum. Simillq; modo vaginipẽna, vt scarabei & melolonthæ: & ea, quę nullo inuolucro recondunt pen
L nas, vt apes, & vespæ. Præterea etiam ex volucrum genere illa, quibus inutile est vropygium, vt porphyriones, & erodĩj. Et omnes aquaticæ volucres, vropygij vice, extensis volant cruribus, illisq; ad dirigendos volatus vtũtur pro vropygio. Vaginipenno autem generi tardus, & imbecillis est volatus, quoniam ad corporis pondus non ex proportione alarum habent
M naturam. sed illud quidem grãde est: alæ vero paruæ, & imbecilles. Quemadmodum igitur si quis onerariam nauim remis tentet propellere, simili ifthæc modo volatu vtuntur: & alarũ naturę imbecillitas ad id nõ nihil facere videtur. Inter aues autem pauoni quidem vropygium quandoque ob magnitudinem nulli vsui est: quandoque vero, quoniam decidit, nihil iuuare potest. Contrario autem se hñt modo aues in alarũ natura, ad ea, quæ integras ex membrana habent

A habent alas: maxime autem q̃ ex eis sunt præpetes: huiusmodi vero sunt, quæ incuruos habent vngues: harum nanque volandi pernicitas vitæ vsui est. Apta autem ad peculiarem illis motum cætera corporis videntur esse membra. Omnibus.n. paruum est caput: collum crassum: pectus cum validum, tum acutum: & acutum quidem vt bene viam paret, quasi lembi prora: validum vero carnis obe
B state, vt incursantem propellere possit aerem, idq; ex facili et nullo labore. Quæ vero retro sunt, leuia, & in angustum rursus coeuntia, vt priora consequi possint, latitudine aerem nõ trahentia. Et de ĩjs quidem hoc determinatum sit modo.

Animalia erecta incedentia necessario bipeda esse: superiorij; corporis partes leuiores, inferius vero graniores habere. Cap. 9.

C QVòd autem erectũ ambulare debet animal, ꝙ quidem necessario sit bipes, & supernas corporis habeat partes leuiores, graniores autem eas, quæ illis substant, est manifestum: eo enim facile ferre poterit. Quamobrẽ solus inter animalia homo erectus existens, crura habet ad supernas corporis partes ex pede
D stribus maxima, & firmissima. Quod sane palam facit id, quod infantibus accidit. nõ enim erecti ambulare possunt, qñ omnes sunt pumiliões, maioresq;, & valentiores q̃ dictet rõ, summas imis corporis habent partes: procedente vero ætate, infima maius accipiunt incrementum, donec ad iustã perueniant magnitudinem, tuncq; erecti ambulare possunt. Aues autem, cũm sint leues, bipedes existũt, qñ retrouersus illis ẽ onus: ceu æneos faciũt equos, qui priora
E sursum elata habent crura. Causa autem, cur maxime bipedes existentes aues stare valeant, est quoniam habent clunem femori similem, talemq;, vt duo videantur habere femora, id scilicet, qđ est ĩ crure ante inflexũ, & illud, qđ à sedis loco ad hanc tendit partem. Est autem nõ femur, sed clunis: nisi.n. esset tanta, auis sanè bipes nõ eẽt. Quẽadmodum enim hominibus, et quadrupedum generi, si ab exigua statim coxa esset femur, & reliquum crus, valde profecto
F ad lapsus pronum illarum esset corpus: nunc autem longa existens ad medium vsq; protenditur ventrem: quamobrem ibidẽ suffulta crura vniuersum gestant corpus. Manifestum q; etiã ex ĩjs est, ꝙ erectę perinde ac homines nequeunt esse aues. Alarum enim natura, ita se habente corpore, illis est vtilis. quod si erectæ essent, ad nullum sanè esset vsum: quales alatos pinguunt amores. Simulq; ex ĩjs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

G quæ dicta sunt, palàm est, neq; hominem, neque aliud quippiã rali figura alatum esse posse: nõ solum quoniam pluribus quã quatuor moueretur notis sanguine prædictũ animal, sed quoniam is alarum habitus illis naturaliter motis nulli vsui eẽ posset: natura autem nihil contra naturam facit.

Enarratorum de incessuum modis epilogus: Aliarumq; causarum, cur ita fáctum sit & in homine, & in quadrupedibus, assignatio. Ca. 10.

H QVòd igitur nisi inflexus esset in cruribus, aut humeris, aut coxis, nullũ sanguine, pedibusq; præditum progredi posset animal, prius est dictum: similiq; modo quòd nullo quiescẽte nullus esse posset inflexus. Et quòd homines, cum sint bipedes, & aues contrarijs crurum vtuntur inflexibus. Quinetiam quòd quadrupedes cõtrario ad se ipsos, & ad I homines inflectant modo. Homines etenim brachia quidem ad concauum inflectunt, crura vero ad conuexum: quadrupedes autem priora quidem crura, ad cõuexum. posteriora vero ad concauum. Similiq; modo aues. Causa autem est quoniam, vt dictum est prius, nihil temere efficit natura, sed omnia ex ijs, quæ fieri contingunt, ad id, quod est melius. Cum igitur omnibus, quibus crurum opera, naturaliter ineſt is, qui per lo K cum est motus, stante quidem vnoquoq; pondus illic est, motis autem in ante, præuium situ pedem oportet esse leuem: continuata vero progressione rursum in illum pondus resumere: manifestum est id esse necessarium, eò quòd tum crus inflecti tur: tum rursum rectum efficitur, manente secundum protensum pedem signo, & tibia ipsa: hoc autem simul contingere, & progredi animal. Quòd si præL cedens quidem crus flexum in ante habuerit, fieri potest: si retro, non est possibile. Sic enim ante lato corpore, cruris erit extensio: illo autem modo, si retro feratur. Præterea etiam flexu retrouersus existente, duobus fieret motibus ipsa pedum positura sibi inuicem contrarijs: altera quidem retro: altera vero ante. Necessarium enim est in cruris inflexione, femoris quidem extremum retrorsum deduceM re, tibiam vero ab inflexu pedẽ in ante mouere. Quod si in ante inflexus fuerit, neque contrarijs motibus, & vno, qui in ante est, prædicta continget progressio. & homo quidem bipes existens, locaq; naturaliter cruribus permutans, ob retro dictam causam in ante flectit crura, brachia vero non sine ratione ad concauum: contrario. tunc inflexa modo inutilia sane eẽnt, cum ad manuum vsum, tum ad assumendos cibos. Quadrupe-

A des autem, quę animal pariunt, priora quidem crura, quoniam progressioni illorum sunt prævia, & in priori eadem corporis sunt parte, necessario ad curuum inflectũt, ea de causa, qua homines: in hoc enim simili se habent modo. Quamobrem et ipsi in ante flectunt quadrupedes, quo dictum est modo. ita enim inflexu facto, multum attollere poterunt crura: contrario autem flectentes modo, mo B dicum à terra illa attollere potẽrunt, quoniam & totum femur, & inflexus ille, cui adhæret tibia, progrediente illo sub ventre dantur. Posteriorum vero crurum, si quidem esset in ante inflexio, pedum certe eleuatio similiter se haberet vt in prioribus: ad modicum enim illorum esset elatio, cum femur, inflexioq; ipsa sub ventris caderent locum. Si autem retrouersus, vt nunc inflectunt, nulli illis ad C progressionem sunt impedimẽto in huiusmodi pedum motu. Præterea earũ ex numero, quæ fœtus lacte nutriunt, ad talem operam vel necesse, vel melius est crura sic inflecti. non enim facile ijs esset, si intrinsecus crura inflecterent, sub se habere fœtum, & fouere.

Cùm quatuor inflexionum sint modi, quibus nam quadrupedes, quibusue homines moueantur: commutatiq; inflexus in hoĩum iunctura declaratio. Ca. 11. D

CVm autem quatuor inflexionum in iuncturis sint modi: necesse est enim inflectere vel ad concauũ tã priora, quàm posteriora crura, vt in A: vel contrario modo ad curuum, vt in B: aut conuerso modo, & non ad eadẽ, sed priora quidem ad curuum, posteriora vero ad concauũ: vt in C: aut modo contrario, curua quidem ad se inuicem, concaua autem extra, vt D se habet: certe, vt se habent A, & B, bipedum, aut quadrupedum inflectit nullum: vt autem C: quadrupedes: vt vero D, quadrupedum quidem nullum, Elephanto excepto. Homo autem brachia, et crura: brachia nanque ad concauum flectit, crura vero ad curuum. E Semper autẽ in hominibus cõmutatim contrarios mẽbra habent inflexus: vt cubitus ad cõcauum, manus autem carpus ad curuum, rursusque humerus ad curuum. Similiq; modo in cruribus, femur ad concauum, genu vero ad curuum, pes autẽ contrario modo ad concauum. Et inferiora profecto ad superiora manifestum est contrario se habere modo: principia nanq; contraria. Humerus quidem ad curuum, femur autẽ ad con- F

G cauum: & cubitus sane ad concauum, genu vero ad curuum, pes vero contrario modo ad cõcauum. Et crurum quidem inflexus tales ob causas hoc se habent modo.

Figura, inflexionum modos in quadrupedibus, ac homine designans.

Quadrupeda, multipedaq; posteriora ad priora per diametrum moueda inter dere; nec alio pacto congrue necessum fieri ab ipsis posse. Cap. 12.

MOuentur autem posteriora ad priora per diametrũ: post enim dextrum prius, sinistrũ mouet posterius: ita sinistrum prius, post illud autẽ dextrum posterius. Causa autem est, quoniam si priora simul, & prius, distraheretur sanè, aut procidua esset ambulatio, & quasi tractis extensione posterioribus. Præterea etiam nõ progressus huiusmodi esset, sed saltus, difficile autem est mutationem cõtinuam facere salientem. Huius autem rei signum, quod cito lassescunt equi illi, qui hoc mouent mõ: vt ĩs, qui in pompis agitantur: seorsum quidem prioribus, posterioribusue ob hoc non mouentur. Si autem vtrisque dextris primis, extra sanè fulcrorũ fierent sustentacula, ruerentque. Si igitur est necesse, aut istorum vtrouis modorum motionẽ fieri, aut per diametrum: neutro autem illorum cõtingit modorum: per diametrum motionẽ effici necesse est. hoc enim mota modo illorum neutrum pati poterunt. Et hanc ob rem equi, istiusmodiq; cętera stant secundum diametrum protendentia, & nõ dextris, aut sinistris vtrisque simul. Eodem etiam modo quæcũque plures quaternis habent

bent pedes, motionem faciunt: semper enim in quatuor deinceps positis posteriores ad priores per diametrum mouent. Palam autem hoc est in ĩs, quę tarde mouentur. Cancri quinetiã eodem mouẽtur modo: ex multipedum nanq; sunt genere: ĩ etenim semper per diametrum mouentur, quo progredi contendunt. Peculiari nanque modo id progreditur animal: solũ, ex animaliũ numero nõ ĩ ante mouetur, sed in latus. Verum, quoniam oculis id, quod ante est, disterminat, eos natura commodos effecit, qui crura consequi possent: ĩ latus enim illi moueutur, quamobrem cancros ẽt in ante quodammodo moueri contingit.

Aues, vt quadrupedes, crura inflectere. Cap. 13.

AVes autem, vt quadrupedes, crura inflectunt sua: illarum nanq; natura simili ferè se habet modo. Auibꝰ enim alę priorum vicem habẽt crurum. quãobrem eodem inflexæ sunt modo, vt illis priora sunt crura: nanque ĩs in eo, qui ambulationis est, motu ab alis isthæc originẽ habet mutatio. Volatus enim est harum peculiaris motio: quapropter illis ablatis, neque stare, neq; progredi vlla sane potest auis. Prętera, cum bipes auium sit genus, neque erectum, & priores corporis partes leuiores habeat, aut necessariũ est, aut certe melius, vt stare possint, subiectũ sic habere femur, retrouersus dico connatum. Verum enimuero si hoc oportebat se hêre modo, crurum etiam inflexus ad concauum fieri necesse erat, sicut in posterioribus quadrupedum est cruribus, eandem ob causam, quam de ĩs, quæ animal pariunt, quadrupedibus retro adduximus.

De alarum, pinnarum, ac membranarum in ipsis habentibus exortu. Cap. 14.

OMnino autem aues omnes, et ex volatili genere, quęcunque ex membrana integras gerunt alas: tum vero illa, quæ in humore natant, instrumentisque quibusdam in humore iter faciunt, non difficile est animaduertere melius sane illis esse membrorum huiusmodi ex obliquo exortus habere, quales nunc illis inesse conspiciuntur: vt in auibus, & ĩs, quæ mẽbranaceas habent alas, idq; ipsum in piscibus. Auibus nanque alæ, aquatilibus autem pinnæ, membranaceas autẽ habentibus alas membranulæ ex obliquo adhærescunt. Ita enim cum celerrime, tum valentissime diuidentia, hæc quidem aerem, illa vero humorem, motum efficere poterunt: in ante nanque, & retrouersus corporis

conse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 consequi poterunt partes, in exdenti scilicet translatæ, cum humore, tum aere.

De crurum quadrupedum quorundam obliquo situ, ac inflexu. Cap. 15.

EX quadrupedum vero genere, q̃ cauernas subeunt, & oua pariunt, quales crocodili sunt, & lacertę, & stelliones, necnon lutariæ testudines, & terrestres, omnia isthæc ex obliquo crura habent annexa, H & humi extensa: in obliquũq; illa inflectunt, ob subintrandi facilitatem, & ad ouorum incubitum, & custodiam. cum vero extra sunt, necesse est vt protensis femoribus, & sub sedatis corpus attollant: hoc autem facto illa non aliter, q̃ extrinsecus inflectere possunt.

De multipedum incessu vario. Cap. 16.

I EX pedestribus autẽ, quæcunque sanguine careẽt, ꝙ quidem multipeda sint, nullumque eorum sit quadrupes, à nobis dictum est prius. Quamobrem vero ĩ illis necesse est pedes præterquam extremos ex obliquo esse connatos, & cum sursum versus inflexiones habere, tum ipsos obliquos retrorsum vergere, palám certe est: omnium etenim talium media certe crura cũ præcedere, tũ subsequi necesse ẽ. Quod si hoc illis ineſt, in anteriorem profecto partem, & in posteriorẽ inflexum habere oportet: quoniã quidem præcedunt, in priorem: qm̃ vero subsequuntur, in posteriorem. Quoniam autem ambo isthæc illi contingere necesse est, eam ob rem torqueri, & in obliquum exire pedũ inflexus necesse est, præterquàm extremorũ: illi enim vt nati sunt magis, ĩ quidem vt præcedant, illi vero vt subsequantur. Præterea hoc etiam inflectunt modo, propter crurum multitudinem: minus enim ita in progressione sibĩpsis sunt impedimento, & minus offendunt. Eorumq; etiã ideo est distortio, quoniam cauernas subeant vel omnia, vel plurima: non enim elata hoc eẽ modo possunt. Caneri autem inter multipeda maxime sunt spectabiles. non enim in ante progrediuntur, nisi vt dictum est prius: soliq; animalium multos habent præuios pedes. Huiusce autem rei causa est, tum pedum ipsorũ durities, tum ꝙ ipsis non ad natatus vtuntur, sed ad progressus: pedestrem enim degũt vitam. Omnium igitur multipedum in obliquum sunt inflexus, quemadmodum ex quadrupedibus ea, quæ cauernas subeunt, qualia sunt lacertę crocodili, multaq; præterea huiusmodi, quæ oua pariunt. Causa autem est, quoniam hæc quidẽ cauernas subeũt partus tempore: alia vero per omnem vitam. Verum aliorum quidem præter

A pter mollitudinem obtorta, vaciaq; fiũt crura. Carabi autem, cum duri sint tergoris, pedes ad natandum, non ad progrediendum aptos habẽt. Cancrorum autem inflexus in obliquũ agitur, & etiã est obtortus, & vacuus, & ouiparis, & sanguine p̃ditus, & multipedis, quoniam prædura sunt, & ostreacea eiusmodi membra, cum neque natent, & cauernas subeant: iuxta terram nanque illis est vita. Rotundæ quinetiam figurę est cancer, neq; caudam habet, quemadmodum carabus. ad natandũ nanque carabis vsui est cauda: is autem non est natatilis, similemq; postremæ parti obliquã habet partem, quoniam multos præuios habet pedes. Cuius rei causa est, quoniam neque in ante flectit, neq; obtorquetur. Causa autem, cur torqueatur, dicta est prius, durities scilicet & ostreaceum tergus, propter hæc igitur omnes habere præC tuos, et in obliquum necesse est. ĩ obliquum quidem, quoniam inflexio est ĩ obliquum: omnes autem præuios, quoniam quiescentes pedes ĩs, qui mouẽtur, impedimento sanè essent.

De piscium passerinæ figuræ, auiũq; planipedum motibus. Cap. 17.

PIsces autem ĩ, qui passerina sunt figura, eo mõ natãt, quo monoculi ambulant: distorta etenim illorum est natura. Auiũ atq; planipedes pe D dibus natant. Quæ quoniã aerẽ admittunt, et respirant, bipedes sunt: quia vero in humore vitã agunt, planipedes sunt: pro pinnis .n. vsui illis sunt pedes eiusmodi existentes. Crura autem hũt non vt aliq; in medio, sed retrorsum magis. cum.n. breuia habeãt crura, si retrouersus illa fuerint. ad natatum sunt cõmoda. Breuibus autem sunt cruribus huiusmodi aues, quoniam quod crurum longitudini dempsit natura, pedibus apposuit: E et pro lõgitudine cruribus crassitudinem, & pedibus latitudinẽ dedit: vsui enim magis crassa sunt q̃ longa ad propellendũ humorem, cum natant. Recta etiam ratione volucres quidem pedes habẽt, pisces vero illis carent. Volucribus enim vita in sicco est, sublimes autem semp manere haud quaquã possunt, quamobrem vt pedes habeant necesse est. Piscibus autẽ in humore vita est, & aquam admittunt, non aerem. Pinnæ igitur F illis ad natandum commodæ, pedes vero inutiles. ꝙ si vtraq; haberẽt, sanguine certe carerẽt. Aues autem quodammodo, & pisces similiter se habẽt. Auibus nanq; alæ in superiori sunt parte: illis vero pinnæ duo parte prona. Et auib⁹ quidẽ in supina corporis pte sunt pedes: illis vero ĩ supinis iuxta pronas pinnę sunt pluribus. Et aues præterea vropygiũ hũt: illi vero caudã.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

G *De ostreaceorum motu dubitatio, ac solutio.* Cap. 18.

DE ostreaceis autem ambigere quispiã sanè posset, quisnam illorum sit motus: & si neque dextrum habent, neq; sinistrum, vnde moueri incipiant. videntur autem moueri. An vt mutilum vniuersum istuc statuere oportet gen⁹, & eo moueri modo, ac si quis pedestrium crura decurtauerit. vt vitulus marinus, & vesperti-
H lio: isthæc.n. quadrupeda sunt, sed querse. Ostreacea autẽ mouentur quidem, verum præter naturam mouentur: non enim mobilia sunt. sed vt stantia quidem, & hærentia, mobilia: vt progredientia vero stare videntur. Cancri qui etiam perpe-
ram dextras habent partes, habent tamen, inditio autem est brachium: maius enim & robustius est dextrum, ceu sinistrã a dextris disterminari cupiant. De partibus igitur cum alijs, tũ ijs, quæ ad incessum animaliũ faciunt, necnon ad omnem per locum mutationem, hoc se habet modo. Iis autem sic determinatis, proximum est de anima contemplari.

De incessu animalium finis.

ARISTOTELIS
DE ANIMA
LIBRI TRES,

Cum

AVERROIS COMMENTARIIS

Et Antiqua tralatione suæ integritati restituta.

His accessit eorundem librorum Aristotelis noua tralatio, ad Græci exemplaris veritatem, et scholarum vsum accommodata,

MICHAELE SOPHIANO INTERPRETE.

Adiecimus etiam

MARCI ANTONII PASSERI IANVAE disputationem ex eius lectionibus excerptam, in qua cum de horum de Anima librorum ordine, tum reliquorum naturalium serie pertractatur.

BIBLIOTHECA COLLEGII EXIMETEN

VENETIIS APVD IVNCTAS.
M. D. LXII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MICHAEL SOPHIANVS:

FRANCISCO GONZAGÆ

ILL^MO AC R^MO S. R. E. CARD.

S. P. D.

NEmmi obscurum esse arbitror, Francisce Gonzaga Card. Amplis. ex iis, qui uel mediocriter in studiis litterarum, doctrinisq; uersati sunt, quàm difficilis opera suscipiatur ab iis, qui suam ad Aristotelis scripta de græco uertenda industriam conferunt. Id ego cum aliàs sæpe in uariis doctorum uirorum interpretationibus ad meam utilitatem conferendis, tum proxime in libris eius de Anima conuertendis expertus sum. Quem ut hoc tempore laborem susciperem, tuæ clarum me fratrum honesta uoluntas adduxit. qui cum ad alia multa Auerrois, quem prope ex omni parte renouatum edebant, ornamenta, hoc etiam accedere uellent, ut Aristotelis libri, maxime qui de Anima inscribuntur, quam emendatissimi exirent, me potissimum cui corrigendi negotium darent, delegerunt. Ego uero & si quantum ingenii industriæq; eas res postularet, non ignorabam, tamen suscepi rem, quòd illis honesta petentibus nihil denegandum esse ducerem, & hæc scilicet me spes aleret, si uetustam tralationem cum græco exēplari accuratius contulissem, fore ut cumulatissime meo promisso satisfacerem. Quæ me postea opinio longe fefellit. Etenim tralationem illam adèo fœdam, ac ineptam esse repperi, ut nec Aristotelis uerba fideliter exprimeret, & pluribus in locis eius sententiā perueterret. Accedebat eo, quòd cum recentiores philosophi ueteris interpretis insciti am perspicerent, atq; huic incommodo remedium afferre cuperent, pro suo quisq; ingenio hos libros emendare aggressi sunt, uerum cum leuiter græcis litteris essent imbuti, non modo quod noluerunt asse

euti non sunt, sed cum multo maioribus tenebris, pluribusq; difficultatibus, eos inuoluerunt: tum uero, tam uaria et inter se discrepantia exemplaria reddiderunt, ut in germana illius auctoris interpretatione restituenda, non mediocriter esse laborandum uideretur. Sed tamen cum iustis de causis susceptam tam prouinciam deponere non posse, cæpi ut mihi aptissimum esse uidebatur, multa quæ perperam ingesta erant, delere: plura immutare: nonnulla quæ deerant, addere: ut aliqua orationis species emergeret, ex qua idonea sententia elici posset. Cum autem quò progrediebar longius, eò pluribus sordibus immergi me intelligerem, ad extremum eò rem deduxi, ut me ab integro potius Aristotelem conuertisse, quam interpretationem ueterem emendasse animadueterem. in quo tamen ita me temperaui, ut non ita longe me à ratione ueteris interpretationis, & usitatis scholarum uocabulis remouerim, quin illius uestigia in mea conuersione relinquantur. Quod eò feci, quia non institueram interpretationem nouam: nam multa fortasse aptius, multa limatius dici potuissent: sed necesse habui, quoad eius facere possem, uerba & genera loquendi, quæ ab hoc eodem auctore, & Auerrois elocutione iam inde ab initio in scholas irrepserant, quamuis horrida, parumq; latina retinere: ac ueteris huius auctoris interpretationem corrigere. qui quamuis incultus, nec admodum fidelis sit: tamen nescio quo modo, quòd perquàm religiose ad uerbum omnia de græco exprimat, ab omnibus habetur in manibus, & ad hoc tempus publice legitur. Cuius religio quamuis in hoc genere scriptorum necessaria sit, ita tamen à iudicio, omnisq; politioris doctrinæ cognitione inops est, ut non modo singula græca singulis latinis, ordinem item, & constructionem uocum eandem reddi posse putauerit: sed græcas etiam loquendi formulas, perinde ac si idem latine sonarent, in latinum sermonem detrudendas esse censuerit. quasi uero linguarum ratio ita comparata sit, ut singulis cuiusque uerbis aliud in alia lingua, quod omnino idem declaret, respondeat: earumque differentia in simplicibus modo uocabulis, ac non multo etiam magis in dicendi ac eloquendi generibus posita sit: quod tamen usque eo uerum est, ut hæc ipsa totam uim linguarum sibi uendicent. Quamobrem qui fidi ac eruditi interpretis fungetur munere, cum prater rerum subiectarum intelligentiam, atque non uulgarem utriusque linguæ cognitionem

cognitionem (quorum utroque minime instructum ueterem interpretem fuisse constat) amplius acri iudicio præditum esse oportet: ut ubi nomina, loquendique formæ non idem ualebunt, quæ illis in altera lingua similitudine ac proportione respondeant, reperire ac discernere possit: nam ad hunc modum si sua quibusque uis tribuetur, & facilius sensum auctoris consequemur, & omnino ipsi orationi plus uenustatis & splendoris accesserit. Quæ facultate cum interpres iste, quicunque tandem ille fuit, (neque enim nomen est proditum) plane caruerit, omnia perabsurde uertit. nec in his duntaxat quæ commemorauimus, eius imperitia perspicitur: sed etiam in exponenda ui partium orationis: cuiusmodi sunt coniunctiones, participia, præpositiones, cæteraque generis eiusdem. quæ, perinde quasi unam eandemque rem ubique notarent, præterit ac negligit. ex quo permulta uitia & errores in interpretanda ac continuanda orationis serie consequi necesse est. His tot tantisque incommodis cum aliqui ex nostris, qui post Constantinopolitanum excidium in Italiam se receperant, consultum esse cuperent: dederunt se huic generi studiorum, & præstantissimum quenque huius philosophi librum, e græco in latinum transtulerunt. è quibus Theodorus Thessalonicensis ea complexus, ad quæ ceteri propter immensam rerum uarietatem se aspirare posse diffidebant, ita egregie in eo munere se tractauit, ut nemini imitandi sui spem, omnibus incredibilem suæ eruditionis admirationem reliquerit. In eodem numero habendus est Bessario, qui libros primæ philosophiæ sideliter, nec ab usu scholarum abhorrente dictionis genere conuertit. Eodem pertinet Ioannis Argyropyli industria, qui in his Acroamaticis libris uertendis præclare operam nauauit suam: & Hercule maximam in hoc genere laudem esset consecutus, nisi dum contra odiosam ueteris interpretis religionem enixe admodum contendit, nimium sibi ipse indulgeret, nimiaque licentia pertractaret orationem Aristotelis. quod in aliis scriptoribus transferendis fortasse ferendum est: in his certe librorum generibus periculosum est & lubricum. solet.n. nonnulla de suo addere, multaque obscurius ac angustius, ut sua mos est, ab Aristotele dicta, ipse pluribus uerbis explicare nititur: ac integras interdum clausulas ab explanatoribus, præsertim Themistio, & Simplicio, quem maxime sectatur, transfert in orationem

Aristotelis: quam rationem in iis maxime locis sequitur, quorum est ambigua, anceps que sententia. Hæc si Argyropylo detraxeris, magnopere illius interpretatio, ut & grauissimi philosophi, & hominis suæ linguæ scientissimi, probanda est. quæ tametsi ab caussa tam explicatas in scholas recepta non est, princeps tamen ille fuit ostendendi luminis hominibus latinis, quo ad cognitionem librorum Aristotelis adire possent. Quamobrem cum hæc barbara, parumque fidelis interpretatio passim in Italiæ gymnasiis uersetur: omnesque in eo suam operam ponant, ut omnibus mendis uitiisq; sublatis, quæ sunt innumerabilia, ad commodiorem orationis formam redigatur, idem ego quoque oneris suscipiendum esse duxi: non equidem quo de cuiusquā laude aliquid delibarem: sed potius ut illorum exemplo motus, conferrem ipse quoque aliquid ad hanc præstantissimam, & in primis utilem philosophiæ partem, quam uehementer a scholis desiderari indicabam. Proinde in eam curam præcipue incubui, ut fidelissime ac floris sensa latine redderem, atque non modo uim uerborum explicarem, sed nisi uel res ipsa, uel linguæ proprietas resisteret, etiam multitudinem græcorum nominum, pari numero latinorum exprimerem. Neque uero uel intuli usquam aliquid de meo, nisi græci uocabuli notio ita ostenderet esse faciendum: uel nominum structuram immutaui, nisi id postularet perspicuitatis ratio, uerbaque essent eiusmodi, quibus omnium interpretum consensu res aperta minimeque dubia subiiceretur. articulis uero, & participiis, ceterisque id genus orationis partibus uim suam, quæ multiplex est, restituere, & quoad ea latina oratio referre potuit, pro uiribus exprimere conatus sum. sed ante omnia sedulo operam dedi, ut ea quæ ita dicuntur ab Aristotele, ut in uarias sententias trahi possint, ita transferrem, ut eandem ambiguitatis speciem præ se ferrent, neque me uni definitæque sententiæ cuiusquam explanatoris addicerem. quod ne facerē si quo in loco linguæ latinæ ratio me impediuit, eum sensum reddidi, quem magis probabilem, magisque peruulgatum esse perspiciebam. quod ea mente feci, quòd cogitem aliquando hos eosdem, ac reliquos fortasse huius philosophi libros, qui publice enarrantur, cum annotationibus quibusdam iterum in publicum emittere: atque tum demum cur plerauque uel immutauerim, uel addiderim, ac certis in locis ab aliorum interpretatione

pretatione recesserim, denique quam in quaque re secutus sim rationem, pluribus aperiam. Hunc porrò laborem meum Cardina. Amplis. in tuo nomine apparere uoluit: ratus id esse officii mei, cum propter incredibilem humanitatem tuam, qua me dum Patauii liberalium disciplinarum gratia commorarer, amplexus es: tum uel maxime quoniam si quid est, quod uel ratione institui, uel laudabiliter confici a quoquam possit, præcipue in studiis doctrinæ, eius tibi fructus iure optimo deberi existimo. nam tui quidem animi excellentia, & ad omnem laudem impetus excelso & illustri loco sita est: qui opes, quibus circumfluis: qui cetera bona, quæ uel natura, uel fortuna tibi benignissime largita est: non in persequendis uoluptatibus, quas plerique peruerse admirantur: sed cum omni uirtute comparanda, tum uero conformando animo philosophiæ studiis, consumis. idque agis diligenter, ut præclaram uirtutis excolendæ consuetudinem, quæ uiguit in patre tuo Ferdinando Gonzaga sapientissimo & fortissimo Imperatore, & in patruo Cardinali etiamnū maxime eluceat, constanter tuearis: usque adeo ut omnium consensu tu unus existas, ad quem omnes omnium rectæ cogitationes, honesti conatus, Præclara denique opera referri debeant. Multa huius rei argumenta sunt, sed nullum grauius, nullum ad laudem tuam illustrius, Pii Pontificis Maximi testimonio: qui eximiis tuis uirtutibus commotus, summa omnium uoluntate, ad suorum te numerum adscribere, & in amplissimum sanctissimumque ordinem cooptare uoluit. Quamobrem cum omnium mentes in te conuersæ sint, omniumque de aliqua laude cogitantium te spectet industria, probabilem & satis idoneam caussam me habere sum arbitratus, cur hoc meæ operæ studiique monumentum, qualecunque id tandem foret, tuo nomini inscribendum esse decreuerim. Quod quidem uel ob eam maxime caussam te non improbaturum esse confido, quòd coniunctum habeat studium & industriam Marci Antonii Passeri mei eiusdemque tui doctoris, omniumque huius ætatis philosophorum facile principis: qui in hos eosdem ac reliquos Aristotelis Libros Auerrois Arrabis Commentatos, singulari diligentia certissimoque iudicio excussit, & infinitis propemodum mendis inquinatos, suæ integritati restituit. quæ res quantum adiumenti philosophiæ cupidis hominibus sit allatura,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola Dedicatoria.

non est huius temporis exponere. Neque sane faciam, ut in eius uirtutis laudes ingrediar, quòd & plane superuacaneam operam susceperus sim, & nullum exitum inuentura sit oratio. Nam summam hominis doctrinam, ingenium planè diuinum, acerrimum iudicium, omnes nationes gentesque iam norunt, ac prædicant: utque eum e superiori loco de abditissimis philosophorum decretis audiant disserentem, frequentes quotannis Patauium confluunt. Quod superest Clariss. Cardinalis, lucubrationem hanc meam, non ex ipsa re quam longe infra tuam dignitatem esse constat: sed ex mea in te obseruantia ponderes uelim.

Vale.

Patauii. VII. Kalen. Iulii.

M D LXII.

DE ORDINE LIBRORVM NATVRALIVM ARISTOTELIS DISPVTATIO EX LECTIONIBVS M. A. PASSERI IANVÆ EXCERPTA.

Libros naturales eo ordine digessit Aristoteles, quo natura ipsa in rerum naturalium generatione uti solet. Res.n. naturales, vt quę compositę sunt, ex principijs suis essentialibus ijsq; primis, pendeant necesse est. quo in genere est materia prima, & mouens primum: ex quibus formæ eliciuntur: quæ res naturales vt actu sint efficiunt, quasq; proprij fines consequuntur. Quamobrem cum ex his tribus res naturales originem ducant, iure optimo primum in generatione locum habere debent. Hoc mirsi naturæ artificium imitatus Aristoteles, ordine doctrinæ libros de Auscultatione Physica primo loco audiendos esse voluit. in quibus præcipue de materia prima, deq; mouente primo, doctrinam complexus est. Quibus proportione respondentes, libri de Cœlo & simplicibus corporibus, secundum obtinent locum. nã cœlestia corpora agentem causam & mouentem: grauia & leuia materiam, tametsi proprie magis, prę se ferunt: quippe quę proximè immediateq; res naturales constituant. Corpora simplicia illa sunt, quæ vt elementa cognoscuntur, quandoquidem ex eorũ mixtione naturalia, quæ uere pendent à principijs, componuntur: quibus elementa illa veluti materia subiiciuntur. Sol vero in obliquo circulo conuersus, cum motu mobilis primi, vt agens illis eisdem comparatur. Itaq; omnes istos libros de principijs appellandos esse censendum est. Quapropter libri de Generatione & interitu, tertium locum tenent, ita vt horum trium librorum ordini, quæ ab Aristotele in prologo de Physica auscultatione dicta sunt, facile respondere videantur, à principijs scilicet & causis, vsq; ad elementa. His demũ sic ordinatis liber Meteorologicorum annumeratur, ordine quartus: at primus naturalium, quæ vere ex principijs esse dicuntur & appellantur mixta. Et primo quidem quæ imperfecta sunt occurrunt: is. n. ordo. naturę est, vt ab imperfectis exordiens in perfectiora ac demũ perfectissima generationem terminet. Post hunc qui de his tractat quæ ex terræ visceribus effodiũtur, quin-

tus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus sequitur liber. Quibus ad hunc modum distributis, qui lo-
co sextus sequi debeat, non eadem est apud omnes opinio, cum de
animatis deinceps agendum sit. Qua de re dubium est, num de
anima prius, postea de animatis tractandum sit. Deinde si de
animatis ratio obtineat, prius ne de stirpibus quæ vegetatiua dū
taxat viuunt uita, an de animalibus quæ præter hanc, etiam sen-
sitiuam habent. Nam qui de anima agendum prius esse uoluere,
ac proinde sextum obtinere locum, fuere Auicenna & Latini, his
moti rationibus. Nam sermo de anima, vniuersalior est, quam de
eadem, vt vegetatiua, & vt sensitiua dicitur: quare de ea prius
agendum esse persuadet ratio, sicuti in libris de anima etiam ob-
seruauit ordinem hūc Aristoteles, qui prius animā in communi,
mox vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem definiuit. Altera ra-
tio ab animatis veluti a causatis accepta est. Causata enim perfe-
cta notitia cognosci non possunt nisi per suam causam, eamq;
formalem, vt ex Auerroe Post: primo. comm. trigesimoquinto
habetur. Ergo vt animata perfecte cognita sint, eorum causam &
formam quæ anima est, prius cognitam esse supponunt. Ex aduer
so sunt plerēquę Aristotelis auctoritates. Nam in libello de par-
» tibus ad motum vtilibus, inquit, Quæ circa progressum anima-
» lium, & circa omnem secundum locum mutationem hoc modo
» se habent, his determinatis, consequens est speculari de anima.
Sequitur itaq; librum de partibus, animæ scientia. Idem in pri-
» mo de partibus animalium dicit, Sed cum satis de his egerimus,
» nostrāmq; explicuerimus sententiam, restat ut de animāte natu-
» ra disseramus. Quare post libros de partibus, liber de Anima col-
locandus est. non itaq; sextus erit. Dubium hac ratione nascitur
quis tandem hic locus sit, Inter græcos & Auerroē conuenit locū
libri de Anima octauum esse debere. At quomodo è sexto in octa
uum locum proficiscatur ordo, controuersia est. Auerroes Meteo
rorum primo cap. primo ordinauit, ut videtur sexto loco librum
de Plantis, septimo de Historia Animalium, octauo de partibus,
& de Anima. Alij vero sexto, libros de Animalibus, septimo de
Plantis, octauo de Anima. Ex horum dissensione uenit explican-
da hæc difficultas de ordine librorum, de stirpibus, & de anima-
libus: prius tamen positis vtriusq; sectæ rationibus, & illius quā
Auerroes sequi voluit. Nam simplicium notitia, eam quæ com-
positorum est, ordine præcedit. Quare liber de Stirpibus, librum
de animalibus præcedere debet. Præterea, ea proportionet respō
det animatum animato, qua animæ anima, secundum cognoscen
di ordinem: sed præponitur vegetatiuæ animæ notitia in libro de

de Anima, cognitioni animæ sensitiuæ: quare eadem ratione &
stirpes animalibus in cognitione præponi debent. Rationes de-
inde ex aduerso positę sunt: Animalia stirpibus notiora nobis sūt,
quare & illis in cognitionis ordine priora esse debent. Nam pe-
rinde se habet in ordine cognoscendi perfectum animal ad im-
perfectum, vt animalia ad stirpes. Habent enim quæ perfectio-
ra animalia sunt conspicuas ac manifestas partes magis, quam
imperfecta: vt ex procedendi ordine in libro de Animalium histo
ria colligitur: ubi de homine prius, quam de cęteris agit: quam
eandem rationem animalia ad stirpes tenēt: quinimo animalium
veluti exemplaria quædā stirpes sunt: nam cutis corticem, & ca
ro lignum præferunt. hoc Aristotelem voluisse dictum illud in si-
» ne de longitudine, & breuitate vitę cōfirmat. Sed de hoc secundū
» se in his quæ de plantis determinabitur. Postponitur itaq; plan-
tarum notitia animalium cognitioni.

Quid autem in hac interpretum dissensione dicendum sit,
Deo. Opt. Max. Fauente dicamus, præposita prius distinctione
ex Auerroe, Meteororum primo capit. primo. collecta. Librorum
qui de animatis tractant ordinem, partim habere quid necessa-
rium, partim quid vt melius: quod & Auicenna voluisse vide-
tur, dicens, cum posuerit animam in sexto loco, si quis ordinem
hunc imitare voluerit, non calumniabimur illum. his positis, quē
inter animata ordinem tenemus, tribus propositionibus comple
xi sumus, quarum prima sit, Plantarum notitia, vniuersę quæ
de animalibus est cognitioni postponenda est. Secunda, liber de
animalium historia, sextum locum tenet. mox septimum, libri de
partibus ac de incessu animalium. Tertia, liber de anima. His sic
ordine dispositis octauum locum iure obtinere debet. Propositio
prima ex Aristotele confirmatur, ex primo & nouissimo contex-
» tu Meteororum. In primo inquit, secundum inductum modum
» de animalibus & plantis. In vltimo, & tandem ex his constitutū
» hominem & plantam. Et aduertendum, quod si aliter reperiatur,
ibi ordo non esset: nam tūc ordinem esse inter ordinabilia cognō
scimus, quando in principio uel medio uel fine librorum dicta cō
cludit, & dicenda proponit: vt in dictis locis, atq; in fine de longi
tudine & breuitate vitæ obseruauit. Hac ratione quæ ex Auerroe
in oppositum dicta sunt, facile diluuntur. Nam tunc a simpliciori
bus ordimur, quando quæ composita magis sunt, illis notiora nō
fuerint. incepit Aristoteles à compositis ad simplicium notitiam
progrediēs, vt notauit Auerroes primo de auscultatione Physica
com. 3. quia principijs quæ simplicia sunt, cōposita sunt notiora.

Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundum quoque non vrget. quandoquidem in libris de Anima naturæ ordinem obseruare uoluit, acturus de eius partibus: ea ratione de vegetatiua prius egit: quæ, sensitiua posita, ipsa necessario ponitur. At contra non contingit. Hic uero cognitionis ordinem obseruandum esse voluit, quia sic melius esse cognouit, ut ex Auerrois distinctione posita manifestum est. Secunda etiam propositio manifesta est. Nam quæ in musica, v.g. vt quia sunt habentur, in Arithmetica propter quid sunt, demonstrantur: sic & de Geometria atq; Astrologia in pluribus apparet. Hac ratione sub alternationem scientiarū, quæ sic se habent, posteriorum primo Aristoteles esse voluit. At si duo hæc quæsita, Quia scilicet & Propter quid, diuersas inter se scientias facere possunt, cur & in eadem scientia genere diuersas partes minime facere possunt: præsertim cum sic requirat noster cognoscendi modus: qualis in animalibus conspicitur, vbi ea prius esse cognoscere oportuit, ut in libris de historia factū est: mox ex quibus essentialiter cōponantur, quod cū scimus, pp quid ipsa sunt cognoscimus. Neq; impedimento esse potest si quispiam dixerit in eadem parte scientiæ, & quia & propter quid eiusdem effectus esse: quandoquidem particulare aliquod quæsitum hoc modo sciri contingit, vt vbi de compositis omnibus, vt de animalibus, cum eorum proprietatibus, deinde de illorum causis agendum fuerit, non eandem, sed diuersas partes requirunt. confirmatur Aristotelis auctoritate, secundo de partibus animalium cap. primo. Ex quibus & quot numero membris singula animalia constarent libris historiarum qui de his scripti à nobis sunt planius explicauimus, nūc quas ob causas ita se habent cōsideremus. Idem in libello de incessu. Quod, si hoc contingat modo ex naturali palam est historia. Quam autem ob causam, nunc est inuestigandum. Tertia propositio, & ratione & auctoritate confirmatur. At priusquam in hanc descendamus, notandum proponimus, quod uniuersa de animalibus disciplina, tribus cognitis absoluitur, atq; perficitur: quorum primum est essentia animalium cum sibi proprijs operationibus. Secundum animalium generatio, qua animal vnumquodque, & gignitur, & successiua perenniq; generatione conseruatur: tertium vita, & mors. Antecedit enim animalium essentia, mox sequitur generatio, postremo vita & mors. Tria plane hæc, cōsusa quadam ratione in libris de historia docuit Aristot. Etenim inter initia ad quintum vsq; librum quid sit essentia cū proprietatibus: in quinto secundum posuit, de generatione scilicet: in octauo posteremū, quæ ad vitam attinent & mortem, perfecit. His respondentes essentiales

sentiales causæ, in his qui sequuntur libris reperiuntur: Et prima quæ materialis causa est: mox sequit forma. natura. n. hoc nimirū procedit modo in generatione rerum, cum materiam prius præparet, ex qua quidem forma in actum & perfectionē ducitur, ac demum compositum naturale resultat. Hunc etiam ordinem in primis principijs obseruauit. Primo. n. de materia prima in primo de Physica auscultatione pertractauit. mox de forma in secundo. Quapropter post de Historia libros, sequentur libri de partibus: Et de his quæ ad incessum faciūt vt materia, septimo loco determinauit: Post hunc, de anima octauo, vt de animalibus forma differuit. Vnde ex materia illa & forma ista tota animalium habetur essentia, atq; animalium quæ consequuntur propria: quandoquidem quæ essentiales causæ sunt, & compositorum causæ sunt, & proprietatum quæ composita illa cōsequuntur. Quorum prima, sensus & motus sunt. his enim ipsis animatum ab inanimato differt ex Arist. sententia primo de anima 19 & secundo 14. 16. Veruntamen animalium cum propria magis operatio sentire sit, & his primo sensibus qui extrinsecus sentiendi occasiones suscipiunt: idcirco inter libros de propietatibus liber de sensu & sensili primum locum tenet. secundum qui de intrinsecus operantibus: qualis est liber de memoria ac reminiscentia. quos omnes sensus sua sequitur passio. Hac ratione liber de somno & vigilia tertium locum tenet. Quibus expeditis sequitur liber quarto loco, qui proprietatem alteram declarat quæ motus est, atq; de illo in communi tractationem continet. De quibus omnibus proprietatibus confusa quadam notitia in quatuor primis de Historia egit Aristoteles. Quintum deinde locum tenent de generatione Animalium libri, quibus confusè admodum respondent libri de Historia quinto ad octauum vsque. In residuis eadem cognitione respondent his qui distinctè agunt libris de vita & morte, cum sibi cognatis: quorum primus de longitudine & breuitate vitæ differit. secundus de iuuentute & senectute. tertius de inspiratione & exspiratione. vltimus de vita & morte. His sic demonstratis satis manifestum est de anima tractationem, octauū locum obtinere. Quod etiam Aristoteles persuader in fine de progressu animalium dicens. His autem sic determinatis proximum est de anima contemplari. Isti sententiæ aduersari videtur ratio ex dictis Auerrois collecta primo de anima commento secundo, vbi de vtilitate agit inquiens, Necesse est vt scire de anima sit necessarium in cognitione animalium, non tantum vtile. Ex quibus dictis facile colligitur cognitionem de anima præcedere illam quę de animalibus habetur, si

animalia

Universidad de Deusto
Biblioteca

A animalia perfecta notitia cognosci debeant. Altera ratio quæ eũ sententia nostra pugnat, hæc est: Nulla est animalis pars quæ animata non sit, vt ex paraphrasi Auerrois super primo de generatione animalium colligitur. Non enim ex pluribus partibus inanimatis corpus vnum animatum componi potest. itaq; cognitio de partibus animalis ã cognitione de anima pendere videtur. Quare quæ de anima est notitia, prior illa est quæ de animalibus tractat. Quibus obiectis sic satisfaciendum esse puto. Primò totũ concedendo, scilicet ad perfectam animalium notitiam necessarium esse animam prius cognouisse: cum vero infertur, ergo liber de anima libros de animalium partibus præcedere debet, consequentia neganda est. Nam ad perfectam animalium notitiã cum ex materia & forma composita sint, vt tranq; illam causam cognosci oportet, tum materiam tũ etiam formam: & materiam prius, si naturam generationis ordine sequemur. Quem eundem ordinẽ obseruauit in doctrina Aristoteles, ut dictum est: Animalium materia partes animalium sunt: eorundem forma anima est: quibus cognitis tota animalium substantia cognita est, cum ex his duabus partibus materia & forma essentialiter resultet. Talitaq; ordine anima vt forma secundum perfectam notitiam animalia præcedet. Alterum quoque diluitur argumentum. Nam animalium partes & si animatæ sunt, non tamen vt tales in libris de partibus considerantur, sed vt similares dissimilaresque sunt, & quanta: non aũt ut animatæ sunt. Ad rationes quibus Auicenna & latini mouebãtur, dicẽdũ: Ad primã, quod ratio eodem modo non concludit: Diuersimode.n. comparatur anima animalibus, & partibus suis, quæ animæ sunt. Namq; anima animalibus vt pars est & forma: At suis cõparatur partibus vt totum quiddã est, & vniuersale. Hac plane ratione prius ipsam in vniuersali, mox secũ dũ vnam quãque eius partem in secundo de anima definiuit Aristoteles. At considerata anima hoc ordine vt eũ animalibus cõparatur vt pars & forma, non sextum sed octauum locum vt dictũ est tenere debet. Ad reliquam rationem responsio ex dictis manifesta est. Non enim animalia vt causata cognosci perfecte possent, nisi eorum materia & forma cognitis: videlicet partibus & anima, ex quibus secundum essentiam animalia dependent. Quare anima hoc ordine octauum & non sextum locum obtinebit, ut probatum est.

INDEX SVMMARVM ac capitum librorum trium de Anima.

Summæ ac Capita Primi libri de Anima.

Summa Prima. Proponitur nobilitas, ac difficultas scientiæ ipsius animæ. fo. 1.

Quas ob res Animæ cognitio & nobilis sit, & difficilis. Cap. 1. 1.

Differenter definire Naturalem, ac dialecticum. Cap. 2. 8.

Summa Secunda. De antiquorum opinionibus circa Animæ essentiam. 9.

Summa Tertia. Confutantur Antiquorũ opiniones de Animæ essentia. Adduntur q; nonnullæ circa ipsius vnitatem difficultates. 18.

Diluuntur opiniones Animam moueri differentes. Cap. 1. 18.

Confutatur opinio, Animam harmoniam esse asserens. Cap. 2. 29.

Examinatur dubitationes nonnullæ Animam moueri persuadentes. Cap. 3. 32.

Animam non esse mouentem se ipsum mouentem. Cap. 4. 34.

Animam ex subtilissimo corpore non componi. Cap. 5. 37.

Animam non esse ex elementis compositam. Cap. 6. 38.

Nonnullæ proponuntur difficultates de ipsius Animæ vnitate, ac partibilitate. Capu. 7. 45.

Summæ ac Capita Secundi libri de Anima.

Summa Prima. Inuestigat, ac tradit Animæ definitionem. 48.

Traditur Animæ definitio declarans tam quid de quod est. Cap. 1. 48.

Traditur Animæ definitio propria, s. per ipsum rei causam. Cap. 2. 55.

Summa Secunda. De Animæ potentiis earũ ordine, ac quo pacto desinire debeãt. 62.

Summa Tertia. De potentia animæ vegetatiua. 66.

Explicantur Animæ vegetatiuæ operationes, & arguuntur q; Empedocles de alimenti causa. Cap. 1. 66.

De virtutis vegetatiuæ obiecto, Alimento scilicet Cap. 2. 72.

Summa Quarta. De potentia animæ sensitiua. 76.

Sensum passionem esse, eumq; aliquando potẽtia, aliquando uero actu esse: pati aũt tũ a simili, tũ uero a dissimili. C. 1. 76.

Sensibilia alia per se esse, alia uero per accidens: per se autem, alia propria, alia communia. Cap. 2. 82.

De uisu, uisibili bus, ac medio, perspicuo, ac lumine. Cap. 3. 83.

De auditu, sono, ac medijs. De ipsa Echo: ac etiam de Voce Cap. 4. 90.

De olfactu, olfactibili, ac medijs. Ca. 5. 98

De gustu, & gustabili. Cap. 6. 102.

De tactu, tagibilibus, ac medio. C. 7. 106

Sensus recipere sensibilia sine materia. Cur sensibilium excedentiæ corrumpũt ipsa sensoria. Item quo pacto nõ sentientia a sensibilibus patiantur. Ca. 8. 114.

Summa Quinta. Nõ dari sextum sensum. Curq; non unũ, sed plures habeamus sensus. redditur causa. 116.

Summa Sexta. Quæstio an eodẽ, quo sẽtimus sensu, etiam sentire nos percipiamus: sensusq;, quem communem appellamus, explanatio. 121.

Summa Septima. Ponitur differentia inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire: inuestigaturq; ipsius imaginationis essentia. 128

Non esse idem intelligere, ac sapere cũ ipso sentire. Cap. 1. ibidem.

Probatur imaginationem non esse sensum, nec scientiam, nec intellectum nec opinionẽ: traditurq; eius definitio. Cap. 2. 131.

Summæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index

Summæ ac Capita Libri Tertij de Anima.

Summa Prima. De potentia Animæ intellectiua. fo. 236

De intellectus possibilis essentia. Ipsius impassibilitatem non esse similē ei, quæ sensus. Et quando intellectus hic in actu esse dicatur. Cap. 1. 136.

Quo pacto intellectus potestatis materialis, ac eorum formas, similiter et ea, quæ sunt in abstractione intelligat. Quo etiā pacto intelligat, si est impassibilis. Quo modo seipsum intelligit. Et cur non semper intelligat. Cap. 2. 155.

De intellectu Agente. Cap. 3. 160.

De intelligibilibus, ipsius intellectus obiectis: quibusq; ipsius intellectus operationibus intelleguntur. Cap. 4. 165.

In multis intellectum sensumq; conuenire. De intellectu practico, ac ipsius à speculatiuo differentia. Quo etiam pacto ea, quæ abstractione dicuntur, intelligantur. Cap. 5. 168

Animam quodammodo esse omnia, & rerum formas: ipsamq; nō sine phantasmatibus intelligere. Cap. 6. 187

Summa Secunda. De potentia Animæ uegetiua. 189.

Redarguitur quædā animæ diuisio: ac dubitatur quid id esse possit, quod motum localem animal mouet. Cap. 1. 189.

Quod intellectus, ac uoluntas causa sint localis motus in animalibus. Item quo pacto fiat iste motus. Cap. 2. 192.

Quid sit mouens in imperfectis animalibus: & quomodo eis insit. Cap. 3. 197.

Summa Tertia. Quæ animæ potentiæ quibus animatis necessario insint. 198

Nutritiuam animam omne uiuens necessario habere: sensum uero tactus ipsum animal: atq; etiam gustum, cum sit tactus quidam. Cap. 1. 199.

Animalis corpus simplex esse minime posse: eorum sensus tactus sit ex necessitate, cæteri uero sint ad bene esse. Cap. 2. 202.

Errata in Sophiani interpretatione corrigenda.

Pag.	4	A	xqui Corrige equi
Pag.	13	A	habetatione hebetatione
Pag.	34	B	diuuus diuinus
Pag.	40	A	eum ens cum ens
Pag.	42	C	latinis lationis
Pag.	44	B	dissimilarū distimilarium
Pag.	46	B	patibile parubile
Pag.	54	B	amisiū amisit
In eadem		F	ac de nima ac de anima
Pag.	55	C	diferere differere
Pag.	57	F	ea partem eam partem
Pag.	60	B	adiūt oēs hęc hæadsūt oēs
Pag.	67	B	perfecta sunt perfecta sint
Pag.	71	C	sub eit subest
Pag.	76	C	aut impossibi, dictum aut impossibile, dictum est
Pag.	82	B	dnoquidem per se unum, duo quidem per se, unum
Pag.	85	F	in quo ante in quo autem
Pag.	93	D	qua pupilla obteguntur quę pupillę obtenduntur,
Pag.	101	D	fœudæ fœtidæ
Pag.	107	F	statim peræque statim ea tacta peræque
Pag.	112	F	tali illud tale illud
Pag.	135	D	alalia alia, alialia: alia,
Pag.	136	B	diffentiam differentiam
Pag.	160	E	hæc adsūt hæ adsūt
Pag.	167	F	induisibili indiuisibili
Pag.	172	A	vt illa iter se, vt illa inter se
Pag.	167	F	est sciennale & scientiale
Pag.	188	D	in postilla, esse sensibilia esse sensibilium
Pag.	100	B	ne ingenerabilem quidem ne ingenerabile quidem,

ARISTOTELIS DE ANIMA LIBER PRIMVS,

Cum Auerrois Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponitur nobilitas, ac difficultas scientiæ Animæ.
In Secunda Antiquorum narrantur opiniones de Animæ essentia.
In Tertia eadem confutantur opiniones: Addiscunturq; nonnullæ circa Animæ ueritatem quæstiones.

SVMMAE PRIMAE. Cap. 1.

Quæ ob res Animæ cognitio & nobilis sit, & difficilis.

ANTIQVA TRANSLATIO.

A Bonorum & honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut secundum certitudinē, aut ex eo quòd meliorumq; & mirabiliorum est, propter utraq; hæc, animæ historiā rationabiliter utiq; in primis ponemus.

MICHAELIS SOPHIANI INTERPRETATIO.

A *Cvm omnem scientiam rem pulchram ac honorabilem esse existimemus, aliam tamen magis alia, vel quòd exquisitior, vel quòd rerum præstantiorum & admirabiliorū sit, propter vtraq; hæc, scientiam quæ de Anima habetur, iure optimo in primis ponendam esse duxerimus.*

* alt præclarā, nobilē, præsam

ἱστορίαν

AVERROIS TEXTVS.

C Quoniam de rebus honorabilibus & delectabilibus est scire aliquid de rebus, quæ differunt ab inuicem, aut in subtilitate, aut quia sunt cognitæ per res digniores, & nobiliores, rectum est propter hæc duo ponere narrationem de anima positione præcedenti.

1 Intendit per subtilitatem confirmationem demonstrationis. Et intendit per hoc, quod dixit aut quia sunt cognitæ per res digniores & nobiliores, nobilitatem subiecti. Artes enim non differunt abinuicē, nisi altero istorum duorum modorum, scilicet aut cōfirmatione demonstrationis,

Differēcia in nobilitate scientiarum.

aut nobilitate subiecti, aut vtroq;. v. g. qm̃ Geometria excedit Astrologiam per confirmationem demonstrationis. Astrologia autem excedit illam nobilitate subiecti. Et dixit, necessarium est propter hæc duo, &c. ideſt necessarium est, quia hæc duo inueniuntur in scientia de anima, vt procedat sermo de ea ante alias scientias. Et manifestum est consydet antebus: quoniam subiectum huius scientiæ est nobilius alijs: & similiter demonstratio eius est magis firma. Et incœpit sermocinari ita. Qm̃ de rebus, &c. inducendo homines ad amorẽ scientię, & sermo eius est in forma syllogismi categorici. & quasi dicit &, quia nos opinamur q̃ cognitio est de rebus honorabilibus, & delectabilibus, & q̃ scientiæ superant se aduicem, aut propter confirmationem demonstrationis, aut propter nobilitatem subiecti, aut propter vtrunq;, sicut inuenimus in scientia de anima, scilicet quia superat in his duobus alias scientias, præter scientiam Diuinam: necessarium est opinari q̃ scientia animæ antecedit alias scientias: & ideo posuimus eam inter omnia quæsita positione præcedenti.

Scia ď alia oés scias excedit in nobilitate subiecti, & certitudie demõstrationis, excepta diuina.

SOPH.

Videtur autem ad veritatẽ omnem cognitio ipsius multũ proficere: maxime aũt ad naturã: est enim tanquã principiũ aſalium.

Videtur autem cum ad omnem veritatem cognitio eius magnopere conferre: tum præcipue ad naturam: est enim quasi principiũ animalium.

Et nos videmus etiam q̃ cognoscere eam adiuuat magno iuuamento in omni veritate: & maxime in natura: est enim quasi principium animalium.

*a.l. quodam.

Cũm demonstrauit causam, propter quam debet esse hæc scientia magis honorabilis, & præcedens alias scientias nobilitate, incœpit etiam demonstrare vtilitatem huius scientiæ, dicendo Et nos videmus etiam q̃ cognitio, &c. Et intendit per omnem veritatẽ scientias speculatiuas. & intendit per hoc, quod dixit & maxime in natura, ideſt & maxime in scientia Naturali. Deinde dedit causam, propter quam magis adiuuat Naturalem scientiam q̃ aliam, dicendo est enim * quasi principium animaliũ. i. & causa in hoc est, quia cognoscere de animalibus est maxima cognitio partium naturalium: & anima est principium animalium. vnde necessarium est vt scire de anima sit necessarium in cognitione animalium, non tantum vtile. Et debes scire q̃ iuuamẽtum scientiæ animæ ad alias scientias inuenitur tribus modis. Quorum vnus est fm q̃ est pars illius scientiæ: immo nobilissima partium eius, sicut habet dispositionem cum scia Naturali. Animalia enim sunt nobilissima corporũ generabilium, & corruptibilium. anima autẽ est nobilios omnibus, quæ sunt in animalibus. Secundus est, quia dat pluribus scientijs plura principia: vt scientiæ Morali, s. regendi ciuitates, & Diuinæ. Moralis enim suscipit ab hac scientia vltimum finem hois, in eo q̃ est homo, & scientiã suæ substantiæ, quę sit. Diuinus autem suscipit ab ea substantiam subiecti sui. hic enim declarabitur, qm̃ formæ abstractæ sunt *intelligẽtiæ, & alia multa de cognitione dispõnum consequentiũ intelligentiam, in eo q̃ est intelligẽtia & intelligi-

Dócuſñ. Iuuamẽtũ scię aię ad alias scias inuenit tribꝰ modis.

Idem. 12. Meta. 36. & 2. Celi. c. 61 vide ſc. 3. huius c. 5. Ifolone qõnis tertiæ.

*a.l. intelligentes.

Tertius vero est commune iuuamentum: & est facere acquirere confirmationem in primis principijs. quoniam ex ea acquiritur cognitio causarum primarum propositionum, & cognitio alicuius per suam causam est magis firma, quàm sui esse tantum.

Inquirimus autem cõsiderare & cognoscere naturam ipsius & substantiam: postea quæcunq; accidunt circa ipsam: quorum aliæ propriæ passiones animæ esse videntur: aliæ autem communes et animalibus propter illam inesse.

Quærimus autem speculare et cognoscere naturam eius & substantiam: deinde quæ circa ipsam accidunt: quorum alia propriæ passiones animæ esse videntur: alia propter illam etiam animalibus inesse.

Et quæsitum est scire naturam, & substantiam eius: postea autem omnia, quæ accident ei. & existimatum est quòd horum accidentium quædam sunt passiones propriæ animæ, & quædam accidunt corpori propter animam.

Cũm demonstrauit vtilitatem huius scientiæ, incœpit demonstrare intentionem suam dicendo. Et quæsitum est, &c i. & illud, quod quærendũ est in hac scientia, & perscrutandum, est scire animæ naturam, i. substantiam eius. deinde scire omnia contingentia ei: sicut est de alijs consyderatis in scientia Naturali. *Cognitio enim cuiusliber generis, & speciei nõ complebitur nisi per cognitionem substantiæ illius speciei, & per cognitionem eorum, quæ contingunt ei, vt dictum est in Posterioribus analyticis. D. d. & existimatum est, &c. i. accidentium autem contingentiũ animæ quædam sunt, vt existimatur, passiones, quæ appropriantur animæ, scilicet anima non indiget corpore in habendo has passiones, verbi gratia vt imaginatione per intellectum. quædam autem reputantur indigere corpore, & q̃ non cõplebuntur nisi per vtrunq;, s. anima & corpore. Et hoc intendebat, cũm dixit. & quædam contingunt corpori propter animam: & hæ sunt passiones attributæ virtuti concupiscibili, s. animæ, quæ desyderat, & fugit. Et induxit hanc diuisionem in accidentibus animæ: quoniã illud, quod est magis desyderatum de passionibus animæ, est vtrum possit esse de eis abstractum aliquid, aut non: quod impossibile est, nisi sit aliquod earum proprium animæ sine corpore. Et potest intendere per passiones proprias animæ, eas, quæ primitus existunt in anima, & secundo in corpore: vt sensus, & imaginatio. & intendit per alias, eas, quæ existunt in anima propter corpus, vt somnum, & vigilias. & sic comprehendit in hoc sermone omnia, quæ contingunt animæ, & attribuuntur ei.

*Cognitio cuiusliber gẽris, et speciei eiꝰ nõ cõplet nisi per cognitionẽ substãtię illiꝰ spẽi p cognitionẽ eoꝝ, q̃ cõtingũt ei. Idẽ 1. Poſ. t. c. 43.

Illud, quꝰ magis dſiderãtũ est de passionibꝰ aię ũtrũ ſ. eis possit esse aliqd abſtractũ, vt nõ. idẽ infra. c6. 12.

Omnino autem & penitus difficillimorum est, accipere aliquã fidem de ipsa: cùm enim sit quæstio cõis, & multis alijs: dico aũt eam quæ est circa substantiam, & eam quæ quid est, fortassis aliquo videbitur vna quædam methodus esse de omnibus, de quibꝰ volumus cognoscere substantiam, sicut & eorum quę sunt secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum accidens propriorum, demonstrationem: Quare quærendū D
vtiq; erit methodum istam.

SOPH. *Verum vsquequaq; difficillimum est aliquam de ea fidem cōsequi: cum enim illa quæstio communis sit etiam alijs compluribus, intelligo autem eam quæ circa substantiam versatur & ipsum Quid est, fortasse putauerit quispiam vnam esse methodum in ys omnibus, de quibus volumus cognoscere substantiam, vt etiam proprium eorum quæ ex accidenti sunt, demonstrationem: quare quærēda fuerit hæc methodus.*

Et valde est difficile, & graue inuenire aliquid firmum in esse eius ex hac perscrutatione. Quoniam hęc perscrutatio, quia est cō munis alijs multis modis, scilicet perscrutatio de substantia eius, & de ea quid sit, necesse est existimari ꝙ via in omnib⁹ rebus, quarum substātiam volumus cognoscere sit eadem: quemadmodum via demonstrationis in passionibus contingentibus substātiæ est eadem. quapropter necesse est hanc viam declarare.

4 Cùm demonstrauit ꝙ quærenda in hac scientia, sunt principia duorū generum, quorum vnum est scire substātiam animæ, & aliud est scire ea, quæ contingūt substantiæ, incœpit primo demonstrare ea, pp quę est difficile scire substantiam eius: & est difficultas cognitionis viæ & regulæ, ex qua pōt quis inuenire suā definitionē. Et dixit. Et valde est difficile, &c. idest & valde est difficile in cognitione definitionis animæ habere regulam, & viā, ex qua possim⁹ scire definitionē veram, i. viam inducentē nos ad suā definitionem perfecte. qm̄, si talem regulam habuerimus, tunc facile erit cognoscere definitionē animæ. Deinde incœpit demōstrare modum, pp quem difficile est inuenire talem viā, & dare dubitationes, quæ contingunt pp hanc difficultatē, & dixit. Qm̄ hæc perscrutatio, quia est cōis, &c. i. & causa huius difficultatis est: qm̄ hæc perscrutatio de aīa, quæ est quærere cognitionē substantiæ eius, quæ est cōis ei, & oībus rebus, quarum substantia est quærenda, pōt quis dicere ꝙ via, qua vlt perueniunt ad cognoscendū definitiones rerū, eadem est in quærendo cognitionem substantiæ eius, & aliarū substantiarum omniū rerū quęrendarū. Et dat rationē super hoc, dicendo, qm̄ quemadmodum via, qua fit demōstratio super passiones, quæ contingunt rebus, est eadem via in anima, & in alijs ita est in via cognitionis substantię: vnde necesse est scire istam viam, quę fit. quod est valde difficile. Et, cùm narrauit difficultatē contingentē dicenti ꝙ ista via est eadem, qm̄ quærendum est ab eo scire illam viam, quę fit, incœpit demōstrare difficultatē cōtingentē dicēti ꝙ ista via nō ē eadē.

Si aūt non est vna quædam & cōis methodus de eo quodquid est, amplius difficilius ē negociari: oportebit enim accipere circa vnumquodq; quis modus: cum autem manifestum fuerit vtrum demonstratio aliqua sit, aut diuisio, aut aliqua alia methodus, adhuc

A huc multas habet dubitationes & errores, ex quibus oportet quę-
rere: alia enim aliorum principia, sicut numerorum & planorum.

Sin autem non vna sit & cōis methodus de ipso Quid est, longe difficilior sit pertractatio: oportebit enim inuenire in vnoquoq;, quis modus. Vbi autem manifestum fuerit, vtrum sit demonstratio, vel diuisio, vel etiam alia quædam methodus, adhuc multæ sunt quæstiones & errores ex quibus oporteat quærere: alia enim aliorum principia sunt, velluti numerorum & planorum.

Si autem ista via non fuerit eadem, & cōis tunc erit magis difficile illud, quod quæsitum est. necessariam enim erit inuenire aliquam viam in vnaquaq; rerum, & scire illam viam, quæ sit. Et, si fuerit declaratum vtrum sit demōstratio, aut diuisio, aut alia via, post remanebunt plures dubitationes in eis, ex quibus debemus quærere. principia enim rerum diuersarū sunt diuersa, verbi gratia principia numerorum, & superficierum.

1 Intendit, & si hæc via, qua imus in inueniendo definitiones rerū, & cognoscendo substantias earū, non fuit eadem, & cōis omnibus rebus, quarum definitiones sunt quærendæ, sed plures vna, tunc illud, quod quæsitū est de cognitione substantiæ aīæ, magis erit difficile. necessariū est enim tunc scire primitus in vnaquaq; rerū, quarū definitio est cognoscenda per aliquam viam propriam illis rebus, quarū substantiæ sunt cognoscendæ. Et, cùm fuerit declaratū à nobis illam viā esse, & esse vnam, tunc necessarium est nobis post scire illā viam, quæ sit: vtrum demonstratio, vt dicebat Hippocrates: aut diuisio, vt Plato dixit: aut alia via, vt via cōpositionis, quā Aristo. dedit in Posterioribus. &, cùm hoc fuerit declaratum, remanebunt post multæ dubitationes, & loca erroris in reb⁹, ex quibus, opꝫ quærere cognitionē definitionū rerum. necesse est enim cum cognitione ipsius viæ scire prīcipia ꝓpria cuilibet generi generū speculādorū. Principia enim rerū diuersarū genere sunt diuersa. vnde cognitio ist⁹ viæ nō sufficit in scire defiōnes rerū, nisi scita fuerint principia propria illis rebus a priꝫis. *nā defiōnes nō cōponunt nisi ex principijs proprijs, q̄ sunt in re.

De mō venāndi definitionē triplex fuit opinio. Pro opsone Aristo. vide 6. Met. cō. 1. Principia rerū diuersaꝝ genera sunt diuersa. qd quo sit intelligēdū. vide 12. Meta. cō. 22.

*Defiōnes non cōponunt nisi ex principijs q̄ sūt in re. vide consc. 1. Phy. & 2. Phy. vtro. huq; 28. c.

Primum autem fortassis necessarium est diuidere in quo genere sit, & quid sit. Dico autem vtrum hoc aliquid & substātia, aut qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud diuisorum prædicamentorum: adhuc autem vtrum eorum quæ sunt in potētia, aut magis entelechia quædam, differt enim non aliquid parum.

Principio fortè necessarium fuerit explicare, quo in genere sit, & quid sit: Vtrum inquam hoc aliquid & substantia, an quale aut quantum, an ēt aliud quidpiam de expositis prædicamētis. adhæc, vtrū eorū quæ in potētia sunt, an potius entelechia quædā: interest enim non parū.

Et dignū est & rectum vt primo determinemus in quo genere v exīstit,& quid est, scilicet vtrum sit hoc & substantia, aut quale, aut quantum,aut aliud prædicamentorum, quæ sunt determinata nobis.Et amplius,vtrum sit ens in potentia,aut est dignior vt sit aliqua endelechia:qm̄ hæc duo non parum differunt.

6 Cum demonstrauit difficultatē contingentem ei,qui voluerit definire animam,incœpit demonstrare ea,quæ primo perscrutāda sunt ab eo,qui voluerit scire definitionem suam perfectam veram. Et dixit. Et dignū est,&c.idest necessārium est volenti scire definitionem suam scire primo in quo genere decem generum continetur,vtrū in substantia,aut in qualitate,aut in quantitate, aut in alijs. Deinde, cūm sciuerit genus, in quo collocatur,necesse est ei scire vtrum sit in illo genere fm potētiam : aut sit in eo fm q̄ est endelechia,s.in actu. Differētia enim inter hæc duo est magna,s.opinari q̄ est in aliquo prædicamentorum,si non erit determinatū hac determinatione. potentia enim & actus sunt dīæ, quæ contingunt omnibus prædicamentis:& sunt valde oppositæ.

* Potentia & actꝰ sūt dēq̄ valde oppositæ, cōtingētes oibꝰ p̄dicamētis. idē 12. Met.t. c.8. & cō. 26. & 8. Met.15. 7. met. c.31. & 5. Phy. cō.9.& 5. meta. 14.

Considerandum autem & si partibilis sit, aut impartibilis. & vtrum sit similis speciei omnis anima,aut non. si autem non sit similis speciei, vtrum specie differant aut genere. Nunc quidē enim dicentes & quærētes de anima, de humana videnť solū intēdere.

SOPH. *Considerandum etiam num partibilis, an impartibilis sit. & vtrū eiusdem speciei omnis sit anima, an non. si vero non eiusdē speciei, vtrū specie differant an genere. tam enim qui de anima disputant, & quærunt, de humana sola videntur considerare.*

Amplius autem consyderandum est vtrum sit diuisibilis, aut non:& vtrum omnes animæ vniuocentur in specie,aut non.Et,si non conueniunt, vtrum differant in specie,aut in genere. nos autē inuenimus omnes loquentes,& perscrutantes de anima q̄ non videntur consyderare nisi tantum de anima hominis.

7 Cūm incœpit numerare qōnes perscrutandas ab eo, qui vult consyderare de anima,& demonstrauit primo q̄ substantia eius est quærenda,in cœpit ēt dicere quid est quærendum post hoc,& dixit. Amplius consyderandum est vtrum sit diuisibilis,i.fm subiectum,aut non diuisibilis per diuisionem eius. Plato enim dicebat q̄ virtus intelligibilis est in cerebro, & concupiscibilis in corde,& naturalis,s.nutritiua in hepate. Aristo. aūt opinat eas esse vnam subiecto,& plures fm virtutes. D.ℵ. & vtrum oēs animæ,&c.idest,& consyderandum est post vtrum alia est eadem in specie in omnibus animatis, verbi gratia anima hominis,& equi:aut sunt diuersę.

Plato ponit virtutē rōnalē i cerebro, concupiscibilē in corde,& nālē in hepate: sed Arist. opinat q̄ sunt idem subō, & plures fm virtutes.

D.d. Et,si non conueniunt,&c.idest & consyderādum est, si appareuerit q̄ sint diuersæ in specie, vtrum illa diuersitas sit in specie tantum,& si conueniunt in genere:aut illa diuersitas sit in vtroque. dimittere enim hanc & perscrutationem est causa, pp quam Antiqui non consyderauerunt nisi tantū

A tantū de anima hoīs: existimando q̄ consyderatio de hoc sit cōsyderatio de aīa simplr. Et hoc esset verum, si aię essent eędē in specie:modo aūt, quia sunt diuersę,necesse est consyderare si conueniant in genere:qm̄ tūc debemus solicitari primo circa definitionē illius generis, deinde post circa ea,quæ appropriantur vnicuiq; animæ:sicut fecit Aristo. & indifferenter siue illud genus fuerit prædicatum vniuoce, aut fm prius, & posterius:sicut est in definitione,quam post inducet de anima.

Formidandum aūt quatenus nō lateat vtrum vna ratio ipsius est, sicut animalis:aut fm vnūquodq; altera,vt equi,canis, homi nis,dei.quod animal autem vīe,aut nihil est,aut posterius:similiter autem & si aliquod commune aliud prædicetur.

Cæterū cauendū est ne nos lateat, vtrū eius vna sit ratio, vt aīalis: an in vnoquoq; diuersa: vt equi, canis, hoīs, Dei. Aīal aūt vniuersale, aut nihil est, aut posterius. similiter ēt si aliud quippiam cōe p̄dicetur.

B Et oportet nos præseruare ne ignoremus vtrum definitio eius sit eadē,vt definitio viui:aut sit alia in quoliber,verbi gratia definitio equi,& canis,& hoīs,& dei. Viuum aūt vīe,aut nihil est,aut est postremum.sīt etiā & si est hic aliud, de quo prædicať vīe.

C Cūm narrauit q̄ necesse est dīm huius artis ponere suam consyderationem in aīa vniuersali,incœpit demonstrare q̄, cūm quæsierit definitionem alię vīs,oportet non ignorare vtrum illa definitio sit de numero definitionū generum, aut de numero definitionū specierum, sicut ignorauerūt Antiqui. Et dixit. Et oportet nos præseruare, cūm quæsierimꝰ eandem definitionem vīem ei, ne ignoremus vtrū vniuersalitas illius definitionis in oībus animalibus sit sicut vniuersalitas animalis in oībꝰ suis speciebus:aut sicut vniuersalitas definitionis hoīs. & definitionis equi in omnibus suis individuis.qm̄,cūm hoc fuerit cōsyderatum, non cōtinget nobis,cūm locuti fuerimus de aīa hominis, vt existimemus nos loqui de omni anima:sicut contingit Platoni. D.d.Viuum autem vniuersāle,&c.

Universidad de Deusto Biblioteca

Docuīt. Arist.non opinať q̄ definiones generū,& spēi sint definiones rei: vt unum existentiū extra animā: sed intel ꝛ eq ta cit vīuare in eis.vide 11. met.c. 4. 27. & 2.huiꝰ cō. & 3. huiꝰ. c.18. & 1. met. 6. & 26.& 27. c.& 3.meta.c.20.& 11. meta. 14. & 18. & 7.met. 17. & 10. meta.c.6. Vide pro hoc c.20. 7.met.

C Demonstratur per hoc q̄ ipse non opinatur q̄ definitiones generū,& specierum sint definitiones rerum vniuersalium existentium extra animā: sed sunt definitiones rerū particularium extra intellectū:sed intellectus ę, qui facit in eis vniuersalitatem. Et quasi dicit & non attribuitur esse definitionum speciebus & generibus,ita q̄ illæ res vīes sunt existentes extra intellectum.viuum enim vīe,aut nihil est oīno, aut esse eiꝰ est posterius ab esse rerum sensibilium:si est aliquid vīe ens per se. Et dixit hoc,quia apparet hinc q̄ definitiones sunt de istis rebus sensibilibus existentibus extra intellectum:& tunc aut non sunt res vīes existētes per se, vt Plato dicebat: aut,si sunt,esse earum non est necessārium in intelligendo substantias rerum sensibiliū.& quasi dicit q̄ non curat in hoc loco quomodocunq; sit, cum apparet q̄ istę definitiones nō sunt nisi in rebꝰ particularibus existētibus extra aīam:sed qđ apparet hic,est q̄ aut nō sunt oīno, aut si sunt,postremum sunt,i.sunt posteriores à rebus sensibilibus. qm̄, si præcederent

eas, ita ꝙ essent causæ earum, non possemus intelligere substantias rerum sensibilium, nisi postꝙ habuissemus fidē sui esse: sicut est dispositio de alijs causis rerum existentibus in eis, s. forma, & materia.

Amplius autem si nō multæ animę, sed partes, vtrum oportet prius quærere totam animam, aut partes: difficile autē & harum determinare quales aptæ natæ alteræ ad inuicem esse.

SOPH. *Præterea si non multæ sint animæ, sed partes, vtrum oporteat quærere prius totam animam an partes: Quin harum etiam quænam inter se diuersæ sint, explicare difficile est.*

Et ēt, si aīæ nō fuerint multę, sed fm partes, vtrū est quærendū primo de aīa fm totū, aut de partibus suis. Et quod est valde difficile ad distinguendū, est, quę earū differūt ab inuicē fm naturam.

9 Dicit & ēt cùm declaratū fuerit ꝙ aīæ non sunt plures fm subiectū, sed fm partes, tū ędē subiecto, oportet pscrutari vtrū si debeamus ponere principiū cōsyderationis primo de tota aīa, deinde postea de suis partib⁹: aut primo debemus cōsiderare de partibus aīæ, anteꝙ de anima fm totū, in eo quod est aīa. D.d. Et quod est valde difficile, &c. i. &, cū posuerimus eam esse plures fm partes, difficile ē nobis distinguere has partes, & dare differentias quibus differūt ab inuicē. in quibusdā enim sunt manifestæ, & in quibusdā latentes: v.g. inter intellm & imaginationē, & iter imaginationē & sensū.

Dīa inter quasdam ptes aię ē manifesta & iter ꝙs-dā latens.

Et vtrum oportet quærere prius partes aut opera ipsarum, vt intelligere aut intellectum, et sensibile aut sensitiuum: silr aūt & in alijs. Si aūt opera prius, iterū vtiꝙ dubitabit aliqs, si obiecta horū prius quęrendū, sicut sensibile, sensitiuo: & ītelligibile, ītellectiuo.

SOPH. *Et vtrū partes oporteat quærere prius, an earū opera, aut intelligere, an intellectū, & sentire an sensitiuum: pariter ēt in alijs. Sin prius opera, rursus quærat quispiā, an earū opposita prius sint exquirenda, vt sensibile prius quàm sensitiuū, & intelligibile prius quàm intellectuum.* 9

Et vtrū pscrutandū est prius de partib⁹ aut de suis actionibus: v.g. vtrū pri⁹ de ītelligere aut de ītellectu, aut de sentire aut de sensu. et sic de silib⁹. Et, si prius pscrutādū ē de actionib⁹, pōt hō dubitare vtrū ē pscrutādū de sensato aī sensū, & de ītellecto aī ītellectu.

10 Cùm incępit numerare dubitationes, quę cōtingūt in ordinatione pscrutationis de anima, & dixit prius, vtrū sit cōsiderandū de anima vel, aut particulari, incœpit modo quærere, cū consideranimus de partibus, vtrū sit incipiendū de eis, & post de suis actionibus, aut ecōuerso. Et dixit. Et vtrū perscrutandū est prius, &c. & eius sermo est intelligibilis p se. D.d. Et, si prius pscrutandū est de actionibus, pōt homo dubitare, &c. i. &, si declaratū fuerit ꝙ oportet nos prius quęrere de actionibus, dubitabit hō in hoc vtrū debeat incipere à sensato aī sensum, & ab ītellecto ante intellm: aut ecōtrario. Et dubitabit ī talib⁹: ga oportet nos ire de eis, q̄ sunt magis nota

A nota apud nos, ad ea, quæ sunt latentiora apud nos. & in hoc differūt scientiæ. * scientiarum enim in quibusdam ea, quæ sunt magis nota apud nos sunt præcedentia, vt in Mathematicis: & in quibusdam econtrario, vt in quibusdam, quę continentur in scientia Naturali.

*In Mathematicis ea dē sunt nota nobis & naturę: ecōtra in Naturalibus. Idem 1. Ph. c. 2. & 7. Met. ¢. 10. & 3. Cœ. 61. ui de etiā. 2. Met-com. 16.

Videtur aūt non solum quod quid est cognoscere, vtile esse ad cognoscendum causas accidentium in substantijs: sicut in mathematicis quid rectum, & quid obliquum, & quid linea, & quid planum: ad cognoscendum quot rectis trianguli anguli sunt ęquales, sed ē conuerso, accidentia conferunt magnā partem ad cognoscendum quod quid est: cum enim habeamus trādere fm phantasiā de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus, tunc & de substantia habebimus dicere aliquid optime: Omnis enim demonstrationis principium est quod quid est. Quare fm quascunqꝫ diffinitiones non cōtingit accidentia cognoscere, sed neqꝫ de ipsis imaginari facile, manifestum est ꝙ dialecticē dictæ sunt & vane omnes.

B

A est numerus seipsum mouẽs. Et magna diuersitas est in principijs, quæ sunt, & quot: & maxime inter eos, qui faciunt ea corporalia, & inter eos, qui non corporalia. Et isti ẽt differũt ab eis, qui admittunt, & ponũt, principia ex vtroq;. Et differũt ẽt in numero principiorũ. quidã enim dicunt vnũ principium esse, quidam plura.

42 Et, quia existimatum est, i. certificatum q̃ mouere, & cognoscere sunt principia animæ, intendebant aliqui ad congregandũ vtrun q; in anima, dicendo animam esse numerum se mouentẽ, quia non mouetur ab alio.

Et, cum notificauit sectas, quę differũt in definiendo anima, & sunt tres: Quarum prima definit eam per motum, aut per consequentia motum: Secunda per cognitionem: Tertia vero per vtrunq;: & omnes conueniũt q̃ est ex principijs: incœpit notificare modos diuersitatis eorum vt̃, licet conueniant in hoc, quod est ex principijs, & d. Et magna diuersitas, &c. i. & differunt in substantia animæ: quia differunt in principijs, s. in natura eorum, & in numero. & maxima diuersitas est in natura principiorũ, inter B
ponentes principia corporalia, & ponentes ea non corporalia, cũ istæ duæ naturæ maxime differant: differunt etiam isti ab eis, qui admittunt, & ponunt principia ex vtroq;, idest corporalibus & non corporalibus. D.d. Et differunt etiam in numero principiorum, idest differunt etiam in anima: quia differunt in numero principiorum.

Tres fuerunt sectę definentium aiam.

Nũ corporalis, & in corporea maxie differũt. vide 10. Met. t. c. vltimi.

Consequenter autem his, & animam assignãt, motiuum enim sm naturam primorum existimauerũt, non irrationabiliter. vnde quibusdam visum est ignem esse, etenim hic in partibus subtilissimus est, & maxime elementorum in corporeus. adhuc autem mouetur q̃ & mouet alia primo.

His consequenter animam quoq; describunt. quod enim natura motiuum est, id inter prima collocandum existimant: neque adeo iniuria. Quamobrem nonnulli eam esse ignem putarunt. is enim & subtilissimarum est partium, & præ cæteris elementis incorporeus. Ad hæc & mouetur, & mouet cætera primo.

Et isti procedunt in definiendo animam processu consequenti ista, hoc enim quod reputant, qm̃ natura principiorũ est mouens, non est extra veritatẽ. Et ideo existimauerunt quidam ipsam esse ignẽ, ignis enim est primorũ partiũ inter elemẽta: & q̃ magis vt̃ nõ esse corp⁹. & ipse mouet, & mouet alia corpa prima intẽtione.

41 Cum notificauit sententias Antiquorum de anima, incipit laudare eas in eo, quod dicunt de veritate, & de verificatione consequentię, & d. Et isti procedunt, &c. i. & isti, qui opinantur animam esse ex principijs, quia mouetur per se, & definierunt eam hoc modo, processerunt in hoc via recta, & consequente principia. opinari q̃ natura principiorum est mouens per se rectũ. D.d. Et ideo existimauerunt quidam, &c. i. &, quia opinati sunt

Opinari q̃ nã principiorũ est mouens q̃ se rectũ. 8. Idẽ. 2. Ph. ꝯ. 4. vide 2. de Gen. ꝯ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt eam esse ex principijs, existimauerunt quidam esse ignē: quia reputabant ignem esse elementum cęterorum elemētorum, & simpliciorum partium: & ꝙ magis videtur non esse corpus: quia opinanē principia esse talia, s. simpliciora alijs, & remotiora natura corporea. & omnia ista cum eo, ꝙ visa est ab eis moueri, & mouere alia prima intentione, sicut anima.

Democritus autē dulcius dixit enuntians propter quid vtrūq; horum: animam quidem enim & intellectum idem. Istud autem primorum & indiuisibilium corporum esse: motiuum autem propter subtilitatem partium & figuram: Figurarum autem mobilissimam, quæ sphærica dicit, hoc autem intellectum esse & ignem.

406 b 11. *Democritus autem eò etiam politius loquutus est, quòd reddiderit causam, cur sit horum vtrumq;. Animam enim & intellectum idem esse: hoc autē ex primis esse, & indiuisibilibus corporibus: motiuum vero ob exiguitatem partium, & figuram: figurarum autem omnium B mobilissimam sphæricam dicit: talem autem esse intellectum, & ignē.*

Democritus aūt dixit in hoc sermonem magis latentem, & iudicauit causam in vtroq;, & dixit ꝙ anima, & intellectus sunt idē, & ꝙ hoc est ex primis corporibus indiuisibilibus. Et attribuit ipsum motui propter paruitatem partium eius, & propter figuram. & dixit ꝙ inter figuras magis obediens motui est sphærica, & ꝙ intellectus, & ignis habent talem figuram.

30 Quia intentio eius in hoc capitulo est demonstrare ꝙ Antiqui bene dixerunt in hoc, ꝙ cōueniunt in hoc, ꝙ anima est ex principijs pp motum, & facere comparationem inter sermones eorū de hoc, & iam locutus fuit de sententia eius, qui dicebat animam esse ignem. incœpit modo loqui de opinantibus eam esse ex partibus indiuisibilibus, dicendo, Democritus autem d. de natura animæ pp motum sermonem magis latentē sermone dicentis ipsam esse ignem. & est magis latens, quia iudicauit ataam in vtraq; C virtute: & d. ipsam esse eandē, & ꝙ natura vtriusq; est eadem, s. intellectus, & animæ mouentis, & sensibilis. d. enim ꝙ anima. & intellect⁹ sunt idem, & ꝙ natura illius est, quia est pars partium indiuisibilium: sphæricarum.

D. d. Et attribuit ipsum motui, &c. i. & attribuit ipsum motui pp prio animæ. i. posuit ipsum causam motus animæ propter paruitatē suarum partium, cum sit indiuisibilis, & pp suam figuram. opinabatur enim ꝙ ista figura est leuioris motus omnium figurarum. & ideo opinabatur ꝙ ista figura existit in anima, & in igne. Et iste sermo latet propter duo. quorū vnum est hoc, ꝙ opinabatur, scilicet ꝙ anima, & intellectus sunt idem. & ꝙ est pars indiuisibilis. sed partem indiuisibilem esse est dubium, ignem autem esse est manifestum.

Ignē esse est manifestū sed vid op positū. 4. Cœ. 12. Vide cōt. 31m.

Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animā & intellectum vt diximus prius: vtitur aūt vtriq; sicut vna natura. verūtamē

A verūtamen ponit intellectum principium maxime omnium: solum quia dicit ipsum eorum quæ sunt, simplicem esse & immixtum & purum: assignat autem vtrunq; eidem principio, & cognoscere & mouere, dicens intellectum mouisse omne.

At Anaxagoras videtur quidem diuersum dicere animam & intellectum, vt prius quæ diximus. vtitur tamen vtroq; quasi vna natura: nisi quòd principium planè omnium statuit intellectum. solum enim ex omnibus entibus simplicem, & non mixtum, & purum eum esse dicit. tribuit autem hæc vtraq; eidem principio, cognoscere scilicet & mouere, dicens intellectum mouisse rerum vniuersitatem.

Anaxagoras aūt videtur dicere animā esse aliud ab intellectu, sicut dixit superius. sed tñ vtitur eis eriā, quasi sint eiusdē naturæ. Sed ponit intellectum digniorem omnib⁹ rebus, vt sit principiū. B dicit enim ꝙ solus intellect⁹ inter omnia entia est simplex, & mundus, & purus. Et attribuit ei vtrunq;, scilicet cognitionem, & motum, dicendo ꝙ intellectus mouet omne.

Cum fecit comparationem inter opinionem dicentis ipsam esse ignē, & opinionem dicentis ipsam esse partem sphæricam partium indiuisibilium, incœpit et facere comparationem inter opinionē Anaxa. & Demo.

C. d. Anaxa. &c. i. Anaxa. aūt videtur, sm ꝙ apparet, dicere animam esse aliud ab intellectu. sed quāuis hoc appareat ex suo sermone, tñ ipse ponit eos esse eiusdem naturæ, i. eiusdem generis: & cum hoc ponit intellectum magis dignum, vt sit principium omnium rerum, & præponit ipsum omnibus. d. enim ꝙ solus intellectus est simplex, mundus, purus, i. abstractus a materia, non admixtus cum ea: & attribuit vtrunq; ei in omnibus partibus mundi, s. cognitionem, & motū. opinatur enim ꝙ intellectus mouet omnia, & ꝙ non mouetur. Quoniam aūt iste sermo est magis vicinus veritati, & sententiæ Aristo. s. ꝙ intellectus est ex principijs, & ꝙ est causa cognitionis, & motus est manifestum. & ideo laudabat ipsum post multum, & notificabit id, quod remansit ei dicere de intellectu. 3. de Aīa. t. cō. 4. & hic infra 34. tex.

Videtur autē & Thales ex quibus reminiscimur, motiuum aliquid animam opinari, si quidem dixit lapidem animā habere qm ferrum mouet: Diogenes autē sicut & alteri quidam aerem, hunc opinatus omnium subtilissimum esse, & principiū: & propter hoc cognoscere & mouere animam: sm ꝙ quidem principium, & ex hoc reliqua, cognoscere. secundum vero ꝙ subtilissimum est, motiuum esse. Heraclitus autem animam principium esse dicit, siquidem vaporem, ex quo alia constituit, & incorporalissimum autē, & fluens semper: quod vero mouetur motu aūt esse quæ sunt & ille arbitratus est & multi. Similiter autem his & Alcmæon opinari visus est de anima. dicit enim ipsam immortalē propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter hoc ꝙ assimilatur immortalibus, hoc autē ineſſe ipſi tan-
quam motæ ſemper, moueri enim & diuina omnia continue ſem
per, Lunā, Solem, Aſtra, & cœlum totum. Magis autem rudium
quidam & aquā enunciauerunt, vt Hippo. ſuaderi enim viſi ſunt
ex genitura, quoniam omnium humida eſt: & nanq; arguit ſan
guinem dicentes eſſe animam, qm̄ genitura non eſt ſanguis, hanc
autē eſſe primam animam. Alīj autem ſanguinem, quemadmodū
Critias, ipſum ſentire animæ magis proprium opinantes, hoc aūt
ineſſe propter naturam ſanguinis. Omnia enim elementa præter
terram iudicem acceperunt, hanc enim nulli protulerūt, niſi ſi ali-
quis dixerit animam eſſe ex omnibus elementis, aut omnia.

SOPH. *Videtur etiam Thales ex iis quæ memorantur, motiuum quidpiam*
animam exiſtimaſſe: ſi quidem lapidem illum dixit habere Animā,
quia ferrum mouet. Diogenes autem, vt etiam nonnulli alij, aerem, ſa
tius eum eſſe omnium ſubtiliſſimum, & principium: et propterea co-
gnoſcere, & mouere animam: quatenus quidem primum eſt, atq; ex re-
cætera, cognoſcere: quatenus verò ſubtiliſſimum, motiuum eſſe. Hera-
clitus etiam principium eſſe dicit animam, ſiquidem exhalationem, ex
qua cætera conficit: atq; etiam maxime incorporeum, & ſemper fluēs:
Quod autem monetur, eo quod mouetur, cognoſci: in motu autem eſſe ea
quæ ſunt, & ille & Vulgo arbitrabantur. Similiter etiam ac ij Alc-
mæon putaſſe de Anima videtur. Nam aſſerit eam eſſe immortā-
lem, quod ſit ſimilis immortalibus: id verò ipſi ineſſe, vtpote ei quæ
ſemper moueatur: moueri autem Diuina quoq; omnia cōtinuè ſemper,
Lunam, Solem, Sydera, & Vniuerſum Cœlum. Non deſuere etiam non
nulli moleſtiores qui aquam aſſererent, vt Hippo. adducti verò viden-
tur ex genitura, quod omnium ſit humida: namq; refellit eos qui ani-
mam dicunt ſanguinem, quia genitura non eſt ſanguis: hanc autem eſſe
primam animam. Alij autem ſanguinē, vt critias, ſentire animæ ma-
ximè proprium eſſe exiſtimantes: hoc verò eſſe propter naturam ſan-
guinis. Enimuero omnia elementa præter terram, iudicem aliquem ha-
bta ſunt: hanc verò nemo protulit, præterquam ſi quis eam dixit ex om-
nibus conſtare elementis, vel eſſe omnia.

Mileſius aūt videtur, vt narratur de eo, dicere animam eſſe ali-
quid mouens, cū dicebat ꝙ lapis habet animā, quia mouet ferrū.
Diogenes autē, & alīj multi opinabantur animā eſſe aerem, quia
exiſtimabant ꝙ nihil eſt ſubtilius aere: & ꝓpter hoc anima cogno-
ſcit

ſcit, & mouet. ſecundum enim ꝙ eſt principium aliarum rerū co-
gnoſcit: ſecundum aūt ꝙ eſt ſubtilior oībus rebus mouet. Et Hera
clitus etiā dicit ꝙ anima eſt principiū, cum dicit ipſum eſſe vapo
rem, ex quo conſtituit oēs res. & ponit ipſum valde remotū à cor-
poribus, & ſemper liquidum. & opinabatur cū multis alīs ꝙ oīa
entia ſunt in motu. Et forte ēt aliquis videtur opinari ēt in: anima
talem opinionē. dicit enim ipſam eſſe immortalē, quia aſſimilatur
immortalibus: & ꝙ hoc eſt ei, quia ſemp mouet. & dixit oēs enim
Dīj: Luna, ſ. Sol, & Stellę ſemp mouent motu continuo. Et alīj, qui
digniores ſunt derideri, iudicauerunt ipſam eſſe aquā, vt Hypo. et
vt declinare ad hanc opinionem pp ſperma cū ſit humidiſſimum
rerum, qm̄ per hoc contradicitur dicenti animā eſſe ſanguinē, di-
cendo ꝙ ſperma nō eſt ſanguis. & ſperma eſt prima anima. Et alīj
dixerunt ipſum eſſe ſanguinē, vt Critias, cū exiſtimauerit ꝙ nihil
conſequit animā, ſicut ſentire, & ꝙ ſentire eſt ex natura ſanguinis.
Vnūquodq; enim elmtorū. præter terrā, habet iudicē: terra aūt nul
lum. & quod dictū fuit de ea eſt ꝙ eſt ex oībus elmtis, aut oīa elmta.

Vult numerare omnes opiniones Antiquorum in anima, & dare cui-
libet aliquam rationem. & ſermo eius eſt manifeſtus. Mileſius autē opi-
nabatur animam eſſe principium mouens per ſe: quia dicebat ꝙ magnes
habet animam. quia mouet ferrum. Diogenes aūt opinabatur animam
eſſe aerem. aer enim eſt ſubtilius cæteris corporibus, & principium eorū.
Inquantum igitur eſt principium, dabitur ei cognitio: &, inquantum ſub
tilius cæteris corporibus, dabitur ei motus & hæc duo appropriantur aīæ.
Heraclitus vero opinabatur animam eſſe principium, & ꝙ illud princi-
pium eſt vapor liquidus motus. quia opinabatur ꝙ ex vapore eſt conſti-
tutio aliarum, & ꝙ eſt valde remotus à corpore: & hæc duo ſunt in prin-
cipio. D.d. & opinabatur cūm multis alijs, &c. ideſt & opinabatur cum
multis alijs, ꝙ omnia mouentur. & credebat propoſitionem communem
omnibus, ſ. ꝙ ſimile cognoſcitur per ſuum ſimile. &, quia apud ipſum om
nia ſunt mota, fuit neceſſe vt cognoſcēs ſit motum. quapropter iudicauit
animam eſſe vaporem. Et ſimiliter qui ponit ipſam ſimilem naturæ ſtel-
larum. & Solis, & Lunæ vē opinari ipſam moueri per ſe. Sed dicens ipſam
eſſe aquam debet derideri. nullus enim dixit aquam, eſſe elementum cete
rorum, ſed tñ dedit ei rationē aliquam, ſ. quia ſperma, quod eſt principiū
generationis, eſt valde humidum: & exiſtimatū eſt ꝙ ſperma eſt anima.
cum ipſum formet embryonem. D.d. qm̄ per hoc contradicitur dicenti
ꝙ anima eſt ſanguis. i. & ponit ꝙ ſperma eſt prima anima, quia ponit ꝙ
ſperma non eſt ſanguis. forte igitur non iudicauit ꝙ anima eſt aqua, niſi
quia videbat ſperma eſſe animam, & aquam non ſanguinem. D.d. Vnū-
quodq; enim elementorum præter terram, &c. ideſt & vnumquodq; ele-
mentorum iudicatum eſt ab antiquis eſſe animam ex eo, præter terram:

nullus

Null⁹ opi nat⁹ terrã ẽ elemẽ aliorũ op positũ. 1. Meta. t.c. 14. de Hesiodo, Vide comm. Zim.

nullus enim opinatur terram esse elementum aliorum: sed quòd tamen est composita ex quibusdam elementis, aut est omnia elementa, ideſt ex omnibus elementis.

Diffiniunt autem omnes animã tribus vt est dicere, motu, sensu, & incorporeo: horum autem vnumquodq; reducitur ad principia. vnde & in cognoscendo diffinientes ipsam, aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem, præter vnũ. Dicunt enim similem cognosci simili: quoniam enim anima omnia cognoscit, constituunt eam ex omnibus principijs.

SOPH. *Definiunt porrò omnes animam tribus propè dixerum. motu, sensu, incorporeo: quorum vnumquodq; redigitur ad principia. Qua propter qui cognitione eam definiunt, aut elementum, aut ex elementis faciunt, eosdem fere omnes, præter vnum, dicentes: aiunt enim simile cognosci simili: nam quia anima oĩa cognoscit, ex oĩbus principijs ea cõstituunt.*

Et ipsi vlt definiunt animam tribus, motu, i. & sensu, & nõ corporeo. & vnumquodq; istorum reducitur ad principiũ. Et propter hoc posuerunt ipsam esse elementum, aut ex elementis illi, qui definierunt eam per cognitionem. & q̃ quidem dicunt in hoc, est simile ei, quod dicunt quidam, præter vnum. dicunt enim q̃ simile non cognoscitur, nisi per suũ simile. &, quia anima cognoscit omnia, posuerunt eam constitui ex omnibus principijs.

33 Cum demonstrauit q̃ considerantes in anima per motum debent opinari ipsam esse ex principijs, incœpit demonstrare vlt q̃ omnia dicta in definitione animæ reducta sunt ad principiũ, & d. Et ipsi vltimo definiunt, &c. i. & Antiqui vlt procedunt in definiendo animã, & cognoscendo suam substantiam tribus vijs, motu, i. & sensu, i. cognitione: cum hæc duo videantur propria animæ. tertium aũt, quia est non corpus. plures ex eorum opinabantur hoc existere in anima, non minus q̃ prædicta duo. & vnaquæq; istarum viarum inducit eos ad opinandum animã esse ex principijs. & hoc intendebat, cùm d. & vnũquodq; istorũ reducitur ad principium. D. incœpit demonstrare viam, per quã processit qui iudicauit animam esse ex principijs q̃ cognitionem, & d. Et propter hoc posuerunt ipsam esse elementum, &c. i. &, quia oẽs opinabantur eam esse ex principijs, dixerunt illi, qui definierunt eam per cognitionem, q̃ est elementum, aut ex elementis. &, via, qua processerunt isti in hoc, est eadem, & similis, propter vnum illorum, i. Anaxa. D. demonstrauit hanc viã, & dixit. dicunt. q̃ simile non cognoscitur nisi per suum simile. i. & hoc fuit necesse apud eos, quia opinabantur tres propositiones. Quarũ vna est, q̃ omnis res cognoscitur per suum simile. Secunda est, q̃ omnia non cognoscunt nisi per sua principia. Tertia est, q̃ anima cognoscit omnia. ex quibus sequitur q̃ anima est principia omnia, aut ex principijs omnium.

Quicunq;

4 Quicunq; quidem igitur vnã aliquam dicunt causam aut elementum vnum, & animam vnum ponunt, vt ignẽ aut aerẽ: plura vero dicentes principia, & animã plura dicunt. Anaxagoras autẽ solũ impassibilem dicit intellectũ, & cõe nihil nulli aliorũ habere. huiusmodi aũt cùm sit, qũo cognoscit & propter quam causam: neq; ille dixit neq; ex his quæ dicta sunt conspicuum est.

Ac q̃ quidem, qui vnam dicunt esse causam, & elementũ vnum, Animam etiam vnum ponunt, vt ignem, aut aerem. Qui vero plura dicunt principia, animam etiam plura dicunt. Solus autem Anaxagoras impassibilem dicit esse intellectum, & nihil cum cæteris habere cõmune. Qui cum sit eiusmodi, quomodo cognoscat, & quam ob causam, nec ille dixit, nec ex ijs quæ dicta sunt, apparet.

Qui igitur dixit q̃ principiũ, & elementum est vnũ, ponit animam ẽt vnũ: aut ignẽ, aut aerẽ, & qui ponit principia plura vno, ponit animã plura vno. Anaxa. aũt solus dixit q̃ intellectus nõ recipit passionẽ. & q̃ nihil est in eo, quod habeat communicationẽ cum alia re. Sed non dixit qũo, & propter quid per hanc dispositionem cognoscit. & hoc est, quod apparet ex suo sermone.

Cùm notificauit q̃ opiniones eorum in substantia animæ sequuntur illud, quod opinabantur in substantia principiorum, incœpit demonstrare etiam q̃ opiniones eorum in numero animarum, sequitur etiã illud, quod opinat in numero principiorũ, & d. Qui igitur dixit vnum principium esse, ponit aiam vnius rei, i. vnius naturæ ex illo principio, aut ignẽ, aut aerẽ. & qui dixerunt principia esse plura vno, opinant animã esse plura vno. D. incœpit declarare opinionẽ Anaxa. & q̃ alia via processit, & d. Anaxagoras aũt solus dixit q̃ intellectus non recipit passionem. ideſt non est materialis. & q̃ in nullo habet communicationem cum alio, i. q̃ nulla res omnium, quas intelligit, est in eo, ita q̃ sit cõis eis in alia forma, i. q̃ nõ est hoc, neq; in hoc, i. neq; est corpus, neq; virtus in corpore. & hoc nullus dixit, nisi Anaxagoras. & super hoc laudabit Anaxagoram post. D. d. Sed non d. quomodo. ideſt sed non d. quomodo contingit ei vt intelligat omnia: vtrum secundum q̃ est in actu, aut sin quod est in potẽtia. neq; dixit etiam qua de causa intelligit res, quæ non sunt intellectus in actu. & hoc quod post complebit, cùm locutus erit de intellectu.

Quicunq; autem contrarietates faciunt in principijs, & animã ex contrarijs constituunt: Quicunq; autem alterum cõtrariorum, vt calidum, aut frigidum, aut aliud huiusmodi aliud. & animam similiter, vnum aliquid horũ ponunt: vnde & nominibus conseruantur, qui quidem calidum dicentes, quia propter hoc & viue ex nominatum est: qui autem frigidum, propter respirationẽ &

Universidad de Deusto
Biblioteca

refrigerationem, vocari animã. Tradita quidem igitur de anima, & propter quas causas dicunt sic, hæc sunt.

SOPH. *At uero qui contrarietates in principijs statuunt, Animam quoq; conficiunt ex contrarijs: qui uero alterum contrariorum, ut calidum, aut frigidum, aut eius generis aliud, ij itidem animam unum eorum esse ponunt. Ideóq; nomina sequuntur, qui quidem calidum dicunt, propterea. Ζῆν idest uiuere uocari: qui uero frigidum ob respirationem, & refrigerationem, uocari. Ψυχὴν idest animam. Quæ igitur de Anima tradita sunt, atq; quas ob causas ita asserant, hæc sunt.*

Et illi, qui in principijs ponebant contrarietatem, constituunt etiam animam ex contrarijs. Qui igitur posuerunt principium alterum contrariorum, vt calidum, & frigidum, & aliud simile, opinati sunt in anima etiam illam esse vnam hoc modo, Et videmus eos etiam consequi nomina. quidam igitur eorum dicunt animã esse calidum: quoniam hoc nomẽ vita in lingua Græca cecidit ex hac intentione. & quidam dicunt ꝙ est algidum, idest frigidum propter anhelitum: & infrigidatio, quæ prouenit ex anhelitu, dicitur in Græco isagogi, i. anhelitus. Hoc igitur accepimus ab Antiquis de anima: & ista induxerunt eos ad dicendum hoc.

35 Narrauit in hoc capitulo consequentia eius, quod opinantur in substantia animæ ad illud, quod opinantur in principijs, adeo quòd qui opinatur principia esse contraria, dicit animam esse ex contrarijs. Dicens igitur quòd principia sunt calidum, aut frigidum, aut aliud contrarium, dixit quòd anima similiter est vnum illorum cõtrariorum. Et in alia translatione inuenitur additum, & qui opinabantur quòd principia sunt alterum par contratiorum, dicunt quòd anima est in illo pari contrarium. & est illud quod dixit, & qui posuerunt contrarietatem in principijs, &c. Deinde dicit: Et videmus eos etiam consequi nomina, &c. idest & inuenimus eos ratiocinari super hoc, scilicet quòd alterum contrariorum est principium, & quòd anima est ex eo ex deriuatione huius nominis vitæ & animæ. Dicés igitur ipsam esse calidum, ratiocinatur per hoc quòd hoc nomen vita in lingua Græcorum deriuatur à calido. & similiter hoc nomen motum. Et, cùm dixit ipsam esse frigidum, ratiocinatur per hoc nomen anhelitus, quod deriuatur à frigido. Deinde dicit, hæc igitur accepimus, &c. idest in substantia animæ. & istæ sunt rationes, quæ induxerunt eos ad hoc dicendum, scilicet rationes acceptæ ex distinctione, & motu, & quòd anima non est corpus.

Summa

SVMMA TERTIA.

Confutantur Antiquorum opiniones de Animę essentia: Adducunturq; nonnullæ circa ipsius vnitatem difficultates.

Diluuntur opiniones Animam moueri asserentes. Cap. 1.

COnsiderandum autem primum quidem de motu: fortassis enim non solum falsum est substantiã ipsius huiusmodi esse, qualem aiunt dicentes animam esse quod est se ipsum mouens, aut possibile mouere, sed vnũ quoddam est impossibilium, inesse ipsi motum. ꝙ quidem igitur nõ necesse sit mouens, & ipsum moueri, dictum est prius.

Primum igitur de motu considerandum est: fortaßis enim non solum falsum est talem eius esse substantiam, qualem asserunt qui dicũt animam esse id quod seipsum mouet, uel potest mouere: Immo unum de impossibilibus est, inesse ei motum. Ergo non necesse esse id quod mouet, ipsum quoq; moueri, prius dictum est.

Et debemus perscrutari prius de motu. videtur enim ꝙ nõ hoc solum est falsum. s. ꝙ substãtia eius sit talis dispositionis, sicut narrant isti, qui dicunt animã esse aliquid mouens se, aut aliquid motiuum sui, sed esse animã motum est impossibile. Et dico etiã ꝙ nõ est necesse vt mouens sit motum: & hoc etiã prædictum est.

36 Cum complerit sermones Antiquorum de anima, & rationes eorum, & ꝙ collocarut in eis de vero, incœpit in hac parte cõtradicere falso dicto ab eis, quæ est tertia pars huius tractatus. Prima enim est in prologo. Secunda in inueniendo opiniones eorum. Tertia in contradicendo eis. Et incœpit in hac parte contradicere eis, qui definiunt eam per motum, & d. Et debemus perscrutari, &c. idest, & perscrutandum est de consyderantib⁹ in substantia eius per motum. Visum est enim ꝙ nõ tantum est falsus sermo eorum, qui definiunt eam, ꝙ est aliquid mouẽs, aut motiuum sui: sed etiam ꝙ sit anima mota per se, scilicet vt constituatur per motum, vt plurantia, vt venti, & fluuij, est falsus. Et hoc intendebat, cùm d. sed esse animam motum est impossibile, idest sed sermo dicentis ꝙ essentia animę cõstituitur per motum est impossibilis. Deinde dicit. Et dico etiam ꝙ non est necesse, &c. idest quoniam autem non est necessarium vt aliquid moueat se, declaratum est prius, scilicet in naturalibus. quòd autem est mota per se, modo incœpit declarare.

Nota diuisionẽ huius primi lib.

Vẽti, & fluuij constituunt̃ per motũ. idẽ cõ. sequẽ. 8. Pũ. t. 40. & cõ. 18.

Dupliciter enim eum mouetur omne. aut enim secundum alterum, aut ſm se ipsum: Secundum aũt alterum dicimus, quæcunq; mouentur ex esse in eo quod mouetur, vt nautæ: non enim ſſr mouentur naui: hæc quidem enim ſm seipsam mouetur, illi autẽ ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse in eo quod mouetur: Manifestum autem in partibus est: pro- D
prius quidem enim motus pedum, ambulatio. hoc autē & homi-
SOPH. num est: non inest autem nautis tunc.

Sed cum bifariam omne moueatur, vel enim per aliud, vel per se: per aliud aūt ea moueri dicimus, quæcunq; mouentur, quia in eo quod mouetur sunt, vt naugantes: non enim similiter mouentur, atq; nauigium: id enim per se mouetur, illis vero quòd in eo sunt quod mouetur. quod in partibus perspicuum est: proprius namq; motus pedum, est incessus: atq; hic idem hominum est: sed tunc non adest nautigantibus.

Et omne motum mouetur duob⁹ modis, aut per aliud, aut per se, Et dicere per aliud est illud, quòd mouet, quia est in aliquo mo-
to, vt equitans in naue. motus enim eius nō est ficut motus nauis. qm nauis mouetur per se, & equitans mouetur, quia est in moto. E
Et hoc est manifestum ex membris. motus enim propriis pedib⁹ est ambulatio, & conuenit etiam homini: sed nō primo inuenitur in illa dispositione in equitantibus in naui.

37 Cùm declarauit ꝙ falsitas non tantum inuenitur in hoc, ꝙ mouet se
1. de Gene. anima, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus, sed etiam in hoc, cc. 45. quòd dicunt ꝙ substantia animæ constituitur per motū, vt vēti, & fluuij, incœpit declarare hoc etiam esse impossibile. Et incœpit primo diuidere modos, secundum quos dicitur ꝙ aliquid est motū: & declarauit primo ꝙ motus attribuitur alicui duobus modis: aut essentialiter, quando aliquid fuerit motum per se: aut accidentaliter, quando fuerit motum per motum, alterius, cùm fuerit in re mota. Et dicit: Et omne motum mouetur duobus modis, aut per aliud, aut per se. D. d. exemplum de equitan-
*Mot⁹ eēn tib⁹ in naui. Deinde dicit: & hoc manifestum est ex membris, id est mo-
tus nauis non attribuitur equitantibus essentialiter. * & hoc manifestum
attribuit hoi p pedes. Sed vide oppo sitū 6. Ph. 59. & 7. 4 vbi dī ꝙ per cor. est ex motu membrorū, propter quæ attribuitur motus essentialiter ho- F
mini, & animali, scilicet pedum. motus enim non attribuitur homini es-
sentialiter, nisi propter hæc membra: & iste motus non inuenitur in equi-
tantibus in naui: motus igitur essentialis non inuenitur in eis. † Et debes
† Vide cō similē. 4. Ph. t. c. 32. & 5. Phy. cō. 1. & 6. phy. 86. & 8. phy. 27. Vide cōc. Zim. scire ꝙ illud, quod dicitur motum, quia est in moto, est duobus modis. Modo, qui est possibilis vt moueatur per se: vt equitantes in naui, qui mo-
uentur per motū nauis. Et modo, qui est impossibilis: vt albedo, quæ mo-
uetur per motum corporis albi.

Dupliciter aūt vtiq; dicto moueri, nunc intendimus de anima si per se ipsam mouetur & participat motu. Quatuor autem mot⁹ cùm sint, loci mutatiuus, alterationis, augmenti, & decrementi, aut fm vnum horum mouebitur, aut secundū plures, aut omnes. Si vero mouetur non fm accidens, natura inerit motus ipsi; si autem hoc, & locus: omnes enim dicti motus in loco sunt.

Cum

Cum inquam moueri bifariam dicatur, nunc consideramus de Ani- SOPH.
ma, an per seipsam moueatur, motūsq; particeps sit. Cum autem quatuor motus sint, latio, alteratio, auctio, & diminutio, aut vno eorū mouebitur, aut pluribus, aut omnibus: Quòd si mouetur non per accidens, natura ei inerit motus: Sin hoc, etiam locus: omnes enim dicti motus, in loco sunt.

Et, quia motū dicitur duobus modis, debemus modo perscrutari de anima vtrū moueatur per se, aut per aliud. Et, quia motus sunt quatuor, loci, & alterationis, & augmēti, & diminutionis, ne cesse est aut ut moueat aliquo istorum motuum, aut vt moueatur plusq; vno, aut vt moueatur omnibus motibus. Si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter. &, si ita sit, habet lo cum etiam, oēs enim motus, quod diximus, sunt in loco.

Cùm diuisit motum in duo essentialiter, & accidentaliter, incœpit perscrutari vtrum sit possibile vt anima moueatur per se, & dicit. Et quia mo tum dicitur, &c. ideest &, cum declaratum est quòd motus dicitur duobus modis, perscrutandum est vtrum anima moueatur per se, aut nō moueat nisi accidentaliter. Deinde proposuit huic tres propositiones, quarum Una est ꝙ motus sunt tres in genere. sed ipse dixit quatuor large, quasi numerando additionem, & diminutionem pro duobus. Secunda autem est ꝙ si anima mouetur, aut vno istorum motuum, aut pluribus, aut omnib⁹ mouetur. Tertia vero est ꝙ, si mouetur vno istorū motuum, necesse est, vt sit corpus. Quòd autem, si anima mouetur, tunc vno istorum motuū mouetur, sic componitur. Si anima mouetur essentialiter, necessario mouetur vno essentialium motuum, aut plurib⁹, aut omnibus: & omnis motus aut est loci, aut alterationis, aut augmēti: ergo anima, si mouetur, mouetur, aut localiter, aut cremento, aut alteratione. &, cùm coniunxerimus huic quòd omne motum aliquo istorum motuum est corpus, vt declaratum est in Sexto Physic. concludetur quòd, si anima mouetur, est corpus, & in loco: cùm omne corpus sit in loco. Hoc igitur possumus intelligere de hoc, quod dicit, si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est si naturaliter. Si igitur ita sit, habet locum. omnes enim motus prædicti sunt in loco. si igitur mouetur naturaliter: & omnis motus naturaliter est vnus illorum trium: & quilibet illorum est in corpore: & omne corpus est in loco: necesse est vt anima sit in loco. &, cū fuerit in loco, erit mota motu locali necessario. omne enim, quod mouetur altero illorum duorum motuum, mouetur localiter: sed non conuenitur. Sed in verbis est aliquitas. quoniam d. omnes enim motus prædicti sunt in loco: & non. d. omnia enim mota illis motibus prædictis sunt in loco: sed omnes motus prædicti. sed hoc etiam secundum suum modum non vere dicitur de illis motibus tribus, scilicet vt sint in loco, si hoc, quod dixit prædicti, respōdet illis tribus. motus enim alterationis non est in loco. Et ideo possumus

6. phy. te. cō. 32.

Oīs motꝰ ē in loco.

Obiectio. Nunquid oīs motus sit I loco.

Pria solo

intelligere ex hoc, quod d. si igitur mouetur non accidentaliter, & motus D.
est ei naturaliter, idest per se, nõ propter aliud extrinsecum, necesse est vt
moueatur motu locali. & sic intendit per motus prædictos omnes modos
motus localis. iste enim motus existit in re naturaliter, & est necessario in
loco. & secundum hoc erit sermo eius & mot* est ei naturaliter, quasi alia
conditio addita ei, quod est ei essentialiter. alteratio enim potest dici ali-
Secũ solo. quo modo quòd est in altetato essentialiter. Et potest dici ꝙ est in eo
accidentaliter aliquo modo. albedo enim non mouetur in nigredinem,
nisi quia est in aliquo diuisibili, scilicet in corpore, non quia est diuisibilis
in se. & sic erit hic alius modus modorũ accidentaliter à modo descripto:
vt verificat hanc expositionem hoc, quod post dicet.

Si autem est substantia animæ, mouere se ipsam, non secundum
accidens moueri ipsi inerit, sicut albo & tricubito: mouẽtur enim
& hæc, sed secũdum accidens: cui enim hęc insunt, mouetur illud
corpus. vnde non est locus ipsorum: animæ autem erit, siquidem ꝗ
natura motu participat.

SOPH. *Quòd si Animæ substantia est mouere se ipsam, profectò moueri nõ
per accidens ei inerit, quẽadmodum albo, vel tricubito: mouẽtur enim
hæc quoq;, sed ex accidenti: nã id cui insunt, mouetur, videlicet corpus:
Ideoq; nõ est locus ipsorũ: at Animæ erit, si natura motus ẽ particeps.*

Et, si substantia animæ est vt moueat se, tunc mouere nõ erit ac-
cidentaliter, vt motus albi, & tricubiti. ista enim mouentur, sed ac
cidentaliter. quod autem mouetur est corpus, in quo hæc duo exi
stunt. Et ideo non habent locum. anima autem habet locum: cum
habeat naturaliter communicationem cum motu.

39 Cùm declarauit ꝙ, si mouetur essentialiter, oportet vt moueatur vno
trium motuum, incœpit declarare ꝙ non potest moueri motu alteratio-
nis, neq; augmenti. impossibile est enim vt inueniatur in eis aliquod mo- F
uens: quoniam hoc non inuenitur nisi in motu locali tantum: quamuis
illud, quod mouetur in qualitate mouetur aliquo modorum rerum, quæ
dicuntur moueri accidentaliter. Et dicit: Et, si substantia animæ, &c. i. &
si substantia animæ est aliquod mouens se, vt Antiqui describunt, tũc im
possibile est vt moueatur in qualitate, vt album in nigrum: neq; in quan-
titate, vt tricubitum in tetracubitum. quoniam, si aliquod istorum dicat'
moueri, non dicetur nisi accidentaliter: quoniam illud, quod mouetur in
Vide. 8. phy. 60. et quæ ibi. istis, non est nisi corpus Et hoc est quasi causa, propter quam non inue-
nitur in his duobus motibus mouens ex se. sed quoniam motus non attri
buitur albedini, & nigredini, nisi propter corpus, in quo existunt hęduæ
Dubium. qualitates, manifestum est. Sed difficile est imaginari quomodo attri-
buitur additio, & diminutio in quantitate rei augmentabili, & diminu-
bili accidentaliter. augmentatum enim essentialiter mouetur in loco.

Sed

Sed fm ꝙ est motus in partibus, nõ in toto. mot* igitur attribuitur tóti Solutio. Vide. 1. de
accidentaliter. motus igitur attribuitur alterabili, & augmentabili modo Gen. 37. &
accidentali: sed alterabili propter corpus deferens, augmẽtabili autem & 8. phy 33.
diminuibili propter partes corporales augmentabiles, & diminuibiles. Et
secundum has duas intentiones intelligendus est suus sermo, in quo dicit,
quod autem mouetur est corpus, in quibus sunt hæc duo, idest est corpus,
in quibus sunt hęc duo. in qualitate vero est corpus subiectum: in augmẽ-
tato autem sunt partes corporis, in quibus inuenitur iste motus. & sic pos
sunt dissolui omnes dubitationes contingentes huic sermoni.

Amplius autem & si natura mouetur & violentia mouetur, &
si violentia, & natura: eodem autem modo se habet & de quiete: in
quod enim mouetur natura, & in hoc quiescit natura: in quod au
tem violentia, quiescit in hoc violentia. quales autẽ violenti mo-
tus animæ erunt & quietes, neq; fingere volentibus facile est red-
dere. Amplius autem siquidem sursum mouebitur ignis erit, si ve
ro deorsum, terra: Horum enim corporum motus hi: eadem autẽ
ratio & de medijs.

*Item si natura mouetur, & vi etiam moueri possit: & si vi, etiam
natura. Eodem etiam modo res habet de quiete: ad quod enim natura
mouetur, in eo quoq; natura quiescit: similiter etiam ad quod vi moue-
tur, in eo quoq; vi quiescit. Qui autem violenti motus Animæ erunt, et
quietes, ne si fingere quidem velis, facile describas. Item si sursum mo
uebitur, erit ignis: si deorsum, terra: hi enim motus, horũ corporũ sunt.
Eadem ratio est de intermedijs.*

Et, si mouetur naturaliter, mouetur etiam violente: &, si violen
te, naturaliter. Et similiter de quiete. ad quod enim mouetur natu
raliter, in eo quiescit naturaliter. & similiter in illo, ad quod moue
tur violente, in eo quiescit violẽte. Qui igitur sunt motus, & quie
tes isti, qui violente accidunt animæ? Et si mouetur superius natu
raliter, est ignis: &, si inferius, est terra. isti enim duo motus non
sunt nisi horum duorum corporum. Et sermo de corporibus me-
dijs est iste idem sermo.

Idest Et, si mouetur naturaliter, i. per se in loco, necesse est vt moueatur
violente in loco. & hoc necesse est in eo, quod mouetur in loco motu re-
cto. D. posuit conuersum, & d. &, si mouetur violente, mouetur etiam na
turaliter. & hoc etiam necesse est, ꝙ illud, quod mouetur violente, debet
moueri naturaliter: motus* enim violentus non intelligitur nisi respectu
naturalis. D. d. Et similiter de quiete. idest & fm hunc modum debet eẽ
in quiete ꝙ omne motum naturaliter habet quietem naturaliter: & oẽ
habens quietem naturaliter habet quietẽ violente: & oẽ habens quietem
violente, habet quietẽ naturaliter. Si igitur anima mouet naturaliter, hẽt

*Mor⁹ vio
lent⁹ fi in
telligit, ni
si respectu
nãlis. vide
1. Cœ. 14.
& q ibi. &
2. cœ. 83.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quietem naturaliter:&,si habet quietem naturaliter, habet quietem violentam. Et,cum narrauit ꝙ illud,quod mouetur naturaliter, potest habere violentam quietem,narrauit in quo loco habet quietem violente,& d.& similiter in illo ad quod mouetur naturaliter, in eo quiescit violente.i. in loco enim,in quo mouetur naturaliter,quiescit violente.verbi gra ignis, qui mouetur naturaliter in loco inferiori,in eo quiescit violente:terra autem econuerso.& hoc determinatum est in Quinto Physi. Et, cum probauit ꝙ si anima mouetur naturaliter,& per se. necesse est vt moueat violente,aut quiescat violente, his propositionibus verificatis, d. Qui igitur motus sunt?:desit nullus enim potest dicere in hoc aliquid. hoc enim nullo modo imaginatur in anima, nedum sit necesse. Et potentia istius sermonis est potentia duorum syllogismorum hypotheticorum. Quorum primus est quòd,si anima mouetur naturaliter,mouetur violente, sed nō mouetur violente:ergo non mouetur naturaliter.Secundus autem,est ꝙ si anima mouetur naturaliter,quiescit naturaliter, & si quiescit naturaliter,quiescit violente:sed non quiescit violente: ergo non quiescit naturaliter:& si non quiescit naturaliter, non mouetur naturaliter. & iste componitur ex duobus syllogismis hypotheticis continuatiuis, in quorum vtroq; destruitur consequens. & concluditur oppositum præcedentis.

5.phys. 54.60.

D d.alium syllogismum,qui sequitur ex istis propositionibus, per quē declarat ꝙ anima non mouetur naturaliter, & d. Et, si mouetur superius naturaliter:est ignis:& si inferius,est terra. idest si mouetur naturaliter in loco mouetur aut superius,aut inferius: cùm omnis motus in loco est altero istorum modorum.& hoc verum est in motu recto. Si igitur mouetur superius,est ignis:si inferius,est terra:si medio modo est alterum duorum corporum mediorum,aut aqua,aut aer. Et hoc intendebat cū dicit. Et sermo de corporibus,&c.idest quasi diminuit impossibile consequēs quia manifestum est.& est quòd, si est ignis, aut aliquod elemētorum est in corpore violente.&, si est aliquod elementorum,non debet moueri in corpore nisi vno motu naturaliter,aut superius, aut inferius, non motibus oppositis,sed nos videmus eā moueri motibus oppositis in loco: ergo nō est vnum elementorum quatuor.

Quoniam autē videtur mouere corpus, rationabile est his mouere motibus,quibus & ipsa mouetur:si autem hoc, & conuertentibus dicere verum,ꝙ secundum ꝙ corpus mouetur, hoc & ipsa: Corpus autem mouetur secundum loci mutationē, quare & anima mutabitur secundum corpus,aut tota, aut secundū partes trāslata:Si autem hoc,contingit & exuntē iterum ingredi:ad hoc autem sequitur,resurgere mortua animalium.

SOTH. *Item quia videtur mouere corpus,consentaneum est, vt ys illud moueat motibus,quibus & ipsa mouetur.Quod si ità est,etiam facta conuersione dicere verum est, quo corpus mouetur,eo & ipsam moueri, at*

vero

vero corpus latione mouetur,quare & anima mouebitur quomodo corpus,aut tota, aut partibus demigrando.Sin autem id fieri potest, fieri etiam poterit vt egressa rursus introeat.Cui consequens fuerit ut mortua animalia resurgant.

Et etiā,si videmus eā mouere corpus,necesse est vt moueat ipsum illis motibus,quibus illa mouetur. Et,si ita sit,cum iste sermo conuertetur,erit verus,ſ.ꝙ motus,quo corpus mouetur, mouetur etiam ipsa illo motu,& corpus mouetur motu locali:vnde necesse est vt anima transmutetur ſm transmutationē corporis, & transferatur ī loco,aut ſm totū,aut ſm partes.Et,si hoc fuerit, possibile est vt cū exiuerit ab aliquo loco reuertat,& existat in eo vñ possibile est vt illud,ꝙ morit ex animalibus,reuertatur,& viuat.

41 Dicit Et etiam,si videmus eam, &c. i. & est etiam altera raciocinatio. quoniam,si ponimus quòd ipsa mouet corpus secundum quòd mouetur necesse est vt moueat ipsum modo motus,quo mouetur,ſ.ꝙ,si transferatur,necesse est vt transferat ipsum:&,si alteretur,necesse est vt alteret ipsum. Et,cùm posuit hoc,d.& econtrario etiam,ſ.modus motus,quo corpus mouetur ab anima,necesse est vt moueatur illo eodem motu. Hoc posito,si posuerimus ꝙ corpus mouetur ab anima motu locali, tunc necesse erit vt anima moueatur in corpore,aut secundum totum, aut secundum partes.erit igitur in corpore quasi corpus in loco.&, quia innata est mouere corpus in locis diuersis,possibile est etiam vt ipsa moueatur in locis diuersis, Et cùm ita sit, possibile est,sicut dixit, cùm exierit à corpore, vt reuertatur,& intret ipsum,vnde consequitur,sicut dixit,vt animal mortuum reuertatur,& viuat. Sed ista contradictio est secundum sermonē dicentis,non secundum rem in se. Nos enim non ponimus quòd omne mouens mouetur illo modo motus,neq; in motu locali: nisi mouens sit corpus:vt declaratum est in Physicis. Et, cùm quidam existimauerunt quòd hæc contradictio est secundum rem in se,dederunt dubitationes super Aristo.in hac propositione,dicenti ꝙ omne corpus non mouet nisi mouetur,& dicunt,nos videmus hic multa,quæ mouent, & non mouentur illo modo motus,vt lapis retitus:quoniam,cùm calefit,mouet paleam motu locali;tamen ipse non mouetur. Sed iste non est locus istius quæstionis.& eius dissolutio iam dicta est in.viij.physico. vbi indigebat ponere hanc propositionem. Si quæstio esset propria huic loco,contradictio esset secundum rem in se:quia multa videmus alterare, tamen non alterā tur. Sumus igitur inter duo. Aut debentes ponere ꝙ contradictio est secūdum rem in se,& tunc non erit verum,nisi in motu locali, ꝙ non sonant verba Aristo. Aut ponere ꝙ contradictio est secundum sermonem dicentis,non secundum rem in se. Et ista quidem contradictio non verificatur, nisi concedendo primam propositionem,à qua incœpit loqui, scilicet ꝙ, si anima mouet corpus,secundum quod mouetur,necesse est vt moueat

Dubium.

Solutio 8. Phy. 15. & 32.

ipsum

ipsum modo motus, quo mouetur. & hoc concedunt Antiqui: aut sequi- D
tur illud, quod concedunt. hoc quidem concesso, consequitur conuersum
eius necessario, & est quòd omnis motus, quo corpus mouetur, necesse est
vt anima moueatur illo motu. & hoc manifestum est. secundum hoc igi-
tur intelligenda est ista contradictio in hoc loco.

Secundum accidens, autem motu si ab altero moueatur: depel-
letur enim vtiq; violentia animal. non oportet autem cui à se ipso
moueri ineſt in substantia, hoc ab alio moueri: nisi secundum acci
dens: sicut neq; quod ſm se bonum aut propter se ipsum, hoc qui-
dem propter aliud esse, hoc autem alterius causa.

SOPH. *Motu porrò, qui per accidens fit, etiam ab alio moueri possit, fieri*
enim potest, vt vi animal impellatur: non oportet autem cuius in sub-
stantia ineſt, vt à se ipso moueatur, id ab alio moueri, nisi forte per acci-
dens: quemadmodum neque quod per se bonum, aut propter se, id per E
aliud esse, aut alterius causa.

Motu autem accidentaliter non mouetur, nisi per aliud, ſ. cum
animal expellitur violente. Sed non est necesse vt illud, in cuius
substantia est moueri per se, moueatur per aliud, nisi accidentali-
ter. quemadmodum non est rectum, vt illud, quod est bonum per
se, sit bonum per aliud: neq; illud, quod est delectabile per se, sit
delectabile per aliud.

42 Cùm destruxit q̃ anima mouetur per se, incœpit declarare q̃ non est
impossibile vt moueatur accidentaliter: immo forte est necessarium. Et
dicit. Motu autem accidentaliter, &c. ideſt motu autem accidentali pòt
moueri: cum talis motus non est nisi per motum rei, in qua est, & hoc ac-
cidit ei, cùm corpus, in quo est, mouetur violente ab aliquo extrinseco.
Et, cùm dedit pro possibili istum modum motus, declarauit q̃ non debet F
necesse esse, vt illud, quod mouetur per suam substantiam, moueatur per
aliud. Quemadmodũ enim illud, q̃ est bonũ per se, non est bonum per a-
liud, sic illud, q̃ est motum per se, non est motum per aliud.

Animam autem maxime dicet aliquis vtiq; à sensibilibus mo-
ueri si quidem mouetur. At vero & si mouet ipsa se ipsam, & ipsa
mouebitur vtiq;. Quare quoniam omnis motus ex distantia est
eius quod mouetur ſm q̃ mouet: & anima vtiq; distabit à substã
tia ipsius secundum se ipsam, nisi secundum accidens se moueat,
sed est motus ipsius substantiæ per se.

SOPH. *Animam autem maxime dixerit quispiam à sensibilibus moueri,*
si mouetur. Iam uero si mouet ipsa se ipsam, ipsa quoq; moueatur. Quã-
re si omnis motus recessus est eius quod mouetur, quatenus mouetur, ani-
ma etiam recedere possit ex substantia, si non ex accidenti se ipsa mo-
ueat,

ueat, sed motus sit substantiæ ipsius per se.

Et melior sermo omnium sermonum dictorum in hoc, q̃ ani-
ma mouetur, est q̃ mouet sensibilia. Sed, si mouet se, mouetur ẽt.
Vnde necesse est, quia motus est processus moti in modo sui mo-
tus, vt anima etiam procedat à sua substantia, si non mouet se ac-
cidentaliter. sed motus est suæ substantiæ per se.

41 Cùm declarauit quod contingit dicentibus quod anima non mouet,
nisi secundum quod mouetur, vt moueatur modis motuum, quibus mo
uetur anima autem videtur mouere pluribus modis, vt motu locali, & mo
uibus sensibilium: & iam dedit eis impossibilitatem, si mouetur motu lo-
cali, qui est modus quo mouet: declarauit hic quòd sermo magis sufficiẽs
quòd anima mouetur illo modo, quo mouet, est vt moueat motu, quem
facit in sensibilibus, & dicit. Et melior sermo, &c. ideſt & magis sufficiens
sermo est dicere quod anima mouetur in genere motus, quem habet in
sensibilibus. & intẽdebat hoc, cùm dicit, quòd mouet sensibilia, ideſt quod
mouetur modo motus, secundum quem mouet sensibilia. Sensus* enim
licet moueantur à sensibilibus, tamen existimantur mouere, & moueri
ab eis insimul. Deinde incœpit dicere aliud impossibile contingens om-
nibus: & est quod si actio substantialis animæ, qua sustentatur, quasi for-
ma sit † motus: motus autem est transmutatio rei in sua substantia: ne-
cesse est vt anima transmutetur in sua substantia: & non sit in sua vltima
perfectione, ideſt in actu. Esse* enim motus est esse transmutabile, & est
compositum ex esse in potentia, & ex esse in actu. & ideo existimauerunt
plures Antiquorum ipsum non esse. & dicit. Sed, si mouet se, mouetur e-
tiam, &c. ideſt, sed si anima mouet se, vt ponunt Antiqui, ipsa etiam mo-
uetur in se, & in sua substantia. Et, quia omnis motus est trãsmutatio mo
ti in modo suæ substantiæ, secundum quod est motum, necesse est vt ani
ma etiam transmutetur à sui substantia Deinde dicit si non mouet se ac-
cidentaliter, ideſt mihi videtur, si motus non est aliquod posterius ab ani
ma quasi accidens illi, scilicet vt anima accipiatur in definitione motus,
non motus in definitione animæ, vt faciunt Antiqui. Et intendebat per
hanc expositionem, si non mouet se, ita quod motus sit accidens, & con-
sequens substantiam eius. & forte intelligit intentionem prædictam de
accidenti, ideſt quod opponitur essentiæ.

Quidam autem & mouere animam dicunt corpus in quo est, si
cut ipsa mouetur, vt Democritus: similiter dicens Philippo co-
mœdiarum Dida scalo: ait enim Dædalum fecisse mobilem ligneã
Venerem, infundens argentum fusile. Similiter autem & Demo-
critus dicit: motas enim inquit indiuisibiles sphæras, propter id
q̃ aptæ natæ sunt nusquã manere, cõtrahere q̃ & mouere corpus
omne. Nos autem interrogabimus si & quiescere facit hoc idem &.
Quomodo autem faciat difficile, aut impossibile dicere. Omni-

no

* Sensus licet moueant a sensibilibus, ipsi existimant moueri & moueri ab eis insimul.

† Motus ẽ trãsmutatio rei in sua ſba. oppositũ. 1. ph. 63. & 5. ph. 7. vi de cõtra. Zim.

* Eẽ motꝰ est cõpositũ ex eẽ i potẽtia, & ex esse in actu. & ideo existimauerũt plures Antiquorũ ipsum nõ eẽ Idẽ. 3. ph. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

no autem non sic videtur anima mouere animal, sed per voluntatem quandam & intellectum.

SOPH. *Sunt etiam qui dicant animam mouere corpus in quo est, vt ipsa mouetur, vt Democritus, similiter dicens ac Philippus Comicus. inquit enim Dædalum fecisse ligneam illam venerem, quæ moueretur infuso argento fusili. Similiter etiam Democritus asserit: inquit enim illum mouentur orbes indiuisibiles, eo quod suapte natura nunquam possint quiescere, secum rapere, & mouere vniuersum corpus. Nos autem interrogabimus, num illud idem etiam quiescere faciat? Atque tandem pacto id faciet, difficile est immo vero dictu impossibile. Omnino non ita videtur anima mouere aïal, sed electione quadã, & intellectione.*

Et dicunt aliqui ꝙ anima mouet etiam corpus, in quo est, modo, quo mouetur. vt Demo. dixit enim sermonem similem sermoni Philippi. Iste enim dicit ꝙ Dedalus posuit imaginem Hermaphroditi motam, ponendo in ea argentum viuum. Et similiter dicit Democritus dicens, ꝙ sphærę indiuisibiles semper mouentur, quia innatæ sunt non quiescere in aliqua hora: & sic attrahent secum totum corpus, & mouent ipsum. Nos igitur quærimus ab eo, vtrum hoc idem faciat quietem etiã. & difficile est, immo impossibile dicere quomodo facit hoc. Et vniuersaliter nõ videmus animam mouere animal hoc modo, sed voluntarie.

44 Cùm declarauit quod contingit dicentibus quod mouetur anima ex se, vt transferatur ex se, quemadmodum corpus transfertur, & dedit eis multa impossibilia, incœpit hoc etiam dicere quod plures homines sunt, qui hoc dicunt, & dicit. Et dicunt aliqui quod anima mouet corpus, &c. idest, & quidam opinantur quod anima mouet corpus motu locali, illa etiam mota. vt Democritus opinatur enim quod partes indiuisibiles semper mouet corpus motu suo, sicut dixit Philippus quod Dedalus fecit mouere imaginem Hermaphroditi, imponendo in eam argentum viuum, iste enim opinatur quod ita est de anima cùm corpore ni motu, sicut de argento viuo cum imagine. Deinde dicit. Nos igitur quærimus ab eo, &c. idest, &, si causa apud ipsum, propter quam anima mouet corpus, est ista, quærendum est ab eo, quomodo anima facit quietem, si facit motum, secundum quòd semper mouetur. Deinde declarauit quod non solum est difficile, immo impossibile dare causam, quomodo facit quietem. secundum quod mouetur, & dixit. & difficile est dicere, &c. Deinde dicit. Et vniuersaliter non videmus animam, &c. idest quod, si motus corporis ab anima esset, sicut motus imaginis ab argento viuo, tunc motus corporis non esset voluntarius, sed necessarius, & hoc manifestum est.

Eodem

dem vsq; ad illam: interdum vero ab illa. uerbi causa, sensus quidē ex
his: recordatio vero ab illa, ad eos motus siue mansiones, quæ sunt in
sensuum instrumentis.

Dicere autem q̄ anima irascitur est simile ei, quod texit, aut q̄d
ficat. melius enim videtur non dicere q̄ anima habet pietatē, aut
docet, aut distinguit, sed dicere q̄ homo facit hoc propter animā,
& hoc non est, quia motus venit ad ipsam, & fit in ea: sed quādoq;
perueni

4 peruenit ad ipsam, & quandoq; est ex ea. v.g. q̄ sentire est ab istis
rebus: rememoratio autem est ab anima.

4 Quia facit hominem errare hoc, quod est in consuetudine dicendi, q̄
anima irascitur, & timet, vnde existimatur q̄ illi motus sint existentes in
anima abīq; corpore, & q̄ anima mouetur essentialiter istis, incœpit de-
clarare q̄ hoc non dicitur nisi ſm similitudinem, & q̄ isti motus ita sunt,
sicut motus, qui sunt in membris apparentibus, sicut ędificare, & texere: &
q̄ in nullo differt, nisi quia membra illa sunt interiora, & hæc exteriora.
Et dixit, dicere autem q̄ anima irascitur, &c. i. quēadmodum motus tex
toris, & ędificatoris non attribuitur animæ nisi accidentaliter, ita est mo
tus iræ, & timoris. D.d. melius enim videtur non dicere, &c. i. & ideo me
lius est vt locutio sit in omnibus istis actionibus, q̄ homo facit hoc p ani
mam, non q̄ anima distinguat, aut ædificet, aut addiscat, aut habeat pieta-
tem: sed homo addiscit per animam, aut distinguit per eam D.d. & hoc
5 non est, quia motus est in anima, &c. i. & isti motus non existunt in aīa:
sed principium motionis in quibusdam eorum est extrinsecus, & finis eo-
rum est in anima. Et, cùm declarauit q̄ principium quorundam istorū
motuum est extrinsecus, & finis eorum in anima, dedit exemplum. sed in
translatione à qua dicimus, diminuta est. & intendit q̄ motus, cuius prin
cipium est extrinsecus, & finis in anima est motus, sensus & motus, cuius
principium est in anima, & finis extra, est motus rememorationis, & iste
motus rememorationis forte pueuit ad sensum, & forte non. virtus enim
rememorativa, qñ mouerit imaginativam, tunc forte imaginativa mo-
uebit sensibilem, & forte non. Et hoc manifestum est in alia trāslatione
sic. & dicere q̄ anima irascitur est quasi dicere q̄ texit, aut q̄d ficat sed me
lius est non dicere q̄ anima gaudet, aut addiscit, sed homo per animam.
& non quia motus peruenit ad ipsam, & fit in ea: sed quandoq; peruenit
ad ipsam, vt sensus, qui reddit illud, quod redditad ipsum à sensibilibus: &
quandoq; fit motus principium ab ea, vt in memoratione. & tunc aut re-
manebit in ea, & non perrransibit ad aliud: aut veniet ad sensus, & trans-
mutabit eos. Et intendit per hoc, quod dixit, nō est quia motus venit ad
ipsam. & fit in ea. i. nō, quia anima est subiectum istius motus, dicitur ha-
bere ipsum. Et intendit p hoc, quod dixit, & tunc aut remanebit in ea, &c.
idest q̄ ille motus, cuius principiū est ab anima, ſ. rememoratio, forte re-
manebit in corpore, quod est inſtm istius virtutis: & forte perträsibit ad
aliud, quousq; perueniat ad sensus, idest ad instrumenta sensuum.

Mot⁹ cui⁹ principiū ē extrinsec⁹ & finis in aīa. ē mo tus sensus oppositū 5 co. 3. hu ius primi. Vide eōs. Zim.

Intellectus autem videtur inferi substantia quædam existens,
& non corrumpi. maxime enim corrumpetur vtiq; ab ea quæ est
in senio debilitate: nunc autem fortassis quemadmodum in sensi-
bus accidit: si enim accipiat senior oculum huiusmodi, videbit
vtiq; sicut & iuuenis. Quare senium non est in sustinendo aliquid
animam, sed in quo, sicut in ebrietatibus & infirmitatibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOPH. *Intellectus autem videtur accedere, ac substantia quædam esse, nec interire. nam ab ea potissimum hæbetatione quæ in senio fieri solet, labefactari etur. nunc vero vt in sensorijs euenit: nam senex nactus oculum talem, videbit vti q, sicut et iuuenis. Quare senectus nō est eo quòd anima aliquid sit passa, sed id in quo: quemadmodum in ebrietatibus fit & in morbis.*

Intellectus autem videtur esse substantia aliqua, quæ fit in re, & non corrumpitur. Quoniam, si corrumperetur, magis dignum esset vt corrumperetur in fatigatione, quæ est apud senectutem. sed videmus q̄ illud, quod accidit in sensib⁹ ex hoc, accidit in corpore. senex enim si reciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. senectus igitur nō est dispositio, in qua anima patitur aliquid, sed dispositio in qua anima est sicut est apud ebrium, & ægrotum.

65 Cùm concessit q̄ anima mouetur accidentaliter, i. propter subiectum, per quod cōstituitur, & propter hoc est generabilis, & corruptibilis, incepit declarare q̄ intellectus materialis inter partes animæ videtur esse non mobilis, neq; accidentaliter etiam. est .n. non generabilis, & non corruptibilis, nisi fm illud, in quo agunt ex corpore, aut fm illud, à quo patitur: quia habet instrumentum corporale, quod corrumpitur per suam corruptionem: sicut est dispositio in alijs virtutibus animæ. Et dixit Intellectus autem videtur esse substantia, &c. & intendit hic per intellectum, intellectum materialem, qui comprehendit intētiones omnium entium. D.d. Quoniam, si corrumperetur, &c. ideſt quoniam, si corrumperetur, haberet instrumentum corporale: esset enim virtus corporis. Et, si haberet instrumentum corporale, accideret ei apud senectutem illud, quod accidit senibus: & tunc debiliter intelligeret intentiones rerum intelligibilium. sed non est sic: & tunc necesse est vt non habeat instrumētum corporale. &, cùm iste intellectus non corrumpitur in se, tunc illud, quod corrumpit in se, est passio, aut actio eius per corruptionem eius, à quo patitur: cùm illud, à quo patitur, sit intra corpus, vt declarabitur post. Deinde dicit sed videmus q̄ illud, quod accidit in sensibus ex hoc. ideſt sed, quia videmus hoc, quod accidit in sensibus ex fatigatione apud senectutem, potest attribui virtuti sensitiuæ tali modo, scilicet non quia virtus transmutata est, & inueterata, sed quia illis, per quæ intelligit, accidit fatigatio. verbi gratia artifex, cuius actio fatigatur propter fatigationem instrumenti, non propter seipsum. &, cùm iste sermo sit sufficiens in sensibus, quanto magis in intellectu. Deinde dixit. senectus igitur non est dispositio, &c. ideſt & sicut senectus, & inueteratio contingens homini fm hanc rationem, nō est dispositio, in qua anima patitur ad viam corruptionis: sed dispositio, quæ accidit ei apud senectutem est similis dispositioni, quæ videtur accidere ei apud ebrietatem, & ægritudinem. existimatur enim q̄ anima apud hæc duo non patitur ad corruptionem, & maxime apud ebrietatem. Et iste sermo

Intellis mā l ia cōphēdit ītēciones oīum entiū. Idē 3. de Aīa t. cō. 4. 5. & 36.

1. de Aīa t. c. 10. & hic i textu sequenti.

sermo postremus est sufficiens, non demonstratiuus. * sed cōsuetudo Aristotelis est inducere sermones sufficientes, aut post demōstratiuos, aut in locis, in quibus non potest inducere sermones demonstratiuos.

*Cōsuetudo Arist. ē iducer sermones sufficientes, aut post demōstratiuos, aut in locis, i quibus nō pōt iducer sermones demōstratiuos. Vide idē. 1. Cœ. c. 3. & q̄ ibi.

Intelligere autem & considerare marcescunt alio quodam interius corrupto: ipsum autem impassibile est. Intelligere autem aut amare & odire, non sunt illius passiones, sed huius, habētis illud fm q̄ illud habet: quare & hoc corrupto, neq; memoratur, neq; amat. non enim illius erant, sed cōis, q̄ quidem destructum est: Intellectus aūt fortassis diuinū aliquid & impassibile. Quòd quidē igitur non possibile moueri animam, manifestum est ex his: si aūt penitus non mouetur, manifestum quoniam neq; à seipsa.

Itaq; & intelligere & contemplari languescit, dum aliud quidpiā intus corrumpitur: at ipsum impatibile est. Ratiocinari autē, & amare vel odisse, non sunt illius passiones, sed eius quod habet illud, quatenus illud habet. Itaq; hoc corrupto, nec meminit, nec amat: non enim illius erat, sed communis illius, quod interijt: Intellectus autem fortasse diuinum quiddam est, & impatibile. Ex his igitur animam moueri nō posse perspicuum est. Quòd si omninò non mouetur, constat eam neq; à se ipsa moueri posse.

Et intelligere, & consyderare diuersantur, quādo aliquid aliud corrumpitur intus: ipsum autem in se nihil patitur. Distinctio autem, & amor, & odium non sunt esse illius, sed istius fm q̄ habet. Ideo etiam, cùm hoc corrumpetur, non rememorabimur, neq; diligemus alios. nū igitur est illius, sed eius, quod est cōe, quod amittebatur. Intellectus aūt dignius est vt sit aliquod diuinū, & impassibile. Quòd igitur impossibile est vt anima moueatur manifestū est, &, si oīno non mouetur manifestū est q̄ non mouet, neq; ex se.

Cùm posuit q̄ intellectus, qui intelligit intelligibilia, neq; est generabilis, neq; corruptibilis, sed intelligere, quod est actio istius intellectus, videtur generabile, & corruptibile, incœpit dare modum, ex quo contingit hoc. & est, q̄ illud, quod intelligit, est intra corpus, & est generabile, & corruptibile, & dixit. Et intelligere, & consyderare diuersantur, &c. ideſt & accidit q̄ intelligere quandoq; sit in potentia, quandoq; in actu: non, quia intellectum est generabile, & corruptibile: sed quia intra corpus corrumpitur aliquid aliud, vel ei⁹, in quo est intelligere. Deinde dicit, ipsum autem in se nihil patitur, scilicet intellectus imaginans. & post declarabit q̄ hoc est res imaginans, vel imaginata: aut intelligens, vel intellecta: & est illud, quod vocat in Tertio tractatu intellectum passibilem. Et, cùm dedit modum dissolutionis quæstionis, in qua quæritur quomodo intellect⁹

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligens non est generabilis, aut corruptibilis, & intelligere, quod est D
sua actio, sit generabilis, & corruptibilis, incœpit etiam declarare de virtu
tibus, licet, cum sint attributæ intellectui, videantur generari & corrum-
pi, ꝙ illæ virtutes non sunt intellectus æterni. Et facit hoc, ne accedat quę
stio in hoc, quod dixit in intellectu materiali in Tertio tractatu, scilicet
quomodo intellectus sit ingenerabilis, & incorruptibilis: & nos posuimꝰ
quòd post mortem neq; diligimus, neque odimus, neq; distinguimus.

3. de Aia tex. c. 20. Deinde dicit. Distinctio autem, & amor, & odium, &c. ideſt distinctio autem, quæ attribuitur virtuti cogitatiuæ, & amor, & odium, quæ attribuuntur rationi, scilicet quæ accipiunt actionem rationis. videtur enim in hac parte animæ ꝙ sit aliquod rationabile, quod est obediēs intellectui in hominibus bonis. ista igit̄ non sunt actiones istius intellectus: sed sunt actiones virtutum habentium hanc rationē, scꝫ ꝙ habent illam actionē.

Et addidit hanc conditionem, scilicet secundum ꝙ habent: quia impoſ-
sibile est vt istæ virtutes sint, nisi cum intelligere: sed, si attributæ fuerint E
ei, non erit attributio scꝫ ꝙ sunt. Deinde dicit Ideo etiam, cùm hoc cor-
rumpetur non rememorabimur, neq; diligemus. ideſt &, quia hæ actio-
nes sunt in nobis à virtutibus generabilibus & corruptibilibus, aliꝰ à vir
tute, quæ est intellectus materialis, s. qui comprehendit intentiones vni-
uersales, non potest aliquis dubitare, & dicere ꝙ, si intellectus sit ingene-
rabilis, & incorruptibilis, quare non rememoramur post mortem, neque
diligimus, neq; odimus. hæ enim actiones sunt virtutum aliarum ab illa
virtute. D.d. Intellectus autem dignus est vt sit aliquod diuinum, & nō
passibile, ideſt non transmutabile propter mixtionē cum materia. D.d.
Aīa ſ quibuſdā partibꝰ ñ mouet. neq; eſſentialr, neq; accidentalr, vt intellectus: in qbuſdā yo mouetur accidētalr vis. Quòd igitur impossibile est, &c. ideſt manifestum est igitur ex hoc sequi
mone, ꝙ impossibile est vt anima moueatur in quibusdam autem partibus, scilicet in intellectu, neq; essentialiter, neq; accidentaliter: in quibus-
dam verò accidentaliter, non essentialiter: & cum declaratum fuerit ꝙ nō
mouetur omnino ex se: quia necessarium est in omni moto ex se, quod è F
proprium: in animalibus, vt moueatur ex se essentialiter, & non cōuertur.

Multum autem his quæ dicta sunt irrationabilius, dicere ani-
mam esse numerum mouentem se ipsum: insunt enim his impossi
bilia, primò quidem ex ipso moueri accidentia, propria autem, ex
eo ꝙ dicunt ipsam esse numerum. Quomodo enim oportet intel-
ligere vnitatem motam, & à quo, & qūo, impartibilem & indiſſe
rentem existentem: si nanq; est mota & mobilis, differre oportet.

SOPH. *Sed multò magis, quàm quæ dicta sunt à ratione distat, dicere ani-
mam numerum se ipsum mouentem: adsunt enim his impossibilia
primum, quæ ex ipso moueri accidunt: deinde peculiaria quædam,
ex eo, s. quod dicant eam esse numerum. Quomodo enim oportet in-
telligere vnitatem quæ moueatur, & à quo, & quomodo: cum impar-
tibilis*

*A tibilis sit, & nullam habeat differentiam? Nam si est motiua & mo-
bilis, differre eam oportet.*

Et magis remotus à ratione est sermo, qui dicit animam esse nu
merum mouentem se, contingunt enim hoc dicenti multa impoſ-
bilia. & primo ea, quæ contingunt dicenti animam moueri: & po
stea quæ contingunt ex dicere eam esse numerū. Nescimus enim
quomodo intelligimus vnitatem motam, & à quo mouetur, &
quomodo mouetur: igitur oportet vt diuersetur.

67

Cùm compleuit contradictionem ad vtentes moru tantum in defini- Prima rō contra po nentes am mā ē nu- merum.
tione animæ, incœpit contradicere eis, qui cum motu vtuntur numero & dixit. Et magis remotus, &c. i. & iste sermo in anima est minoris sufficien-
tię omnium sermonum, s. sermo dicentis animam esse numerum se mo- B
uentem. contingunt enim ei multa impossibilia, & primo illa, quæ con-
tingunt dicenti animam esse aliquod mouens se: & postea ea, quæ contin
gunt, quia ponunt eam esse numerū mouentem se. D. d. Nescimus, &c.
ideſt nescimus enim qūo intelligitur vnitas semp mota. omne enim mo-
tum habet situm: & vnitas non habet situm. Et similiter impossibile est ēt
intelligere qūo mouetur, quousq; diuidatur in aliquod motum, & in ali
quod mouens, scꝫ ꝙ diuiditur illud, quod mouet se. vnitas enim in se nō
diuiditur. Et ēt si etiam impossibile est intelligere qūo mouet. qm̄ illud, 6. Phy. t. c. 86. 87. &
quod non diuiditur, non mouetur. vt declaratum est. D. d. igitur opor- 88.
tet vt diuersetur ideſt si est aliquis modus, scꝫ quem mouetur, & alius, scꝫ
quem mouet, oportet vt isti modi diuersentur: & sic erit diuisibilis scꝫ in
tentionem. vnitas autem non diuiditur aliquo modo.

Amplius autem, quoniam dicunt lineam motam facere planū,
punctum autem lineam: & vnitatum motus, lineæ erūt: punctus
enim est vnitas positionem habens: numerus autem animæ iā ali- C
cubi est, & positionem habet. Amplius autem à numero si auferat
quis numerum aut vnitatem, relinquit̄ alius numerus: plantę aūt
& aīaliū multa, diuisa viuunt & videnť eandē aīam hēre specie.

*Item quia dicunt motam lineam planum facere: punctum verò li-
neam: & vnitatum motus erunt lineæ. punctum enim vnitas
est positionem habens. numerus verò animæ alicubi tandem est, & po
sitionem habet. item si a numero quispiam numerum vel vnitatē au-
ferat, relinquitur alius numerus: at uerò plantæ & pleraq; animaliū
si secentur, viuunt, & eandem specie habere animam videntur.*

Et etiam, cùm dicunt ꝙ, cùm linea mouetur, faciet superficiem,
& punctus lineam. punctus enim est vnitas habēs situm, sicut nu
merat animam in situ & habet situm. Et etiam, si de numero di-
minuitur numerus, aut vnitas, remanebit alter numerus. & plan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tæ, & plura animalia remanebunt viua, cùm abscinduntur: & tamen reputatur ꝙ anima eorum est illa eadem anima in specie.

68 Secũda rõ

Cùm dedit modos, ex quibus accidit vt iste sermo contradicat sibi, dedit ẽt alia impossibilia, & dixit. Et etiam, cùm dicunt, &c.i. & cùm consuetudo est Mathematicorum dicere ꝙ, cùm linea mouetur, fit superficies: &, cùm punctus, fit linea: vnitates aũt, si mouentur, necessarium est vt habeant situm: & oĩs vnitas habens situm est punctus: necesse est vt vnitates, quas ponunt esse numerum aĩæ, sint puncta. &, si sint puncta, & mota, necesse est vt faciant lineas, nõ actiones animæ. D. dedit aliud impossibile, & dixit. Et ẽt, si de numero diminuitur, &c.i. & ẽt modi numerorum diuersant fm magis & minus. si enim ex quaternitate auferatur vnitas, fiet ternarius: &, si addat, fiet quinarius. & nos videmus oẽ animatum ex plantis, & plura ex animalibus, licet diminuatur ab eis vna pars, tñ remanet illud, quod remanet æquale in specie primo. vnde actio animæ videtur in capitulo qualis, non quanti. &, si actio animæ esset in quantitate, contingeret vt anima, quæ remanet in plantis, esset diuersa in specie à priori.

Tertia rõ.

Actio aĩæ vt est ĩ q̃li, nõ i quãto.

Videbitur autem vtiꝙ nihil differre dicere vnitates, aut corpora parua. et nanꝙ ex Democriti sphæris si fiant puncta, manet autem solum quantitas, erit aliquid in ipso, hoc quidem mouens, illud autem quod mouetur: sicut in continuo: non enim propter hoc quod est magnitudine differe, aut paruitate, accidit quod dictum est, sed quia quãtum: vnde necesse est aliquid esse motiuum vnitatum. Si autem in animali mouens anima, & in numero. Quare non mouens & quod mouetur est anima, sed mouens solum.

SOPH. *Nihil autem referre videatur, siue vnitates, siue parua corpuscula dicantur: Etenim ex Democriti sphærulis si fiant puncta, modo sola remaneat quantitas, erit in ipsã quidam quod moueat, & quidpiã quod moueatur, quemadmodum in magnitudine: neq; enim quod magnitudine differant aut paruitate, quod dictum est euenit, sed quia quantum sunt: Itaq; necessarium est adesse aliquid quod sit moturum vnitates, quòd si in animali id quod mouet anima est, etiam in numero. Quare non quod mouet, & quod mouetur, aĩa est: sed id dũtaxat quod mouet.*

ꝙ. l. ipsis

Et potest homo dicere ꝙ nulla est differentia inter vnitates, & corpora parua. Fiunt enim ex sphæris Democriti paruis puncta, & remanet sola quantitas, quasi esset in eo aliquod motiuum, & aliquod mouens. non enim, quia diuersantur fm magnitudinem, & paruitatem, continget hoc, quod diximus, sed quia quantum. Et ideo necesse est vt sit aliquid, quod moueat vnitates. Si igitur anima est mouens, etiam est numerus. vnde necesse est vt anima non sit mouens, & motum, sed mouens solum.

Ideſt

A Ideſt, Et potest homõ dicere ꝙ nulla est dña inter ponentem vnitates se mouentes, & ponentem has vnitates corpora parua. ponendo enim eas mouentes se, ponit eas corpora. &, si non, qũo intelligũtur vnitates se mouentes. D.d. Fiunt enim ex sphæris Democriti paruis pũcta. & intendit, vt mihi videtur, & fitr qui ponit ꝙ possibile est vt punctus moueatur, cõcedit ꝙ contingit ei ꝙ punctus sit corpus. & ideo bene possumus dicere ꝙ sphæræ Democriti, quæ mouentur ex se, adeo sunt paruæ, ꝙ dicuntur pũcta. punctus enim fm hanc positionem non est nisi corpus. Et, cum narrauit hoc, dedit causam, propter quam possibile est in talibus punctis imaginari ꝙ in eis sit aliquod quasi mouẽs, & aliquod quasi motum, & dixit. & remanet sola quantitas, &c. ideſt vt mihi videtur, quoniam, cùm fuerint motæ, remanebit in eis sola quantitas, si auferatur ab eis alias quantitates. & cùm natura quãtitatis remanet in eis, possibile est intelligere in eis, aliquod motum, & aliquod mouens: sicut in corporibus. hoc enim nõ accidit corpori, nisi fm ꝙ est corpus, non fm ꝙ est magnum, aut paruum. f. ꝙ fit motum ex se, & ꝙ mouens in eo sit aliud à moto. Et hoc intendebat, cùm dixit sicut est in continuo, &c. ideſt ꝙ res nõ dicitur esse mota ex se, & vt mouens sit aliud in ea à moto, quod est corpus magnum, aut parum: sed quia est corpus continuum tantum. & ideo omnis ponens vnitatem motam ex se, aut pũctum, necesse est ei ponere corpora parua. & sic in nullo differt ponens animam esse vnitates, aut puncta se mouẽtia, à De moetito ponente eam esse sphætas paruas. D.d. Et ideo necesse est, &c.i. & cùm vnitates sint mouentes se: & mouẽs in re est aliud à moto: necesse est vt illud quod monet vnitates, sit aliud ab vnitatibus. si igitur est mouens in omni moto, anima etiam est mouens in vnitatibus, non vnitates motæ, quæ sunt numerus: vnde necesse est, vt aĩa sit mouens tantum, non mouens, & motum infimul. D.d. Si igitur anima est mouens, &c.i. si igitur aĩa est mouens materiã, est etiam mouens numerum. vnde necesse est vt anima non sit mouens, & motum ex numero, sed mouens solum.

69 Quarta rõ

Cũ nã q̃titas remanet in aliquo, posset eo imaginari mouẽs, motũ. Quid de eĩus fine vacuo Cõmentatorẽ cõ. 71. 4. phy. et ex eo oppositũ sequitur dicti supieris. Vide cõt. Zim.

C Contingit autem hanc vnitatem quodammodo esse: oportet enim quandam ineſſe ipsi differentiam ad alias, puncti autem solitarij, quæ vtiꝙ differentia erit, nisi positio. Si quidem igitur sunt alteræ in corpore vnitates & puncta, in eodem erunt vnitates, obtinebit enim locum puncti: & tamen quid prohibet in eodẽ esse, si duo sunt, & infinitas? quorũ enim locus indiuisibilis est, & ipsa.

Tam uerò quis fieri potest vt ea sit vnitas? oportet enim aliquã eius esse differentiam ab alijs: at puncti monadici quænam fuerit differentia, nisi positio? Si igitur vnitates sint puncta quæ sunt in corpore diuersa sunt, in eodem erunt vnitates: occupabit enim locum puncti. Atqui si duo in eodem sunt, quid obstabit cur non etiam infinita sint? Quærum enim locus est indiuisibilis, & ipsa itidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et qũo est possibile vt sit vnitas? necesse est enim vt habeat differentiã, qua differat ab vnitatibus alijs. & quæ diuersitas potest cadere in puncto, & vnitate, nisi sit in situ? Si igit̃ vnitates, & puncta in eodem loco fuerint, quia occupant locum puncti: licet nihil prohibeat vt in eodem loco sint duo puncta, & pũcta infinita: res autem, quarum locus est indiuisibilis, sunt etiam sic.

70 Et qũo est possibile apud eos vt anima sit aliquod compositum ex vnitatibus? necesse est enim dare driam, qua vnitates, quæ sunt in anima, differunt ab vnitatibus numerabilibus. &, si non, tunc numerus esset alatus.

Et cùm narrauit q̃ necesse est eis dare differentiam inter duo genera vnitatum, dixit. & quę diuersitas potest cadere, &c. id est & nihil est, in quo differant hæ duæ vnitates, inquantum vtraq; est indiuisibilis: nisi aliquis dicat q̃ vnitas, quæ est in anima, habeat situm numeri, aut non habeat situ. & sic vnitates, quæ sunt in anima, erunt puncta. dictum est enim q̃ punctus est vnitas habens situm. Et, cùm declarauit q̃ necesse est eis dicere q̃ vnitates, quæ sunt in anima, sunt puncta, incœpit declarare q̃ cõtingit eis dicere q̃ sunt eadem cum punctis existentibus in corporibus, & dixit. Si igitur vnitates, & pũcta fuerint in eodem loco, necesse est vt vnitates, quę sunt in anima, & puncta, quæ sunt in corpore, sint idem. sed dimisit consequens: quia manifestè consequitur à præcedenti. D. incœpit declarare antecedens, & dixit. quia occupant locum puncti. i. necesse est vt sint in eodem loco: quia necesse est vt locus vnitatũ, quæ sunt in aĩa, sit locus vnius puncti punctorũ, quæ sunt in corpore. &, cùm locus vnitatum, quæ sunt in aĩa, est locus vnius puncti punctorũ corporis, necesse est vt sint in eodẽ loco. D. incœpit declarare q̃ necesse est vt, locus eorũ sit locus vnius puncti, & dixit. licet nihil prohibeat. id est nihil prohibet vt duo puncta, imo infinita sint in eodem loco. immo hoc necessariũ est. omnia enim, quorũ locus est indiuisibilis, cùm supponuntur ad inuicem, nullũ sit diuisibile.

Supra tex. & cõ. 68.

Ola, quor loc⁹ ẽ indiuisibil, cũ supponũt nullũ sit diuisibile.

Si autẽ quæ in corpore puncta, numerus animæ, aut si qui eorũ quæ in corpore punctorũ, numerus anima, quare non omnia habent animã corpora? puncta enim in omnibus videntur esse, & infinita. Amplius autẽ quomodo possibile est separari puncta & absolui à corporibus, nisi diuidantur lineæ in puncta?

SOPH. *Quòd si puncta ea quæ sunt in corpore sunt numerus is qui aĩæ est: uel si numerus constans ex punctis ijs quæ in corpore sunt, anima est, cur non omnia habent animam corpora? in omnibus enim puncta esse uidentur, eaq; infinita. Præterea qùi fieri potest, ut puncta separentur ac soluantur à corporibus, si quidem non diuiduntur lineæ in puncta?*

Et, si numerus animæ sit puncta, quæ sunt in corpore, aut aĩa est in numero, qui est ex punctis, quæ sunt in corpore, quare ola corpora

non habẽt animam? opinantur enim q̃ in omnibus corporibus sunt puncta, & infinita. Et etiam qũo est possibile vt puncta separentur à corporibus? cũ lineæ non diuidantur in puncta?

71 Dicit & cùm necesse est ex sermone prædicto quòd vnitates, quæ sunt anima, sint puncta, quæ sunt in corpore: aut anima est aliquod existens in numero, qui fit ex punctis, quæ sunt in corpore, cũ necesse est in duobus punctis q̃ superponatur, quousq; fiant idem: quare omnia corpora non sunt animata, cũ in omni corpore sint puncta infinita? immo necesse est vt quælibet pars eius sit animata: quod est impossibile. D. d. eis aliud impossibile: & est q̃ anima non sit abstracta à corpore, ita q̃ impossibile est vt animal moriatur, nisi per corruptionem sui corporis, & dixit. Et etiam quomodo est possibile vt puncta separentur à corporibus? &c. i. & contingit eis fm hanc opinionem vt anima non separetur à corpore, neq; vt moratur. q̃m, si anima sit puncta: & puncta impossibile est vt separentur à corporibus: cùm declaratum est quòd lineæ non componuntur ex punctis, neq; superficies ex lineis, neq; corpus ex superficiebus: sed puncta nõ separantur a linea, quia sunt eius vltima, neq; linea à superficie, neq; superficies à corpore: tunc animam impossibile est separari à corpore. sed tamen possibile esset in punctis abstractio, si lineæ essent compositæ ex eis. quod est impossibile: vt declaratum est in Physicis.

Sexta rõ contra Antiquos.

Septima rõ contra Antiquos.

Animam ex subtilissimo corpore non componi. Cap. 5.

ACcidit autem sicut diximus, sic quidem idẽ dicere corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus, sic autẽ, sicut Democritus moueri dicit ab anima, proprium inconueniens. Siquidem enim est anima in omni eo quod sentit corpore, necesse est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod anima. Numerum autem dicentibus, in vno puncto, puncta multa, & oẽ corpus animam habere: nisi quidam numerus differens fiat, & aliis ab his qui in corpore punctorum.

Accidit autem quemadmodum diximus ut partim idem dicant quod ii qui corpus quoddam subtilium partium ipsam statuunt: partim ut Democritus ab anima dicit moueri, peculiare absurdum. Nam si anima est in quaq; parte eius quod sentit, necesse est in eodem duo esse corpora, si anima corpus aliquod est. Ii autem qui numerum dicunt, in uno puncto, multa esse puncta, aut omne corpus animam habere, si non aliquis differens numerus accedat, atq; diuersus à punctis iis quæ in corpore sunt.

Et contingit, sicut diximus aliquo modo vt sermo eorum sit similis sermoni ponentis eam esse corpus subtilium partium: secundum autem alium modũ, vt dicit Democritus in motu, propria eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis est impossibilitas. Quoniam, si anima est in toto corpore sensibili, necesse est vt duo corpora sint in eodem loco. si autem est aliquod corpus, necesse est dicentibus numerum. vt in eodem puncto sint multa puncta, vt oē corpus habeat animam: nisi contingat in re animalis, quæ differt à pūctis existentibus in corporib⁹,

72 Et contingit aliquo modo dicentibus hunc sermonem impossibilitas contingens dicentibus aīam esse corpus subtilium partium: & aliquo modo est propria eis ēt impossibilitas Democrito, accidens in hoc, quod posuit, ꝙ cā motus est, ꝙ sphæræ, quæ sunt aīa, mouentur ex se. non enim est dria inter ponentē ꝙ cā motus aīæ est corpus, quod est vnitates motæ ex se, aut quòd sphæræ motæ ex se, D. incœpit notificare in qua possibilitate conueniunt isti cum dicentibus aīam esse corpus subtile, & dixit. Qm̄ si aīa est in toto corpore sensibili, &cī. & impossibilitas cōis est, quia necesse est dicentibus aīam esse corpus vt duo corpora sint in eodē loco. quoniam sunt necessarium vt aīa sit in toto corpore, quia corpus sensibile in oibus partibus suis. vnde necesse est vt in oī parte eius sit aliqua pars aīæ: & vniuersa aīa sit in vniuersō corpore. & sic supponantur corpora, & pertententur ad inuicem, s. corpus, quod est aīa, & corpus, in quo est. & sic necessario erunt duo corpora in eodem loco. Et est necesse dicentibus animam esse numerum vt in loco eiusdem puncti ex corpore sint multa puncta, distincta per intellectum. Et hoc est simile sermoni dicentis possibile eē multa corpora in eodem loco qm̄ cum hoc, quod ponunt ea in eodem loco. si non posuerint ea esse distincta, vt declaratum est, continget eis vt puncta, quæ sunt aīa, sint puncta ipsius corporis. & sic oē corpus erit aīatum, si non concesserint ꝙ in corpore sint alia puncta, diuersa à punctis, quæ sunt in anima. si hoc concesserint, continget eis vt multa puncta sint in loco vnius puncti. & hoc est simile sermoni dicentis ꝙ multa sunt corpora in eodē loco. & hoc est impossibile, contingens dicenti aīam esse corpus subtilium partium.

Accidit ꝙ animal moueri a numero, sicut & Democritum diximus ipsum mouere. Quid ē enim differre dicere sphæras paruas, aut vnitates magnas, aut omnino vnitates ferri. vtrobiq; enim est necesse moueri animal, in eoquòd mouentur ipsæ.

SOPH. *Accidit etiam, vt animal moueatur a numero, vt etiam Democritum diximus illud mouere. Quid enim interest, siue paruæ sphæræ dicātur, siue unitates magnæ, aut denig; unitates quæ ferantur? Nam utrobiq; modo, necesse est moueat animal, eò quòd ipsæ moueantur.*

Et cōtingit eis vt animal non moueatur nisi à numero, sicut diximus de opinione Democriti. Nulla enim differentia est inter dicentes partes paruas, & dicentes quod vnitates secundum ꝙ sunt motæ, necesse est enim secundum vtrunq; modum vt animal nō moueatur nisi illis motis.

Vult

K Vult hic declarare impossibilitatem propriam eis, & Democrito, & dixit. Et contingit eis, &c.i. & contingit eis in hoc, quod dicunt, ꝙ animal non mouetur nisi ab vnitatibus motis ex se, illud, quod contingit Democrito, cū dixit ꝙ aīal non mouetur, nisi ex sphæris motis ex se. D. d. modum, fm quem est similitudo inter vtramq; opinionem, & dixit. Nulla enim differentia, &c.i. nulla est differentia inter dicentem ꝙ illud, quod mouet corpus, est paruum, aut vnitates paruæ, cum fuerit positum ꝙ vtrunq; non mouet corpus, nisi fm ꝙ mouetur: contingit. n. ꝙ hæc duo, s. vnitates, & partes non mouent, nisi fm ꝙ mouentur ex se. & intendit, ꝙ, cā sta sit, impossibilia cōtingētia Democrito, cōtingūt ēt huic opinioni.

Complectentibus igitur in vnum numerum & motum, hæc quidem accidunt & multa alia huiusmodi: Non enim solum diffinitionem animæ huiusmodi impossibile esse, sed & accidens. Manifestum autem si quis argumentauerit ex ratione hac animę reddere passiones & opera, vt cogitationes, sensus, lætitias, tristitias, & quæcunq; alia huiusmodi: sicut enim diximus prius, neq; diuinare facile est ex ipsis.

Ac iis quidem qui simul connexuerunt numerum & motum, & hæc, & pleraq; id genus alia contingunt. neque enim solum fieri; potest ut aliqua Animæ definitio eiusmodi sit, uerum ne quidem accidens. Quod perspicuum fuerit, si quis ex ratione hac affectus & munera Animæ aggrediatur describere, ut cogitationes, sensus, uoluptates, dolores, cæteraq; generis eiusdem: vt enim superius diximus, ne diuinare quidem ex ipsis facile est.

Congregantes igitur numerum, & motum in eodem habent etiam hæc impossibilia, & alia multa similia eis. impossibile est enim vt sit definitio animæ talis, neq; accidens accidentium ei. Et hoc manifestū est, si aliquis voluerit ꝓficere ex hoc actiones, & passiones aīæ, vt cogitationē, & sensum, & voluptatē, & tristitiā. hoc n. sicut diximus superius, neq; est facile, neq; erit ꝓ figmentum.

Dicit ꝙ definientibus animam per numerum, & motum in simul accidant hæc impossibilia prædicta, & alia plurima. Et hoc manifestum est. nullus enim eorum potest dare causas actionum, & passionum in anima propter numerum: neq; si finxerint, dicendo ꝙ talis numerus facit sensum, & talis cogitationem, & talis voluptatem. Quoniam, si causæ rerum diuersarum sunt diuersæ: & causæ istarum sunt vnitates, & numeri: necesse est vt vnitates, & numeri causæ istorum diuersentur. Et sermo eius in hoc capitulo est palam.

Cāe rerū diuersarū sunt diuersæ. sem supra. 6. c. 5.

Tribus autem modis traditis secundum quos diffiniunt aīam,

Alij

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij quidem motiuum maximè enunciauerunt, in mouendo se ip D
sam. Alij autem corpus subtilissimum, aut incorporalissimum a-
liorum. Hæc autem quas dubitationes & subcõtrarietates habẽt,
præterijmus fere. Relinquitur autem considerare, qualiter dici-
tur ex elementis ipsam esse. dicunt enim quatenus sentiat ea quæ
sunt, & vnum quodq; cognoscat.

SOPH. *Cum autem tres modi tradantur quibus definiunt Animam, par-
tim illorum maxime motiuum asseruerunt, eò quòd se ipsa moueat:
partim corpus tenuissimarum partium, aut quod maxime inter cete-
ra incorporeum est. quæ quas dubitationes repugnantes habeant se
re persecuti sumus: Restat considerandum, quomodo dicitur ex elemen
tis eam cõstare. dicũt. n. ut sentiat ea quæ sunt, & vnũquod; cognoscat.*

Et, quia diximus tres modos definitionum animæ. quidam. n. E
iudicauerunt ipsam esse motam ex se: & quidam iudicauerunt ip-
sam esse corpus valde subtile, & valde remotum ab alijs corpori-
bus. & nos iam visi sumus induxisse dubitationes, contingentes
his duobus sermonibus. Remanet igitur quærere eam esse ex ele-
mentis: cùm dicatur hoc, quia sentimus entia, & cognoscimus
vnumquodq; illorum.

75 Dicit q̃ Antiqui definiunt aĩan tribus modis. Quorũ quidã est, quia
mouetur ex se: & quidã, quia est corpus valde subtile, aut maxime remo-
tum à natura corporea. quidã verò definiunt eam, quia est ex principijs
& elemẽtis: quia est, vt dicitur, distinguens, & cognoscens. Et, quia iam cõ
tradiximus opinioni eorum, qui definiunt eam per motum, & eorũ, qui
definiunt eam per corpus subtile, contradicẽdum est modo opinioni eo-
rum, qui dicunt eam esse ex elementis. Et debes scire quòd, contradictio
eius dicentibus eam esse corpus, collocatur sub contradictione dicentis eã F
esse mouens, quia mouetur. Omnibus enim istis contingit dicere eam eè
corpus, & indifferenter siue posierint illud, quod mouetur ex se, sphæras
paruas, vt Democritus: aut vncntes, vt dicentes eam esse numerum se mo
uentem: aut corpus cœleste, vt in Timæo. & similiter collocantur in con-
tradictione addentes eam esse complexionem aut harmoniam, & vt cor
pus compositum. Remanet igitur contradicere opinioni fingentium eã
esse ex elementis propter cognitionem, & sensum.

Necessarium autem est accidere multa & impossibilia rationi.
ponunt enim cognoscere simile simili, tanq̃ ac in animã res ponen
tes: non sunt autem hæc scia, multa vero & alia: magis autem for-
tasis infinita numero quæ sunt ex his.

SOPH. *Cui quidem sententiæ multa eaq; impossibilia accidunt necesse est.
Ponunt enim cognoscere simile simili, quasi animam res ipsas ponentes.*

A *Atqui certè non hæc sola sunt, sed pleraq; etiam alia: immo innumera
fortasse, quæ ex eis constant.*

Sed huic sermoni contingunt plura impossibilia. Ponunt enim
q̃ simile non cognoscitur nisi per suum simile: & quasi ponunt a-
nimam esse ista. Sed ista non sunt tantum hæc, sed plura alia. im-
mo videtur q̃ ea, quæ ex istis sunt, sunt infinita.

76 Idest & iste sermo verificat ad eos dicendo q̃ principia sunt oĩa, quæ Prima rõ
fiunt ex ipsis principijs: & principia non sunt ea, quæ fiunt ex principijs cõtra An-
oĩbus modis: sed ea, quę sunt ex principijs, magis fiunt quã principia: im tiquos de-
mo recte vẽ vt ea, quæ fiunt ex principijs, sint infinita. Et, cũ ea, quæ fiũt finientes
ex principijs oĩbus modis, alia vero aliquo modo fiunt ex principijs, non animã ex
iuuantur in dicendo q̃ aĩa est ex principijs: qm̃ fit q̃ est aliud, non est il- principijs
lic consimilitudo. &, cũ illic non fuerit consimilitudo, non erit cognitio: P p cogni-
cũ cognoscens non cognoscat, nisi per illam consimilitudinem, quam ha tionem.
B bet cum re cognita. Et, cũ declarauit q̃ facta ex principijs non sunt eadẽ
principia in formis, & essentijs, incœpit declarare impossibilia, contingen
tia huic, quod dixit, q̃ nihil cognoscitur nisi per suum simile.

Ex quibus quidem igitur vnum quodq; horũ, fit cognoscere
animam & sentire: sed compositum non cognoscet, neq; sentiet,
vt quid est Deus, aut homo, aut caro, aut os, similiter autem quod
liber aliud compositorum: non enim quolibet modo se habentia
elementa horum vnumquodq;, sed ratione quadam & composi-
tione, quemadmodũ dicit Empedocles os: terraq; humus coapta-
ta in amplis diffusionibus, duas ex octo partibus sortita est: aquæ
luminis, quattuor autem vulcano: oĩa autem alba facta sunt: Ni-
hil igitur profectus elementa in anima esse, nisi rationes inerũt &
compositio: cognoscet enim vnũquodq; simile, os autem aut ho-
minem, nihil: nisi & hæc inerunt. hoc autem quòd impossibile sit
nihil oportet dicere. quis enim dubitabit, si inerit in aĩa lapis aut
bõ: sit autem bonum & non bonum, eodem modo & de alijs.

*Ea igitur ex quibus est horum unumquodq;, esto, cognoscat anima
& sentiat, at compositum quo cognoscet, aut sentiet? ut quid DEVS,
aut homo, aut caro, aut os? similiter etiam quidnis aliud compositorũ?
neque enim eorum unumquodq; est elementa quomodo se habentia,
sed ratione quadam & compositione, quẽadmodũ Empedocles dicit os?

Sunt partes liquidi splendoris Dædala tellus
Ex octogeminas, patulis fornacibus hausit:
Bis geminasque ignis: sunt ossa hinc alba creata.

Nihil igitur prodest elementa esse in Anima, nisi & rationes insint,
& composi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& compositio: nam unumquodque cognoscet sui simile: os autem uel ho D
minem nihil, nisi & hæc insint: quod fieri non posse, nihil attinet dice
re. Quis enim ambigat, an insit in Anima lapis aut homo? itémque bo
num & non bonum? sic etiam in alijs.

Ponatur igitur ꝙ anima cognoscat, & sentiat ea, ex quibus sit quidlibet: & tunc non cognoscit vniuersum, neq; sentit. v.g. quid est Deus, & qd est hō, & qd est caro, & qd est os, & sīr alia cōpositā. Esse. n. vniuscuiusq; istorum non est vt elemēta sint in quacūq; dispōne, sed ī aliqua cōpōne & proportione: sicut narrauit Empe-
» docles in generatione ossis. Dicit. n. ꝙ terra magna, quæ est in va-
» sis ossis, quæ habet de pallore octauam partē, & de igne quatuor
» partes: & sic facta sunt ossa alba. Nihil enim prodest ꝙ elementa
sint in anima, nisi in eis fit proportio, & compositio. tunc enim co E
gnoscet quodlibet per similitudinem, & non cognoscet os, neq; hominem, nisi hæc duo fuerint in ea. Et iste sermo non indiget cō
traditione. nullus enim existimat ꝙ ī anima sit lapis, aut homo,
& similiter viuum, & non viuum.

77 Dicit. Ponatur igitur ꝙ aīa, &c. i. ponat ſm opinionem eorū ꝙ aīa co-
Secta 16. gnoscit, & sentit elementa ex quibus componit quidlibet, quod est ex ele
mentis. contingit igitur eis vt non cognoscat vniuersum rei cōpositæ: &
ꝙ non cognoscat eius formā. forma. n. eius est supra elementa in compo-
sito. continget igitur vt non cognoscat Deum, neq; hoīem, neq; carnem,
neq; os. essentia enim nō est elementū, neq; ex elemētis. & hoc necesse est
Essentiæ & formæ rerū superadditæ sūt essentiis. idē 7. Me. cō. 60. & 1. Me. c. 12. & 1. de generatione 84.
in oībus cōpositis. D. d. Esse. n vniuscuiusq;, &c. i. & essentiæ, & formæ, re F
rum necesse est vt sint supra additæ elementis: quia quodlibet ens cōposi-
tum ex elementis cōponitur ī aliqua proportione terminata à cōposi-
tione propria, per quā illud ens est, quod est. & hoc cōcedit Empedocles.
dat enim in generatione ossis proportionem & dicit ꝙ ossa sunt alba, qa
existit in eis ex terra, quæ appropriatur nigredini, & pallori octaua pars, &
de igne, qui appropriatur albedini, quatuor partes. D. d. Nihil. n. prodest
ꝙ elementa sint in aīa, &c. i. nihil. n. prodest in hoc, ꝙ aīa cognoscit for-
mas, & essentias rerum, vt sit ex elementis: nisi cū hoc ꝙ est ex elementis
sint in ea proportiones, & compositiones, quæ appropriantur essentiis re
rum. tunc enim possibile est vt cognoscat quodlibet. D. d. & non cogno
scet eos, neq; hominem, nisi hæc duo fuerint in ea. i. necesse est, cùm non
cognoscat rem, nisi per similitudinem, vt non cognoscat os, neq; homi-
nem, nisi in ea sit composito ossis, & hominis. D. d. Et iste sermo non in
diget, &c. i. & iste sermo est valde impossibilis. nullus enim dubitat vtrū
in anima sit lapis, aut non. & vniuersaliter nullus existimat ꝙ in anima
sit viuum. & non viuum, in q̄ cognoscit viuum per viuam partem, quæ
est in ea, & non viuum per non viuum.

Amplius

A Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod est: significat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud quantitatem, aut qualitatem, aut & quoddam aliud diuisorum prædicamentorum: vtrū ex omnibus erit anima, aut non. sed non videntur communia omnium elementa esse. Si igitur quæcunq; substantiarum sunt, ex his solum, quomodo igitur cognoscet & aliorum vnunquodq; ? aut dicent vniuscuiusq; generis elementa esse & principia propria: ex quibus animam constare? erit ergo qualitas & quantitas, & substantia: sed impossibile est ex quantitatis elementis substantiam esse, & non quantitatem. Dicentibus itaq; ex omnibus, hæc & huiusmodi alia accidunt.

Præterea uerò eum ens multifariam dicatur (significat enim par-
tim hoc aliquid, partim quantum, aut quale, aut aliud quidpiam expli
catorum prædicamentorum) utrum ex omnibus erit anima, an non?
atqui non videntur communia omnium esse elementa: num igitur
ex his constat solis, quæ substantiarum sunt? quo nam ergo pacto cæte-
rorum unumquodque cognoscit? An dicent cuiusque generis esse ele
menta, & principia propria, atque ex eis Animam constare? erit er-
go & quantum, & quale, & substantia: atqui fieri non potest, ut ex
quantitatis elementis substantia sit, & non quantitas. His igitur quo
dicunt ex omnibus, hæc, & huiusmodi alia accidunt.

Et etiam, si ens dicitur pluribus modis (demonstrat enim hoc & quantum, & quale, & aliud prædicamentorum) vtrum anima sit ex omnibus eis? Sed non existimatur ꝙ omnia habent elementa, & principia. Et vtrum non sint niſi ex elementis substantiæ tā
C tum? Sed, si fuerit ita, qūo cognoscit vtumquodq; illorum? Aut dicant ꝙ quodlibet generum habet elementa, & principia propria, ex quibus constituitur. Anima igiturerit quale, & quantum, & substantia. Sed impossibile est vt ex elementis quanti sit substantia, & non quantum. Qui igitur dicuntquod est ex omnibus, confingunt eis hæc, & alia similia.

D Cùm declarauit impossibile contingens es pp cognitionem formarū rerum, cùm formæ non sint elemēta, neq; ex elementis, incepit declarare ꝙ contingunt eis alia impossibilia, sicc concedant ꝙ cognoscit cōposita pp sua principia, i. quia est ex principiis eorum. Et d. Et etiam si est, &c. i. & etiam qūo possunt dicere ꝙ aīa cognoscit res pp sua principia? Et. n. qūq; demonstrat hoc, qūq; alia nouem prædicamenta: & sic quærendum est vtrum aīa cognoscat quodlibet illorum generum, quia est ex principiis oīum eorum, si oīa habent principia: aut ex principiis quo-

fundam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rundam, si non oīa habent principia. D.d. Sed non existimatur. i. sed, si̅ posuerint eam esse ex principiis quorundam, quærendum est ab eis vtrū aīa sit ex principiis substantiæ tantum: cū hoc prædicamentum inter oīa existimetur habere tantum principia, dicetur eis quō cognoscit aīa vnūquodq; illorum prædicamentorum? D.d. Aut dicant ꝙ quodlibet genē rum, &c.i. aut cogentur ad primam diuisionē: & est ꝙ quodlibet decem prædicamentorum habet propria principia: & ꝙ aīa non cognoscit ea, ni si quia sunt ex suis principiis. Contingit eis ex hac positione aliud impossibile: & est ꝙ aīæ quædam pars est substantia, & quædam pars quale, & quædam quantum: cū impossibile est vt substantia sit elementum alioti̅ prædicamentorum. principia. n. non substantiæ, sunt non substantiæ.

Impossibile est fit ethici alion. pti camēto. Vide opp. 12. Me. cō. 21. Vide cōm. Zim.

D.d. Qui igitur dicunt ꝙ est ex oibus, &c.i. dicentibus igit̄ aīam esse ex oibus principiis rerū contingunt hæc impossibilia p̄dicta, & alia similia.

Inconueniens autem est dicere quidem impassibile esse simile à simili, sentire autem simile simile, & cognoscere simile simili: sentire autem pati aliquid & moueri ponunt: similiter autem & cognoscere & intelligere. Multas autem difficultates & dubitationes habeute ipso dicere sicut Empedocles, ꝙ corporeis elementis singula cognoscuntur, & ad simile, testatur quod nunc dictū est. quæcunq; enim insunt in animalium corporibus simpliciter terrę, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur: quare neque similia, & tamen conueniret.

SOPH. *Absurdum est etiam dicere simile quidem non pati à simili: simile uero sentire simile, & cognoscere simile simili: et tamen illud sentire, pati quoddam & moueri fatuunt: itemq; intelligere, & cognoscere. Cum autem multæ dubitationes ac difficultates oriantur, si quis Empedocles dicat corporeis elementis singula cognosci, & ad simile, fidem facit quod nunc dictum est: quæcunq; enim insunt in animalium corporibus, quæ simpliciter terræ sunt, ut ossa, ut nerui, ut pili, nihil uidentur sentire: quamórem nec similia: & tamē oporteret.*

Et improbabile est etiam dicere quod simile non patitur à suo simili: & ꝙ simile sentit suum simile, & ꝙ simile cognoscit suum simile: opinando ꝙ sentire est pati, & moueri, & similiter distinguere, & intelligere. Et testatur ꝙ sermo, quē dixit Empedocles, ꝙ vnaquæq; rerum non cognoscit corporalia elementa, nisi fm similitudinem, est multarum dubitationum. & hoc, qđ dicemus in hoc loco, & est quod corpora animalium, quibus existit simplex terra, vt ossa, vt videtur, nihil sentiunt. non sentiunt igit̄ neq; similia: licet hoc sit necessarium.

Quinta rō

Cum dedit impossibilia contingentia huic opinioni, incœpit contradicere

A dicere propositioni, scꝫ qua fundatur hæc opinio, s. propositioni dicenti ꝙ simile non comprehenditur, nisi per suū simile, &c.d. Et improbabile est dicere, &c.i. & improbabile est hoc, quod Antiqui opinant, ꝙ sibi non patitur à suo sibi, & ꝙ passiuū non est nisi contrariū à suo contrario. & opinant cum hoc ꝙ cognoscere, & sentire fiunt per sibi, tū cognoscere, & distinguere sunt pati, & moueri. Et intendit per hoc ꝙ illud, quod consequitur hanc opinionē, est contrarium primæ. Hoc. n. quod ponunt ꝙ sentire, & intelligere fiunt per sibi, & ꝙ sunt pati, coget eos ad dicendū ꝙ simile patitur à suo simili: quod non cōcedunt, quia iā posuerūt sibi pati à suo simili: & in se ēt impossibile est. D.d. Et testatur ꝙ sermo, quem d. Empedocles, &c.i. & testat ꝙ sermo, quē Empedocles d. s. ꝙ vnusquisque non cognoscit generalia corporalia elementa, nisi fm similitudinem. i. quod nos non cognoscimus terram, nisi per illud, quod est in nobis de terra, & aquā per aquam, & aerem per aerē, & ignem per ignē, est falsus. Et hæc est multitudo dubitationum contingentium illi in hoc loco. Illud. n. quod in corporibus animalium magis vicinatur terræ simplici, nihil sentit. & tamen ossa non sentiunt terram: licet in eis dominetur terra. simile ergo nō sentit simile. Et hoc intendit cū d. non sentiunt igitur neq; similia. D.d. licet hoc sit necessariū. i. ꝙ simile debet sentire suum simile. tūc enim necessarium esset vt ossa sentirent terram, sed videntur carere omni sensu.

B

Amplius autem, vnumquodq; principiorum ignorantia plurium quām intelligentia existet. cognoscet quidem enim vnum, quodlibet: multa autem ignorabit, omnia enim alia. accidit autē & Empedocli insipientissimum esse Deum. solus enim elementorum vnum non cognoscet, discordiā: Mortalia autem, omnia: ex omnibus enim vnumquodq; est.

C

Præterea unicuiq; principiorum plus ignorationis, quàm cognitionis inest. vnūquodq; enim vnum cognoscet, pleraq; uero ignorabit: si quidem cætera omnia. Accidit etiam Empedocli DEVM esse insipientissimum: solus enim hoc unum elementorum non cognoscet, nempe discordiam: mortalia uerò, res omnes: ex omnibus. n. constat unūquodq;.

Et etiam vnumquodq; principiorū magis ignorat, quā sciat. vnumquodq; enim eorum vnum tantum agnoscit, & plura ignorat. Et contingit Empedocli attribuere Deum maximæ ignorantiæ. ipse. n. solus nescit de elementis hoc vnicum, s. litē: animal vero mortale scit ea omnia. omne. n. animal fit ex omnibus illis.

Et etiam contingit eis impossibilia vniuersalia, s. vt quodlibet etiam principiorum magis ignoret, quàm sciat. vnumquodq; enim principiorum eorum non scit apud eos, nisi ex quibus componitur. & sunt ea, quibus assimilatur. D.d. Et contingit Empedocli attribuere, &c.i. & contingit Empedocli aliud impossibile proprium, s. ꝙ Deus apud ipsum sit in fi

Quinta rō

Sexta rō.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne ignorantiæ: ita ꝙ animal mortale est scientius ipso. contingit enim se- D
cundum suum sermonem, vt non sciat de elementis, quę sunt apud ipsum
sex, nisi quinq; tantum, s. quatuor elementa, & amicitiam, & ꝙ nesciat li-
tem. animal autem mortale scit sex, quia apud ipsum componitur ex om
nibus. Et opinatur ꝙ Deus componitur ex quinq; tantū. i. non exlite. cō-
tingit igitur et vt nesciat litem: quapropter animal mortale erit scientius
eo. Et Dij. quos Empedocles opinatur esse compositos ex quatuor elemē
tis, sunt orbes. opinatur enim orbes esse Deos, & compositos ex quatuor
elemētis, & amicitia. Et ideo reputabat Deum esse immortalem. Iis enim
est causa corruptionis. licet iam narrauerit quòd ipse iam opinatur mun
dum, ꝙ iam corrumpebatur, & iam generabatur. sed forte non opinaba-
tur hoc, nisi in eis, quæ sunt sub sphæra, quamuis ipse videtur hoc opinari
in omnibus partibus mundi.

Omnino autem propter quam causam, non omnia habent ani- 1
mam quæ sunt: quoniam omne, aut elementum, aut ex elemento
aut vno, aut pluribus, aut omnibus: necesse est enim vnū aliquod E
cognoscere, aut quædam, aut omnia.

SOPH. *Dentq; cur nō omnia quæ sunt habent animam, cum quodq; aut ele-
mentum sit, aut ex elemento uno, aut pluribus, aut omnibus? Neces-
est enim unumquidpiam cognoscere, aut nonnulla, aut omnia.*

Et vniuersaliter, quare non omnia habent animam: cūm om-
nia aut sint elementum, aut ex elemento vno, aut ex pluribus, aut
ex omnibus: oportet. n. scire aut vnū, aut quædam, aut omnia.

81 Et vniuersaliter necesse est eis dare causam, quare non oīa habent ani-
Septima mam cōprehendentem. contingit. n. eis vt omnia sint comprehēsiua quo
ratio. niam, si principia, & elementa sunt cognoscentia: & omne eos aut est ex
elemento, aut elementum, necesse est vt omnia sciant. Oportet enim vt F
omne sciat, aut vnum eorum, si fuerit elementum, aut ex vno elemento.
quoniam tunc nō sciet. nisi illud, quod cōponitur ex illo elemento: aut vt
sciat plura, si componitur ex pluribus: aut, si cōponit ex oībus, oīa. & hoc
intendebat, cum d. oportet enim scire aut vnū, aut quædam, aut omnia.

Dubitabit autem aliquis, & quid est vnum faciens ipsa: mate-
riæ enim comparantur elementa. Maxime enim proprium est ilz
lud continens quodcunq; est: anima autem aliquid melius esse &
antiquius impossibile est: impossibilius autem adhuc intellectu:
Rationabilissimum enim hunc esse nobilissimum & diuinum se-
cundum naturam. Elementa autem dicunt esse prima entium.

SOPH. *Quæret præterea quispiam, quid nam sit quod ea unum efficiat?
materiæ enim similia sunt elementa: Potissimum enim est id quod cō-
tinet, quidquid id tandem sit. at anima aliquid esse potius aut domi-
nans, impossibile est: longe etiam impossibilius intellectu. Maxime ra-*

tionali

*rationi consentaneum est eum longissime antecedere, & natura esse po
riorem, & tamen elementa dicunt prima entium esse.*

Et debet homo dubitare illud, quòd dedit istis esse. elementa
enim assimilantur materiæ. Illud enim, qđ agit, dicitur valde no-
bile. impossibile est igitur vt aliquid sit nobilius, & principalius
quàm anima. & magis impossibile est vt aliquid præcedat intel-
lectū. necesse est. n. vt iste sit p̄decēs naturaliter ipsum, quod per eū
acquirit nobilitatem suam. elementa autē sunt principia entiū.

2 Et debet homo quærere p quid sunt elementa, s. forma elementa. n. vi- Oīa tā cō
deūtur assimilari materiæ. sed manifestū est ꝙ aliud nobilius eis ligat, &
congregat ea in compositio: & est illud, quod est in eis quasi forma, & fi-
nis. D. incœpit declarare quòd hoc necesse est esse aīam & maxime intel- Illud, q̄ a-
lectum, & d. Illud. n quod agit, dr valde nobile &c. i. & illud, quod vt eē no gir, est val
bilius elementis, necesse est vt sit aīa. oē. n. quod dr esse nobilius aliquo, mi de nobile.
nus est dignum nobilitate quā aīa. aīa igitur præcedit oīa elementa causa Idē. 3. de
B litate, & nobilitate: elementa aūt tpe. D. d. & magis est impossibile vt ali- Aīa. t. cō. 19.
quid præcedat intellectum. i. si anima esset ex elementis, tūc præcederent Aīa præce
eam elemēta nobilitate, & causalitate: quod est impossibile. & magis im- dit essa
possibile est opinari ꝙ aliquod elementorum præcedat intellectum secun nobilita-
dum nobilitatem, & fm causam finalem. D. dedit rōnem super hoc, & te, & cōlita
d. necesse est. n vt iste sit, &c. i. necesse est enim vt intellectus p̄cedat in es tate essa
sē omnia attributa sibi, & quæ ab eo acquirunt nobilitatem, vt elementa. aūt tpe.
D. d. elementa autem sunt principia entium. i. & valde differunt. anima Aīa, & in-
enim & intellectus sunt principia entium secundum finem & formam: tellectus
elementa autem secundum materiam. sunt princi-
pia entiū fm finē, & for-
Omnes autem & qui ex eo qđ sentit & cognoscit anima quæ mā: essa
C sunt, ex elementis dicunt ipsam, & qui maxime motiuum, non de autē fm
omni dicunt animā: neq; enim sensitiua omnia, motiua, videntur materiā.
enim esse quæ dā animaliū, manentia fm locū: & tamen videtur
hoc solo motu mouere anima animal. Similiter autē & quicunq;
intellectiuū & sensitiuū faciunt ex elementis. videntur. n. plantæ
viuere non participantes loci mutatione, neq; sensu: & animaliū
multa intelligentiam non habere.

*Omnes autē, tum ij qui eò quòd cognoscat & sentiat ea quæ sunt,
ex elementis eam constare dicunt: tum qui maxime motiuum eam esse
censent, non de omni loquuntur. Anima: Neq; enim in omnibus ys quæ
sentiunt, motus est: Apparet enim esse nonnulla animalia, quæ in eo-
dem loco semper manent. Atqui hoc solo mota anima mouere animal
uidetur: Similiter etiam quicunq; intellectum, & sensitiuum ex eleme
tis faciunt: nam & plantæ uidentur mouere, cum tamen nec latius, nec*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sensus participes sint: necnon aïalium complura rõnem non habere.

Et omnes facientes animam ex elementis per cognitionem, & sensum, & per motum non loquuntur de oĩ aïa. Non.n.videmus oĩa sensibilia moueri, cũ quædã aïalia videantur permanentia in eodẽ loco: licet videatur ꝙ illo solo motu mouet aïa aïalia. Et fiĩt etiam est dispositio ponentium intellectum, & virtutem sensus ex elementis. plantæ enim videntur viuere: sed nullam habent portionem de motu locali. & plura animalia etiam non intelligunt.

83 Nona rõ. Dicit & omnes ponentes substantiam aïæ ex elementis, quia cognoscit & quia mouet ex se, non loquuntur de substantia aïæ, nisi particulariter, nõ vĩt: sicut debet facere ille, qui vult naturaliter loqui de ea. D. incœpit declarare hoc, & d. Non.n. videmus omnia sensibilia moueri. i. & definitio eorum, qui definierũt eam per motum, est diminuta. multa.n. sensibilia, & aïata nõ mouentur in loco, vt spongia maris: quamuis iste motus apud eos proprius est aïæ. &, si ita esset, oẽ aïatum moueretur in loco. Et- Vide de spongia maris. 2. de aïa co. 16.
ror igitur accidit eis, qui existimant ꝙ iste motus est proprius animæ sen- 8
sibili. Et, cùm narrauit diminutionem contingentem definientibus animam per motum, incœpit declarare diminutionem accidentem ponentibus eam ex elementis per cognitionem, & dicit. Et similiter etiam est dispositio ponentium intellectum, & e. ideſt, & similiter est deponẽtibus intellectum, & substantiam animæ ex elementis, quia cognoscit. plantæ.n. videntur habere vitam, & non sensum, neque motum in loco. & videmus ꝙ multa animalia sensibiba non intelligunt. Et, si ita esset, necesse esset, vt omne viuum esset sensibile: & omne sensibile esset intelligens, sicut opinabantur plures Antiqui. sed non est ita. omnes enim definientes substãtiam animæ per cognitionem, aut motum, non incedunt via ducenti ad cognitionem substantiæ animæ.

Si autem aliquis & hæc segregauerit, posueritq; intellectũ partem aliquam animæ. Similiter autem & sensitiuũ, neq; vtiq; sic dicet de omni anima, neq; de tota vel vna: Hæc autem sustinuit & quę est in orpheicis vocatis carminibus ratio. Dicit enim animã ex toto ingredi, respirantium, quæ fertur à ventis: non possibile 9
itaq; plantis hoc accidere, neq; animalium quibusdam, siquidem non omnia respirant.

SOPH. *Quòd si quis hæc quoq; concesserit, posueritq; intellectum partem aliquam animæ, itemq; sensitiuum, ne sic quidem dicent uniuersè de omni Anima: immò ne de una quidẽ tota. Hoc etiam ipsum accidit eis sententiæ, quæ circumfertur in Orphicis carminibus. Dicit enim animam ex uniuerso ingredi, cum spiritum trahimus, delatam à uentis. quæ res nec plantis, nec animalium quibusdam contingere potest, si quidem non omnia spirant: Quod tamen fugit eos qui ita existimant.*

Et

A Et, si homo concesserit istã, & posuerit ꝙ intellectus est aliqua pars animæ, & similiter etiam virtus sensus, tamen neq; cum hoc locuti sunt vniuersaliter de omni anima, neq; de vna anima vniuersaliter. Et similiter accidit in sermone, qui dicitur inueniri in versibus attributis Archoim. dicit enim ꝙ anima intrat intus à toto apud anhelitum: quia venti deferunt eam. Hoc igitur non accidit plantis, neq; in quibusdam animalibus: cùm non omne animal sit habens anhelitum.

Decima rõ. Dicit. Et, si hõ concesserit eis ꝙ omne aïal est intelligens, & posuerit ꝙ virtus intellectus, & sensus sit iidẽ, tñ cum hoc etiam nõ erunt locuti de oĩ anima. Qui enim locutus est de ea per cognitionem, nõ loquitur de aïa non cognoscenti: qui autem per motum, non loquitur de anima nõ mota. & cum hoc sermo amborum non est in eadem aïa. natura enim animę motæ alia est à natura cognoscentis. Isti igitur non loquuntur de anima
B vĩt, & etiã cum hoc quidam eorum loquuntur de vno modo aïæ, & quidam de alio modo. D.d. Et fiĩt accidit, &c. ideſt & hoc idem accidit Archoim, fm ꝙ loquit de aïa particulari, & existimat loqui de aïa vĩt, fingẽs ꝙ natura aïæ est illud, quod intrat corpus à toto continenti apud anhelitum. Iste enim non loquitur de omni anima, quia plantæ habent animã, tñ non habent anhelitum, & similiter plura animalia. anhelans enim est animal ambulans sanguinem habens, vt dictum est in Animalibus. Anhelans ẽ aïal ambulãs, sanguinẽ habens.

Hoc autem latuit sic opinantes. si vero ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus. sufficiens enim est altera pars contrarietatis, se ipsam diiudicare & oppositam. Recto.n. & ipsum & obliquum cognoscimus. Iudex.n. vtrorũq; canon est. Ob
VIII. bliquum autem neq; sui ipsius, neq; recti.

Cæterũ si ex elementis animam facere oportet, non est opus ex omnibus. sufficit.n. altera pars contrarietatis, ad se ipsam diiudicandã,
C *& oppositam: recto enim tum hoc ipsum, tum obliquum cognoscimus: norma enim utriusq; iudex est: obliquum uerò, nec sui, nec recti.*

Et ignorauerunt existimantes hoc. s. ponentes aïam ex elementis, s. ꝙ non de necessitate debent ponere eam ex omnibus eis. Sufficit.n. vnum contrariorũ in iudicando super ipsum, & super suũ oppositum. per rectum.n. scimus rectũ, & curuum. regula.n. iudicat vtrumq; per suam rectitudinem. per curuum aũt non scimus, neq; ipsum in se, neq; rectum.

D Et, cùm ignorauerunt qm̃ non indigebant ponere aïam ex oĩbus contrarietatibus existentibus in elementis. Sufficiebat enim eis ponere eã ex altero duorum cõtrariorũ, s. ex alio, quod est quasi habitus qdam, & forma. tale enim contrarium sufficit in iudicando super se, & super suum oppositum.

positum. scimus enim lineam rectam per regulam rectam, in eo q̃ est recta, similiter curuam. sed per curuam non scimus neq; ipsam, neq; rectã. Et causa in hoc est, quia non debemus iudicare per contrarium, quod est primum, super contrarium, quod est secundum.

Et in toto autem quidam miscerí ipsam dicunt. vnde fortassis & Thales opinatus est omnia esse plena dñs. hoc aũt habet quasdã dubitationes, propter quã. n. causam in aere aut in igne anima cũ sit, non facit animal, in mixtis autem: & hoc in his melior esse putata. Quæret. n. vtiq; aliquis, quam ob causam quę in aere anima, ea quæ in animalibus melior & immortalior.

SOPH. *Sunt etiam qui in uniuerso mixtam esse eam dicant: quocirca fortè etiam Thales cuncta esse plena Deorum putauit. De quo quæstiones oriuntur nonnullæ. Cur enim in Aere aut in Igne si inest anima, non fa cit Animal, sed in mixtis? id q̃ cum præstantior in eis esse videatur? Quærat præterea quispiam, cur Anima quæ est in aere, ea quæ est in animalibus præstantior est & immortalior?*

Et dixerunt quidam q̃ aĩa est in toto. & forte ex hoc loco existimauit Milesius q̃ omnia sunt plena Deo. Sed in hoc loco est dubitatio. Quærendum est. n. cũ anima existat in aere, & igne, quare non facit animalia, & facit hoc in mixto: licet sit existimatũ q̃ anima, quæ est in istis, sit nobilior. Etiam debet homo respondere, quare anima, quæ est in aere, est melior anima, quæ est in animalibus, & magis immortalis.

86 Intendit vt mihi vr̃ q̃ quidam dixerunt q̃ aĩa existit in toto. i. in elementis, & in compositis. & ex hoc existimauit Milesius q̃ oĩa sunt plena Deo. D. d. Quærendũ est. n. &c. i. & prima dubitationum contingentiũ huic opinioni est, quare aĩa, inquantum est in aere, & ẽt in igne, non facit aĩalia in eis. i. quare hæc corpora simplicia non sunt sensibilia, & comprehensibilia. qm̃, cũ aĩa eãdem proportionem habeat ad elementum, & ad compositum, necesse est vt, si alterum eorum fuerit animatũ, vt alterum etiam sit animatum. D. d. licet sit existimatum q̃ aĩa, quæ est, &c. i. licet existimatum sit q̃ aĩa, quæ est in elementis, magis digna est vt faciat elementa esse animata. existimabitur igitur esse nobilior anima, quæ est in mixto ex elementis. D. dedit quæstionem secundam, & d. Etiam debet homo respondere, quare aĩa, quæ est in aere, &c. i. & contingit homini opinanti hanc opinionem respondere quærenti qua de cã aĩa, quæ est in elementis, est nobilior anima, quæ est in animalibus. anima enim quæ est in elementis, est non mortalis apud eos: & quæ est in aĩalibus, ẽ mortalis.

Rõ cõtra Thaletem

Accidit autẽ vtrobiq; inconueniens & irrationabile. & nanq; animal dicere ignem aut aerem, magis irrationabilium est; & nõ dicere animalia cum anima insit, inconueniens est.

Accidit

Accidit autem utrinq; absurdum quiddam, et alienum à ratione: etenim dicere ignem uel aerem esse animal, a ratione discrepat: nec dicere animalia, cum anima insit, absurdum est.

Et contingit vtriq; sermoni improbabile, & irrationabile. dicere. n. q̃ ignis, & aer sunt aĩalia, est simile sermoni stulto. & etiã non dicere ea esse animalia, & dicere ea habere aĩas est improbabile.

Cùm declarauerit q̃ contingit dicentibus q̃ in elementis est anima vt elementa sint animata, dicit. Et contingit vtriq; sermoni, &c. idest hoc, q̃ ponunt, quòd elementa sunt animata: aut hoc, quod ponunt, q̃ elementa habent animam, & nõ sunt animata. dicere enim q̃ ignis, & aer sunt animata, simile est sermoni stultorum. & dicere etiam q̃ habent animam, & non sunt animata, est valde improbabile: quia nulla differentia erit inter animam esse in animato, aut non esse.

Opinari autem videntur animam esse in his: quoniam totum partibus simile speciei. quare necessarium ipsis dicere & animam similis speciei partibus esse, si propter intercipi aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiunt. si autem aer quidem discerptus similis speciei, anima autem dissimilis partis, hoc quidẽ aliquid ipsius existet, videlicet, aliud aũt nõ existet. necesse est igitur ipsam similis partis esse: aut non inesse in qualibet parte omnis. Manifestum igitur ex dictis, q̃ neq; cognoscere inest animæ neq; id quod est ex elemẽtis, neq; moueri ipsam bene neq; vere dr̃.

Existimasse autem uidentur Animam his inesse, quoniam totum, atq; partes eiusdem sunt speciei, quare fateri compelluntur animam ac partes eiusdem esse speciei, si eo quod in animalibus intercipiatur aliquid ambientis animata animalia fiat. quod si Aer quidem discerptus eiusdem est speciei, anima autem dissimilarium partium, pars quadam eius inerit. s. quædam non inerit. Necesse ergo est ipsam aut similarium esse partium, aut non inesse in qualibet totius parte. Perspicuũ igitur ex dictis est, cognoscere, non ideo inesse Animæ, quòd constet ex elementis: nec eam moueri, rectè ac uerè dici.

Et vidẽtur existimare q̃ aĩa existat in istis, quia forma vniuersi eorũ est, sicut forma partiũ. Oportet igitur eos dicere q̃ forma animæ etiam est sicut forma partium eius: cùm animal non sit habens animam, nisi cũ in eo concluditur aliquid de aere continenti. Si igitur aer, cùm separatur, est similis formæ, & anima, cùm separatur, non est consimilium partium: manifestum est q̃ aliquid eius erit ens, & aliquid non ens. Necesse est igitur ut sit consimilium partium, aut non existet in qualibet parte totius. Quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem neq; cognoscere existit in anima, quia est ex elemẽtis: neq; D moueri dicitur recte, manifestum est.

88 Ratio Thalet. Cùm numerauit impossibilia contingentia huic opinioni, dedit cãm, ex qua existimarunt elementa esse animata, & destruxit eam, & d. Et videntur existimare, &c. i. & videntur opinari q̃ aĩa est in elementis: quia vnum iudicium habet totum, & pars in recipiendo aĩam. D. d. Oportet igitur eos dicere, &c. i. sed, cum posuerint quòd idem iudicium habet totũ & pars elementorum in recipiendo aĩam, oportet eos ponere q̃ natura animæ vſis, & forma eius est sicut forma partium, ſ. q̃ iudicium vſis in sua natura, & particularis idem est. Et declarauit hoc, cũ dedit causam, propter quam opinati sunt q̃ pars elemẽtorum est animata, & q̃ propter hoc debet esse totum animatum, & d. cũ animal non sit habens animam, &c. i. & opinati sunt, quòd pars elementorum est animata, quia viderunt q̃d animal non sit animatum, nisi qñ in corpus intrauerit apud anhelitũ alicuid aeris continentis: & ideo opinantur quòd ista pars aeris, quæ est in corpore animalium, est animata. Et, quia natura partis est talis necesse est vt natura totius sit talis. Et ordo verborum debet esse talis. & vñr existimare quòd anima existat in istis. i. in elementis. ſ. quòd forma totius, & partis est idem: sed pars est animata: opinantur. n. quòd animal non sit animatum nisi per aerem, qui concluditur in eo: ideo oportet eos dicere q̃d forma animæ vſis est sicut forma particularis. i. q̃ natura animæ vniuersalis, quæ est in elementis, & particularis, quę est in animalibus, est eadem.

Iudicium vſis in sua nã, & particularis idẽ 6. vide. 4. ſph. c. 37. & .48. & 2. hº. cõ. 9 & .1. Cœli 17.

Impugnatio rõnis Thaleris.

Et, cũ narrauit hoc, incœpit declarare modum, ſm quem contingit eis, & d. Si igitur aer, cùm ſeparatur, &c. i. ſi igitur aer, cũ diuiditur, est consimilis formæ, ſ. q̃ natura partis, & totius est eadem: & anima, quæ est in elementis, cũ diuiditur per diuiſionem elementorum, non est consimilium partium: qm̃ illud, quod existit ex ea in parte, ſ. in aĩalibus, est mortale, & quod existit ex ea in toto, est nõ mortale: manifestum est quòd pars, quæ existit ex ea in toto, alia est ab ea, quæ existit in parte. ergo necesse est, aut vt in anima, quæ est in toto, sit similis animæ, quæ est in parte, ſi posuerimus quòd totũ, & pars habent idem iudicium in recipiendo aĩam aut, vt ponamus q̃ iudicium totius, & partis in recipiendo aĩam non est idem: & illud, quod sequitur ponere eorum. ſ. quòd anima, quæ est in toto, est nobilior ea, quæ est in parte. Et hoc posito, destruitur argumentum eorum per hoc, q̃ anima existit in toto, quia existit in parte. qm̃, cũ natura animæ fuerit diuersa, diuersabitur etiam natura recipientis. vnde necesse est, sicut d. vt non quælibet pars eius recipiat animam mortalem, sed partes ꝑ priæ. iudicium igitur totius, & partis non est idem. Et debes scire quòd hoc contingit necessario dicentibus elementa esse non animata: & quod est ex eis in animalibus est animatum, scilicet cõtingit eis dare causam, propter quam fuit ita, sicut contingit hoc dicentibus elemẽta animata, sed per animam nobiliorem anima existenti in animalibus. Sed causa data à dicentibus elementa esse non animata non potest esse data à dicẽtibus ea esse

Documentum.

4 esse animata, ſ. mixtio, & complexio. & ideo visum est nobis q̃ ponentib⁹ primas perfectiones animæ esse factas à mixtione, & complexione, non à causa extrinseca, contingit q̃ elementa sint animata per animam æqualem animæ existenti in animalibus. & Alexan. videtur hoc opinari in primis perfectionibus animæ, & contra Arist. & cõtra ipsam veritatem. & in nullo differunt in hoc primæ perfectiones, & vltimæ. & ideo videmus q̃ ista opinio similis est opinioni dicentium casum esse, & negantium causam agentem. D d. ſm rememorationem summam eorum, quæ prædixit, & d. Quoniam autem neq; cognoscere, &c. ideſt manifestum est igit̃ ex hoc, quod diximus, q̃ non est necesse vt sit ex elemẽtis pp hoc, quod cognoscit, & sentit: neq; ét hoc, quod dicitur, q̃ mouet se, est verum.

Reſre cõsse cõtra Alex. 1. de Aĩa cõ. 5.

Nonnullæ proponuntur difficultates de ipsius Animæ vnitate, ac partibilitate. Cap. 7.

3 QVoniam autem cognoscere ineſt animæ, & sentire, & opinari: adhuc concupiscere, & deliberare, & omnino appetitus: sit autem & ſm locum motus ab anima in animalibus: adhuc auteꝫ augmentum & status & decrementum: vtrũ toti animæ vnumquodq; horũ insit, & omni intelligimus & sentimus, & aliorum vnumquodq; facimus & patimur, aut partib⁹ alteris altera? & viuere igitur vtrum in aliquo horum sit vno, aut in pluribus, aut in omnibus? aut aliqua alia causa?

Quoniam autem animæ est cognoscere, & sentire, & opinari: ad hæc cupere, et deliberare, & omnino appetitus: sitq; præterea motus loci animalibus ab anima, itemq; auctio, & status, & diminutio: utrũ toti animæ horum unumquodq; ineſt, & tota ipsa intelligimus & sentimus, & aliorum unumquodq; agimus & patimur, an partibus alijs & alia? Iam uero uiuere utrum in aliquo horum est, an in pluribus, an in omnibus? an etiam alia quædam causa est?

Et, quia anima habet cognoscere, & sentire, & existimare: & ẽt appetere, & velle, & vlr modos desyderij: & etiam anima habet per animam motum in loco: & etiam augmẽtum, & complementum, & diminutionem, vtrum vnumquodq; istorũ est totius animæ, & per ipsam totam intelligit, & sentit, & mouet, & facit alios motus, & actiones, & passiones: aut non agit, & patitur, nisi ꝑ virtutes diuersas, & membra diuersa, & actiones, & passiones diuersas. Et vtrum vita est in vna istarum, aut in pluribus vna, aut in b omnibus, aut habeat aliam causam.

Cùm contradixit sermonibus Antiquorum de anima, incœpit hic declarare q̃ primo consyderandum est de anima, & de numero actionum eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius diuersarum in genere: deinde vtrum omnes proueniant ab vna virtute, sab anima, aut agit vnamquanq; actionem eius diuersarum in genere per virtutes diuersas, aut sm definitionem & subiectum, aut sm definitionem tantū. Et d. Et, quia anima, &c i. &, quia anima habet quinq; actiones, aut passiones diuersas in genere. Quarum vna est scire, & existimare: Secūda sentire: Tertia desyderare, & velle: Quarta moueri in loco: Quinta augeri, & minui, & nutriti: vtrum quælibet istarum actionum diuersarum in genere sit totius animæ, ita q; per eandem naturā intelligit, & sentit, & mouetur in loco, & desyderat, & nutritur, & vniuersaliter agit, & patitur vnoquoq; illorū motuum: aut non agit, aut patitur vnoquoq; eorum, nisi per virtutes diuersas, & membra diuersa, & membra communia eis *conuenientia. Hæc igitur est opinio Aristo. non enim opinatur q; facit diuersas actiones per virtutes diuersas, & vnica membra tantum: neq; per vnicas virtutes, & membra diuersa tantum: nec etiam per virtutes diuersas, & membra diuersa tantum: sed opinatur q; faciat per virtutes diuersas, & membra vnica, s. principalia, & membra diuersa. & hoc intendebat, cum d. per virtutes diuersas, & membra diuersa i. cum hoc, quod agit cum membris conuenientibus. qm̄, si sic non intelligeretur, erit idem cū sermone Platonis. D. d. Et vtrum vita est in vna istarum, &c. i. & perstrandum est cum hoc, vtrū illud, quod dicitur vita, est in vna aliqua istarum virtutum quinq;, aut in pluribus vna, aut in omnibus.

*a. confirmatiua.

Opio Aristo de pña litate aiarū. vide ēt infra. c. 92.

Vide 7 cō. 7 de opione Platonis, & in cō. seq.

Dicunt itaq; quidam partibilem ipsam: & alio quidem intelligere, alio autem concupiscere. Quid igitur continet animā si partibilis est apta nata? non enim vtiq; corpus: videt enim contrariū magis, aīa corpus continere: egrediente enim spirat & marcescit.

SOPH. *Equidem sunt qui eam asserant esse partibilem, atq; alia parte intelligere, alia cupere. ergo quid tandem est quod animam contineat, si partibilis est? profecto nō corpus: videtur enim cōtra potius anima corpus continere: egressa enim ea, euanescit putrescitq;.*

Et quidam dicūt q; anima est diuisibilis, & q; ipsa intelligit per hoc, & desyderat per aliud. Quid igitur continuat animam, si naturaliter est diuisibilis? hoc enim non est corpus. existimandum est enim contrarium, scilicet q; anima continet corpus. & hoc demonstratur, quia, cùm exierit ab eo, putrescet.

90 Innuit Platonem, qui opinatur q; anima essentialiter diuiditur in corpore sm diuisiones membrorum, quibus agit suas actiones diuersas, & q; non communicantur in aliquo membro, ita q; pars intelligens est in cerebro tantum, & desyderans in corde tantū, & nutriens in hepate. Et dixit & quidam dicunt, &c. i. & quidam dicunt q; anima diuiditur essentialiter per diuisionem membrorum corporis, ita q; intelligit per membrū, & virtutem alia à membro, & à virtute, quibus desyderat. Deinde dicit: Quid igitur continuat animam, &c. idest sed, si posuerimus q; anima diuiditur

A uiditur essentialiter per diuisionem membrorū, in quibus existit: & manifestum est per se q; anima, quæ est in singulis indiuiduis nobis est vnia: quid igitur copulat partes animæ, ita q; potest dici esse vna? Non enim potest aliquis dicere q; hoc sit corpus, quod copulet partes animę: quoniā magis rectum est dicere q; corpus est vnum, quia anima est vna, non econuerso. & hoc intendebat, cùm dixit. existimandum est enim esse contrarium, &c. idest opinio enim, quam habemus naturaliter in hoc, contraria est huic opinioni, scilicet q; anima magis digna est vt sit causa copulationis corporis, & suæ vnitatis in numero, q̄ vt sit corpus causa copulationis animæ. omne enim quod est, est vnum: & continuum non est per suam materiam, sed per suam formam. Sed, quia ista argumentatio est quasi latens in hoc loco, dedit significationem manifestā, & dixit. & hoc demonstratur, quia, cùm exierit a corpore putrefiet, idest diuidetur.

Oē, q̄d est vnū, & cō unuū, n̄ ē p suā materiā, sed p suā formā. Cōsfe 4. Ph. 38. & 2. huj c. 7. & 8. & 60. & 3 Ph. c. 60 & alibi frequenter.

Si igitur alterum aliquid vnam ipsam facit, illud maxime erit ā anima. oportebit autem iterum illud quærere, vtrum vnum aut multipartium sit: siquidem enim est vnū, propter quid non mox & animam vnum? si vero diuisibile, iterum ratio quæret, quid est continens: & sic vtiq; procedet in infinitum.

Si ergo aliud quidpiam unam eam faciat, illud maxime fuerit aīa: sed rursus oportebit illud etiam quærere, utrum unum, an multarum sit partium: nam si unum, cur non protinus animā quoq; unum esse censendum est? sin patibile, rursus ratio quæret quid sit quod illud continet: atq; ita dmum procedet in infinitum.

Si igitur est aliud quid, quod facit eam esse vnam, illud procul dubio est aīa. Sed quærendū est de illo, vtrū sit vnum, aut pluriū partiū. Si igitur fuerit vnum, & diuisibile, tūc quærendū est quid E est illud, quod copulat ipsum. & principia illius erunt infinita.

Si igitur corpus non facit eam esse vnam, & continuam, & dixerit aliquis q; est aliud, quod facit eam esse vnam, dicemus q; illud est anima, & reuertetur perscrutatio, s. vtrum illud in se est vnum, aut plura. si vnum, hoc est, quod volumus. si plura, reuerteretur quæstio quid copulat illud, per quod copulatur anima: & sic in infinitum: & non erit illic principium prime continuationis. Et hoc intendebat, cùm dixit & principia illius erūt infinita, idest principia continuationis, & vnitatis existentis in homine erunt infinita. quapropter nulla vnitas erit.

Dubitabit autē aliquis & de partibus ipsius, quā positionem habet vnaquæq; in corpore. si enim tota anima omne corpus cōtinet, conuenit & partiū vnamquamq; continere aliquid corporis: hoc autē assimilatur impossibili: qualem enim partē aut quomodo intellectus continebit graue est fingere.

Quin

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOPH. *Quin etiam de eius partibus quærat quispiam, quam quæq; habeat* D
in corpore potentiam. si enim tota anima totum corpus continet, conue
nit etiam ut pars quæq; partem aliquam corporis contineat. quod fieri
le est impossibili. Quam nanq; partem uel quomodo intellectus contine
bit, uel fingere difficile est.

Et debet homo dubitare dē partibus eius, & quærere quę virtꝰ dat cuilibet parti corporis esse. Qm̄, si tota anima copulat totum corpus, oportet vt vnaquæq; partium copulet vnāquamq; partē corporis. Et iste sermo est similis impꝰsibili. difficile est enim & etiā in fingendo dicere quā partem copulat intellectus, & qño.

92 Cùm declarauit ꝙ contingit dicentibus animam esse diuisibilem omnibus modis, vt sit vna, secundum ꝙ est anima, & diuisibilis, fm ꝙ habet actiones diuersas, dedit dubitationem super hoc, & d. Et debet homo dubitare de partibus eius, cùm fuerit opinatus eam habere partes secundum E
hunc modum, scilicet vt sit diuisibilis vno modo, & vnica alio modo. & quærere quæ virtus dat cuilibet istarum partium corporis cōtinuationē. Necesse est enim si tota anima copulat totum corpus, secundum ꝙ est in eo secundum totum, vt vnaquæq; partium eius sit in vnaquaq; parte eoꝝ poris, ita ꝙ copulet ipsum, secundum ꝙ est in eo. D.d. Et iste sermo est similis impossibili, &c. idest, & ponere ꝙ quælibet pars eius copulet vnā-
Docuit. quā docet quō alia vna sit, & plures. quāq; partē corporis, & existit in ea, ferè videtur impossibile: intellectum enim videtur impossibile attribui alicui membro corporis. Et debes scire ꝙ ista dubitatio non sequitur hoc, nisi quia non determinatur vtrum sit vnica secundum subiectum, & plura secundum virtutes: ita ꝙ diuisio animæ in suas partes sit sicut pomi in odorem, colorem', & saporem. aut est vna propter vnam naturam communem, & plura, quia ista natura habet diuersas virtutes: ita ꝙ diuisio animę in suas partes sit, sicut diuisio generis in species. Quoniam secundum hunc modum contingit dubitatio prædicta: sed, cùm posuerimus eam vnicam secundum subiectum tantū, F
non contingit hoc. subiectum enim partium eius erit vnum tantum: & quædam earum erunt subiectum quatundam.

Videntur autem & plantæ decisæ viuere: & animalium quędā incisorū, tanquā eandem habentia animam specie, & si non numero: vnaquæq; quidem enim partium sensum habet & mouetur secundum locū in quoddam tempus.

SOPH. *Videntur etiam plantæ, si secentur, uiuere, & animalium nonnulla*
insectorum, utpotè quæ eandem specie animam habeant, tametsi nō nu
mero: Vtraq; enim partiū sensum habet, & aliquandiu loco mouetur.

Et nos videmus plantas viuere etiam, cùm diuiduntur: & similiter quædam animalia annulosa, quasi anima sit in eis vna secundum

& dum formam, & si non est vna fm numerum. videmus enim ꝙ vtraq; pars sentit, & mouetur in loco aliquandiu.

91 Cùm dedit impossibile contingens sermoni, ꝙ tota anima est in toto corpore, & partes in partibus, & iam dederat impossibile, contingens etiā sermoni ꝙ anima diuiditur per diuisionem membrorum, absq; eo ꝙ sit in ea virtus vniuersalis copulans corpus, incœpit hic cōtradicere his duabus opinionibus, & d. Et nos videmus plantas, &c. idest & signum super hoc, ꝙ partes animæ non existunt in partibus corporis, est quia nos videmus plantas, & plura animalia, vt annulosa, cùm diuiduntur, agit motum vtraq; pars, & sensum in animalibus, & augmentum, & nutrimentum in plantis, sicut totū. &, si pars sensus esset in alia parte corporis ab ea, in qua existit motus, tunc cùm animal annulosum diuideretur, non moueret, & sentiret: sed pars eius, quæ mouetur, esset alia ab ea, quæ sentit. Et similiter, si pars nutritiua esset in plantis in parte alia ab augmentatiua, tunc
& impossibile esset vt, cùm plures plantæ diuiduntur, viuerent: &, cùm plantarentur, vt viuerent. D.d. quasi anima sit in eis vna secundū formā, & si non est vna secundum numerum. quoniam, si esset vna secundū numerum, contingeret vt corrumperetur apud diuisionem corporis: sicut accidit hoc in pluribus animalibus, & in quibusdam plantis. &, si partes animæ essent in partibus corporis, contingeret vt, cùm corpus diuideretur in illas partes, vt quælibet earum ageret suum proprium, ita ꝙ pars motiua esset alia à sensibili, & nutritiua ab augmentabili. Et, cùm ita sit, si- Alia ē vna in subm & plures fm virtutes. Idē supra cō. 7. & q ibi.
cut d. necesse est vt anima sit in toto animali vna in subiecto, & plures secundum virtutes: ita quòd quædam partium sit subiectum quatundam, scilicet ꝙ nutritiua sit subiectum sensibilis tangibilis, & tangibilis sit subiectum aliorum sensuum. & similiter quædam quorundam: vt post declarabitur, Et, cùm anima sit talis in omni animali, aut est vna in numero, scilicet in animalibus organicis, quorum pars non viuit post diuisionem: aut oportet vt sit in eis quasi vna in specie, scilicet in eis, quorum pars vivit post diuisionem: & sunt illa, quorum membra sunt consimilia.

Si autē non permanent, nullum inconueniens est: instrumenta enim non habēt quibus saluent naturā: sed nihilominus in vtraq; partiū omnes inexistunt partes animæ, & similis speciei sunt ad inuicē & tot: ad inuicem quidem, sicut quę non separabiles sunt: toti autem animæ, tanquā indiuisibili existente.

Quod si non perseuerant, nullum absurdum est: non enim habent or-
gana, quibus conseruent naturam: Sed nihilominus in utraq; partium
omnes insunt partes ānæ, ac eiusdem speciei inter se sunt, & cum tota: in
terse quidē, utpotè nō separabiles: cū tota uero ānā, ut quæ diuisibilis ē.

Et non est inopinabile vt remaneant. non enim habent instrā, quibus conseruant suam naturam, sed tm̄, hoc non dat vt in vnaquaq;

quaq; partium sint omnes res animæ. Et sunt consimiles in specie ad inuicem. totius autem animæ est, quia est diuisibilis.

94 Et non est impossibile vt partes istorum animalium, & plantarum remaneant in agendo actiones totius. Causa enim in hoc est, quia iste modus animalis non habet diuersa instrumenta, quæ appropriantur actionibus diuersis animæ cum membro communi officiali, in quo existunt in potentia omnes actiones animæ, sicut est cor cum alijs membris, vt declaratum est in libro de Animalibus: sed quodlibet membrum membrorum istius animalis adaptatur omnibus actionibus animæ. & similiter quælibet pars partium vnius membri. Et causa in hoc sic debet intelligi. quoniam definitio partis membri officialis, non est definitio totius, necesse est, cùm anima impossibile est vt existat in aliquo animali proprio illi animæ nisi habeat principium, vt pars eius adaptetur ad hoc, quod habet totum ad recipiendum animam. verbi gratia quòd, si cor habet naturam recipiendi animam, quia habet talem figuram, manifestum est q; pars eius non recipit illam animam, quia non habet illam figuram. Vnde necesse est vt contrarium iudicium habeant animalia, quorum membra sunt consimilia, scilicet vt illud, quod recipit totum, recipiat pars: cùm habeat eandem definitionem. Deinde dicit: sed tamen hoc non dat, &c. ideſt, sed, quia iste modus animalis non habet corpus officiale, neque habet membra officialia, non est remotum vt anima, quæ est in qualibet parte eius, sit consimilis adinuicem in specie, & similis etiam animæ, quæ est in toto. immo, quia mẽbra eius non sunt officialia, necesse est vt sit ei.

Deinde dicit: totius autem animæ est, quia est diuisibilis. ideſt esse autem animam, quæ est in rebus, consimilem in specie, est, quia est diuisa in actu, & vnaquæq; earum agit actionem alterius. consimilitudo autem inter animam, quæ est in partibus, & animam, quæ est in toto in specie, est scilicet tota anima per potentiam, & diuisibilitatem, non secundum actũ: quoniam, cùm dimidetur, tunc nõ remanebit totum. sed ipse dimisit hoc, quia propalauit alteram duarum diuisionum. quoniam hæc particula, aut, demonstrat diuisionem, & quasi dicat consimilitudo autem, quæ est in specie inter partes, est quia est diuisa in actu: totius vero, quia est diuisibilis.

Aia annu Ioforũ, & plãtarum vna i actu plures i potentia. Idẽ 2. de Aia 19. 20. & 7. Met. 56

Videtur autẽ & quæ in plantis anima, principium quoddam esse: hac enim solum communicant & animalia & plantæ, & ipsa quidem separatur à sensibili principio: sensum autem nullum hac habet.

SOPH. *Videtur etiam principium, quod inest in plantis, anima esse quædã. hæc enim sola plantarum & animalium communis est: At ij, ea quidem separatur a sensitiuo principio: at uero sine ea, nihil est quod sensum habeat.*

Et

A 2 Et videtur etiam cp̃ principiũ existens in plantis sit aliqua anĩma. in hoc enim solo communicãt plantæ, & animalia. Et hoc differt à principio sensibili: & nihil habet sensum sine isto.

91 Cùm dedit rationem in sermone prædicto super hoc, quòd anima nõ diuidatur essentialiter per diuisionem subiecti, ex hoc, quod apparet in plantis: & iste sermo non est acceptus à ratione, nisi ei, qui concedit quòd plantæ habent animam: incœpit declarare hoc quomodo, & dicit, Et videtur etiam quòd principium, &c. ideſt & videtur etiam quòd principiũ, quo plantæ nutriuntur, & augentur, sit anima. in hoc enim principio eximantur habere communicationem cum animalibus secũdum vitam & ideo non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio, ideſt vita, non principio sensus & motus. Et, cùm narrauit quòd animalia cõmunicant in hoc principio cum plantis secundum vitam, incœpit narrare quòd plantæ non communicant eis in hoc, & quòd communicatio sensus, & motus cum nutrimento est necessaria, & dicit: Et hoc differt à principio sensibili, &c. ideſt & principium, quod est nutrimenti, & augmẽti, & generationis separatur à principio sensibili in plantis: sed principium sensibile non separabitur ab illo: cùm omne animal nutritur, & augetur. Sed debes scire quod necessitas essendi nutribile, aut augmentabile, non est sicut necessitas essendi calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut graue, aut leue: & quòd suum esse augmentabile, & nutribile est ei, secundum quòd est viuum: & esse graue, aut leue est ei secundum quòd est corpus naturale. Quoniam, si non fuerit sic determinatum, non est necesse propter communicationem cum principio sensibili, vt principium secundum sit anima.

Non dicẽ mortuũ, nisi aial, qũ caret vita. si priꝯ cipio sensus, & motus, idẽ in 2. h9. c. 16. & cõ. 3. & 37.

a l. plãtę. Docuit. Esse nutribile & augmentabile ẽ fm q; est viuũ. eẽ vero graue, aut leue. ẽ fm q; est corpus naturale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS DE ANIMA

LIBER SECVNDVS,

Cum Auerrois Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In Prima inuestigat, ac tradit Animæ definitionem.
In Secunda Animæ potentias, earum ordinē, ac quo pacto definiri debeant declarat.
In Tertia de potentia Animæ vegetatiua sermonem facit.
In Quarta de potentia Animæ sensitiua.
In Quinta probat non dari sextum sensum: eurq; non vnum, sed plures habeamus.
In Sexta quærit an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamur: Sen sumq;, quem Communem appellamus, explanat.
In Septima ponit differentiam inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire, inuestigatq; ipsius Imaginationis essentiam.

SVMMAE PRIMAE Cap. 1.

Traditur Animæ definitio declarans tantummodo quòd est.

QVæquidem igitur à prioribus tradita sunt de anima, dicta sint. Iterum autem tanquā ex principio redeamus, tentantes determinare quid est anima, & quæ vtiq; erit communissima ratio ipsius.

SOPH. QVæ igitur à superioribus de anima tradita sunt dicta sunt. Rursus autem tanquam ab initio reuertamur, conantes explicare quid sit anima, & quænam fuerit cōmunissima ratio eius.

HOc igitur est, quod accepimus ab Antiquis de anima. modo autem incipiamus aliter in determinando animā quid est secundū definitionē, quæ magis comprehendit ipsam.

1 CVm contradixit opinionibus Antiquorum, incœpit modo quærere de substantia eius, & d. Hoc igitur est, quod accepimus, &c. ideſt hoc igitur est, quod diximus in contradicendo opinionibus, quas accepimus de anima. D. narrauit ꝙ oportet incipere in cognoscendo substantiam eius, & cōsyderare in hoc, quousq; sciatur definitio, quæ est magis vniuersalis, ideſt magis comprehendens omnes partes animæ, & d. modo autem incipiamus, &c. ideſt modo autem incipiam loqui de anima alio modo: quia non inuenimus ab Antiquis aliquid vtile de ea. & primo debemus inuenire definitionem, quæ est magis vniuersalis omnibus partibus eius. cognitio enim vniuersalis semper debet præcedere cognitionem propriam. & sermo eius intellectus per se.

*Cognitio vlis sp debet pcede re cognitionē propriā idē in fra cō. 14. & 1. Phy. t. cō. 57. & 2. de Gen. t. cō. 51. & 3. Ph. t. 2.

Dicimus

A Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorū quæ sunt substantiam: huius autem, aliud quidem est sicut materia, quę secundum se quidem non est hoc aliquid: aliud autem, formam & speciem, secūdum quam iam dicitur hoc aliquid: & tertiū quod est ex his. Est autem materia quidem potētia, species aūt entelechia: & hoc dupliciter, hoc quidem sicut scientia: illud autē, sicut considerare.

VIII. *Dicimus ergo unum quoddam genus eorum quæ sunt, substantiam: huiusq;, aliud ut materia, quod ex se quidem non est hoc aliquid: aliud formam & speciem, ex qua demum dicitur hoc aliquid: & tertium, quod ex eis constat. est autem materia, quidem potentia: species uero entelechia: & hoc bifariam aliud ut scientia, aliud ut contemplari.*

Dicamus igitur ꝙ substantia est vnū generum entium. Et substantiarum quædam est substantia fm materiam, & ista non est ꝑ se hoc. Et quædam est forma, per quam dicitur in re, ꝙ est hoc. Est aūt tertia: & est illud, quod est ex ambob⁹. Et materia est illa, quæ est in potentia, forma autē est perfectio. Et forma est duobus modis: vnus est sicut scire, & alius est sicut speculari.

1 Cùm voluit scire definitionem vniuersalem omnib⁹ partibus animæ, & fuit quasi manifestum ꝙ collocatur in genere substantiæ, incœpit diuidere quot modis dicitur substantia, & in quo modo est anima, & dixit ꝙ substantia est vnum generum entium, i. entium, quæ sunt fm antecedentiam in esse, quorum anima est vnum, ꝙ anima non est accidens. Ponere enim animam accidens est impossē, fm ꝙ dat nobis prima cognitio naturalis, opinamur enim ꝙ substantia est nobilior accidente: & ꝙ anima est nobilior omnibus accidentibus existētibus hic. Et, cùm narrauit ꝙ substantia vlr debet poni genus talium istorū entium, incœpit diuidere eius genera, & dixit Et substantiarum quædam est substantia, &c. ideſt & omnia, de quibus dicitur substantia, sunt tribus modis. Quorum vnus est, vt sit materia prima, quæ per se non est formata, neq; aliquid per se in actu: vt dictum est in Primo Physicorum. Secundus autem est forma, per quā individuum fit hoc. Tertius est illud, quod fit ex istis ambobus. Quòd autem forma est, & cùm hoc est substantia, manifestum est enim quia comprehenditur sensu: est autem substantia, quia est pars substantiæ. & similiter pars huius substantiæ cum auferatur, auferetur substantia. Et similiter prima materia est substantia: quia est vna partium, quæ cùm auferūtur, auferetur substantia, s. indiuiduum. Deinde incœpit describere substantiam, quæ est fm materiam, & quæ est secundum formā, & d. Et materia est illa, quæ est in potentia, &c. ideſt & materia est substantia, quæ est in potentia: forma autem est substantia, per quam perficitur hæc substantia, quæ est in potentia forma. Et ista forma inuenitur duobus modis. Quorum vnus est, secundum quòd est in actu, tamen non prouenit ab ea

Ponet animā accūs ē impoſſe, fm ꝙ dat nob pria cognitio nālis.

1. Phy. 69. Indiuiduum fit hoc ꝙ forma. Idē infra. 7 8. 9. & 60 sed vid op positū. 12. Meta. 14. & 1. Cœli. 92. vbi dicit ꝙ per materiā. Vide cōc. 2im.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actio, quæ innata est prouenire ab ea: sicut à sciente, qui non vtitur sua D
scientia. Secundus est, secundum quòd prouenit ab ea illa actio: sicut est de sciente, quando scit. Et prima forma dicitur prima perfectio: secunda autem dicitur postrema.

Substantiæ autem maxime videntur esse corpora, & horũ physica: hæc enim aliorum principia. Physicorum autem alia quidẽ habent vitam, alia autem non habent: vitam autem dicimus id quod per seipsum alimentum & augmentum & decrementum. Quare omne corpus physicum participans vita, substantia erit: Substantia autem sit, sicut composita.

SOPH. *Porrò autem corpora potissimum esse substantiæ videntur, & ex his, ea quæ naturalia sunt: hæc enim cæterorum sunt principia. Naturalium autem, alia habent vitam, alia non habent: vitã uero dicimus nutritionem quæ per se ipsum fit, & auctionem, & diminutionem. E Itaq; omne corpus naturale vitæ particeps substantia fuerit, & ita substantia, vt compositum.*

Et corpora sunt ea, quæ proprie dicuntur substantiæ: & maxime corpora naturalia. ista enim sunt principia aliorum corporũ. Et corporum naturalium, quædam habẽt vitam, & quædam nõ. Et dicere vitã, est nutriri, & augeri, & diminui essentialiter. Vnde necesse est, vt omne corpus naturale, habens communicationem in vita, sit substantia, fm q̃ est compositum.

3 Cùm demonstrauit nobis numerum substantiarum, incœpit declarare nobis quæ earum sit magis digna vt habeat hoc nomen, & dixit Et corpora sunt ea, quæ proprie dicuntur, &c. ideſt & corpora composita habẽt hoc nomen substantia magis proprie, secundum q̃ est magis firmo sum: & maxime corpora naturalia. ista enim sunt principia corporum artificialium. D.d. Vnde necesse est, vt omne corpus naturale habens communicationem in vita. ideſt corpus naturale necesse est vt sit substantia: immo magis dignum est habere hoc nomen substantia. Deinde exposuit hoc nomen vita, & dixit Et dicere vitam est nutriri, &c. ideſt & intelligo nutritionem per vitam principium, quod est commune omni animato, scilicet nutriri augeri & augeri, & minui essentialiter. & est illud, quod appropriatè plantis. quoniam hoc nomen vita dicebatur in lingua Græca de omni eo, quod nutritur, & augetur. animal enim dicitur de omni eo, quod nutrit & sentit. In Arabico autem videtur significare idem: sed tamen non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio nutrimenti, & sensus insimul, nõ principio sensus, & motus tantum. Et dicit essentialiter: quia inuenitur extra vinum aliquod, quod assimilatur augmento & diminutioni, vt lapis, & nõ est viuum. Et cùm declarauit q̃ necesse est vt omne corpus habens vitam sit substantia, declarauit cuiusmodi substantia est, & d. sit substantia.

Mortuũ si dicis, nisi aial, qđ caret primo principio nutrimẽti, & sẽsus insis. Et vide opositũ. 1. de aĩa. c. vlt. vbi d. q̃ mortuum est, qđ caret solo principio, qđ ẽ vita. Vide cõz.

A stantia, secundum quòd est compositum, ideſt & necesse est vt corpus viuum sit substantia composita: & est hoc individuum.

Quoniam autem est corpus huiusmodi, vitam enim habens, nec q̃ vtiq; erit corpus anima: nõ est enim eorum quæ in subiecto, corpus, magis autem sicut subiectum & materia. necesse est ergo animam substantiam esse, sicut speciem corporis physici potentia vitam habentis.

Quoniam autem corpus est tale, nempe vitam habens, equidem non fuerit corpus anima: non enim eorum quæ sunt de subiecto corpus est, sed potius vt subiectum & materia. necesse est ergo animam esse substantiam, vt speciem corporis naturalis vitam habentis.

Et, quia corpus viuum est corpus, & est tale, impossè est vt anima sit corpus. corpus enim non est eorũ, quę sunt in subiecto: ímo est sicut subiectũ, & materia. Vnde necesse est vt ała sit substantia, fm q̃ est forma corporis naturalis, habentis vitam in potentia.

4 Cùm declarauit q̃ corpus viuum est substantia, fm quòd est compositum ex substantia, quæ est fm materiam, & ex substantia, quæ est fm formam, incœpit quærere de anima vtrum sit substantia composita, scilicet corpus, aut secundum formam. dicere enim animam esse materiam impossibile est. & hoc manifestum est per se. Et d. Et, quia corpus viuum, &c. ideſt & anima non est substantia fm compositionem. compositum enim corpus habens vitam non est corpus viuum, fm q̃ est corpus simpliciter, sed secundum q̃ est tale corpus. est igitur viuum per aliquod existens in subiecto, non per aliquod existens non in subiecto. corpus autem est substantia, secundum q̃ est subiectum. Et, cùm dedit propositiones, ex quibus consequitur vt anima non sit substantia, fm q̃ est corpus, sed secundum q̃ est forma, d. Vnde necesse est vt anima sit substantia, secũdum q̃ est forma corporis naturalis, habentis vitam in potentia, &c. Quoniam autem non est substantia secundum corpus declarabitur in secunda figura per illas duas propositiones prædictas, scilicet q̃ anima est in subiecto, & corpus est non in subiecto. Quoniam vero est substantia fm formam, manifestum est ex hoc, q̃ est substantia in subiecto. hoc enim proprium est formæ, scilicet vt sit substãtia in subiecto. Et differt ab accidente, quoniam accidens non est pars substantiæ compositæ: forma autem est pars huius substantiæ cõpositæ. Et etiam equiuoce dicitur forma esse in subiecto, & accidens esse in subiecto. *Subiectũ enim accidentis est corpus cõpositum ex materia & forma, & est aliud existens in actu, & non indiget in suo esse accidenti. Subiectum autem formæ non habet esse in actu, secundum q̃ est subiectum, nisi per formam, & indiget forma vt sit in actu: & †maxime primum subiectum, quod non denudatur à forma omnino. & propter similitudinem inter ista erraverunt plures loquentium, & dixerunt

Æquoce dr sola, & accis ẽ ī subiecto. *Subm accis ẽ ens i actu: sub iecta sme subaẽ ens i potenna. idẽ 1. Phy. 63. & 5. Phy. 7. & 8. 1. ca. d subaorb. sed vi de illãria de ũitatib⁹ interminatis, i. ca. d subaorbis. Vide cõz.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xerunt formam esse accidens. Et ex hoc declarabitur perfecte ꝙ anima D
non est substantia secundum materiam. materia enim est substantia, secundum ꝙ est subiectum. anima autem secundum ꝙ est in subiecto. Et dicit habentis vitam in potentia. idest necesse est vt anima sit substantia, ſm ꝙ est forma corporis naturalis, habentis vitam, ſm ꝙ dicitur habere illam formam in potentia, vt agat actiones vitæ per illam formam.

Substantia autem actus, huiusmodi igitur corporis actus: Hic aũt dicitur dupliciter, alius quidem sicut scientia, alius sicut considerare. manifestum est igitur ꝙ sicut sciẽtia: in existere enim animam, & somnus & vigilia est: proportionale autẽ vigilantia quidem ipsi considerare, somnus autem ipsi habere & non operari.

SOPH. *Hæc uero substantia est actus, ergo talis corporis est actus: hic autẽ bifariã dicitur, partim ut scientia, partim ut contemplari. constat ergo* E
eam esse ut scientiam: ex eo enim quòd est anima, & somnus et vigilia est: proportione autem respondet vigilia quidem ipsi contemplari: somnus autem ipsi habere & non operari.

Et ista substantia est perfectio. est igit perfectio talis corporis, &, quia perfectio dicit duobus modis: quorũ vnus est sicut scire, & alius sicut aspicere: manifestũ est ꝙ ista perfectio est sicut scire, Qm̃ apud ipsum est esse animæ. & vigilia est similis studio, somnus aũt est similis dispositioni rei, cùm potest agere, & non agit.

5 Cùm declarauit ꝙ anima est substãtia ſm formam, & formæ sunt perfectiones habentium formas, & sunt duobus modis, incœpit demonstrare ꝙ perfectio est in definitione animæ, quasi genus, & d. Et ista substantia est perfectio, &c. idest &, quia substantia, quæ est secundum formam, est perfectio corporis habentis formam: & iam declaratum est ꝙ anima F
est forma: necesse est vt anima sit perfectio talis corporis, idest perfectio corporis naturalis habentis vitam in potentia, ſm ꝙ perficitur per ipsam.
Et, cùm declarauit ꝙ anima est perfectio, declarauit ſm quot modos dicitur perfectio, & d. &, quia perfectio est duobus modis, &c. idest &, quia perfectio est duobus modis: quorũ vnus est sicut scientia existens in scientẽ, quando non vtitur sua scientia: & alius est sicut sciẽtia existens in scientẽ, quando vtitur ea. Deinde incœpit demonstrare secundum quem modum istorum duorum dicitur ꝙ anima est perfectio, & d. manifestum est ꝙ ista perfectio est sicut sciẽtia. i. &, quia iam declaratum est ꝙ anima est perfectio corporis naturalis, & perfectio dicitur duobus modis, manifestũ est quòd perfectio, qua est animatum, & differt à corpore nõ animato est existens in eo, sicut scientia in sciente. Deinde dedit rationem super hoc, & dixit Quoniam apud ipsum est esse animæ, idest qm̃ apud esse istius perfectionis in animato inuenitur aïa, non apud esse alterius perfectionis.

Et,

A Et, cùm demõstrauit ꝙ perfectio accepta in definitione animæ, quæ est substantia animæ, est illa, quæ est quasi scientia existens in sciente, quãdo non vtitur ea, dedit exemplum super hoc, & dicit, & vigilia est similis, &c. idest &, cùm animal fuerit dormiens, tunc anima erit in eo secũdum primam perfectionem. & hoc est simile esse scientiæ in sciente in tempore, in quo non studet: & non est simile esse ignorantiæ in non sciente. Manifestum est enim ꝙ animal apud somnum habet animam sensibilem, sed non vtitur sensu: sicut sciens habet scientiam, sed non vtitur ea. Dispositio autem animæ apud vigiliam in animalibus est similis scientiæ in sciente, quando vtitur ea. Et hoc est in anima sensibili. Anima autem nutritiua nunquam inuenitur in animalibus, nisi secundum postremam perfectionem. Nisi aliquis ponat ꝙ sit quidam modus animalium, qui non nutritur in aliquo tempore, scilicet in tempore, in quo manet in lapidibus, vt ranæ magnæ, quæ nihil thesaurizant, & manent tota hyeme in lapidibus: & similiter plures serpẽtes. Et secundum hoc erit hoc commune B animæ sensibili, & nutritiuæ eadem intentione. &, si non, tunc perfectio accepta in eis erit secundum æquiuocationem. Et quocunq; modo sit, quando intellecta fuerit diuersitas inter vtrunq;, tunc non nocebit hoc accipere indefinite in hac definitione, cùm fit impossibile aliter. Et d. somnus autem est similis dispositioni rei, &c. idest dispositio animę apud somnum in animalibus est similis dispositioni rei in tempore, in quo potest agere, sed non agit. & hæc est descriptio primæ perfectionis: & ex ea C intelligitur descriptio postremæ perfectionis: & est dispositio rei, per quã ens agit, aut patitur in tempore, in quo agit, aut patitur.

Docuſũ. Aïa nutritiua nunq̃ inuenit in alijs, ni ſi ſm poſtremã pfectionẽ. Idẽ. 8. Ph. 20. & hic iffa. 14. & 3. de Aïa 44. 59. Vide pro hoc iffa c. 30. & c. 5. tertij hu.

Prior autem generatione in eodem scientia est: vnde anima est primus actus corporis physici potentia vitam habentis: tale autẽ quodcunq; organicum: organa autem & plantarũ partes, sed perfectus simplices: vt foliũ fructiferi cooperimentũ: fructiferum aũt fructus: radices vero ori similes sunt: vtraq; enim trahunt alimentũ.

Prior autem generatione in eodem scientia est: qua propter anima est actus primus corporis naturalis potentia uitam habentis: cuiusmodi est quodcunque fuerit organicum. sunt porrò plantarum quoq; partes organa, sed plane simplicia: ut folium integumẽtum est pulpæ, quæ semen complectitur: pulpa autem seminis: radices uero ori proportione respondent, utraq; enim attrahunt alimentum.

Et scientia in eodẽ antecedit in esse. Et ideo anima est perfectio prima corporis naturalis, habentis vitam in potentia. & est ſm ꝙ est organicũ. Et partes plantarum sunt etiã organa, sed valde simplicia. verbi gratia ꝙ folia sunt coopertoria, & vestes fructibus, radices aũt similes sunt ori: qm̃ isti duo modi contrahunt cibum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Cùm declarauit ꝙ genus animæ est perfectio, quæ est quasi sciẽtia existens in sciente, quando non vtitur ipsa, incœpit narrare ꝙ ista perfectio præcedit in esse secundam perfectionem, & ꝙ propter hoc debet adiungi in definitione ꝙ anima est prima perfectio corporis naturalis habentis vitam in potentia. Et d. Et scientia in eodẽ, &c. i. & perfectio, quæ est quasi scientia, præcedit in esse in indiuiduo secundam perfectionem, quæ est quasi studium. Et, cùm narrauit hoc, incœpit narrare ꝙ propter hoc debemus hanc intentionem dicere in definitione, vt per primam distinguatur à perfectione postrema, & d. Et ideo anima est perfectio prima, &c. i, & ideo dicendum est in definitione animæ, &c. D. d. & est fm ꝙ est organicum. i. corpus habens vitam in potentia est primum organicũ corpus. Et, cùm narrauit ꝙ omne corpus viuum est organicum, & hoc fuit manifestum in animalibus, sed latuit in plantis, incœpit demonstrare ꝙ organa existunt etiam in plantis, & dixit Et partes plantarũ sunt etiam organa, &c i. & sermo eius in hoc est manifestus. Et hoc, quod dixit de plantis, manifestum est. folia enim ita sunt de plantis, sicut corium in animalibus, & radices sunt, sicut os: quoniam vtrunq; comprehendit cibum. & hoc intendebat, cùm dixit, quoniam isti duo modi contrahunt cibum, scilicet radices, & os, & alia ventricula, quæ transeunt ad ipsa.

*al. alius.

Docum.

Ids infra 38.

Si autem aliquod cõe in omni anima oportet dicere, erit vtiq; actus primus corpis organici physici. vnde non oportet quærere si vnum est anima & corpus: sicut neq; ceram & figurã, neq; omnino vniuscuiusq; materiã, & id cuius est materia: hoc enim vnũ & esse cum multipliciter dicantur, quod proprie est, actus est.

SOPH.

Ergo si quid commune de omni anima sit dicẽdum, ea fuerit actus primus corporis naturalis organici. idcirco non oportet quærere an unũ sit anima & corpus, quemadmodum neq; ceram & figuram, nec denique uniuscuiusq; materiam, & id cuius est materia: unũ enim & esse cum multifariam dicatur, quod proprie est, actus est.

Si igitur aliquod vniuersale dicendum est in omni anima, dicemus ꝙ est prima pfectio corporis naturalis, organici. Et ideo nõ est perscrutandum vtrum anima, & corpus sint idem: sicut nõ est perscrutandum hoc in cera, & figura, neq; in ferro, & figura, neq; vniuersaliter in materia cuiuslibet, & in illo, quod habet illã materiam. vnũ enim & ens cùm dicuntur pluribus modis, perfectio est illud, de quo dicitur hoc prima intentione.

7 Dixit Si igitur aliquod vniuersale, &c. ideſt si igitur possibile est definire animam definitione vniuersali, nulla definitio est magis vniuersalis q̃ ista, nec magis conueniens substãtiæ animę: & est ꝙ anima est prima pfectio corporis naturalis organici. Et induxit hunc sermonẽ in forma dubitationis,

Docum.

A dubitationi, cùm dicit, Si igitur dicendum est, &c. excusando à dubitatione accidente in partibus istius definitionis. perfectio enim in anima rationali, & in alijs virtutibus animæ ferè dicitur pura æquiuocatione: vt declarabitur post. Et ideo potest aliquis dubitare, & dicere ꝙ, anima non habet definitionem vniuersalem. & ideo dicit, Si igitur, &c. quasi dicit, si igitur fuerit concessum nobis quòd possibile est inuenire sermonẽ vniuersalem comprehendentem omnes partes animæ, erit illæ sermo istæ.

Deinde dicit, Et ideo non est perscrutandum, &c. ideſt &, cùm declaratum est quòd anima est prima perfectio corporis naturalis, & quòd animatum non habet hoc esse, nisi ex eo quòd habet animam, non est dubitandum quomodo anima, & corpus, cùm sint duo, fiant idem: sicut non est dubitandum hoc in cera, & in ferro cum figura existente in eis, & vniuersaliter in materia, cuiuslibet, & in re, quæ existit in illa materia. Hæc enim nomina, scilicet *vnum, & ens licet dicantur pluribus modis, tamen prima perfectio in omnib' istis, scilicet forma, magis digna est vt habeat hoc nomen, scilicet vnum, & ens, quàm illud, quod est congregatum ex materia, & forma. congregatum enim non dicitur vnum, nisi per vnitatem existentem in forma. materia enim non est hoc, nisi per formam. Et, si materia & forma essent in composito existentes in actu, tunc compositum non diceretur vnum, nisi sicut dicitur in rebus, quæ sunt vnum secundum contactum, & ligamentum. †Modo autem, quia materia non differt à forma in composito, nisi potentia: & compositum non est ens in actu, nisi per formam: tunc compositum non dicitur vnum, nisi quia sua forma est vna. Et quasi innuit per hoc quæstionem contingentem dicẽtibus quòd anima est corpus. & est quomodo illud, quod aggregatur ex anima, & corpore, fiat vnum.

B

Vniuersaliter quidem igitur dictũ est quid sit anima: est enim substantia quę fm rationem: hoc aũt est quod quid erat esse huiusmodi corporis. sicut si aliquod organorum physicum esset corpus vt dolabra: erat quidem enim dolabræ esse, substãtia ipsius & anima hæc. diuisa autem hac, non vtiq; amplius dolabra erit, sed aut æquiuocè: nunc autem est dolabra: non enim huiuscemodi corporis quod quid erat esse & ratio, anima: sed physici huiuscemodi corporis, habentis in seipso principium motus & status.

C

Vniuerse igitur dictum est quid sit anima: nempe substatia ea quæ in ratione consistit: quod quidem est Quid erat esse tali corpori. uelut si quod instrumentũ esset naturale corpus, uerbi causa securis: esset enim securi esse substantia eius & anima hoc: ea enim separata, nõ amplius esset securis, nisi æquiuoce: nunc uero est securis: non enim eiusmodi corporis Quid erat esse & ratio è anima, sed naturalis, talis scilicet quod ea se motus statusq; principium habeat.

Perfectio ĩ asa rõnali & in alijs virtutibus aię dr ferè pura equiuocatiõe. Idẽ infra c. 30. & 3. de Aia c. 5. cõtra Alex. Nõ est dubitãdum quòd ex aia, & corpore fiat vnũ. Sz vide oppositũ 1. de Aia t. c. 92. cõtra Plato, vbi hoc fuit dubitatum. Vide cõtinuatiõem.

* Ens vnũ p prio dñr de fota, q̃ & cõgrega to. Oppositũ vt dicere 5. c. 3. 5 Ph. c. 4. & 7. Met. cõ 8. & 8. Meta. c. 7. idem hr ii cui hic. Vide cõtinuatiõem.

† Mã ñ dfa à fota i cõpõnõ, nisi posita. Vide ad̃. 10. Me. 43

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iam igiſ diximus quid eſt anima vlt, & eſt ſubſtantia ſm hanc D intentionem, ſ. ſm illud, quod hoc corpus eſt. Quod eſt, quēmadmodum ſi aliquod inſtrumentū eſſet corpus naturale, vt ſecuris, tunc acumen ſecuris eſſet ſubſtantia, & eſt anima ſm hanc intentionem. & ſimiliter iſtud, cùm abſtractum eſt, nō erit ſecuris poſt niſi æquiuoce. materia autem erit poſt ſecuris. anima enim nō eſt quidem talis corporis, & intentio eius, ſed corporis talis naturalis habentis principium motus.

E Cùm prædixit ꝙ anima eſt ſubſtantia, deinde declarauit quod eſt forma, & perfectio, incœpit hic inducere modum, per quem poteſt accidere certitudo, ꝙ formæ naturales ſint ſubſtantiæ. & hoc eſt neceſſariū in hoc loco. Et d. Iam igitur diximus, &c. ideſt declaratum eſt igitur ex hoc, qđ dixit, quid eſt anima vniuerſaliter. & ſecundum ꝙ dixit in hac definitione, anima eſt ſubſtantia ſecundum intentionem, per quam dicim⁹ in re, per quam hoc corpus naturale eſt ſubſtantia, non alio modo. Deinde dixit exemplum de corporibus artificialibus, & fecit differentiam in hoc inter corpora naturalia, & artificialia. Eſſentiæ enim rerum artificialiū ſunt *actus. & ideo exiſtimauerunt quidam ꝙ ita eſt de eſſentijs corporū naturalium. Et d. quemadmodum, ſi aliquod inſtrumentum, &c. ideſt & formæ, & eſſentiæ corporum naturalium ſunt ſubſtantiæ. quoniam, quēadmodum ſi aliquod inſtrumentum eſſet corpus naturale, vt ſecuris, ſ. ſi imaginati fuerimus ipſum eſſe ens naturale, tunc acumen ſecuris eſſet ſubſtantia eius. Deinde dedit rationem ſuper hoc, & d. & ſimiliter iſtud cùm abſtractum eſt, &c. i. & neceſſe eſt in ſecuri, ſi eſſet ens naturale, vt ei⁹ acumen eſſet ſubſtantia. Securis enim non dicitur niſi illud, quod cōgregatum eſt ex materia, ſ. ferro, & forma, quæ eſt acumen. &, ſi acumen auferatur, & eſſet ſecuris corpus naturale, tunc ſecuris non eſſet: quia materia, & forma non eſſet, niſi diceretur ſecuris æquiuoce. &, illud, pro cuius ablatione auferetur hæc ſubſtantia, eſt ſubſtantia: eſt enim pars eius. pars autem ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. Deinde dicit: materia autem erit poſt ſecuris i. materia autem, quia ſecuris eſt corpus artificiale, licet acumen ſit ablatum ab eo, tamē poſt dicetur ſecuris per ſuam figuram. figura enim, quæ propria eſt ei, eadem eſt in ea cùm acuitate, & fine. Et hoc, quod d. manifeſtabitur ex hoc, quod dico. Manifeſtum eſt enim per ſe ꝙ hoc nomen ſecuris, ſiue fuerit naturale, ſiue artificiale, dicitur de illo congregato ex illo, quod eſt quaſi forma in eo, & ex eo, quod eſt quaſi materia. Et etiam manifeſtum eſt per ſe ꝙ ſecuris dicitur de aliquo indiuiduorum ſubſtantiæ. Et ſic neceſſe eſt vt hoc nomen, quod dicitur de eo, ſm ꝙ eſt indiuiduum ſubſtantiæ, ſit dictum de eo ſm materiā, & formam inſimul. vnde neceſſe eſt vt vtrunq; ſit ſubſtantia. partes enim ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia. Et ſic neceſſe eſt, cùm fuerit forma ablata, vt hoc nomen auferat ab ea, ſcilicet nomen, quod demonſtrat ipſum, ſm ꝙ eſt indiuiduum. Aut dicamus ꝙ hoc nomen non dicitur de eo niſi ſecundū materiam tantum, v.g.

1. Phy. 7. *a. l. accſis

illā, ad ablationē cuius auferē ſuba, eſt ſuba. Idē ē cō. 2. qđ quō ſit intelligēdū. vid. 8. Meta. c. 5. Digreſſio primū ſuppoſitum. Secundū.

v.g. ſm ꝙ eſt corpus ferreum. & tunc forma erit in eo ſm accidens. & tunc neceſſe erit, ſi forma fuerit ablata, vt hoc nomen, quod dicitur de ea, ſm ꝙ dicitur indiuiduum ſubſtantiæ, remaneat. Sed quia formæ rerum naturalium, cum fuerint ablatæ, auferentur materiæ, & nulla ens remanet niſi æquiuoce, neceſſe eſt, cùm poſuerimus ſecurim eſſe corpus naturale, & ablata fuerit acuitas, quæ eſt in ea quaſi forma, vt auferatur materia, & non remaneat ens. Cùm igitur forma fuerit ablata ſm hanc intentionem ſtatim auferetur hoc nomen ſecuris, quod demonſtrat ipſum ſm ꝙ eſt in diuiduum ſubſtantiæ. quoniam per ablationem formæ auferetur materia &, cùm materia & forma auferuntur, nihil remanet de eis, quæ demōſtrāt per hoc nomen, ſm ꝙ demonſtrat aliquod indiuiduorum ſubſtantiç, niſi ſit aliquod indiuiduum: & tunc non dicitur ſecuris niſi æquiuoce. Formæ igitur naturales ſubſtantiæ ſunt. quia, cùm ablatæ fuerint, auferē nomen, quod demonſtrat ens, ſecundum ꝙ eſt indiuiduum ſubſtantiæ.

F Et ſimiliter definitio, quæ eſt ſm illud nomen, quia auferuntur genus, & differentia, quorum vnum demonſtrat materiam, & aliud formam. v.g. ꝙ cū ſenſus aufertur à carne, non remanet caro, niſi æquiuoce: ſicut caro mortui. Forma autem artificialis non eſt ſubſtantia. quia, cùm auferē, non auferetur materia: ſed remanet nomine, & definitione. quoniam, cū figura ſecuris auferetur, remanet ferrum idem, ſicut ante, nomine, & definitione. Et neceſſe eſt, & recte vt remaneat nomen eius, ſ. ſecuris, quod demōſtrat hoc inſtrumentum, ſm quod eſt indiuiduum ſubſtantiæ: licet acuitas auferatur. Et hoc fuit, quia nomē dicitur in rebus naturalibus primo de forma, & ſecundo de congregato. in rebus autem artificialibus ecōtrario, ſ. quia primo de materia, & ſecundo de congregato. In rebus igitur artificialibus demonſtrat indiuiduum ſubſtantiç ſecundum ſuam primam ſignificationem, quia ſignificat materiam: & in rebus indiuiduis ſubſtantiæ naturalibus demonſtrat ipſum ſecundū ſuam* primam ſignificationē quoniam ſignificat formam. Hoc enim indiuiduum non eſt hoc, niſi per ſuam formam, non per ſuam materiam. †Materia enim nullum habet eē in actu in rebus naturalibus, ſecundum ꝙ eſt materia. & eſſe non eſt in actu, niſi formæ. & hoc valde manifeſtatur in formis rerum ſimplicium. qm̃ cū forma fuerit ablata, nihil remanet. Et in rebus artificialibus nihil eſt hoc, niſi per ſuam materiam, non per ſuam formam. & ſic declarabitur ti bi differentia inter naturalia, & artificialia. Et intelliges hoc, quod dixit Ariſto. & auferetur dubitatio, quæ inducit credere ꝙ formæ ſint accidentia. D. d, anima enim non eſt, &c. i. & eſt de anima econuerſo acuitati. nō enim auferetur ab animato per ablationem animæ, & remanet in ſecuri, licet acumen auferatur. anima enim non eſt talis corporis, in quo eſt acuitas, ſcilicet corporis artificialis organici, ſed naturalis. & hoc intendebat, cùm dixit talis. & hoc, quod dicit principium motus, & quietis, eſt diſpoſitio corporis naturalis.

Conſiderare autem & in partibus oportet quòd dictum eſt. ſi enim eſſet oculus animal, anima vtiq; ipſius: viſus eſſet: hic enim ſubſtantia

Cū formæ rer. nāliū auferunt, auferunt materiæ iporū. Sed vide opp. 1. Phy. 82. vbi dē q mā eſt ingnabilis, & ſcorruptibilis. vi de cōtra. Zim.

Genus demonſtrat mām, & drīa formā vid. 7. meta. 43. & 1. Met. 17. & 2. cœ. 49.

Nomē in reb⁹ nālib⁹ primo de forma, ſecūo d cōgregato. Vide cīm 8. Met. cō. 7. In reb⁹ aūt artificialib⁹ primo dr nomē de mā ſcđario de congregato. Sed vid oppoſi. 5. Met. c. 14. & 7 Met. c. 18. vbi dicit q nomē accidentale primo ſignificat formā, & ſcđo ſubſtū. Vi contrad. Zim.

substantia est oculi quæ est secūdum rationem, oculus autem ma D
teria visus est: quo deficiente non est adhuc oculus, nisi æquiuoce,
sicut lapideus aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in
parte, in toto viuente corpore: Proportionaliter nanq; se habet si
cut pars ad partem, totus sensus ad totum corpus sensitiuum: secū
dum quòd huiusmodi.

SOPH. *Hoc uero quod diximus in partibus etiam cōsiderasse non ab re fue
rit: nam si oculus esset animal, profectò anima ei esset usus: ut enim est
oculi substantia quæ in ratione consistit: oculus aute materia est usus,
quo deficiente non est amplius oculus, nisi æquiuoce, quemadmodum la
pideus & pictus. Ergo quod parti alicui conuenit in totum uiuens cor
pus est transferendum: proportione namq; respōdet, ut pars ad partem,
sic totus sensus ad totum corpus sensitiuum, quatenus eiusmodi est.*

Et consyderandum quod dictum est in membris etiam. Ocu- E
lus enim si esset animal, tūc visus esset anima eius. iste enim est sub
stantia oculi, quæ est secundum suam intentionem. & corpus ocu
li est materia visus: qui: cùm deficit, non dicetur oculus, nisi æqui-
uoce, sicut dicitur de oculo lapideo. Et accipiēdum est illud, quod
dicitur de parte in toto corpore. comparatio enim partis ad partē
est sicut totius sensus ad totum sensibile.

9 Cùm declarauit ꝙ ita est anima in corpore, sicut forma in materia: for
ma. n. incorporibus naturalibus magis habet nomen substantiæ quā ma-
Indiuidu- teria: & ꝙ indiuiduum non fit indiuiduum, nisi per formam: quia nō est
um non est indiuiduum, nisi fm ꝙ est ens in actu, & est ens in actu per suam formam,
indiuidu- non per suam materiam. Et, quia declarauit hoc rātione, vult modo de-
um per ciarare hoc exemplo, & d. Et consyderandum est quod dictum est in mē F
formam bris. 1. & hoc, quod dictum est in anima, quoniam est substantia, quia, cū
Vide supra aufertur, aufertur nomen ab animato, verificatur. in membris habent
c. 3. 7. 1. de bus proprie virtutes particulares animæ sensibilis. D. d. exēplum de hoc
Aia. 9. in oculo, & d. Oculus enim si esset animal, &c. 1. quoniam proportio visus
ad oculum est sicut proportio animæ ad corpus. si igitur fuerimus imagi
nati ꝙ oculus esset animal, necesse esset vt visus esset anima eius. visus. n.
tunc esset substantia animæ, fm illud quod est, & oculus esset materia illi⁹
animæ. Et. d. qui cùm deficit, &c. 1 &, quia manifestum est de visu, ꝙ, cū
deficit, non remanet oculus post, nisi equiuoce: sicut oculus factus de lapi
de, aut formatus in pariete: quia non habet de intentione oculi, nisi tantū
figuram: & ꝙ visus est substāua oculi: manifestum est ꝙ anima debet ha
bere talem dispositionem cum corpore, s. ꝙ, cū aufertur, aufertur nomen
ab animato, & non remanet animatum, nisi æquiuoce. v. g. quia, cùm ani-
malitas fuerit ablata ab aliquo idiuiduo, nō remanet animal nisi æquiuo
ce: quapropter anima est substantia. Et, quia Aristo. posuit primo ꝙ ita
est

A est de parte, sicut de toto, & ꝙ possibile est vt habeamus certitudinem de
toto, consyderando hoc in partibus, incœpit declarare modum, vt iudiciū
totius, & partis sit idem in hoc loco, & d. comparatio enim partis ad par-
tem, &c. 1. & necesse est vt ita sit de toto sicut de parte in hac intētione. qm Vide est
comparatio alicuius membri apud suam formam particularem sensibilē esse 1. Cœ.
in essendo substantiam illius membri, est comparatio totius sensus ad to 19. 4. Ph.
tum corpus sensibile. Et hoc, quod d. manifestum est. comparatio enim 17. 1 de a-
visus, qui est pars sensus ad oculum, est sicut comparatio totius sensus ad nima. 88.
totum corpus. &, quia comparatio est eadem: & visus est substantia: igi- 1. Cœ. 59.
tur anima erit substantia.

Est autem non abiiciens animā potentia ens vt viuat, sed quod
habens. semen autem & fructus potentia huiusmodi corpus est.
sicut quidem igitur incisio & visio, sic & vigilantia actus. vt autē
visus & potentia organi, anima: corpus autem quod potētia ens:
sed sicut oculus pupilla & visus, & ibi anima & corpus, animal.

*Caterum quod amisit animam non est id quod potentia est ad uiuē
dum, sed quod habet: semen uero & fructus id sane est quod potentia
est tale corpus: ergo ut sectio & uisio, sic uigilia est actus: ut uero uisus
& potentia organi, sic anima est: corpus autem est id quod potentia est:
uerum ut pupilla & uisus est oculus, sta etiam illic, anima & corpus
est animal.*

Et illud, quod habet potentiam vt viuat, non est illud, à quo ab
lata est anima, sed illud, quod habet animam. semen autem, & fru-
ctus sunt in potentia corpus tale. Et, sicut abscindere, & aspicere
sunt perfectiones, ita vigiliæ. &, sicut visus est potentia instrumē-
ti, sic est anima: corpus aūt est illud, quod est in potētia. &, sicut o-
culus est membrum, & visus, ita animal est anima, & corpus.

Quia accepit in definitione animæ potentiam, quæ dicitur quasi æqui
uoce, incœpit declarare quam intentionem intendit, & complet declara-
tionem illius, & primæ, & secundæ intentionis hoc modo declarationis, à
quo modo incœpit, s. exemplariter. Et d. Et illud, quod habet potētiam
vt viuat, &c. 1. &, cùm dicimus in corpore, s. ꝙ est quod habet potentiam
vt viuat, non intendimus per hoc, sicut diximus in eo, quod non habet ha
bitum & formā, quibus potest agere: & pati: quemadmodum dicimus ꝙ
semen, & fructus habent potentiam vt viuant: & ꝙ sanguis menstruosus
habet potentiam vt sentiat, aut moueatur: sed diximus hoc in habenti ani
mam in actu, qua agit, aut patitur, sed in illo tempore neq; agit, neq; pati-
tur, sicut animal dormiens. Et, cum demonstrauit hoc de potentia, quæ
est prima pfectio, dedit dfiam inter istā, & potentiā, quæ non est aīa in suo
esse, & incœpit ēt declarare exēplariter dfiam inter primā perfectionem
in rebus habentibus formas, & secundā, & d. Et, sicut abscindere, &c. 1. & si

cut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ent abscindere in securi. & aspicere in oculo sunt postremæ perfectiones D istarum rerum, ita vigilia est postrema pfecto animalis sensibilis. Et d. hoc: quia manifestum est ꝙ proportio abscisionis ad instrumentum, qñ abscindit, & aspectus ad oculum, qñ aspicit, est sicut proportio actionis sen suum ad animal in vigilia. vigilia enim est vsus sensuum. &, sicut ista dispositio est postrema perfectio oculi, sic vigilia est postrema perfectio animalis. D.d. & sicut visus est potentia instrumenti, sic est anima. i. & sicut visus, quando anima nō vtitur ipso, dicitur esse potentia, qua oculus videt, ita dicimus quòd anima est potentia, qua animal viuit, quādo anima non agit per illas actiones animæ. D.d corpus autem est illud, quod est in potentia i. corpus autem animalis est illud, quod recipit illam potentiam, aut quod dicitur illam virtutē habere. & dicitur potentia: quia qñq; agit, & qñq; nō: & dicitur potentia in tempore, in quo nō agit. D.d. & sicut oculus est membrū, & visus, ita animal est anima, & corpus, i. & sicut hoc nomē oculus dicitur de illo membro, quod est corpus compositum, & de virtute visibili, quæ est in eo: ita animal dicitur de anima, & corpore. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus.

Quodquidem igitur non sit anima separabilis à corpore, aut partes quædam ipsius, si partibilis apta nata est, non immanifestū est: quarundam enim actus, partium est ipsarum: at vero secundū quasdam nihil prohibet, propter id ꝙ nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestum, si sit corporis actus anima, sicut nauta nauis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur & describatur de anima.

SOPH. *Animam igitur non esse separabilem à corpore aut partes quasdā eius si partibilis est, non est obscurum: quarundam enim actus partium est ipsarum: nihil tamen obstat quominus aliquæ sint, propterea quòd nullius sunt corporis actus. incertum autē adhuc est, an āia ita sit actus corporis: ueluti nauta nauigii. Ac de nima quidem adūbratione quadā ꝙ sic explicatum descriptumq; sit.*

Quoniam autem anima non est abstracta à corpore, aut pars eius, si innata est diuidi, non latet. est enim quarundam partium perfectio. Sed tamen nihil prohibet vt hoc sit in quibusdam partibus: quia non sunt perfectiones alicuius rei ex corpore. Et cum hoc non declaratur vtrum anima corpori sit, sicut gubernator nauī. Secundum igitur hunc modum determinādum est hoc de anima secundum exemplum, & descriptionem.

11 Cùm accepit in definitione animæ vt ꝙ est perfectio corporis naturalis, incœpit declarare quantum apparet ex hac definitione de abstractione. aut non abstractione, &. d. Qm autem anima, &c. i. qm manifestū est ex hoc, quod dictum est in definitione animæ, ꝙ impossibile est ꝙ anima sit

A sit abstracta à corpore, aut secundum omnes partes, aut per aliquam partem eius, si innata est diuidi, non latet. Apparet enim quòd quædam virtutes sunt perfectiones partium corporis, secundum ꝙ formæ naturales perficiuntur per materiam: & tale impossibile est vt sit abstractum ab eo, per quod perficitur. D.d. Sed tamen nihil prohibet, &c. i. sed hoc manifestū non est in omnibus partibus eius: cùm sit possibile vt aliquis dicat quòd quædam pars eius non est perfectio alicuius membri corporis: aut dicat ꝙ licet sit perfectio, tamen quædam perfectiones possunt abstrahi, vt perfectio nauis per gubernatorem. Propter igitur hæc duo, non viderunt manifestum ex hac definitione ꝙ omnes partes animæ nō possunt abstrahi.

Et Alexan. dicit ꝙ ex hac definitione apparet ꝙ omnes partes animæ sunt non abstractæ. & nos loquemur de hoc, quando loquemur de virtute rationabili. D.d. Secundum igitur hunc modum, &c. i. tanta igitur cognitio est data à talibus definitionibus, quæ inductæ sunt exemplariter, & secundum sermones vniuersales sicut nos fecimus hic. i. ꝙ non notificant rem perfecta notificatione, quousq; appareant ex ea omnia conuenientia illi rei. & ideo, cùm perscrutati fuerimus de vnaquaq; partium animæ, secundum definitionem propriam cuilibet, apparebit tunc intentio, & aliæ intentiones quærendarum in anima.

3. de Aia cō. 5.

Vide ꝑ 11 lo. 4. ph. c. 31. 4. Cœ. 2. & 1. de Aia. c. 71. & hic c. sequenti, & tex. & c. 1

Traditur Animæ definitio propria, s. per ipsius rei causam. Cap. 2.

QVoniam autem ex incertis quidem, certioribus autem, fit quod certum & secundum rationem notius, tentandum est iterum sic aggredi de ipsa: Non enim solum Quia, oportet diffinitiuam rationem ostendere, sicut plures terminorum dicunt: sed & causam inesse & demonstrari. Nunc autem sicut cō clusiones rationes terminorum sunt. vt quid est tetragonismus? æquale altera parte longiori, orthogonium esse equilaterale: talis autem terminus ratio conclusionis: dicens autem quoniam tetragonismus est mediæ inuentio, rei causam dicit.

Quoniam autem ex obscuris quidem sed manifestioribus, nascitur id quod manifestum ꝙ ratione notius est, hoc eodem pacto rursus de ea diuersere conandum est: neq; enim solum ipsum Quòd definitiuam rationē aperire oportet, ut plurimæ definitiones explicant, uerum etiam causam inesse ꝙ apparere: alioqui, quasi conclusiones orationes definitionum sunt. ut quid ē quadratio? æquale ei quod altera parte est longius, rectiangulum fieri equilaterum: quæ sane definitio, ratio est conclusionis. at uero quæ quadrationem dicit esse mediæ inuentionem, ea rei causam dicit.

*alie rōnes terminoꝝ

Et, quia res manifesta, quę est magis propinqua in sermone ad intelligendum, est ex rebus latentibus, sed magis apparenter, quæ

rendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rendum est etiam vt tali cursu curramus in anima. Oportet enim vt sermo definiens non tantum demonstret quid est res, sed etiam causa erit inuenta, & manifesta in ea. Modo autem intentiones definitionum sunt quasi conclusiones. v.g. quadratura: & est inuenire superficiem rectorum angulorum æqualium laterum æqualē longo. & ista definitio est intentio conclusionis. Dicens autem ꝙ quadratura est inuenire medium in re, narrauit causam.

Tetragonismi demonstratio.



12.

Definitiones vlis vniuocę nō sufficiūt i cognitiōe rei pfecte, nedū cū sint vles multiplices.

*Idē. 1. de de Asa. 8. & hic supra. 7. & infra. 30. & 3. de Asa cō. 5.

Quia cognitio acquisita ex hac definitione non sufficit in cognitione substantiæ cuiuslibet partis animæ: quoniā hæc definitio est vniuersalis omnibus partibus animæ, & dicta de eis multipliciter: & tales definitiones non sufficiunt in cognitione rei perfecte, cum fuerit vles vniuocæ, nedum cū sint vles multiplices: quærendum est. n. post ad sciendum vnamquāq; partium, quæ collocatur sub illa definitione cognitione propriā, cum definitio non * dicatur de eis vniuoce: incœpit igitur hic demonstrare viā ad cognitionem definitionum, quæ appropriantur cuilibet partium in rebus ignoratis, & causam, pp quam nō sufficiunt definitiones in talibus rebus, & d. Et, quia res manifesta, quæ est magis propinqua, &c. i. &, quia naturalis in cognitione causarum propinquarum rebus est ire de latentibus apud naturam apparentibus apud nos, & est ire de posterioribus in ea ad priora: vt dictum est in posterioribus, oportet nos ire in cognitione definitionum propriarum vnicuiq; partium animæ per istam viam. & nul la via est in cognitione talium definitionum. s. quæ componūtur ex propinquis causis proprijs rei, cùm fuerint ignoratæ, nisi à posterioribus apud nos. D. d. oportet enim ut sermo definiens non tantum demonstret, &c. i. & causa, propter quam non sufficiunt in cognitione rei tales definitiones vles, est, quia oportet vt sermo definiens perfecte non demonstret genus rei tantum, sicut faciunt plures definitiones: sed sermo definiens debet demonstrare causam rei propriam propinquam existentem in ea in actu. s. formam, non genus. Et, cū notificauit hoc, narrauit cuius modi definitio est definitio, quam quærit in vnaquaq; partium animæ, & in cuiusmodi est definitio prædicta, & d. Modo aūt intentiones definitionum sunt quasi conclusiones. i. ista definitio, quā mō quærimus, est similis

A milis definitionibus, quæ sunt quasi principium demōstrationis: definitio autem vniuersalis prædicta est similis definitionibus, quæ sunt quasi demonstrationis conclusio. Et, cum declarauit hoc, dedit exemplum de definitionibus, quæ sunt quasi conclusio, si fuerint ignoratæ esse in definito: aut fuerit causa quæsita in eis, & ex definitionibus, quæ non sunt quasi conclusio demonstrationis, sed sunt, si fuerint manifestæ per se, principia demonstrationis, & si fuerint ignoratæ, tunc impossibile est, vt declarentur esse in definito, nisi per argumentum. Et, quia d. v.g quadratura, &c. i. exemplum definitionum vnium, quæ sunt quasi conclusio demōstrationis, est respondere quærenti quid est quadratum, quod est superficies rectorum angulorum, & æqualium laterum æquale longo. D. d. exē plum definitionis, quæ est quasi principium demonstrationis, & d. Dicēs autem ꝙ quadratura, &c. i. qui autem definit quadratum, quod est superficies rectorum angulorum æqualium laterum, factum super lineam mediam in proportione inter latera oblongi, quod æquatur ei, definit quadratum definitione, quæ est quasi principium demonstrationis, cum definiat ipsum per causam propinquam. Et cùm d. Modo autem intentiones definitionum sunt quasi conclusiones, non intendebat ꝙ ista definitio inducta in anima est conclusio demonstrationis, sed intendebat ꝙ est ex genere istarum definitionum, fm ꝙ tales definitiones sunt vles. & ideo. d. sunt quasi conclusiones. istæ enim definitiones, aut sunt conclusiones, aut sunt similes definitionibus, quæ sunt conclusiones. Neq; intendebat ēt ꝙ definitio, quærenda hic in vnaquaq; partium animæ, est ex definitionibus, quæ sunt quasi principium demonstrationis: ita ꝙ sint manifestæ per se, quia sunt ignoratæ apud nos: & via ad cognoscendum eas est ex posterioribus, sicut dicit: sed intendebat ꝙ est ex genere illarum definitionum. tales enim definitiones aut sunt principium demonstrationis, aut sunt similes definitionibus, quæ sunt quasi principium demonstrationis. Et iō sermo eius ita debet legi. sed etiam cā erit inuenta, & manifesta in ea. i. sermo definiens animam perfecte debet esse, vt causa propinqua sit manifesta in ea. & ista definitio est ex definitionibus, quæ assimilantur definitionibus, quæ sunt principia demonstrationis, inquantum est propria definitio. Definitio autem, quam dedimus modo in anima, est ex definitionibus, q̄ assimilant definitionibus, q̄ sunt conclones demōstrationis, fm ꝙ ē generalis oībus partibus animæ, & nō est inducta in ea causa propinqua.

Si fuerint aliū ēnntiōes, quæ sint ignotæ; in eē in definito, tales sit declarant nisi ꝑ argumētū. vide. 3. phi. cō. 12.

Dicamus igitur principium accipientes intentionis, determinari animatum ab inanimato, in viuendo. multipliciter autem ipso viuere dicto, & si vnum aliquod horum insit solum, viuere ipsum dicimus: vt intellectus, sensus, motus & status fm locum: Ad huc autē, motus fm alimentū, & decrementū, & augumentum.

Dicamus igitur initio considerationis accepto animatum distinctū esse ab inanimato ipso viuere: cum autem pluribus modis viuere dicatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, si uel unum duntaxat horum insit, uiuere ipsum dicimus: ut intellectus, & sensus, & motus & status loci: motus q; item alimenti, & diminutio & auctio. D

Incipiamus igitur quærere, & dicere q̄ animatum distinguitur à non animato viuendo. Et, quia viuere dicitur multis modis, si inuentus fuerit in re aliquis eorum vnus tantum, dicemus q̄ viuit. v.g. intelligere, & sentire, & moueri, & quiescere in loco, & nutriri, & diminui, & augeri.

13 Cùm notificauit definitionem animæ vlr, & notificauerit quantum dant tales definitiones in cognitione rei, & q̄ diminute faciunt cognoscere, non perfecte, cum sint vlses, & quasi conclusio demonstrationis: & quia definitio quærenda in vnaquaq; partium animæ est similis definitionibus propriis, quæ sunt quasi principia demonstrationis: & q̄, tales definitiones cùm fuerint nō manifestæ esse in definito, sicut contingit in partibus animæ, oportet tunc ire ad cognitionem earum ex rebus posterioribus, quæ sunt magis notæ apud nos. f. compositis, dixit. Incipiamus igitur quærere, &c. i. dicamus igitur q̄, quia notam est apud nos q̄ animatū nō differt à non inanimato, nisi per vitam: viuum autem dicitur multipliciter. i. per multas actiones, quę sunt in eo: manifestum est q̄ omne, de quo dicitur vna illarum intentionum, aut vna illarum actionum, aut plures vna est animatum. & hoc intendebat, cùm dixit. si inuentus fuerit in re aliquis eorum, &c. Deinde numerauit actiones attributas vitæ, & dixit. v.g. intelligere, & sentire, & moueri, & quiescere in loco, & nutriri, & diminui & augeri. i. & istæ actiones attributæ vitæ sunt quatuor genera: quarum vnum est intelligere, secùdum sentire, tertium moueri, & quiescere in loco, quartum nutriri, & augeri, & diminui.

Vide idē supra. c. 11. & quæ ibi

Vide q̄ il lo. 1. ph. c. 3. & illius cām req̄re. 10. Me. c6. 9.

Intelligere viuere est. Idē. 12. me ta. 36, & 39. Et. 2. Cœ. 61.

Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere: videntur enim in se ipsis habentia potentiam & principium huiusmodi, per quod f augmentum & decrementum suscipiunt secundum contrarios locos: non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non: sed similiter in vtroq; & penitus quæcunq; aluntur & viuunt in fine, quousq; possunt accipere alimentum,

SOPH. *Quamobrem & quæ terra gignit omnia uidentur uiuere apparet enim ea in se ipsis eiusmodi habere potentiam & principium, quo augetionem & diminutionem contrariis capiant locis: nec enim sursum uersus augentur: deorsum, non item: sed peræquè in utramq; partem et undiq;: semperq; nutriuntur ac pergunt uiuere, dum possint capere alimentum.*

Et ideo omnia uegetabilia reputantur viuere. existit. n. i eis potentia, & virtus, & principium, per quod recipiunt augmentū, & di-

A & diminutionem in duobus locis contrariis. non enim augēt, & diminuuntur superius, & inferius. sili & omne, quod nutritur, necessario viuit, & non viuit, nisi dum potest nutrimentū accipere.

14 Quia vita magis latet in motu nutrimenti, & augmenti, & diminutionis, quam in aliis actionibus, quas numerauit, incœpit declarare quòd ista actio attribuitur animæ: quia impossibile est attribui virtutibus elementorum, ex quibus componuntur corpora, quæ agunt actiones nutrimenti, & augmenti. Et dixit, Et ideo omnia vegetabilia, &c. i. &, quia motus nutrimenti, & augmenti, & diminutionis numeratus est apud nos in actionibus animati, opinamur quòd omnia vegetabilia sint viua, in quibus videmus existere principium, quo agit motum diminutionis, & augmenti in duobus locis contrariis. f. superius, & inferius. corpus enim simplex, aut compositum ad vnam partem mouetur. qm̄, si simplex fuerit, B mouebitur aut superius, aut inferius: si compositum, mouebitur secundū elementum dominans. &, quia corpus augmentabile videtur moueri ad vtranque partem ab eodem principio. f. ramos, & radices, necesse est vt hoc principium sit neutrum, neque graue, neque leue: & tale dicitur anima. † Et, quia augmentum est perfectio actionis nutrimenti, fuit necessarium vt principium, quod agit nutrimenti est anima necessario, agit augmentum. principium igitur nutrimenti est anima necessario. & ideo omne animal dicitur viuere, dum nutritur.

Mixtum mouet f. elmtū dominās. idē 1. Cœ. c. 7 8. & 12. & 19. & 2. de Cœ. cō. 49 1. de Aia. 40.

† Augumētū est perfectio actionis nutrimenti. idē 1. de Gene. 38. 42. 1. Cœ. 21. 5. Ph. 18.

Separari autem hoc ab alijs possibile est, alia autem ab hoc impossibile in rebus mortalibus. manifestum est autem in his quæ vegetantur: neq; n. vna est in ipsis potentia alia animæ.

Atq; id quidem ab aliis separari potest: cætera uero ab hoc non possunt in mortalibus. quod perspicuū est in iis quæ ex terra oriūtur: nulla enim alia inest eis animæ potentia.

Et hoc possibile est vt separetur ab alijs rebus: alia autem impossibile est vt separentur ab hoc: in rebus mortalibus. Et hoc apparet in vegetabilibus. non est enim in eis nec vna virtus alia ab ista ex virtutibus animæ.

Cùm numerauit genera virtutum animæ, incœpit demonstrare ordinem istarum virtutum adinuicem & d. Et hoc possibile est vt separetur ab alijs rebus. i. & hoc principium, existens in animato, possibile est vt separetur ab alijs principijs animæ, quæ numerauimus à sensu, f. & motu, & intellectu. D. d. alia autem impossibile est vt separētur ab hoc in rebus mortalibus. i. & impossibile est, vt hoc principium separetur, f. nutritiuum ab alijs principijs animæ. i. sensu, & motu, & intellectu ex rebus, quæ innatæ sunt moueri. † Et dixit hoc, quia corpora cœlestia manifeste videntur intelligere, & moueri, sed nō nutriri, neq; sentiri. & ideo dixit in rebus mortalibus, cum declaratum est hæc non esse mortalia. D. d. Et hoc apparet in vegetabilibus, &c. i. & apparet q̄ hoc principium, quod est nutrimentum

Quō autē ęçiū appe

Universidad de Deusto
Biblioteca

tat, & sit ligat, vide ea in hoc primi ca. de substãtia orbis.

tum, & augmentum separatur ab alijs virtutibus animæ in hoc, quod videtur sensui in vegetabilibus in istis enim nulla virtus videtur ex virtutibus animæ, nisi ista. & innuit contradictionem contra fingentes q̃ plantæ habent somnum, & vigiliam.

Viuere quidem igitur propter hoc principium est in omnibus viuẽtibus. Animal autem propter sensum primum. & nanq; quæ non mouentur, neq; mutantia locum, habentia autem sensum, animalia dicimus, & non viuere solum.

SOPH. *Ac uiuere quidem ob hoc principium adest omnibus uiuentibus, Animal autem est ob sensum primo. etenim quæ non mouentur, neq; mutant locum, sensum tamen habent, ζῶα, idest animalia dicimus, & non ζῆν, idest uiuere, solum.*

Viuere igitur dicitur de omni viuo per hoc principium. Animal autem per sensum. omnia enim, quæ non mouentur, neq; mutant locum, sed tantum habent sensum, vocantur animalia, & nõ sumus contenti in dicendo ea viua tantum. 2

16 Videt nõ dici ligua Græca, nisi sit oĩ eo quod viuit p principiũ hoc, quod ẽ nutrimẽtum & augmẽtũ. Sed vide oppositũ supra t. 11.13. Vide contra. 21m.

Vult facere dñam inter hanc virtutem, & virtutem sensus per nomina posita apud eos, & dixit. Viuere igitur, &c. i. dicere igitur aliquid viuere non dicitur in hac lingua. s. græca, nisi de omni, quod viuit per hoc principium, quod est nutrimentum, & augmentum, non per aliud. D. d. Alal autem, &c. i. hoc nomen animal non dr, nisi de eo, quod habet principiũ sensus, inquantum habet hoc principium tm: licet non habeat principiũ motus in loco. & signum eius est spongia maris, & multa ex habentibus testam, quæ habent sensum, tamen non mouentur, & dicuntur animalia, non tantum viua.

Sensuum autem tactus primo inest omnibus, sicut autem vegetatiuum potest separari à tactu & ab omni sensu, sic & tactus ab alijs sensibus. Vegetatiuum autem dicimus partem huiusmodi animæ qua & vegetabilia participant. animalia autem omnia videntur tangendi sensum habentia. 3

SOPH. *Ex sensibus autem primò inest omnibus tactus: atq; ut nutrimentũ potest separari à tactu & omni sensu, sic tactus à cæteris sensibus. nutritiuum uero est pars animæ dicimus, cuius etiam plantæ participes sunt. animalia autem omnia uidentur tangendi sensum habere.*

Et primus sensus, existens in eis omnibus. est tactus. Et quemadmodum nutrimentum potest separari à tactu, & ab omni sensu, ita tactus potest separari ab aliis sensibus. Et intelligo per nutrimentum partem animæ, in qua habent cõicationem plantæ etiã. Et omnia animalia videntur habere sensum tactus. Et

A Et prima virtus sensus, quæ est prior naturaliter in eis aliis virtutibus sen
17 sus, est sensus tactus. q̃m sicut virtus nutritiua põt separari in plãtis à tactu & ab omni virtute sensus, ita tactus potest separari ab alijs sensibus. i. cũ fuerit inuentus, non est necesse vt inueniantur alij sensus: &, cùm alij sensus fuerint inuenti, necesse est vt inueniatur tactus. est igitur prior natura liter aliis sensibus, sicut nutrimentum est prius naturaliter sensu tactus. Tactus est prior nat'r aliis sensibus. Vide qua pr ẽ ritate. 2. de Ge. c. 7. & 2.h' com. 77.

Deinde dixit Et omnia animalia videntur habere sensum tactus. i. & iste sensus est necessarius omnibus animalibus inter omnes modos sensus. oĩ enim animal habet sensum tactus, non autem sensum visus, aut alium, sed animal perfectum. & sermo eius est manifestus. Oĩ a/al hẽt sm ũ tactus vid infra cui 117. & 3. d Ala t. 67. &. 68.

Propter quam autem causam vtrũq; horum accidit, posterius dicemus. nunc autem intantum dictum sit solum, quòd anima horum est quæ dicta sunt principium, & his determinata est: vegetatiuo, sensitiuo, intellectiuo, & motu.

Causam autem cur utrumq; horum eueniat post dicemus: nunc hoc tãtum dictum sit, Animam esse principium eorum quæ diximus, & his definitam esse: nutritiuo, sensitiuo, dianoetico, motu.

Causa autem, propter quam vtrunq; istorum duorum continget, dicenda est post. in hoc tantum loco tantum est declaratum. s. q̃ anima est principium istorum, quæ dicimus, s. nutritiui, sensitiui, & distinguentis, & mouentis. 4

Idest, causa autem, propter quam virtus nutritiua videtur separari ab alijs virtutibus, & antecedere eas naturaliter, & similiter tactus cum alijs virtutibus sensus, dicenda est post, scilicet causa finalis. & hoc fecit in fine istius libri. Deinde dixit, in hoc autem loco, &c. idest in hoc autem loco tantum est declaratum, quòd anima diuiditur in hæc quatuor genera, & quòd substantia eius est in istis principijs. alia autem quærenda persecutatus est post. Tex. e. vltimi & penultimi tertij huius

C Vtrum autem vnumquodq; horum est anima, aut pars animæ: & si pars, vtrum quidem sic, vt sit separabilis ratione solum, aut & loco, de quibusdam quidem horum nõ est difficile videre, quædam autem dubitationem habent.

Vtrum autem unumquodq; horum sit anima, an pars animæ: & si pars, utrum ita ut sit separabilis ratione solum, an etiam loco, de nonnullis non est uidere difficile: de aliquibus est quæstio.

Vtrum igitur vnaquæq; istarum sit anima, aut pars animæ: &, si est pars animæ, vtrum est pars, secundum q̃ est abstracta in sola intentione, aut in loco etiam: q̃m autem quædam sunt sic, nõ est difficile ad sciendum, in quibusdam autem est dubitatio. 5

Cùm declarauit quòd virtutes animæ sunt plures vna, & posuit hoc positione quasi manifesta per se, dixit. Vtrum igitur vnaqueq; istarũ, &c.

ideſt vtrum igitur vnumquodq; iſtorum principiorum exiſtentium in animali ſit anima, aut nõ. &, ſi eſt anima, vtrum eſt anima per ſe, aut pars animæ: &, ſi pars animæ, vtrum eſt pars, & alia in eſſentia, & in loco in corpore inanimato perſcrutandum eſt. Et intendit per hoc, quod dixit, vtrum eſt anima, aut pars animę, vtrum eſt poſſibile vt vnum iſtorum ſit in animali abſque anima: aut impoſſibile eſt vt ſit in aſali abſq; aſa, cuius eſt pars. Et, cùm narrauit hoc, incœpit demonſtrare diuerſitatem diſpoſitionum eorum in vnoquoq; modo animalium, & d. quoniam autẽ quædam ſunt ſic, non eſt difficile, &c. i. quoniam autem iſtæ virtutes in quibuſdam animalibus ſunt eædem in ſubiecto, & alia definitione, non eſt difficile, in quibuſdam autem habet dubitationem difficilem. & ſimiliter vtrũ vnũquodq; iſtorum principiorum ſit in anima, aut nõ, in quibuſdam eſt manifeſtum, & in quibuſdã latet.

Sicut enim in plantis quædam diuiſa videntur viuentia, & ſeparata ab inuicem, tanquam exiſtente in his anima actu quidem vna in vnaquaq; planta, potentia autem pluribus, ſic videmus & circa alias differentias animę accidere, vt in entomis deciſis: & enim ſenſum vtraq; partium habet, & motum ſecundum locum: ſi autem ſenſum, & phãtaſiam & appetitum. vbi quidem enim ſenſus eſt, & triſtitia & lętitia eſt. ubi autem hæc ſunt, ex neceſſitate deſiderium eſt.

SOPH. *Vt enim in plantis ſunt quæ cum ſecantur, et pars alia ab alia ſeparatur, videantur uiuere, ut pote cum anima quæ in eis eſt una in unaquaq; planta ſit, potentia uero plures: ſic etiam in aliis animæ differentiis uidemus fieri, ut in uis inſectis quæ incidũtur: etenim ſenſum utraq; partium habet & motum loci. quod ſi ſenſum, & phantaſiam etiam & appetitum: ubi enim ſenſus eſt, & dolor & uoluptas conſequitur: ubi autem hæc ſunt, neceſſario etiam cupiditas.*

Quoniam, ſicut plantarum quiddam ſi abſcinduntur, viuit, & ſeparatur abinuicem, quaſi anima, quæ eſt in eo, eſt eadem in figura in omnibus vegetabilibus, in potentia autem plura: ſic accidit aliquo modo animæ in animalibus annuloſis, quando abſcinduntur. Quoniam utraq; pars habet ſenſum, & motum in loco, & omne habens ſenſum habet deſyderium, & imaginationem. vbi enim inuenitur ſenſus, illic inuenitur voluptas. &, cùm iſta inueniuntur, inuenitur neceſſario appetitus.

Cùm narrauit quòd non eſt difficile in pluribus animalibus declarare quòd iſtæ virtutes ſunt eædem in ſubiecto, & plures in intentione, incœpit demonſtrare hoc, & dixit, quoniam, ſicut plantarum quiddam ſi abſcindatur, &c. ideſt, & quemadmodum videmus quòd quædam plantarum, licet diuidantur, viuunt partes, poſtquam ſeparantur ab inuicem, vt

ta proprtia plantis: ita quòd anima, quæ eſt in illo vegetabili, quaſi ſit in forma vna in actu in illo vegetabili, & plures in potentia, ideſt, quòd poteſt diuidi in animas, quæ ſunt eædem in forma cum anima exiſtente in eis: ita eſt in aliquo modo animaliũ, ſcilicet annuloſo, ſcilicet quòd poſtquam abſcinduntur, faciunt partes de actionibus vitę, illud, quod faciebat illud animal. Et, cùm narrauit quòd, poſtquam diuiditur iſte modus habẽt partes omnes actiones, quas totum habebat, incœpit declarare quomodo hoc apparet in omnibus. Poteſt enim aliquis dicere q̃ pars non habet ex actionibus totius in hoc animali, quod * dixiſtis, niſi ſenſum, & motum tantum, non alias partes animæ, quæ eſt imaginatio, & concupiſcentia. Et dixit. Quoniam vtraque pars habet, &c. ideſt, & diximus q̃ ẽs virtutes aſę in hoc animali videntur eædem eſſe in ſubiecto, quia ſentimus quòd vtraque pars, poſtquam diuiditur, habet ſenſum, & motum in loco: & omne habens ſenſum, & motum neceſſe eſt vt habeat deſyderiũ, & imaginationem. quoniam, vbi exiſtit ſenſus, illic neceſſe eſt vt exiſtat voluptas & triſtitia apud comprehenſionem rei ſenſibilis: &, cùm illic voluptas, & triſtitia fuerint, illic erit neceſſario motus ad illud voluptuoſum, & motus à contriſtante, & illud, ad quod eſt motus, non eſt in actu delectabile, aut contriſtans: vnde neceſſe eſt vt ſit imaginatum, & deſyderatum. * In omni igitur parte iſtius animalis exiſtit anima ſenſibilis, & deſyderatiua, & imaginatiua, & mouens in loco. quoniam, quando motus in loco fuerit propter voluptatem, & triſtitiam, neceſſatio erunt duæ virtutes illic. Sed tamen debes ſcire quod in quibuſdam animalibus virtus imaginatiua ſemper eſt coniuncta cum ſenſu: non quando ſenſatum eſt abſens, & animal eſt diminutum. in eis autem, quæ ſunt perfecta, inuenitur in abſentia ſenſatorum.

De intellectu autem & perſpectiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt: ſed videtur genus alterum animæ eſſe, & hoc ſolum contingere ſeparari ſicut perpetuum à corruptibili.

De intellectu uero & contemplatiua potentia nondum quidquam eſt manifeſtum, ſed uidetur animæ genus diuerſum eſſe, idq; ſolum poſſe ſeparari, quemadmodum æternum à corruptibili.

Intellectus autem, vt virtus ſpeculatiua, nihil adhuc declaratũ eſt de eis. ſed tamen videtur eſſe aliud genus animæ: & iſte ſolus poteſt abſtrahi, ſicut ſempiternum abſtrahitur à corruptibili.

Cùm dixit quòd quærendum eſt in vnoquoq; iſtorum principiorum vtrum ſit anima, aut non, incœpit declarare virtutem, quæ non videtur eſſe anima, ſed manifeſtius eſt de ea vt ſit non anima. Et dixit. Intellectus autem, & virtus ſpeculatiua, &c. ideſt intellectus autem in actu, & virtus, quæ perficitur per intellectum in actu, adhuc non eſt declaratum vtrum ſit anima, aut non, ſicut eſt declaratum de aliis principiis: cùm iſta vir

idẽ 7. me. có. 56. & 1 d aſa. 94

* a. l. dixit de iſtis

Oẽ hñs ſẽ ſũ, & motum, oportet vt hẽat imaginationẽ, & d. ſyderium. vide pro hoc. 3. de aſa. 50.

Illud, ad quod eſt motus, nõ eſt actu delectabile, aut contriſtans. vide & hoc. 3. de aſa. t. c. 54.

* In oi pte aſaſ ſenſibil' reper aſa ſenſibilis, deſyderatiua, & imaginatiua. vid op poſi. 156. vbi hẽ q̃ aliqua carẽt imaginatiua. Vide comm. 81m.

Universidad de Deusto
Biblioteca

*Oẽ, i quo manifestatur, aut manifestabit quod phcis, fm q formæ p ficiunt p mãs, necessario est anima. Magis vẽ é verũ vt intells sit aliud genus aiæ. & si dicatur aia, erit fm æquiuocationẽ idẽ. j. hõ cõ. 5.

tus non videatur vti in sua actione instrumento corporali, sicut aliæ virtutes animæ vtuntur. Et ideo non fuit manifestum ex prædicto sermone vtrum sit perfectio, aut non. * omne enim, in quo manifestatur, aut manifestabitur quod perficitur, secundum quòd formę perficiuntur per materias, necessatio est anima. Et, cùm declarauit quod hoc latet in intellectu, incœpit demonstrare quæ pars duarum contradictoriarum in hac intentione quærenda est magis manifesta in opinione hominum, & secundum quòd apparet, donec hoc declarent ratione demonstratiua post, & dicit, sed tamen videtur esse aliud genus animę, &c. ideſt, sed tamẽ melius est dicere, & magis videtur esse verum post perscrutationem, vt istud sit aliud genus animæ. & si dicatur anima, erit secundum æquiuocationem. & si dispositio intellectus sit talis, necesse est vt ille solus inter omnes virtutes animæ sit possibilis vt abstrahatur à corpore, & non corrumpatur per suam corruptionem, quemadmodum sempiternum abstrahitur. & hoc erit, cũ quandoq; copulatur cum illo, & quandoq; non copulat cum illo.

Reliquæ autem partes animæ manifestum ex his quòd non separabiles sunt, sicut quidam dicunt: ratione autem quòd alteræ manifestum: sensitiuo enim esse & opinatiuo, alterum: siquidem & sentire ab ipso opinari, similiter autem & aliorum unũquodq; quæ dicta sunt.

SOPH. *Cæteras autem partes animæ ex his perspicuum est non esse separabiles, ut nonnulli dicunt: quas tamẽ diuersas esse ratione perspicuum est: sensitiuo enim esse, & opinatiuo, diuersum est. si quidem sentire & opinari: itémq; cæterorum quæ diximus unum quodq.*

Aliæ vero partes animæ manifestum est q̃ sunt non abstractæ, sicut dicunt quidam, sed tamen manifestum est q̃ sunt diuersæ secundum intentionem. Esse enim alicuius in sensu aliud est à suo esse in cogitatione. sentire enim aliud est à cogitare, & similiter de vnaquaq; aliarum prædictarum.

22 Cùm declarauit quòd latet de intellectu vtrum sit abstractus, aut non, quamuis manifestius est vt sit abstractus secundum quòd est non anima, incœpit declarare quòd contrarium est in alijs partibus animæ, & quòd videntur esse non abstractæ, &c. ideſt, manifestum est ex sermonibus prædictis in definitione animę, quòd aliæ partes animæ, non sunt abstractæ declaratum est enim in vnaquaque earum quòd est perfectio corporis naturalis organici. perfectio enim est finis, & complementum perfecti: finis autem non separatur à finito: vnde necesse est vt illæ partes animæ sint non abstractæ. Et, cùm declarauit quòd dubium est de quibusdam harum virtutum, vtrum sint abstractæ, aut nõ, & quòd in quibusdam manifestum est quòd sunt non abstractæ, incœpit demonstrare quòd est illud, quod manifeste videtur existere in omnibus, & est illud, quod hæc quatuor genera sunt diuersa secundum intentionem, & dicit, sed tamen manifestum est quòd sunt diuersæ secundum intentionem, &c. ideſt, sed tamen manifestum est per se quòd omnes istæ virtutes sunt diuersæ secundum intentionem, & sensum: & quòd esse virtutis, quæ constituitur per sensum, aliud est ab esse virtutis, quæ constituitur per cogitationem: cùm actio cuiuslibet istarum sit altera ab actione sui comparis. sentire enim, quod ẽ actio virtutis sensus, aliud est ab intelligere, quod est actio virtutis intellectus. Deinde dicit & cuiùslibet aliarum prædictarum, ideſt, & similiter apparet in diuersitate aliarum virtutum prędictarum in intentione, & definitione, quia differunt etiam in actionibus.

Finis nõ separat a fnito.

Sentire est actio. opp. j. 52. Vide cõt. Zim.

Adhuc autem quibusdam quidem animalium omnia insunt hæc: quibusdam vero quædam horum: alteris autem vnum solũ. hoc autem facit differentiam animalium. propter quam autem causam sit factum, posterius intendendum est. Similiter autem & circa sensus accidit. alia quidem enim habent omnes, alia vero quosdam, quædam vero vnum maxime necessarium, tactum.

Præterea uero nõnullis animalibus ad sunt omnes hæc: in quibusdã nonnullæ: in aliis una duntaxat. quæres facit differentiam animaliũ. de causa uero post considerabimus. simile quiddam in sensibus euenit: quædam enim habent omnes: quædam nonnullos: quædam unum qui maxime necessarius est, tactum.

*al. l. pauciores.

Quoniam autem quædam animalia habent omnia ista, & quædam vnum tantum, & q̃ hoc facit diuersitatem inter animalia, & quare perscrutandum est post. Et simile huic contingit in sensibꝰ. quædam enim habent omnes sensus, & quędam quosdam, & quę dam vnum. & est vnum, quod est valde necessarium. s. tactus.

Quoniam autem quædam animalia habent istas quatuor virtutes, & quædam habent quasdam istarum virtutum, & quædam habent vnam tãtum, & qui modi sint isti modi animalium, & quòd hoc inducit diuersitatem inter animalia, & qua de causa inducuntur hæc in animalibus, dicendum est post. Hoc enim quod accidit animalibus in quatuor virtutibus animæ, quas numerauimus, simile accidit animalibus in virtutibus sensus tantum. quædam enim animalia habent quinq; virtutes sensus, & quędam quasdam tantum, vt talpa: & quædam vnum. s. tactum, vt* spongia maris. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus per se.

j. de aĩa a te. cõ. 59. vsq; in finem.

* Spongia maris hẽt vnũ sensũ s. tactũ. vi d supra c. 16. & i. de Aĩa. 83.

Quoniam autem quo viuimus, & sentimus dupliciter dicitur, sicut quo scimus: dicimus autem hoc quidem scientiam, illud autẽ animam: vtroq; enim horum dicimus scire, similiter & quo sanatur, aliud quidem sanitas est, aliud autem parte quadam corpo-

ris

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris aut & toto. horum autem scientiaq; & sanitas forma & species ¶ quædam & ratio & vt actus susceptiuorum, hæc quidem scientifici, illa vero sanabilis. videtur enim in patiente & dispositio actiuorum inesse actus, anima autem hoc quo viuimus & sentimus & mouemur & intelligimus primo. Quare ratio vtiq; quędam erit & species, sed non vt materia & subiectum.

SOPH. *Quoniam autem id quo uiuimus & sentimus duobus modis dicitur, quemadmodum id quo scimus: horum autem unum dicimus scientiam, alterum animam: nam utroq; eorum scire dicimus. similiter etiã id quo sani sumus, tum sanitate, tum parte aliqua corporis, uel etiam toto: horum autem scientia quidem & sanitas forma est et species quædam, & ratio, & ueluti actus receptiuorum, illa quidem eius quod scire, hæc uero eius quod sanari potest: uidetur enim in eo quod patitur, atq; afficitur effectiuorum inesse actus. Anima uero id est quo uiuimus & sentimus & διανοούμεθα primò, profecto anima ratio quædam erit & species, non autem ut materia & subiectum.*

Et, quia illud, per quod viuimus, & sentimus, dicitur duobus modis: & similiter dicimus in re, per quam scitur. quorum vnus est scientia, & alius anima: quoniam per vtrumque istorum dicimus quòd scimus. & similiter dicimus in re, per quam sanatur, quòd vna est sanitas, & alia est aliquod membrum corporis, aut totum corpus. & scientia est ex istis. & sanitas est aliqua forma, & intentio in actu in illis duobus recipientibus: quorum hoc recipit sciẽtiam, & hoc recipit sanitatem. existimatur enim quòd ¶ actio agentium, non est nisi in recipiente passionem, & dispositionem. anima autem est illud, per quod primo viuimus, & sentim⁹, & distinguimus: necesse est ergo vt sit aliqua intentio, & forma, non quasi materia, & quasi subiectum.

24 Modo reuersus est ad declarandum ꝙ anima est substantia sola secundum formam, non sm materiam, neq; sm compositum ex eis, s. corpus. Et d. Et, quia illud, per quod viuimus, & sentimus, &c. 1. &, quia manifestũ est per se ꝙ actio nutrimenti, & sensus, & scientiæ, & aliarum virtutũ animæ attribuitur nobis per duo: quorum vnum est per ipsam virtutem, & aliud per habens illam virtutem. v. g. ꝙ sensus attribuitur nobis p sensum & per visum sentiens, quandoq; n. dicimus ꝙ videmus per visum, & qñq; per oculum. & similiter in scia qñq; dicimus ꝙ scimus per scientiam, & quandoque per animam: quæ est virtus habens scientiam. & similiter est de omnibus virtutibus animatis. verbi gratia ꝙ dicimus qñq; ꝙ sanus

Vt. 1. & aia 65. & 3. & aia. prio.

sani sanitate, & qñq; per corpus sanum, aut per membrum sanum. Et, cũ posuit hanc propositionem pro manifesta per se, & inductionem, incœpit ponere aliam propositionem, & d. & scia est ex istis, &c. id est & apparet per vnum istorum duorum modorum, quod est quasi scientia de anima, & sanitas de corpore, ꝙ vnum est forma, & aliud est materia. forma enim est ex istis, & est intentio, quæ inuenitur in duobus recipiẽtibus ea, s. in sapiente scientiam, & recipiente sanitatem. vnde necesse est vt omnis actio attributa alicui enti propter aliqua duo existentia in eo, vt vnum eorum sit materia, & aliud forma. sed dimisit hanc conclusionem: quia bene apparebat ex his, quæ posuit. D. d. existimatur enim ꝙ actio agẽtium, &c. id est & diximus ꝙ vnum eorum duorum est forma: & est illud, quod est quasi scientia, & sanitas: quia sanitas, & sciẽtia, & similia sunt actiones agẽtis, i. dantis sanitatem, & largientis: & actio agẽtis est illud, quod existit in recipiente, & est forma. vnde necesse est vt scientia sit existens quasi forma, & anima quasi materia. Et, cùm declarauit ꝙ omnis actio attributa ¶ alicui enti propter eliqua duo, necesse est vt alterum eorum sit materia, & alterum forma: & fuerit manifestum ꝙ propter formam attribuit actio enti primitus: & ꝙ actiones istæ animæ videntur attribui corpori, & animæ, sed primo animæ, secundo corpori: concluditur ex hoc ꝙ anima est forma, & corpus materia. Et d. anima autem est illud, per quod primo viuimus, &c. sed non propalauit nisi quasdam istarum propositionũ, & dimisit quasdam, quia erant manifestæ. & syllogismus sic cõponitur. Actiones animati attribuuntur corpori, & animæ insimul: & omnis actio, quæ attribuitur alicui enti propter aliqua duo, necesse est vt vnum eorum tantum sit materia, & aliud forma: ergo alterum istorum duorum, s. corporis, & animæ est forma, & alterũ materia. Et, cùm coniunxerimus * huic ¶ pp formam attribuitur actio primitus enti, & ꝙ ista conuertitur: & cũ coniunxerimus suæ conuersæ ꝙ actio attribuitur animato per animam primitus: concluditur ex hoc ꝙ anima est forma, & corpus materia.

Propter formã attribuitur actio enti primitus. Idẽ. 2. Ph. 37. & 3. Ph. 1. & 9. Meta. 20. & 2. de Gener. 53.

Ois actio, ꝙ attribuitur alicui enti pp aliqua duo, necesse est vt vnũ eorũ tñ sit mã, & a'lid forma. Idẽ 3. de Aia có. 36.

* Dubiũ ẽ pp c. 3. primi de Aia vbi ponit actionẽ attribui aiæ pp corp⁹. Vide cõtra.

¶ Tripliciter enim dicta substantia, sicut diximus: quarum hæc quidem species: illud autem materia: aliud autem ex vtrisq;. horũ autem materia quidem, potentia, species autem, actus: postea ex vtrisq; animatũ: non corpus est actus aiæ, sed ipsa corpis cuiusdã.

Cum enim tribus modis substantia dicatur, ut diximus: quorũ aliud est species, aliud materia, aliud id quod ex utrisq; constat: atq; horum quidem materia est potentia, species autem actus: cum id quod ex ambobus constat animatum sit, profecto corpus non est actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.

Qm autem substantia dicitur tribus modis, sicut diximus, materia, s. & forma, & compositũ ex eis: & materia istorum est potentia, & forma est endelechia, & quod fit ex eis, est animatum: tunc corpus nõ est perfectio aiæ: sed aia perfectio alicuius corporis.

Ista

25 Ista est alia declaratio à prædicta q̃ anima est substantia fm formam, non fm materiam. sed, quia ista declaratio dat causam, & esse, prima autē dat tantum esse, induxit eam quasi causam sermonis prædicti, & dixit, & quia iam prædiximus q̃ substantia dicit tribus modis, materia, & forma, & compositum ex eis: & esse materiæ est in potētia, & esse formæ est endelechia, & actu: & compositum ex anima & corpore est animatum, & per alterum eorum est in potentia animatum, & per alterum in actu: manifestum est q̃ anima est endelechia corporis, nō corpus animæ. est enim animatum in actu per animam: & quod est in actu debet esse endelechia eius quod est in potentia, & non econuerso. Et hoc intendebat, cùm dixit & quod fit ex eis est animatum i. & quod fit ex eis est animatum in actu per animam, & in potentia per corpus, necesse est vt corpus nō sit endelechia animæ, sed anima corporis.

Quę sit definitio dans eam, & eā vid 2. Cor. 35. & ptlo Phy. 2.

D

Er propter hoc bene opinantur quibus videtur neq̃ sine corpore esse, neq̃ corpus aliquod anima. corpus quidē enim non est: corporis autem aliquid est. & propter hoc in corpore est, & corpore huiusmodi: & non sicut priores ad corpus aptabāt ipsam nihil definientes in quo & quali: & vere cùm nō videatur accipere quodlibet contingens, sic autem fit & secundum rationē: vniuscuiusq̃ enim actus in potentia existente, & in propria materia aptus natę est fieri. Quod quidem igitur actus est quidam & ratio potentiam habentis esse huiusmodi, manifestum ex his.

E

2 0 PH. *Quamobrem probè censent ii quibus uidetur neq̃ sine corpore esse, neq̃ corpus aliquod anima: corpus enim non est, sed corporis aliquid: & propterea ineſt in corpore, & in corpore tali. & non quemadmodum superiores in corpus eam coniiciebāt, nulla præterea addita distinctione, in quonam illo, & quali: præsertim cum non uideatur quodlibet recipere quodlibet. hoc autem pacto res ratione procedit: uniuscuiusq̃ enim actus in eo quod est potentia, & in sua ac idonea materia, natura comparatum est ut fiat. Animam ergo actum esse quendam & rationem eius quod habet potentiam ut tale sit, ex his perspicuum est.*

Et propter hoc bene existimauerunt dicentes q̃ anima non est extra corpus, neq̃ est corpus. corpus autem non est, sed est perfectio corporis. Et propter hoc est in corpore, & in tali corpore. non sicut fecerunt Antiqui in ponendo eam in corpore absq̃ determinatione illius corporis, q̃ corpus sit, & cuiusmodi. & hoc licet nō quodcunq̃ recipiat quamcunq̃.

26 Et propter hoc, quod apparuit de anima, quod est endelechia corporis naturalis, rectè dixerunt opinantes q̃ anima nō est extra corpus, neq̃ est corpus. endelechia enim talis est, s. vt sit in corpore, & quòd nō sit corpus.

corpus

& corpus enim non perficitur per corpus, cum corpus nō sit innatum, vt sit in subiecto. Et hoc intendebat, cùm dixit, corpus autem non est, sed est perfectio corporis. qm autem est corpus, fm quod est perfectio non ē possibile, sed existit in corpore. D.d. Et propter hoc est in corpore, &c. ideſt & ex hoc modo, quem dedimus in substātia animæ, possibile est dare eam, propter quam aīa existit in corpore, & corpus recipiens eam est tale, non ex illo modo, quem dederunt Antiqui in substantia animæ, cum dixerunt q̃ est corpus, & q̃ intrat aliud corpus, & nō determinauerunt quæ natura est, natura illius corporis, & quare habuit proprium, vt esset anima tum absq; alijs corporibus, & ex quo modo fuit consimilitudo inter hæc duo corpora, s. q̃ vnum recipit alterum, cū non quodcunq; recipit quodcunq;. Necesse est enim istis hominibus dare causam, propter quam hoc corpus recipit illud corpus, quod est anima. & necesse est eis dicere, quare hoc corpus, quod est anima, existit proprie in hoc corpore, & non in alijs.

Curpꝰ nō pficit per corpus, cū nō sit innatum ē in subie 2o.

De hoc vide .1. de Aia. 75.

Et hoc intendebat, cùm d absq; determinatione illius corporis, q̃ corpus sit, scilicet receptum, & cuiusmodi, s. recipiens. Et d. hoc, quia definitiones demonstratiuæ innatæ sunt dare causas omnium, quæ videntur in definito. &, si definitio non erit talis, non erit definitio.

Defiōnes demraticę innatę sunt dare cās oſum, quę vār in definito. Idē 4. ph. 31. et 1. de Aia. 11. & 4. Cor. 2.

SVMMA SECVNDA.

De Animæ potentijs, eorum ordine, ac quo pacto definiri debeant.

POtentiarum autem animæ, quæ dictę sunt, alijs quidē insunt omnes, alijs vero quædam harum, quibusdam vero vna sola. potētias vero dicimus, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuū, motiuum fm locum, intellectiuū. Inest autem plantis vegetatiuum solum: alteris autem hoc, & sensitiuum: si autem sensitiuum & appetitiuum: appetitus quidem enim desiderium, & ira, & voluntas sunt: Animalia autem omnia habent vnum sensuum, tactum. cui autē sensus ineſt, huic & lętitia & tristitia, & dulce, & triste: quibus aūt hęc, & concupiscentia: delectabilis enim appetitus hæc.

Potentiæ porrò animæ quas commemorauimus, in aliis insunt omnes: in alijs nonnullæ earum: in aliquibus una duntaxat. potentias autē dicimus, nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum motu loci, dianosticum. ac plantis quidem adest tantummodo nutritiuum: aliis autē, tum hoc, tum etiam sensitiuum: quòd si sensitiuum, & appetitiuum etiam: appetitus enim cupiditas est, & ira & uoluntas: cuncta autem animalia unum habent ex sensibus, tactum. cui autē sensus ineſt huic & uoluptas & dolor, & iucundum & molestum: in quibus autē hæc insunt, & cupiditas ineſt: hæc enim est appetitus iucundi.

Istæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Istæ autem virtutes animæ, quas diximus, inueniuntur in quibusdam animalibus omnes, sicut diximus, & in quibusdam quædam, & in singularibus, i. in paucis inuenitur vna. Et appellamus virtutes, nutritiuam, & sensibilem, & desyderatiuam, & mouentem in loco, & distinguentem. Et istarum in plantis est sola nutritiua: in alijs vero est ista, & sensibilis, & desyderatiua. desyderium enim est appetitus, & ira, & voluptas. Et omnia animalia habent saltem vnum sensum, s. tactum: & omne habens sensum habet voluptatem, & tristitiam. & omne habens istas habet appetitum. appetitus enim est desyderium voluptatis.

37 Cùm voluit incipere loqui de vnaquaq; virtutum animæ, incœpit primo numerare easelle, & ꝙ quædam animalia habent proprie quasdam earum, sm ꝙ artifex ponit subiectū suæ artis. Artifex enim necesse est vt ponat subiectum, de quo loquitur: & diuidit genera eis quasi manifesta in esse. artifex enim non potest demonstrare subiectum suę artis, neq; speciesillius subiecti. & quod dixit in hoc capitulo, est manifestum. Et hoc, quod dixit in singularibus, intendit & in paucis, idest & in paucis animalibus existit vna virtus sensuum, s. tactus. D.d. Et appellam⁹ virtutes, &c. idest, & cum dixerimus virtutes, intelligenda est virtus nutritiua, & sensibilis. Et intendit per nutritiuam omnia principia, quæ agunt in nutrimento: & sunt tria, s. nutrimentum, & augmentum, & diminutio. Et intendit per desyderium appetitum ad cibum. & ideo separauit ipsum à mouente in loco, & posuit ipsum genus per se: cùm ista virtus inueniatur in animalibus, quæ non mouentur, & intelligit per distinguentē intelligentem. D.d. & istarum in plantis, &c. i. in plantis autem inuenitur sola nutritiua. in animalibus vero sensus, qui est tactus, & desyderium, quod est desyderium nutrimenti. & hoc est cōe omnibus. D.d. desyderium enim est appetitus & ira, & voluptas, i. & intendimus per desyderium appetitū. desyderium enim dicitur de appetitu, & de ira, & voluptate, & vniuersaliter de pluribus. Et voluit declarare ꝙ appetitus existit in omni animali habenti sensum: quia hoc nō fuit manifestum sensui. & d. & omne habēs sensum habet voluptatem. & sermo eius in hoc cap. est manifestus.

Artifex nō ꝑt demōstrare subm suæ artis, neq; spēm illi⁹ subti. Instātia ē de subto jib. elēchorum, & de igne. 4. Cœ. c. 32. Sed 1. phy. cō. vlt. & 2. phy. 22. & 26. & 12. Me. c. 5. & 6. Met. c. 1. idē sentit, qđ sentit hic. vid cōt. Zim.

Adhuc autem alimenti sensum habent: tactus enim alimēti sensus: siccis enim & humidis & calidis & frigidis aluntur omnia vi uentia: horum autem sensus tactus: sed aliorum sensibilium secundum accidens: nihil enim in alimentum confert sonus, neq; color, neq; odoratus. humor autem vnum aliquod est tangibilium. Exuries aūt & sitis concupiscentia. & exuries quidē calidi & siccis: sitis aūt frigidi & humidi. sapor vero vt delectamentū horū est.

SOPH.

Præterea uero sensum habent alimenti: nam tactus sensus est alimenti: cuncta enim uiuentia siccis aluntur & humidis & calidis & frigidis:

A *frigidis: quorum sensus, tactus est: cæterorum autem sensibilium per accidens: nihil enim ad alimentum confert sonus, nec color, nec odor: sapor autem unum quoddam est de tangibilibus: fames uero & sitis cupiditas est: ac fames quidem calidi & sicci: sitis uero frigidi & humidi: porrò sapor est ueluti quoddam eorum condimentum.*

Et etiam habet sensum nutrimēti. qm̄ distinctio cibi est sensus. Omne enim viuum non nutritur, nisi per siccum, & humidum, calidum, & frigidum. & tactus sentit ista. sentiens autem alia sensibilia est secundum accidens in cibo: quoniam non iuuatur aliquid in cibo per vocem, nec per colorem, neq; per odorem. sapor autem est vnum tangibilium. fames autem, & sitis est appetitus. Fames autem calidi, & sicci: Sitis vero frigidi, & humidi: Sapor autem est quasi causa istorum.

38 Cùm posuit ꝙ omne animal habet sensum tactus, & desyderiū ad nutrimentum, & in declarando hoc non sufficit inductio, incœpit declarare hoc ratione, & d. & etiam habet sensum nutrimenti, i. & etiam necesse est vt omne animal habeat sensum, per quem comprehendat conueniens, & inconueniens ex nutrimentis: vt expellat nocumentum, & attrahat iuuamentum. Et hoc fuit, quia nutrimentum eius non existit in potentia in pluribus rebus, sicut est in plantis. & ideo plantæ non indigent sensu, quo distinguant cibum. Et iste locus indiget magna consyderatione. Et, cū narrauit ꝙ necesse est ꝙ omne animal habeat sensum, quo distinguat cibū, incœpit declarare quis sensus est iste sensus, qui est necessarius in distinguendo cibum, & d. Omne enim viuum non nutritur, &c. i. &, quia omne viuum non nutritur nisi per siccum, & humidum, calidum, & frigidum: eam nutrimentum est loco eius, quod dissoluitur ex elementis, ex quib⁹ componitur: necesse est vt sensus nutrimenti sit sensus, qui innatus est cō prehēdere has qualitates: & iste sensus est tactus. Et quasi dicat, oē viuum non nutritur, nisi per siccum, & humidum, & calidum, & frigidū: & sensus tactus est illud, quod sentit ista: necesse est vt tactus sit sentiēs, quod distinguit cibum. omne igitur animal habet tactum necessario. D.d. Sentiens autem alia sensibilia, &c. i. sensus autem comprehendentes alia sensibilia, accidentaliter sentiunt cibum, i. non sunt necessarij in distinguēdo cibum, sm ꝙ est cibus, cùm accidentaliter sentiant cibum: sensibilia enim eorum non sunt in cibo, sm ꝙ est cibus. & hoc intendebat, cùm d. qm̄ non est in cibo, &c. i. secundum ꝙ est cibus. D.d. sapor autem est vnum tangibilium, i. sapor autem, si existit in cibo, sm ꝙ est cibus, est vnus modorū rerum tangibilium. & sensus gustus est aliquis tactus. Et propter hoc, qđ d. optandum est ꝙ iste sensus existit etiam in omni animali, sicut sensus tactus, cum sit quasi species eius: & post declarabitur qualiter est in rei veritate. Et, cùm narrauit ꝙ frigidum, & calidum, & humidum, & siccum utilitant in cibo, sm ꝙ est cibus, & sapor existit in eo secundū ꝙ est cibus,

Vide 3. de Aia. 61. & 12. Met. 36 ad qd dati sint sensus.

Vide Ifra 8. cō. 124. & ibi The.

Sensus gustus est aliquis tact⁹. Vide Ifra cō. 134.

incœpit

Universidad de Deusto
Biblioteca

incœpit declarare modum, ſm quem exiſtit quodlibet iſtorum in cibo, & D
d. fames autem, & ſitis, &c. i. & ſi ſapor exiſtit in cibo, in eo q̃ eſt cibus, ni
primæ qualitates exiſtunt in eo primo, & eſſentialiter. Et ſignum eſt
q̃, cũm deſyderat cibum animal, non deſyderat niſi calidum, & frigidũ,
& humidum, & ſiccum. Fames enim eſt appetitus calidi & ſicci: & ſitis frigidi & humidi. & non deſyderat dulce, neq; amarum. Sapor autem eſt cõ
iunctus cum iſtis qualitatibus. Et hoc intendebat, cũm dixit. Sapor autẽ
eſt quaſi cauſa iſtorum. i. cauſa, q̃ animal ſentit conueniens ex illis, & nõ
conueniens. Et non intendebat hic p̃ cauſam, cauſam in eſſe: primæ enim
qualitates ſunt cauſa ſaporis. Et forte intelligit q̃ ſapor eſt cauſa, pp̃ quã
animal vtitur cibo, propter delectationem coniunctam cum ea.

Certificandum autem de his poſterius eſt; nunc autem in tantum dictum ſit, q̃ animalibus habentibus tactum & appetitus inſit: de phantaſia autem immanifeſtum, poſterius autem intendendum eſt. Quibuſdam vero adhuc ineſt & ſecundum locum motiuum: alteris autẽ intellectiuum & intellectus, vt hominibus, & ſi aliquod alterum huiuſmodi eſt, aut & honorabilius.

SOPH. *Sed de iis poſtea dilucidius agendum eſt: nunc hoc tantum dictum ſit, quòd animalibus habentibus tactum, appetitus quoq; ineſt: de phantaſia autem non patet, ſed poſt conſiderandum eſt. quibuſdam autem præter hæc, ineſt etiam motiuum motu loci: aliis autem & dianoetikũ & intellectus, vt hominibus, & ſiquid extat eius generis aliud, uel etiam nobilius.*

Et hoc declarandum eſt poſt: in hoc autem loco cõtenti ſumus hac determinatione, & eſt q̃ omne viuum, habens tactum, habet deſyderium. De imaginatione autem latet, & quærendũ eſt poſt. Et ponamus cum hoc mouẽs in loco etiam: & in alĩs diſtinguẽs, & intellẽs, vt in hoĩbus, & in alĩs rebus, ſi fuerint ſic, aut meliores. F

29 Quia vult ponere hic numerum iſtarum virtutũ, ſm q̃ artifex ponit ſubiecta ſuæ artis, non vult ponere, niſi illud, quod manifeſtum eſt per ſe, & dimittit alia, quæ non ſunt manifeſta, quouſq; perſcrutetur de eis. Et ideo d. Et hoc declarandum eſt poſt. In hoc aũt loco contenti ſumus hac determinatione, ideſt quæ eſt manifeſta per ſe, aut ſcire, ſ. q̃ omne animal carens tactu, caret deſyderio. hoc enim eſt manifeſtũ per ſe. Deinde narrauit q̃ hoc latet de imaginatione, & d. De imaginatione autẽ latet, ideſt vtrum imaginatio exiſtit in omni habente ſenſum tactus, aut non. D d. Et ponamus cum hoc mouens in loco. i. & ponamus pro manifeſto q̃ omotum in loco eſt imaginans. Et poteſt intelligi & ponamus in numero iſtarum virtutum, quæ manifeſtæ videntur, & differũt in definitione, & eſſentia virtutem mouentem in loco. & intendit virtutem concupiſcibilem. D d. & in alijs diſtinguens, & intellectus, ideſt & ponamus etiam pro

A pro manifeſto q̃ virtus cogitatiua, & intellectus exiſtũt in alijs modis animalium, quæ non ſunt homines, & q̃ proprie ſunt in aliquo genere, vt in hominibus, aut in alio genere, ſi demonſtratio ſurgat q̃ alia ſunt huiuſmodi. & hoc erit, ſi fuerint æquales hominibus, aut meliores eis.

Manifeſtum igitur eſt qm̃ eodem modo vna vtiq; erit ratio animæ, & figuræ: neq; enim ibi figura eſt præter triangulum & figuras quæ conſequenter ſunt, neq; hic anima, præter prædictas eſt. fiet autem vtiq; & in figuris ratio cõis, quæ conuenit quidẽ omnibus, propria autem nullius erit figuræ. ſimiliter autem & in dictis animabus. vnde ridiculum eſt quærere cõem rationẽ in his, & in alteris, quæ nullius erit eorum quæ ſunt propria ratio, neq; ſm propriã & indiuiduam ſpeciem, dimittentes huiuſmodi.

B *perſpicuum igitur eſt perinde unam eſſe animæ rationem, atq; figuræ: neq; enim illic figura ulla eſt præter triangulum, & eas quæ deinceps ſunt: neq; hic anima ulla præter eas quæ dictæ ſunt. fieri tamen poterit, & in figuris ratio communis, quæ omnibus quidem congruat, propria autem nullius ſit figuræ: ſimiliter etiam in dictis animabus. Ideoq; ridiculum eſt & in his & in cæteris communem quærere rationẽ, quæ nullius eorum quæ ſunt erit propria ratio, neq; ex propria & indiuidua ſpecie, hac tali prætermiſſa ratione.*

Dicamus igitur q̃ manifeſtum eſt q̃ ex via vnius exempli eadem erit definitio animæ, & figuræ. non enim eſt illic perfectio extra virtutes prædictas: ſed poſſibile eſt in figuris etiam vt ſit definitio vniuerſalis conueniens omnibus figuris, & non ſit propria alicui earum. & ſimiliter ex omnibus prædictis. Et ideo qui quærit in iſtis, & in alĩs ſermonem vniuerſalem, qui nõ eſt, neq; eſt q̃ proprius alicui ex omnibus, neq; eſt ſecundum modum hunc cõuenientem, qui non diuiditur, & dimiſerit talem ſermonem, rectum eſt vt derideatur.

Cum genera accepta in definitionibus, aut ſunt vniuoca, vt animal in definitione hominis, aut dicta multipliciter, vt ens, & potentia, & actus, incœpit declarare cuiuſmodi ſit genus acceptum in definitione animæ, & d. non eſt æquiuocum, neq; vniuocum. Et d. dicamus igitur q̃ manifeſtũ eſt, &c. i. dicamus q̃ manifeſtum eſt ex exemplo q̃ illud, quod dat definitio animæ vtiſ ex intentione cõi omnibus partibus animæ eſt ſimile illi, quod dat definitio figuræ vniuerſalis omnibus figuris, manifeſtum eſt. n. per ſe q̃ ſicut nulla perfectio eſt alicuius partis animæ extra perfectionem vtilem, quam accepimus in definitione omnium virtutum: & ſi iſtæ virtutes ſint diuerſæ in intentione propria vnicuiq; earum: ita non eſt hic figura aliqua extra definitionem figuræ vniuerſalis: licet figuræ differant ab-

Genera accepta i definitiõib⁹ aut ſũt vniuoca, aut ſunt multipliciter dicta. Cõſule hũ. 4. Me. c. 2 & 3. Met. c. 4 & 1. dẽ Aia c. 7. et 3. de Aia c. 4. & 3. Phy. co. 4.

innicem

inuicem in terminis proprijs. quædam enim est rotunda, & quædam recta, & quædam composita ex vtroq;. Et hoc exemplum est valde simile definitioni animæ. non.n. est ex definitionibus æquiuocorum nominũ. quoniã, si ita eẽt, tunc Geometria esset sophistica, neque esset ex generibus, quæ dicuntur vniuoce. qm̃, si ita esset, tunc necesse esset vt alterum duorum foret, aut vt sit hic vna virtus in definitione, & in nomine, in qua communicent omnes virtutes quas numerauimus: quemadmodum modi animalium conueniunt in definitione animalitatis simplicis: aut vt omnes virtutes animæ sint eædem in definitione, & essentia, Et, cum narrauit q definitio aĩæ per exemplum est similis definitioni figuræ, incœpit dare modum consimilitudinis, & d. sed possibile est in figuris etiã &c. & ista definitio non est vniuoca: sed quemadmodum possibile est in oĩbus figuris, licet differant, vt habeant definitionem vlem magnam cõuenientem oĩbus eis, licet multum differãt in definitione & essentia: sic possibile est vt istæ virtutes diuersæ habeant vnam definitionem vlem conuenientem oĩbus: sicut definitio figuræ conuenit omnibus figuris, & nulli appropriatur. D. d. Et ideo qui quæsiuerit, &c. & propter hoc, quod diximus, qui quæsiuerit in anima & in alijs similibus entibus vnam definitionem vlem, que non appropriatur alicui ex oĩbus, & non est talis, qualis est ista definitio, quam dedimus in anima, sed sicut vniuersalitas definitionis animalitatis simplicis specierum animalis, aut etiam est vna ideſt vnius naturæ definitio, non diuisibilis secundum speciem, & qui dimiserit talem difinitionẽ, qualem dedimus, iustum est, vt derideatur: cũ isti duo modi definitionis non inueniantur in talibus naturis, & non inuenitur in eis, nisi iste modus definitionis, quo vsi sumus. qui enim laborat in dãdo in anima primum modum definitionis, est in hoc, quod laborat in quærẽdo impossibile: sicut qui dimittit hanc definitionem in dimittendo possibile. dimittere enim possibile est simile secundum locutionem ad quærere impossibile.

Similiter autem se habent ei quod de figuris est, & quæ fm̃ animam sunt. semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est, & in figuris & in animatis: vt in tetragono quidẽ trigonum est, in sensitiuo autem vegetatiuum. quare & fm̃ vnũquodq; quærendum quæ vniuscuiusq; anima, vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut bestiæ. propter quam autem causam cõsequenter sic se habent considerandum est. sine quidem enim vegetatiuo sensitiuum non est: à sensitiuo aũt separatur vegetatiuum in plantis: iterum autem sine quidem eo quod potest tangere, aliorũ sensuum neq; vnus est: tactus aũt sine alijs est. multa enim animaliũ, neq; visum, neq; auditum habẽt, neq; odoratus omnino sensum.

SOPH. *Quemadmodum autem in figuris, sic etiã in animatis res habet: semper enim in eo quod est deinceps, ineſt potentia id quod prius est, tum in figuris*

figuris tum in animatis: ut in quadrato triangulus, in sensitiuo nutritiuum. Quære sigillatim quærẽdum, quæ cuiusq; sit aĩa, uerbi gratia quæ plantæ quæue hominis uel bestiæ. cur autem deinceps sic se habeant, considerandum est. nã sine nutritiuo, sensitiuum non est: à sensitiuo autem separatur nutritiuum in plantis: rursus sine tactiuo nullus aliorum est sensuum: tactus uero sine alijs est: pleraq; enim animalia neq; uisum neq; auditum nec odoris plane sensum sortita sunt.

Et dispositio in aĩa, similis est dispositioni in figuris. inuenitur enĩ semper in potentia in figuris, & in rebus animatis precedẽs in consequente. v.g. triangulus in quadrato, & nutritiuũ sensibili. Oportet igit̃ quærere in quolibet q̃ est fm̃ suam definitionẽ: v.g. aĩa plãtæ qd est, & aĩa bruti quid est. Et oportet quærere qua de causa sunt talis dispositionis ex cõsequẽtibus cũ sensibile nõ sit sine nutritiuo: sed sensibile separat̃ in plãtis. Et etiã nullus aliorum sensuum sit extra tactũ: sed tactus est extra alios sensus. multa.n. viua non habent visum, neque auditum, neque odoratum, neq; alium sensum.

QVADRATVM.



Cũm declarauit q̃ definitio animæ est similis definitioni figuræ, incœpit declarare modum consimilitudinis & demonstrare cuius naturæ naturarum definitionum sit, & d. Et dispositio in anima similis est, &c. i. & dispositio in rebus, quæ continentur in definitione animæ est, sicut dispositio in rebus, quæ continentur in definitione figuræ. quemadmodũ enim inuenitur in figuris prius & posterius: & prius existit in potẽtia in posteriori: ita est de virtutibus animæ. verbi gratia in figuris quidem triangulus est prior quadrato, & triangulus existit in potentia in quadrato. & ideo, si quadratum est, triangulus est, & non e conuerso. & similiter in virtutibus animæ. nutritiuum enim prius est sensibili et existit in eo in potentia, & si sensibile est, nutritiuum est, & non econuerso.

Et, cùm declarauit naturam istius definitionis, & quantum largitur de cõ D
gnitione, dixit. Oportet igitur quærere in quolibet quid est, &c. i. cùm de
claratum est ꝙ ista definitio animæ est de genere definitionis figuræ: &
quemadmodum non sufficit in cognitione figuræ rectarum linearũ, & fi
guræ circularis cognitio figuræ simpliciter, ita est in definitione aīæ vīs.
quærẽda est igit' post cognitionẽ istius definitionis vīs definitio ꝓpria
vniuscuiusq; virtutis aīę, ſ. q̃ est aīa plantæ, & q̃ aīa hois, ꝓpria illi, et quę
bruti. D.d Et oportet quærere qua de cā sunt talis dispõnis. i. & oportet
pscrutari ēt quare inuenit' in virtutibus aīę prius & consequens. sensibile
enim impossē est vt sit absq; nutritiuo. nutritiuum aũt potest esse absque
sensibili. & hoc est in plantis. Et ēt apparet ꝙ impossibile est vt aliqs qua
tuor sensuum sit sine tactu: tactus aũt potest esse extra alios sensus plura
enim aīalia carent visu, & auditu, & odoratu, & gustu. & hoc intendebat
cùm dixit neq; alium sensum. Et iste locus indiget cõsyderatione. existi
matur enim ꝙ gustus est vnus modorũ tactus, secũdũ ꝙ dixit' superius.
Sed, si aliquod animal nutrit' ex rebus carentibus sapore, tunc gustus il- E
lius aīalis non erit nisi sm calidum, & frigidum, & humidum, & siccum.

Nutritiuũ põt eē absq; sensu hꝰ. Idem supra. 15. Ingressio qua q̃rit vtrum oē aīal hēat gustum.

Aut intendit, cùm d. neq; alium sensum. i. ꝙ alius sensus non distinguit
in vltimo. i. in fine, a sensu tactus, sm ꝙ inuenitur in aīalibus perfectis.
Et vīt opinandũ est ꝙ, si aīal habet sensum tactus, & nutritur à suis radi
cibus, sicut plantæ nutriuntur, vt dicitur de spongia maris, & istud aīal
habet sensum tactus sine gustu. & forte innuit tales istos modos anima
lium. omne enim animal habens os, habet aliquem gustum.

Te. c. 28. † Si aliqd aīal nutrit' ex rebꝰ ex rebus sapore, gustus: eius est sm calidum; & frigidum.

Et sensitiuorum autem, alia quidem habent sm locũ motiuũ,
alia vero non habent: vltimum autem & minimum, ratiocinatio
nem & intellectũ: Quibus enim inest ratiocinatio corruptibiliũ,
his & reliqua omnia: quibus aũt illorum vnumquodq;, non om
nibus ratiocinatio: sed quibusdam quidem neq; imaginatio: alia
autem hac sola viuunt'. De speculatiuo autẽ intellectu altera ratio F
est. ꝙ quidem igitur de horum vnoquoq; ratio, hęc proprīssima
& de anima, manifestum est.

SOPH. *inter sensitiua etiã sunt quæ habeant motiuum motu loci, sunt quæ non habeant. ultima autem & minima rationem & dianœam: in quibus enim mortalium inest ratio, his quoq; reliqua omnia insunt: in quibus autem vnumquodq; illorum, in iis non omnibus inest ratio. sed quibusdam ne phantasia quidem: quædam, hac sola viuunt. De contemplatiuo aũt intellectu alia est ratio. ac disputationem quidem de uno quoq; horum maxime etiam ad animam pertinere perspicuum est.*

Et ex eis, quæ sentiuntur, est ꝙ quędam habent motum in lo
co, & quædam non: cõplementum autem, & finis est illud, quod
habet cognitionẽ, & distinctionem. omne enim ex rebus corrupti
bilibus

A bilibus habens cognitionẽ, habet omnia alia. quod autem habet vnum illorum, non est necesse vt habeat cognitionem: sed quæ
dam non habent imaginationem, & quædam viuunt per ista tã
tum. Sermo autẽ de intellectu speculatiuo, & cogitatiuo alius est.
Declaratum est igitur quòd sermo in vna quaque istarum virtu
tum, est sermo magis conueniens in anima.

B Et cõptehenditur sensu ꝙ quædam animalia mouentur in loco, & est
modus perfectus, & quędam nõ. Complementum aũt aīalium, & finis
eorum, qui intendebat in generatione, quæ cùm natura potuit pertinge
re, stetit, est modus aīalium habens virtutem speculatiuam & cogitatiuã
intelligibilem. D.d. omne enim ex rebꝰ corruptibilibus, &c. i. & apparet
ꝙ omne, habens virtutẽ cogitatiuã ex rebus generabilibus, & corrupti- Corpa cœ lestia de, virtutibus aīæ nõ ha bẽt nisi cõ cupiscẽtiã & intelle ctũ. Idẽ. 12. Me. c. 36. Idẽ supra. I hoc secundo. cõ. 15. Idẽ 1. Cœli. 90 & 2. Cœli 38. & 41. Intellꝰ speculatiuus nõ est aīa nec pars animæ: sed est de nã superiori aīę. Idẽ supra. cõ 11. sed vide opp. 3. de Aīa. t. c. 1. Vide cõc. 21m.
bilibus habens, necessario habet alias virtutes animæ. Et dicit hoc, præseruando
se à corporibus cœlestibus. declaratum est enim ꝙ illa non habẽt de vir- B
tutibus animæ nisi concupiscentiam, & intellectum. Deinde dicit, quod
aũt habet vnum illorũ, &c. i. habens autẽ vnam virtutum, quæ sunt prio
res naturaliter intellectu, nõ est necesse vt habeat cogitationem, aut intel
lectum: sed quædã non habent imaginationem, nedum habeant cogita
tionem: quędam viuunt per illa, quę sunt sub imaginatione ex virtutibus
prioribus ea. & hoc intendebat, cũ dicit. & quædam viuunt per ista tm.
Deinde dicit, sermo autẽ de intellectu speculatiuo, &c. i. sermo de eo est,
ma ꝙ sit extra istam naturam. existimatur enim ꝙ non est aīa, neq; pars
aīæ. & innuit nobilitatem eius, & diuersitatem illius ad alias partes. opi
nandum est enim ꝙ est ex natura supiori naturæ animæ. D.d. declaratũ
est enim, &c. i. Declaratum est igitur ex prædictis quod primũ, quod in
tenditur de scientia animæ, quod est magis conueniens sermoni in ani
ma, est loqui de aīa vniuscuiusq; istarum virtutum.

SVMMA TERTIA.

De potentia Animæ vegetatiua.

Explicantur Animæ vegetatiuæ opera, redarguiturq; Empedocles de alimenti causa. Cap. 1.

C

Necessarium autem est debentem de his perscrutationẽ
facere, accipere vnũquodq; eorum quid est, postea sic
de habitis aut & de alīs inuestigare. si autẽ oportet di
cere quid vnumquodq; ipsorum: vt quid intellectiuũ,
aut sensitiuum, aut vegetatiuum, prius adhuc dicendum quid sit
intelligere & quid sentire, priores enim potentīs actus & opera
tiones sm rationem sunt. si autem sic, his autem adhuc priora op
posita oportet considerare, de illis vtiq; primum oportebit deter
minare propter eandem causam: vt de alimento & sensibili
& intelligibili.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SO PH. *Necesse autem est eum qui de his consideraturus est, sumere quid* D
quodq; eorum sit, atq; tunc demum de his quæ proxima ab his sunt, ac
de reliquis exquirere. quòd si oportet dicere quid quodq; ipsorum sit, ut
quid intellectiuum aut sensitiuum aut nutritiuum, multo ante dicen-
dum est quid sit intelligere, & quid sentire: nã operationes & actio-
nes potentiis ratione sunt priores: quod si ita est, ac obiecta etiam multo
prius quam hæc oportet considerasse, profecto de illis primum ob eandẽ
cãm differendũ fuerit: ut de alimẽto, & de sensibili, et de intelligibili.

Et indiget necessario qui voluerit pscrutari de istis, scire vnã quãq; istarum quæ sit: deinde post perscrutetur de contingentibus illis. Et, si necesse est dicere vnam quãq; istarum quæ sit, verbi gratia intellectus qd sit, & sentiẽs quid sit, & nutritiuum quid sit, oportet etiam prædicere intelligere quid sit. actiones enim & E
operationes præcedunt in intellectu virtutes. Et si ita sit, & cõsyderare de alijs rebus oppositis istis debet pręcedere consyderationem de istis, oportet nos vt intendamus ad definiendum istas primo propter istam cãm, v.g. cibum, & sensatum, & intellectum.

33 Cum declarauit quod definitio vniuersalis aĩæ prædicta nõ sufficit in cognitione suæ substantiæ, incœpit dicere quid oportet scire de aĩa post illam difiuitionem, & d. Et idiget necessario, &c.i. & oportet necessario illum, qui voluerit acquirere perfectam cognitionem de anima, perscrutari de vnaquaq; virturum aĩæ per se, quousq; sciat per demonstrationẽ vnamquãq; illarum quæ sit, & quam naturam habet. verbi gratia, perscrutari quid est intellectus, & quid est sensus. Deinde post hoc perscrutari de vnicuiq; contingentibus istarum virtutum vniuersalibus, & pro-
Idẽ. 1. Ph. 2. &. 1. de Anim. 11. idẽ hic supra. 13. prijs. v.g. vtrum virtus intelligibilis possit abstrahi, aut non. Et, cùm declarauit illud quod oportet perscrutari nos de anima, incœpit demõstra- F
re viam ad hanc cognitionem: & quod est ex eis, quę sunt magis nota apud nos, & sunt posteriora in esse, ad ea, quæ sunt magis nota apud naturam, quę sunt priora in esse. Et d. Et, si necesse est dicere vnamquãq; istarum, &c.i. & si oportet, fm ꝙ declarauimus, scire quæ est vnaquæq; istarũ istarum virtutum, necesse est præscire actiones proprias vnicuiq; istarũ virtutum, quæ sunt. verbi gratia quid est intelligere per intelligens, & sentire per sentiens, & nutrire per nutriens, cognitio enim actionum istarum virtutum, prior est apud nos in nãa prima cognitione, q̃ cognitio istarum virtutum. Et, cum narrauit ꝙ cognitio actionum debet pręcedere cognitionem virtutum, narrauit etiã ꝙ cognitio patientium illas actiones debet pręcedere cognitionem illarum actionum, propter illam eandem cãm, propter quam debet præcedere cognitio actionum cognitionem virtutum, & d. Et, si ita sit, &c. idelt. &, si ita sit, s. ꝙ debemus ire semp de eis, quæ apud nos sunt magis nota, ad illa, quæ sunt magis nota

apud

A apud naturã, & consyderare de rebus oppositis istis virtutibus, & sunt passiua earum, debet præcedere consyderationem in actionibus, & in virtutibus, necesse est præscire primo cibum quid sit, quod est passiuum virtutis nutritiuæ, & sensatum qd sit, & intellectum quid sit, antequam sciatur nutrire, & sentire quæ sunt. Et vocauit ea opposita: passiuum enim, & actiuum videntur esse quodammodo opposita. Passiuũ & actiuũ videnʃ quodã mõ opposita. Iãe 1. de Gen. 50. & 1. de Cœ. 20. & 21.

Quare primo de alimento & generatione dicendum est. vegetatiua enim anima & alijs inest, & prima & maxime cõis potentia est animæ fm quam inest viuere omnibus. cuius sunt opera generare, & alimẽto vti. Naturalissimũ enim operũ viuentibus quæcunq; perfecta & non orbata aut generationem spontaneam habent, facere alterum quale ipsum, animal quidem animal, planta aũt plantam: quatenus ipso semper & diuino & immortali participent: fm ꝙ possunt. omnia enim illud appetunt, & illius causa
B agunt omnia quæcunq; agunt secundum naturam.

Quare primum de alimento & de generatione dicendum est. nam nutritiua anima & cæteris inest, & prima & maxime communis est animæ potentia, ex qua inest viuere in omnibus: cuius officia sunt, generare & alimento uti: hoc enim est maxime naturale inter omnia ofʃcia viuentium, quæ perfecta sunt & non mutila, aut sponte sua nascantur, procreare aliud quale ipsum est, animal, animal: planta, plantam: ut æternitatem & diuinitatem participent quoad possunt: cuncta enim illud appetunt, & illius causa agunt, quæcunque secundum naturam agunt.

Oportet igitur primo loqui de nutrimento, & generatione. Anima enim nutritiua est prior in oĩbus viuentibus, & est vniC uersalior virtutibus aĩæ, quibus viuum viuit. Et actiones istius sunt generare, & vti nutrimento. qũ actio, quæ magis conuenit naturæ omnis viuentis ex eis, quæ sunt pefecta, & non habent occasionem, nequæ generantur casu per se, est vt agat aliud simile: animal enim facit animal & planta plantam, ita vt habeat communicationem cum sempiterno diuino fm suum posse. oĩa enim desyderant, & propter hoc agit omnes quod agit naturaliter.

34 Cùm declarauit quæ definitio est magis vniuersãlis inter omnes definitiones aĩę, & quãtum largitur de cognitione, & quòd non sufficit in cognitione substantiæ animę perfectæ, & ꝙ est necessarium pręscire quãlibet virturum aĩę per suam definitionẽ propriam & quot modis sunt istę virtutes diuersæ, & qũo adunantur, incœpit narrare ꝙ oportet primo incipere de cognitione istarum virtutum ab ea, quę est valde prior, s. nutritiua, & ꝙ primo debet consyderari de passiuis, & de actionibus istarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutum. Et d. Oportet igitur primo loqui de nutrimentō, & generatione, &c. i. &, cùm declaratū ſit q̄ primo oportet conſyderare de actionib⁹, & de paſſiuis ante virtutes, neceſſe eſt vt primo loquamur inter oēs iſtas actiones de cibo, & de generatione, quæ ſunt paſſiuum aīæ iſtius, & actio. & eſt neceſſe vt primo loquamur de aīa nutritiua, quia eſt prior naturaliter alijs rebus, per quas aliquid dicitur viuū: & ideo eſt magis vniuerſalis inter alias virtutes aīæ. Et innuit q̄ propter prioritatē, & eius vniuerſalitatem oportet præponi in conſyderatione. * vniuerſale enim notius eſt apud nos quā propriū: vt dictū eſt alibi. Et, cùm declarauit hoc, incœpit numerare actiones attributas illi, cum ante debemus ſcire eſſe quā quid eſſe, & d. Et actiones iſtius ſunt, &c. i. & actiones iſtius virtutis ſunt nutrire, & generare, & vti cibo. & dicimus q̄ generare ē actio illi⁹ virtutis: q̄n actio, quę maxime cōuenit naturę ei⁹, quod dicit viuum per hanc virtutē, eſt generare ſimile in ſpecie. Et hoc fit tribus conditionibus quarū vna eſt vt pertingat tempus, in quo habet hāc virtutē, cùm nō fit in effectu ex tempore. Secunda eſt vt cùm hoc non habeat occaſionem. iſta enim impedit hanc actionem, licet pertingat tempus, in quo peruenit ad illa actio. Tertia eſt, vt illud viuum non fit ex eis, quę fiunt caſu, ſed per ſe. q̄n igitur in viuo fuerint congregata hæc tria, tunc generabile. Et hoc intendebat, cùm d. q̄n actio quæ magis conuenit, &c. D. d. cauſam finalem, propter quam iſta virtus exiſtit in animalibus & plantis, & d. ita vt habeat cōiacationem cum ſempiterno. i. & iſta virtus exiſtit in viuo, vt generabile, & corruptibile cōmunicent cū ſempiterno ſm ſuū poſſe. †ſollicitudo enim diuina, cùm nō potuerit facere ipſum permanere ſm individuum, miſerta eſt in dando ei virtutem, qua poteſt permanere in ſpecie. & hoc non eſt dubium, ſ. q̄ melius eſt ī ſuo eſſe, quod habeat iſtam virtutem, quām vt non habeat. D. d. omnia enim deſyderant &c. ideſt & hoc fuit ideo, quia omnia deſyderant permanentiam ſempiternam, & mouēt ergo ipſam ſm quod innata eſt natura eorum ad recipiendum: & propter hunc finem agunt omnia entia, quæ agunt naturaliter.

* Vſe notius ē apud nos q̄ prōpriū. idē 2. c. 1. & 1. Phy. 4. 5. & 57. 3. Ph. 2

† Sollicitudo diuina cū nō potuerit facere ghabile, & corruptibile pmanere ſm individuum, miſerta ē in dando ei virtutē, q̄ pmanere poſſit in ſpe. Idē. 1. Cœ. c. 98. & 2. de Gener. & corrup. c. 59. d ſolicitudine autē Dei qualr ſit. vide 12. Meta. 37. & 51. & 2. Phy. 75.

Id autem q̄ cuius cauſa fit, dupliciter eſt: hoc quidem, cuius, illud vero, quo. q̄n igitur cōiacare non poſſunt ipſo ſemper & diuino, continuatione: (propter id q̄ nihil contingit corruptibiliū idē & vnū numero permanere (ſm q̄ poteſt participare vnū quod q̄, ſic cōmunicat: hoc quidem magis, illud vero minus: & permanet non idem, ſed vt idem. numero quidem non vnū, ſpecie aūt vnū.

SOPH. *Id autem cuius cauſa res eſt duplex eſt, unum, Cuius, alterū, Cui. Ergo quia participare nequeunt æternitatem & diuinitatem continuatione: quia fieri non poteſt ut corruptibilium quicquam idem & unum numero permaneat, quoad eorum unumquodq; participare poteſt, eatenus participat: aliud magis, aliud minus: & permanet non ipſum, ſed quale ipſum eſt. numero quidem non unum, ſpecie uero unum.* Et

A Et propter quid dicitur duobus modis. quorū vnus eſt in quo eſt: alius eſt cuius eſt. Quia igitur impoſsibile fuit vt haberet cōmunicationem cum ſempiterno diuino in æternitate, quia impoſsibile erat vt aliquod corruptibile permaneat idē in numero, ideo habet communicationem quodlibet cum eo ſm ſuum poſſe: & hoc magis, & hoc minus: & ſic permanet non illud idem, ſed ſuū ſimile, neq; vnum numero, ſed vnum forma.

B Cùm dedit cauſam finalem, propter quam virtus generatiua exiſtit in viuo vſr, & eſt aſſimilatio corruptibilis cum ſempiterno, ſm q̄ habet naturam aſſimilandi, & q̄ oīa entia faciūt actiones ſerga iſtum finem, narrauit ſm quot modos dicitur iſte finis, & d. Et propter quid dicitur duobus modis: quorum vnus eſt illud, quod eſt iſte finis: & alius illud, in quo eſt iſte finis. verbi gratia in hoc ſermone, q̄ omnia entia agunt propter permanentiam ſempiternam: & propterea in quibuſdam inuenitur permanētia ſempiterna, aut diſpoſitio permanētię ſempiternę. Et cùm declarauit hoc, incœpit declarare modum, in quo generabilia, & corruptibilia poſſunt cōiacare cum eternis, & cām propter quam diminuta ſunt à permanentia ſempiterna, & d. Quia igitur impoſsibile eſt, &c. i. & intendit p ſempiternum diuinum corpus cœleſte. cœleſtia enim illa permanent ſm individuum. Et hoc, quod d. & hoc magis, & hoc minus, intendit generatiuum, & non generatiuum. vtrunq; enim permanet ſecundum ſpeciē, ſed generatiuum habet ſemper hoc, & non generatiuum in maiori parte temporis, & in pluribus ſubiectis.

Finis ſimplex cuius & cuius 2. Phy. & hic infra. 17.

Eſt autem anima viuentis corporis cauſa & principiū: hæc autem multipliciter dicūtur, attamen anima ſm determinatos tres modos cauſa dicitur: etenim vnde mot⁹ cauſa eſt: & cuius cauſa: & ſicut ſubſtantia animatorum corporum anima cauſa.

C *Eſt autem anima uiuētis corporis cauſa & principium: hæc autem multifariam dicuntur. Anima item tribus illis expoſitis modis cauſa dicitur: etenim unde motus, & cuius cauſa, & ut ſubſtantia animatorum corporum anima cauſa eſt. Conſtat igitur eam eſſe cauſam ut ſubſtantiam: cauſa enim omnibus cur ſint, ſubſtantia eſt.*

Anima igitur eſt corporis viui cauſa & principium tribus modis determinatis. eſt enim illud, ex quo eſt motus, & illud propter quod fuit corpus. Et anima etiam eſt cauſa, ſecundum quod eſt ſubſtantia, quæ eſt cauſa eſſe omnium.

Cùm apparuit ex definitione vniuerſali aīę quod anima eſt cauſa corporis ſm formā, & apparuit hic q̄ virtus generatiua eſt cauſa agēs anima tum, incœpit declarare q̄ aīa non eſt ſolum cauſa ſm formā, ſed cauſa ſm tres modos, ſm quos dicitur cauſa. & hoc eſt tribus modis. & hoc eſt neceſſarium prēſcire, antequā loquatur de vnaquaq; partium aīę: licet iā ſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cõ,& priẽpũ multipl̃r dr̃. Idẽ. 1. Ph. cõ 1. & 5. Me. t. c. 1. & 12. Met. 23. t. c. 28. & 29.

declaratum vł̃t quod oĩs forma naturalis talis est. Et d. Anima igit̃ est cor poris viui causa, & principium, &, quia hęc duo dicuntur multipl̃r, siue & anima est causa fm tres modos determinatos, s. causa mouens, finalis, & formalis : quæ determinatæ sunt in sermonibus vniuersalibus physicis. D. d. est enim illud, ex quo fit motus, s. causa agens motum, Et possumus intelligere ex hoc motum in loco, & generationem, & motum in augmento & diminutione. anima est enim causa agẽs istos tres motus in animato. D. d. & illud, pp quod fuit corpus, s. causa finalis. corpus enĩ non fuit nisi propter animam : cũm declaratum est q̃ aĩa ita est de corpore, sicut forma de materia : & declaratũ est in sermonibus vlibus q̃ materia

In. 2. Phy. a. 74. vsq; in finem.

est pp formam tm̃, & q̃ non est aliquod cõsequens materiã, aut aliquod, quod fit de necessitate materiæ : sicut existimabãt Antiqui, nõ concedẽtes causam formalẽ esse, neq; finalem. Et anima ẽt causa, idest & anima ẽt est

Esse ẽ esse ctus fotæ. Idẽ 2. c. 7. 8. Me. 7.

causa corporis fm substantiã, & formam, quæ est causa esse omnium.

Quod quidem igitur sit sicut substantia manifestum est. causa enim ipsius esse omnibus substantia est: viuere aũt viuentibus est esse: causa aũt & principium horũ anima. Amplius aũt eius quod potentia, ratio actus est. Manifestum aũt est & q̃ cuius gratia aĩa causa. sicut enim intellectus gratia huius facit, eodem modo & natura: & hoc est ipsius finis: huiusmodi aũt in animalibus anima, et fm naturam: oĩa enim physica corpora animæ instrumenta sunt, sicut animalium, sic & plantarũ, tanquã gratia animæ existentia. dupliciter aũt dicit̃ q̃ cuius gratia est: & q̃ cuius, & q̃ quo. At vero & vnde principium qui fm locum motus anima est. non oĩb⁹ aũt viuentibus inest potentia hæc. Est aũt & alteratio & augmentum fm animã: sensus enim quædam alteratio esse videt̃: nihil aũt sentit quod non habet animã. similiter aũt de augmento & decremento se habet: nihil enim decrementũ patitur, neq; augmẽtatur physice, nisi alatur: alitur aũt nihil quod non cõmunicet vita.

SOPH. *Viuere autem viuentibus esse est: quorum causa & principium est anima. Præterea eius quod est potentia ratio est actus. Constat ut̃, ut id cuius gratia, animam causam esse. ut enim intellectus gratia alicuius facit, sic etiam natura, & hoc est ei finis: eiusmodi autem est in animalibus anima, & secundum naturam. cuncta enim naturalia corpora animæ sunt instrumenta, Vt animalium sic etiã plantarum: ut potę quæ gratia animæ sint. Bifariam autẽ dicitur id cuius gratia aliquid est, scilicet cuius & cui. Quinetiam unde primum est motus loci anima est: uerum hæc potentia non omnibus ineſt uiuentibus. Præterea uera et alteratio et auẽtio ab aĩa est: uidetur enim sensus alteratio esse quædã.*

nihil

nihil autem sentit quod non habeat animam. similiter etiam de auẽtione & diminutione res habet : nihil enim diminuitur, neque naturaliter augetur, nisi alatur, nihil autem alitur : quin sit uitæ particeps.

Et esse viui est viuere. & anima est causa, & principium istius. Et etiam endelechia est intentio eius, quod est in potentia ens. Et manifestum est quòd anima est causa etiam propter quid. quoniam, quemadmodum intellectus nihil agit, nisi propter aliquid, ita natura. & hoc est finis eius. & similiter anima in animalibus, & in omnibus, omnia enim naturalia sunt instrumenta animæ, sicut in animalibus, & plantis: ita quòd etiam illa est causa animati. Et propter quid dicitur duobus modis. quorum vnus est illud, ꝓpter quod: & alius cuius est hoc. Et anima est etiam illud, ex quo primo fit motus in loco. sed ista virtus non inuenitur in omnibus viuis. Et alteratio etiam, & augmentum fiunt per animam, sensus enim existimatur esse alteratio aliqua, & nihil sentit nisi habeat animã. Et similiter est de augmento, & diminutione. nihil enim augetur, & diminuitur naturaliter, nisi nutriatur: & nihil nutritur, nisi habeat partem in vita.

Cùm posuit q̃ anima est causa corporis tribus modis, de quibus modis dicitur hoc nomẽ causa, incœpit declarare modos: istos esse in ea, & in primo q̃ est cã corporis secundum formam. Et d. Et esse viui, &c. i. & signũ, q̃ anima est forma corporis, est q̃ hoc ens viuum nõ habet esse, fm q̃ est viuum, nisi per illud, per quod viuit, i. q̃ est cã istius actionis, s. vitæ: & manifestum est q̃ cã istius actionis est aĩa: ergo hoc, quod est viuum, fm q̃ est viuum, est per aĩam. & illud, per quod est ens, & est hoc, est sua forma: ergo anima est forma animati: cùm non est hoc, & ens nisi per animam.

Fórma est id, ꝓ quod aliquid ẽ ens. Idẽ supra. 7. 8. & 36. & 8 Me. cõ. 7.

C D. d. secundam rõnem supet hoc, & d. Et ẽt endelechia est intentio eius, quod est in potentia ens. i. & etiam anima est, fm q̃ iam declaratum est, ꝓ fectio: perfectio autem est forma, & intentio eius, quod est in potẽtia ens: ergo aĩa est forma. Et, cùm declarauit eam esse cãm fm formam, declarauit etiam eam esse cãm fm finem, & d. Et manifestum est q̃ aĩa est cã, &c. i. manifestũ est per se q̃ aĩa est cã corporis animati, fm illud, ꝓpter quod fuit corpus animatum. Quemadmodum enim* multa artificialia non agunt nisi propter aliquid, sic etiam est de natura, s. q̃ non agit nisi ꝓpter aliquid. & hoc est finis naturæ, s. q̃ non agit nisi propter aliquid, sicut ars non agit nisi propter aliquid. D. declarauit quòd illud, pp quod natura agit, videtur esse anima in animalibus, & non solum in animalibus, sed oĩbus rebus naturalibus, & d. & similiter anima in animalibus, & in omnibus. i. & quemadmodum forma est finis artis in artificialibus, ita anima cẽ finis naturæ in animabus, & in omnibus naturalibus. D. declarauit modum, ex quo apparet quòd anima est finis omnium naturalium, & dicit,

*a. l. intellecta.

omnia

Oia nãlia sunt illa aſç. Vide infra 1. có. 38.

omnia enim naturalia sunt instrumenta animę, &c. i. & diximus q̃ anima ꝑ
est finis omnium naturalium, quia omnia naturalia videntur instrume-
ta esse indifferenter in omnibus animatis. &, sicut videtur in animalibus,
ita videtur in plantis. D. d. ita ꝙ etiam illa est causa animati, &c 1, & hoc,
quod diximus de ea, non latet, immo est manifestum per se: adeo ꝙ appa
ret ex hoc ꝙ anima etiã est causã animati. Illud enim pp quid inuenitur
aliquid, dicitur duobus modis. Quorum vnus est illud, propter quod inue
nitur aliquid: & ista propositio animæ ad corpus. Et alius est illud, cuius
est hoc, propter quod inuenitur aliquid: & ista est proportio animæ ad
animatum. dicimus enim ꝙ anima, & corpus vtrumq; non sunt nisi pro-
pter animatum. Et, cùm declarauit eam esse causam fm formam, & fm fi
nem, declarauit etiam eam esse causam mouentem fm oēs modos mo-
tuum, existentes in animato, siue veros, siue existimatos esse motus, &c.
Et anima etiam est illud, ex quo primo fit motus in loco. sed ista virtus
non est in oībus viuis, i. in omnibus animalibus. Deinde. d. Et altera-
tio etiam, & augmentum, &c. i. & alteratio attributa sensibus, sicut quidã ꝓ
reputant, si concesserimus eam esse motum, erit per aïam: & si fr augmen-
tum, & diminutionem. nihil n. dicitur habere hunc motum, s. sensum, ni-
si habeat animam. D. d. Et sisr est de augmento, & diminutione, ideſt
quemadmodum apparet ꝙ non sentit nisi habens animam, sic apparet ꝙ
non augmentatur, neq; diminuitur nisi illud, quod habet cõicationẽ cũ
animalibus in aliqua parte animæ. Nihil enim diminuiẽ naturaliter aut
augmentatur naturaliter, nisi habeat virtutem nutriendi. & nihil nutri-
tur, nisi habeat communicationem in vita attributa animalibus. & ideo
hoc nomen mortuum non dicitur de animali, nisi cùm caruerit commu
nicatione, quam habet cum plantis.

Mortuũ nõ dr̃ de aïali, nisi cũ caruerit cõicatione q̃ habet cũ plãtis. Idẽ. 1. d aïa cõ. vlr. & hic t. 1. & 16. & 14.

Empedocles autem non bene dixit hoc, addens augmentum ac
cidere plantis, deorsum quidem radicem mittentibus, propter id
ꝙ terra sic fertur secundum naturam: sursum autem propter ignẽ ꝓ
similiter. Neq; enim sursum & deorsum bene accipit. non enim
idem omnibus sursum & deorsum & omni. sed sicut caput anima
lium, sic radices plantarum sunt: si congruit instrumenta dicere
altera & eadem, operibus.

SOPH. *Empedocles autem non recte dixit hoc addens auctionem fieri in plantis, deorsum quidem radices agentibus, propterea quòd terra sic fe ratur natura, sursum que itidem propter ignem: neq; enim has differẽ rias uidelicet sursum & deorsum, recte usurpat: non enim idem est sur sum & deorsum omnibus, atq; rerum uniuersitati: sed quam caput ani malium eã obtinent rationem radices plantarum: siquidem instrumen ta diuersa & eadem ex eorum officiis dicere conuenit.*

Empedocles autem non recte dixit in hoc, & vere, cùm dixit ꝙ augmen-

augmentum accidit in plantis. in hoc autem, quod ramificatur ꝙ
radices inferius, fit per motum ipsius terræ naturaliter ad istam
partem: & hoc posuit causam. in hoc vero, quod ramificatur supe
rius, fit, quia ignis mouet similiter ad superius: & hoc posuit cau-
sam. Hoc etiam, quo vsus fuit in suo sermone de superiori, & infe-
riori, non recte fuit dictum. superius enim & inferius non sunt idẽ
omnibus rebus, & in omni. sed, quemadmodum caput est anima-
libus, ita radices plantis: cùm per actiones debemus dicere in in-
strumentis eorum, quę sunt conuenientia, aut diuersa.

Cũ declarauit ꝙ motus augmẽti non est ex principio, quod est elatũ,
incœpit declarare ꝙ Empedocles errauit, cũ opinabatur ꝙ hoc principiũ
est ex elementis, & ꝙ augmentũ in plantis ad inferius est pp partem gra-
uem, s. terrã, & aquã: & superius propter leuẽ. s. aerẽ, & ignẽ. Et. d. Empe-
docles aũt, &c. i. Empedocles aũt non bene existimabat, cũ opinabatur ꝙ
hoc principiũ non est aïa: & ꝙ hoc, quod accidit de augmento in plantis,
est per naturam elementorũ. illud igitur, quod augetur inferius, est per na
turã terræ: & hoc posuit causam eius. i. & posuit cãm motus istius ad infe
rius naturã grauẽ: & cãm in augmento ramorũ ad superius, naturã leuẽ,
s. igneam. D. incœpit narrare quid contingit huic sermoni de errore, &
d. Hoc etiam, quo vsus fuit in sermone suo de superiori, &c. i. & iste ser-
mo, quem induxit in dando cãm istius motus contrarij, qui inuenitur in
augmentabili, non est verus. Hoc n. quod existimabatur ꝙ superius in
plantis est superius in mundo, & inferius inferius, non est verũ: qm̃ neq;
in parte conueniunt, neq; in natura, neq; in potẽtia. In parte autem: quia
licet hoc concedamus in plantis, tñ in pluribus aïalibus non possumus il-
lud concedere. superius enim in eis non respicit superius mundi. & veritas
non concedit hoc. natura. n. inferioris in plantis alia est à natura inferio-
ris in mundo, sed contingit congregatio eorũ in parte eadem cãsu: & ipsa
eadem est natura superioris in aïalibus. Et signũ eius est, ꝙ caput in ani-
malibus est simile radicibus in plantis: cũ actio eorũ sit eadem & per actio
nes debemus respicere conuenientiã, & diuersitatem in partibus augmẽ-
tabilibus. Et. d superius enim, &c. i. & primus error Empedoclis est, ꝙ su
perius, & inferius non sunt eadem pars in omnibus rebus, & in omni, scilt
ex mundo, quoniã, licet hoc concedamus in plantis, quid possumus dice-
re in pluribus aïalibus? superius enim in animalibus non respicit superius
mundi. D. d. sed quemadmodũ caput, &c. ideſt sed non cõcedamus ꝙ
inferius in plantis sit inferius in mũdo fm naturam, & potentiam: neque
superius in eis superius in mundo, licet sint in eadem parte. Natura enim
capitis in animalibus est natura radicis in plãtis, cum habeant easdem a-
ctiones, & secũdum actiones est dicẽdum quòd partes aïalium, & plãtarũ
& instrumenta eorum sunt conuenientia, aut diuersa m natura. Et, cùm
natura radicis in plantis est natura capitis in animalibus, tunc superius in
planta est in rei veritate inferius in mũdo. Et, si nos cõcessissemus ꝙ esset

Per actiones debemus respicere cõuenientiã, & diuersitatẽ in partibus augmẽtabilibus. Vide ꝓ isto 7. Me. 9. & 8 Me. 11. & 9. Me. cõ. 7. & hic t. 22.

inferius

inferius,tunc hoc,quod accidit plantis,ſ.ꝙ inferius in eo eſt inferius mun D
di,non accidit niſi caſualiter,non quia habent eandem naturam:ita ꝙ ad in
ferius in plantis mouetur pars grauis,& ad ſuperius leuis. quoniam,ſi ita
eſſet,tunc neq; ſuperius,neq; inferius haberet animal: neque natura ſu- Hic dicit
perioris,& inferioris in plantis,& animalibus eſſet eadem. Et.d. ꝙ poten ſuperiꝰ
tia capitis in animalibus eſt potentia radicis in plantis,quia hoc eſt princi principiꝰ
pium eius,per quod animal eſt animal.ſ.ſenſus.hoc autem eſt principiū oppoſita
eius,per quod plantæ ſunt plantæ.ſ.cibi qui per radices attrahuntur,& ſi ſibi ꝓ
ſi caput ex animali,& radix ex plantis abſcinditur,depereunt. ra. vide

Adhuc autem quid eſt continens in contraria quæ feruntur
ignem & terram? diſtrahentur enim niſi aliquid ſit prohibens,ſi
uero erit,hoc eſt anima,& cauſa alimenti & augmenti.

SOPH. *Ad hæc quid eſt quod continet dum ad contrarias partes feruntur*
ignem & terram? diſtrahentur enim niſi aliquid fuerit quod ſit prohi E
biturum: quòd ſi erit,id ipſum eſt anima,& cauſa cur res augeſcant
& alantur.

Et poſtea quid eſt illud,quod retinet ignem,& terram,cū mo
ueatur ad partes contrarias.ſunt enim veloces ad ſeparationem,
niſi aliquid prohibeat.Et,ſi illic fuerit aliquod prohibens,illud
prohibens debet eſſe cauſa,vel anima,& cauſa in augmento,&
nutrimento.

Et ſi conceſſerimus ꝙ natura ſuperioris,& inferioris in plantis eſt na
39 tura ſuperioris,& inferioris in mundo,& ꝙ pars ignea mouetur in plan
Idē. 3. ph. tis ad ſuperius,& terreſtris ad inferius:& nos videmus ꝙ eadem pars mo
6. &. 8. uetur ad ſuperius,& ad inferius inſimul: videmus enim ꝙ quælibet pars
ph. 23. potentiæ ſenſibilis,& quodlibet membrum mouetur ad vtranq; partem
inſimul:ſi igitur poſuerimus ꝙ illa pars ſit vnica,ſ.quæ mouet ad vtrāq; F
partem:tunc principium,per quod mouetur iſtis duobus motibus inſi-
mul,eſt vnicum principium.Iſtud igitur principium habet potentiam vt
moueatur ad vtranq; partem inſimul:quod non eſt in elementis:quoniā
vna pars eorum non habet niſi vnicum motum,ſiue fuerit ſimplex,ſiue
Motus compoſita.Quoniam,ſi fuerit compoſita ex eis, mouebitur ſm elatum
mixti eſt dominans.Et,ſi partes,quæ mouentur in illa eadem parte in ſenſu,aut na
ſm eſtuū tura,ad ſuperius,ſint aliæ à partibus,quæ mouentur in illa parte ad infe-
dñans.Idē rius,tunc illæ partes neceſſario ſunt diſtinctæ ab inuicē,aut quia ſunt ſim
3.cō.14.& plices,aut quia illud,quod dominatur in eis,quæ mouentur ad infe-
quæ ibi. rius de corporibus ſimplicibus,eſt aliud ab illo,quod dominatur in eis,ꝙ
mouentur ad ſuperius. Et,ſi ita ſit,quid eſt illud,quod retinet ignem,&
terram,aut partem igneam,& terreſtrem? cū non poſſumus dicere ꝙ hæc
duo ſint admixta.qm̄,ſi eſſent admixta,mouerentur ad eandem partem,
ſcilicet dominantis.Et,ſi ita eſſet,cito ſepararentur,niſi aliquid prohibe-
ret.

ret.ſed contingit eis neceſſario dicere illic eſſe prohibens,cū videantur nō
ſeparari,ſed permanere inſimul,dum viuit planta.& hoc eſt neceſſarium
eis.&,cùm conceſſerint illic eſſe prohibens,cuius potentia non eſt poten-
tia elementorum,dicemus eis ꝙ illud prohibens eſt anima.ſm hoc igitur
eſt ſermo eius in hoc intelligendus,licet ſit ualde breuis.

Videtur autem quibuſdam ignis natura ſimpliciter cauſa ali-
menti & augmenti eſſe.& nanq; ipſum videtur ſolum corporum
& elementorum quod alitur & augmentatur. vnde & in plantis
& in animalibus putabit vtiq; quis eſſe hoc quod operatur.

Sunt autem qui cenſeant ignis naturam ſimpliciter cauſam eſſe nu
tritionis & auctionis,is namq; ſolus omnium corporum uel elementorū
uidetur ali & augeri: quamobrem & in plantis & in animalibus
putauerit aliquis eum eſſe id quod operatur.

Et quidam exiſtimant ꝙ natura ignis eſt ſimpliciter cauſa nu
trimenti,& augmenti.ignis enim inter corpora,aut inter elemen-
ta nutritur & augetur.& ideo exiſtimatur ꝙ ipſe facit hoc in plan
tis etiam,& in animalibus.

Cùm deſtruxit ſermonem fingentium ꝙ augmentum eſt per princi-
pium elementare,ſ.graue,aut leue,incœpit etiam deſtruere ſermonē fin-
gentium ꝙ principium nutrimenti,& augmenti nutribilis eſt ignis,aut
pars ignis,aut aliquod igneum,& d. Et quidam &c.i.& quidam exiſtimāt
ꝙ natura ignis,in eo ꝙ eſt ignis,non ſm ꝙ eſt aliquis ignis. & hoc inten-
debat,cū.d. ſimpliciter eſt cauſa nutrimenti,& augmenti. Et opinati ſunt
hoc,quia viderunt ignem alterare omnia in ſua ſubſtantia,adeo ꝙ aug-
mentatur per illud. &,quia nutribile apud eos nutritur alterando om-
nia in ſuam ſubſtantiam,ideo exiſtimauerunt per duas affirmatiuas in ſe
cunda figura ꝙ ignis facit hoc ſimpliciter.

Hoc autem concauſa quidem quodāmodo eſt: non tamen ſim
pliciter cauſa:ſed magis anima.ignis enim augmentum in infini-
tum eſt,quouſq; fuerit combuſtibile: natura autem conſtantium
omnium terminus eſt,& ratio magnitudinis & augmenti.hoc au
tem eſt animæ,ſed non ignis:& rationis magis quam materiæ.

Verum is concauſa quodammodo eſt,non tamen ſimpliciter cauſa,
ſed anima potius: ignis enim auctio in infinitum procedit, quandiu
ſubeſt res cremabilis: at omnium naturæ conſtantium terminus ſtatu-
tus eſt,& ratio magnitudinis & auctionis: hæc autem animæ ſunt,&
non ignis:& rationis potius quam materiæ.

Dicamus igitur nos ꝙ ignis non eſt coniunctus cauſæ niſi ali-
quo modo,& non eſt cauſa ſimpliciter, ſed anima eſt dignior vt

ſit

ſit cauſa.augmentum enim ignis eſt in infinitum, dum combuſti D bile eſt. ea autem,quæ conſtituuntur per naturam, omnia habent finem,& terminum in quãtitate,& augmento.& iſta ſunt animæ non ignis,& ſunt digniora intentioni,quã materiæ.

41 Cùm narrauit hanc opinionem,incœpit primo narrare partem verã, quæ eſt in ea,& partem falſam, & dicit. Dicamus igitur nos quòd ignis non eſt cauſa nutrimenti,& augmenti in animalibus ſimpliciter,ſed attribuitur cauſæ quaſi inſtrumentum ſuorum inſtrumentorum:immo anima eſt illa,ad quam attribuitur ſimpliciter hæc actio: & conceſſit quòd ignis eſt coniunctus cauſæ ſecundum quòd aliquid attribuitur alicui, cuius actio non perficitur, niſi per illud.quia nutribile non videtur alterare cibum,niſi per partem igneam exiſtentem in eo.hoc enim elementum inter alia,aut eſt alterans alia:aut magis dominatur in eo alterare quam in aliis elementis.& ideo fuit neceſſe vt ignis eſſet dominans in corporibus nutribilibus. Et,cùm declarauit quòd,ſi iſta actio fuerit attributa ei, E non erit attributa,niſi ſecundum quòd eſt coniunctus cauſæ, non quòd ipſe ſit cauſa,declarauit modum,ex quo non oportet attribuere iſtam actionem igni ſimpliciter,& quòd ignius eſt attribuere eam ſimpliciter animæ,& dicit,augmentum enim ignis eſt in infinitum,&c.ideſt & ſignũ quòd primum mouens in nutrimento,& augmento eſt anima, non pars ignea,eſt quia iſte motus,ſcilicet alterare aliquid in ſubſtantiam alterantis, & eius augmentum per illud,quod alterat,ſi fuerit in ſolo igne abſq; alia virtute ſibi coniuncta,ſcilicet,vt primum mouens ſit potentia ignis, ſecundum quòd eſt ignis,non alia virtus coniuncta igni,inuenietur infinitus,& non ceſſabit in aliquo termino,dum combuſtibile inuenerit:motus autem alterandi,& augmentandi,qui inuenitur in hac natura augmẽtabili,ſemper inuenitur finitus,& terminatus in quantitate:vnde manifeſtum eſt in ſecunda figura,quòd iſte motus non eſt ignis ſimpl.&, cùm F non eſt ignis,neceſſario eſt alterius principii, & illud vocamus animam nutritiuam. Et intendit per terminum,& menſuram vltima naturalia, quæ inueniuntur,in quantitatibus corporum augmentabilium. Deinde dicit,& ſunt digniora intentioni,quam materiæ.1.& iſta actio,quæ inuenitur in hoc motu.ſ.qui incœpit a principio terminato, & peruenit ad finem terminatum,dignius eſt vt attribuatur ei,q̃ eſt in iſta actione quaſi forma,ſcilicet anima,quã illi,quod eſt quaſi materia & inſtrumentum.ſ. ignis. Et d.hoc,quia apparet quòd actio augmenti eſt compoſita ex actione ignis,& ex aliqua intentione in igne.alterare enim,quod eſt in eo, debet attribui igni.&,quia eſt terminatum,debet attribui virtuti coniunctæ cum igne:quemadmodum mollificare ferrum per ignem ad faciendum aliquod inſtrumentum,ſecundũ q̃ eſt mollificare, attribuitur igni & ſecundum q̃ illa mollificatio habet terminum notum in vnoquoque inſtrumento,attribuitur virtuti artis.

Ignis dñatur in corporib⁹ nutribilibus Sed oppo. 2. de Ge. & corruptione. t.com. 49. vbi dr q̃ terra. vide cõtra. Zim.

Idẽ 6. ph. 91.&. 8. ph. 61. Vide cõm iſti⁹ tõnis 3. phy. 59. eo.& 3. cc 11. 17. & 72.& j. c. d ſubia orbis. vbi dr q̃ terminus eſt a forma.

De

De virtutis vegetatiuæ obiecto, Alimento ſcilicet: Cap. 2.

QVoniam autem eſt eadem potentia vegetatiua & generatiua,de alimẽto neceſſarium eſt determinare primum. ſeparatur enim ab aliis potentiis opere hoc.

Cum autem eadem ſit animæ potentia nutritiua & generatiua, primum de nutrimento differere neceſſe eſt, hoc enim officio ab aliis diſtinguitur potentia.

Et quia potentia nutriendi,& generandi ſunt eædem, oportet prius neceſſario determinare quid eſt nutrimentum, & diſtinguere ab aliis virtutibus.

41 Cùm narrauit q̃ vult loqui primo de virtute nutritiua, cùm ſit magis vniuerſalis:& principium eorum,quæ apparent in eo, vel principium eorum,de quibus conſyderatur ex hac virtute,eſt q̃ anima, & ſuæ actiones ſunt augmẽtare,& nutrire,& generare:incœpit modo determinare quod E eſt illud,de quo oportet conſyderare,primo in hac virtute, poſtquam cognoſcitur eſſe anima,& d. Et quia potentia nutrienti,& generandi, &c.i. & quia ſubiectum potentiæ nutritiuæ,& augmẽtabilis,& generatiuæ ideſt.ſ.nutrimentum: * & iam diximus primo q̃ via ad cognitionem ſubſtantiarum iſtarum virtutum, non eſt niſi per cognitionem paſſiuorum earum primo:vnde neceſſe eſt primo incipere,& determinare cibũ quid ſit,& nutrire quid ſit. Et,cũ narrauit hoc,incœpit demõſtrare quid ẽ cib⁹.

Subiectũ potentiæ nutritiuæ, & augmẽtabilis, & gñatiuæ ideẽ eſt. vide. 1. d̃ genera. 39.& 41.

* Supra t. cõ. 33.

Videtur autem eſſe alimentum contrarium contrario:non omne autem omni:ſed quæcunq; contrariorum, non ſolum generationem habent ex inuicem,ſed & augmentum. fiunt enim multa ex inuicem,ſed non omnia augentur, vt ſanum ex laborante. Videntur autem neq; illa eodem modo ad inuicem eſſe alimentum: ſed aqua quidem igni alimentum eſt,ignis autem non alit aquã. In ſimplicibus quidem igitur corporibus hoc eſſe videtur maxime,aliud quidem alimentum,aliud uero quod alitur.

Videtur igitur nutrimentum eſſe contrarium contrario :non tamen quodlibet cuiuslibet: ſed quæcunq; contrariorum non ſolum ex ſe mutuo generantur ,uerumetiam augentur: fiunt enim multa ex ſe mutuo , ſed non omnia augẽtur .ut ſanũ ex egrotãte.quinimo ne illa quidem eode modo uidentur ſibi mutuo eſſe alimentum.ſed aqua quidem ignis eſt alimentũ: ignis autem non alit aquam .Ac in ſimplicibus quidem corporibus hæc eſſe uidentur maximè ,unum alimentum ,alterum quod alitur.*

* al. Loſa quinta.

Dicamus igitur q̃ exiſtimatur quòd nutrimentum eſt contrarium contrario:& non omne contrarium omni contrario,ſed cõtraria,quæ non tantum fiunt abinuicem,ſed etiam augentur. pla

ta

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra enim fiunt abinuicem, sed non omnia augentur: verbi gratia sanum ab infirmo. Videmus etiam quòd non eodem modo sunt nutrimentum adinuicem: sed aqua est nutrimentum igni, ignis autē non est nutrimentum aquæ. In corporibus autem simplicibus hæc duo proprie existimantur, quòd alterum est nutrimentum, & alterum nutribile.

43 Dicit q̄, existimatum est q̄ nutrimentum est illud, quod est contrarij nutribili, sicut quidam existimati sunt. sed ista existimatio non est in omni contrario, sed in eis contrariis, quæ non tantum fiunt abinuicem, sed etiā augmentantur. plura enim contraria, quæ generantur abinuicem, nō augmentantur abinuicem: sanum enim fit ab infirmo, sed nō nutritur ex eo.

Et hoc intendebat, cùm d. & non omne contrarium omni cōtrario, &c. & sermo eius est intellectus per se. & innuit per hoc contraria, quæ sunt in substantia. ista enim existimantur augmentari abinuicem, & nutriri abinuicem. Et, cùm declarauit q̄ ista existimatio non inuenitur nisi in cōtrariis, quæ sunt in substantia, & sunt ea, quæ possibile est vt nutriri reputentur ab inuicem, declarauit etiam q̄ hoc non æqualiter inuenitur in vtroq; contrario. contraria enim nō videntur nutrire se adinuicem æqualiter. Et d. Videmus etiam q̄ non eodem modo sunt nutrimentum, &c. idest & ista existimatio non inuenitur in vtroq; contrariorum, quæ sunt in substantia æqualiter, s. vt vtrumq; eorum nutriat suum compar æqualiter. aqua enim & vlr corpora humida videntur esse nutrimentum ignis, ignis autem non vr esse nutrimētum alicui. Et, cum narrauit q̄ ista existimatio debilis est, si accepta fuerit absolute, narrauit q̄ ista existimatio tantum inuenitur in elementis, & d. In corporibus autē simplicibus, &c. existimare autem q̄ nutriens est contrarium nutribili, non inuenitur proprie nisi in duobus his corporibus simplicibus: quorum alterum est ignis & alterum humidum, vt aqua, & aer.

Dubitationem autem habet. dicunt enim hi quidem simile alisimili, sicut & augeri. aliis autem sicut diximus econtrario, videtur ali contrarium contrario: tanquam impassibile sit simile à simili. alimentum autem mutari & decoqui: mutatio autem omnibus in contrarium aut in medium.

SOPH. *Sed quæstio existit: sunt enim qui dicant simile ali simili, quemadmodum etiam augeri: contrà aliis, ut diximus, contrarium uidetur contrario: utpote cum simile pati non possit, alimentum uero mutetur ac concoquatur: mutatio uero omnibus in oppositū fiat, aut in medium.*

Sed in hoc est locus dubitationis. Quidam enim dicunt q̄ simile nutritur per simile, & similiter etiam augmentatur. Et quidam econuerso, scilicet q̄ contrarium nutritur per suum contrarium

rium: simile enim non patitur à suo simili. & nutrimentum transmutatur, & digeritur: & trāsmutatio in quolibet est ad dispositionem oppositam, aut ad medium.

44 Sed ista existimatio, licet inueniatur in elementis per sensum, & inductionem, tamē in ipsa quęstione est locus dubitationis ex propositiōibus famosis. est enim sermo quidā qui dat q̄ nutrimētū est sile, & alius, qui dat nutrimentum esse contrarium. D. d rōnem super vtrunq; sermonem, & d. Quidam enim dicunt, &c. i. quidam enim Antiquorum opinabantur q̄ nutrimentum debet esse simile, quia sile nutrit suum simile, & augmētat ipsum. contrarium. n. transmutat suū contrariū: sed non nutrit ipsum neq; augmentat. Et, cū dixit hanc rōnem, dixit etiam rōnem, q̄ nutrimētum est contrarium, & d. Et quidam econuerso. i. & dixerunt hoc. s. q̄ conueratium nutritur à suo contrario, nō à suo simili, quia opinati sunt q̄ nutrimentū patitur à nutribili, & sile non patitur à suo simili: ergo nutrimētum non est sile. & cū viderunt etiam q̄ nutrimentū transmutatur in nutribile, & patitur: & omnis transmutatio est à contrario ad contrarium, aut ad illud, quod est medium inter contraria: concluserunt ex hoc quòd nutrimentum est contrarium.

1. de Gene. 39. & 1. cæ. 21.

Idē 5. ph. 9. 19. & 52 & 10. Me. 23. ecc. ph. a 40. ad 50.

Adhuc autem patitur aliquid alimētum ab eo quod alitur, sed non hoc ab alimēto: sicut neq; instructor à materia, sed ab illo hæc instructor autem mutatur solum in actum ex ocio. vtrum autem sit alimentum quod vltimo aduenit. aut quod primò, habet differentiam: si autem vtrumq;, sed hoc quidem non coctum, illud autem coctū, vtrobiq; vtiq; continget alimentum dicere: inquantū enim non coctum, contrarium contrario alitur: inquantum autē coctum, simile simili. Quare manifestum quod dicunt quodam modo vtriq; & recte & non recte.

Præterea alimentum patitur aliquid ab eo quod alitur: sed non hoc ab alimento: quemadmodum neq; faber à materia, sed ea ab illo: faber autem, ex ocio duntaxat ad negocium mutatur. utrum autem sit alimētū id quod ultimo adhibetur, an id quod primo, differētia est: quòd si utrumq;, sed alterum crudum, alterum concoctum, utroq; modo possimus alimentum dicere: nam quatenus crudum est, contrarium contrario alitur: quatenus concoctum, simile simili: itáq; constat utrósq; quodammodo & rectè & non rectè dicere.

Et etiam nutrimentum patitur quoquo modo à nutribili, sed non econuerso. sicut Carpentarius non à materia, sed materia ab illo. Carpentarius autem transmutatur tantum ad actionem ex ocio. Inter hoc igitur, q̄ nutrimentum sit illud, quod copulatur in postremo, & hoc scilicet vt sit illud, quod prius copulatur, est differentia

ferentia. Si igitur nutrimentum est vtrũq;, sed hoc est illud', quod digeritur, illud autem quod digestum est: possibile est dicere, q nutrimentum est vtrunq;. secundum enim q est non digestum, cõtrarium nutritur à contrario: secundum vero q digestum, simile à simili. Quòd autem vtraq; istarum duarum sectarum vere, & non vere dicit aliquo modo, manifestum est.

45 Prim⁹ modus introducendi textum.

D. Et ẽt nutrimentum patitur quoquo modo, &c. i. potest intelligi q iste sermo est quasi ratiocinatio iuuans dicentem q nutrimentum est cõtrarium, & remouens obiectiones contradicentes huic sermoni. Potest enim aliquis dicere q, si nutrimentum esset contrarium nutribili, oporteret vt vtrunq; transmutaretur à suo cõpari, & pateretur ab eo. & quasi dicit rndendo q nutrimentũ est quod patit' à nutribili, nõ nutribile à nutrimento. Non. n. est necesse vt ab oĩ patiente patiat' agens eo modo, quo patiens patitur ab eo. lignũ. n. patitur à Carpentario, sed Carpentarius nõ patitur à ligno: nisi aliquis vocet illam transmutationem quæ est ex otio ad operationem, passionẽ. Et forte preponebat' iste sermo ad illud, quod vult de dissolutione istius dubitationis, & ad demõstrãdũ illud, quod collocatur de vero in vtroq; istorũ duorum sermonũ oppositorũ. Qũ, cùm hoc fuerit scitũ de nutrimẽto & nutribili. s. q nutrimentũ est illud, quod transmutat' in formã nutribilis, non nutribile in formã nutrimenti, neq; vtrũq; à suo compari æqualiter. Et q ita est de nutrimento & nutribili, sicut de Carpentario ad lignũ, non sicut cõtraria, quorũ eadem materia, declarabit' statim, cũ nutrimentũ dr duobus modis. Dr. n. de illo, quod adhuc nõ digerit, neq; transmutat' in naturã nutribilis: & dr ẽt de illo, quod digestum est, & transmutatur in naturã nutribilis, q cibum esse similem vere dr de digesto, & contrarium de indigesto. Et ideo dicit post. Inter hoc igitur q nutrimentũ, &c. i. &, cũ nutriens est illud, quod alterat nutrimentum in substãtiã suã, manifestũ est q magna dria est inter hoc, quod fit nutrimentum, & inter hoc, quod copulatũ est cum nutribili apud complementum digestionis, & inter illud, quod innatum est vt copuletur cũ nutribili, sed nondũ copulatur. D. d. Si igitur nutrimẽtũ est vtrũq;, &c. i. si igitur hoc nomen nutrimentũ dr de vtroq;: sed alterũ eorũ est nutrimentũ in potentia, cũ innatũ est digeri, sed tñ adhuc non digerit': alterũ aũt est nutrimentum in actu, & illud est, quod iã digerit': vere possumus dicere vtrunq; de cibo, s. simile, & dissimile sine aliqua cõtradictione. Si enim duo sermones non essent cõtrarij, nisi hoc nomen nutrimentũ diceretur eodẽ modo. Nutrimentum. n. nõ digestũ est nutrimentũ in potentia, quod vere potest dici contrariũ: nutriens. n. nõ agit in ipsum, nisi fm q est cõtrarium. nutrimentũ aũt digestũ põt dici simile: nõ. n. est pars nutribilis, nisi fm q est simile. D. d. Quòd aũt vtraq; istarum duarũ sectarũ, &c. i. manifestum est igit' ex hoc sermone, q in sermone vtriusq; istarum duarum sectarum est aliqua pars vera, & aliqua falsa.

Quoniam

Quoniam autem nihil alitur non participans uita, animatum vtiq; est corpus quod alitur, inquantum animatum: quare & alimentum ad animatum est, & non secundum accidens.

Sed quia nihil alitur, nisi sit uitæ particeps, id quod alitur animatum corpus fuerit quatenus animatum. quare & alimentum ad animatum est & non per accidens.

Et, quia nihil nutritur, nisi habeat partem in vita, ideo corpus animatum est nutribile fm q animatum. nutrimentum enim attribuitur animato non accidentaliter.

Et, quia nihil videtur nutriri, nisi cõicet in aliqua intentione, de quibus dr hoc nomen vita, vt declaratum est, ideo corpus animatũ est nutribile, fm q est corpus animatum. nutrimentum. n. nõ attribuit' aĩato, nisi fm q habet aĩam. nõ fm q est corpus. Ista igitur actio attribuit' aĩæ esse naliter, non accidentaliter: & * pars substantia aĩæ cui attribuitur ista actio, non est nisi virtus, quæ innata est habere istam actionem, cùm igitur cognouerimus hanc actionem proprie, tunc cognoscemus substantiam istius virtutis proprie.

*a. l. partis aĩę supra.

Est autem alterum alimento & augmentatiuo esse. secundum enim quòd quantum aliquod animatum est, augmentatum. fm vero q hoc aliquid & substantia, alimentum est. saluat enim substantiam, & vsq; ad hoc est, quousq; alatur. Et generationis autem factiuum non eius quod alitur, sed quale id quod alitur. iam. n. est ipsa substantia. generat autem nihil ipsum se ipsum, sed saluat.

Est autem aliud alimento & auctifico esse: nam quatenus quãtum quoddam est, auctificum est: quatenus uero hoc aliquid & substantia, alimentum: conseruat enim substantiam, & tandiu est, quãdiu alitur: effectiuum q generationis est, non eius quod alitur, sed cuiusmodi est id quod alitur: iam enim est ipsa substantia, & nihil generat se ipsum, sed conseruat.

Et esse nutrimentum est aliud ab esse augmentum. est autẽ nutrimentum fm hoc ẽ substantia, quia conseruat substantiam nutribilis, quoniam semper nutritur. Et est agens generationem, nõ quia se generat, sed quia facit generationem nutribilis. illud enim habet esse. & nihil generat se, sed se conseruat.

Vult distinguere tres actiones nutrimẽtũ. s. nutrire, & augmẽtare, & generare, & d. Et ẽ nutrimẽtũ, &c. i. & aliquid ẽ nutrimẽtũ, aut nutritiuum aliud est ab ẽ augmẽtatiuũ. Nutrimẽtũ. n. dr, fm q conseruat substãtiã res nutribilis, ne corrũpat'. dat. n. ei aliquid loco dissoluti. & ideo manet in ẽ, dũ nutrit'. &, cũ cessat nutrimẽtũ, corrũpit'. Est vero augmentatiũ fm q perficit quãtitatẽ naturalẽ eius, quod diminuit'ia principio pp ne-

ceſſitate. ſed tacuit hoc, qm̃ dria inter augmẽtũ, & nutrimẽtũ eſt manifeſta. ſi forte nõ eſſet diminutio ſcriptoris. Et, cũ diuiſit has duas actiones, incœpit dicere tertiã actionẽ, quæ eſt gñare, & d. Et eſt agẽs gñatioué, &c. i. & nutrimẽtũ habet aliam actionẽ à cõſeruatione & augmentatione, ſ. gñare. D. expoſuit gñationẽ, & d. nõ gñationẽ nutribilis, ſed gñationem ſimilis nutribili, i. in ſpecie. D. d. illud. n. habet eſſe. põt intelligi, i. illud. n. quoquo modo eſt ſuum eſſe, & conſeruat generabile, vt permaneat vnũ in ſpecie, vt prædiximus. D. d. & nihil generat ſe, ſed conſeruat ſe, i. & differentia inter has duas actiones eſt, ꝙ nutrire eſt conſeruare ſe, & generare eſt generare alterũ, nõ ſe. impoſſibile enim eſt, vt aliquid generet ſe.

Quare huiuſmodi animæ principium potẽtia eſt poſſibilis ſaluare ſuſcipiens ipſa, ſecundum ꝙ eſt huiuſmodi: alimentum autẽ præparat operationẽ: vnde priuatum alimento non poteſt eſſe.

Quare tale animæ principium eiuſmodi eſt potentia, quæ cõſeruet quod habet ipſam, quatenus tale eſt. alimentum autẽ ſubminiſtrat apparatũ ad operandum: qua propter ſi priuetur alimento, eſſe non poteſt. 5

Hoc igitur principium eſt virtus animæ, quæ poteſt conſeruare illud, quod eſt ei, ſm omnem diſpoſitionem. Et nutrimentum eſt illud, per quod præparatur ad agere. & ideo, cùm nutrimentũ deficit, impoſſibile eſt vt ſit.

48 Et cùm declaratũ eſt ꝙ iſtæ actiones ſunt diuerſæ, ſm diuerſitatẽ ſuorum finiũ: licet ſubiectũ ſit idẽ, ſ. nutrimẽtũ: & eſt neceſſe vt iſtæ actiones ſint attributæ alicui virtuti animæ. Et, cùm ita ſit, neceſſe eſt vt hoc principiũ animæ, ſ. virtus nutritiua, ſit virtus, quæ põt cõſeruare ens in ſua forma ſm diſpoſitionẽ, i. ſm aliquã diſpoſitionem conſeuationis. Et d. hoc. quia ſunt aliquæ virtutes, ꝙ cõſeruãt eẽ ſm oẽm diſpõnẽ, & oẽs ptes eius eodẽ mõ, ſ. virtutes corporũ cęleſtiũ. D. d. Et nutrimẽtũ eſt illud, ꝑ quod præparat, &c. i. & nutrimẽtũ eſt inſtm, ꝑ quod facit hãc actionẽ. & ideo 6 cùm iſta virtus caret nutrimento, tunc nõ habet hanc actionem, quemadmodum Carpentarius, cùm caret ſerra, tunc non poteſt ſecare.

Virtutes corporũ cœleſtiũ cõſeruant eẽ ſm oẽm diſpõnẽ, & oẽs partes eius eodẽ mõ. idẽ 1. Cœ. 22. & 1. cæ. de ſubſa orb.

Quoniam autem ſunt tria, quod alitur, quo alitur, & alens: alẽs quidem eſt prima anima: quod uero alitur eſt habens hãc corpus: quo vero alitur alimentum. quoniam autem à fine appellari omnia iuſtum eſt: finis autem eſt generaſſe quale ipſum, erit vtiq; prima anima generatiuum quale ipſum.

Sed uide opp. in. ſ. c. de ſubſa orb. vbi vidicere per manentiã cęli nõ eẽ a virtute. Vide com. 22. 2im.

Cum autem tria ſint, quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit: id quidem quod nutrit, eſt prima anima: quod uero nutritur, corpus quod eam habet: quo autem nutritur, alimentum. ſed quia à fine appellare omnia par eſt, finis autem eſt generare quale ipſum eſt, erit prima anima generatiuum talis quale ipſum eſt.

Sunt igitur tria, nutribile, & perquod hoc nutritur, & nutritiuum.

A uum. nutritiuum igitur eſt prima aĩa: nutribile autẽ corpus: illud vero, per quod nutritur, eſt nutrimentum. Et, quia oportet vt omnia ſint vocata ex ſuis finibus: & finis eſt generare ſimile. ideo prima anima eſt generans ſimile.

Cũ deſcripſit hoc principiũ aĩæ, & deſcripſit nutrimẽtũ, reuerſus eſt ad diſtinguẽdũ intẽtiones iſtorũ noĩum, quæ denoĩant à nutrimento, & d. Sũt igitur tria, &c. i. & manifeſtũ eſt ꝙ ſe tria eẽ diuerſa ſm diuerſitatẽ reſpectũ relatiuarũ. quorũ vnũ eſt nutribile, & ſm illud, ꝙ quod nutrit: tertium aũt eſt nutriẽs. Et iã declaratũ eſt ꝙ illud, quod nutrit, eſt aĩa cui attribuitur hæc actio: vnde manifeſtũ eſt ꝙ nutriẽs eſt aĩa principia aliarũ virtutũ, quæ attribuunt nutrimẽto. Et intẽdit hic ꝑ primã priorẽ naturaliter: & ꝙ nutribile eſt corpus: & illud, ꝙ quod nutrit, eſt cibus. D. d. Et quia oportet vt oĩa. i. quia oportet vt oĩa appellentẽx ſuis finibus, cũ hæc cã finalis ſit dignior eſſentiæ rei oĩbus cauſis, neceſſe eſt vt aĩa nutritiua deſcribatur ꝑ actionẽ, quæ eſt ſuus finis, & eſt generare ſimile, nõ per actionem 8 nutriendi, quæ eſt cõſeruare, vt prædiximus. Dicẽdũ eſt igitur ꝙ anima nutritiua eſt virtus, quæ eſt innata generare à cibo ſibi ſimile indiuiduo, in quo exiſtit in ſpecie: cùm omnes ſuæ actiones non ſint niſi, ꝓp hanc virtutem. & hoc manifeſtum eſt in plantis, & animalibus.

Cã finalis ẽ dignior oĩbus cauſis. Idẽ. 3. Me. c6. 3

Eſt autem quo alitur dupliciter, ſicut & quo gubernatur & manus & temo, hoc quidem mouens & motum, illud autem mouẽs ſolum. omne autem alimẽtum eſt neceſſarium decoqui: operatur autem decoctionem calidum. vnde omne animatum habet calorem. figuraliter quidem igitur alimentum quid ſit dictum eſt, certificandum autem de ipſo poſterius in propriis rationibus.

Duplex porro eſt id quo nutrit, vt etiam id quo gubernat. ſ. manus & temo. aliud quod mouet & mouetur, aliud quod mouet tantummodo. omne autem alimentum neceſſe eſt concoqui poſſe: efficit autem concoctionem calidum: quamobrem omne animatum habet calorem. Ac alimentum quidem quid ſit, dictum eſt adumbratione quadam: de quo poſt idoneo loco apertius agemus.

Et illud, per quod nutritur, eſt duplex: quemadmodum illud, per quod gubernatur nauis, & manus, & remus. quorum vnum eſt motor & motum, & aliud eſt mouens tantum. Et oportet neceſſario vt omne nutrimentum poſſit digeri. & faciens digeſtionem eſt calidum. vnde omne animatum habet calorem. Iam igitur diximus ſecundum deſcriptionem quid ſit cibus. & poſt exponemus ſermonem in eo.

Cũ demõſtrauit modos actiõis aĩę nutritiuę, & deſcripſit eã, & dſcripſit nutrimẽtũ, incœpit declarare mõ inſtm primũ, ꝙ quod iſta aĩa agit in cibum. iã. n. fuit dictum vſt ꝙ definitio aĩæ eſt pfectio corporis organici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et.d. Et illud, per quod nutritur, &c. i. & illud, p quod cõpletur actio nutrimenti, est duplex. s. primum mouens, quod nõ mouet cũ mouet: & primum mouẽs, quod mouet & mouetur. & est illud, quod est de primo motore quasi subiectũ. & primus motor de eo quasi forma. Et de hoc, quod dixit, quædam declarauit hic, & quædam in sermonibus vlibus. Quod igitur declaratum est hic, est ꝙ aïa nutritiua est primũ mouẽs in cibo, quod agit in cibo per calorem, per quem fit digestio. Vtrum aũ oportet vt moueat, & non moueatur, fm ꝙ est primum mouẽs, & ꝙ calor moueat, ita ꝙ mouea' à primo motore, hoc declaratum est in sermonibus vlibus. declaratum est enim illic ꝙ omnis primus motor, si fuerit corporalis componitur ex motore non moto, & ex motore moto, fm ꝙ componũtur res ex materia & forma. Sed est dubitatio in hoc, quod dixit, Motus enim virtutis nutritiuæ est in capitulo alterationis: & illud, quod mouetur ex se, quod componitur ex motore non moto, & ex motore moto, non inuenitur nisi in motu locali. In motu autẽ alterationis non inuenitur motum ex se. nõ enim est necesse ꝙ primũ alterãs corporeum alteret, & tunc alteret, sicut est necesse in primo motore corporeo. s. vt non moueatur, nisi moueatur. Quo igitur dixit hic ꝙ alterũ eorũ est mouẽs & motũ, & alterum mouẽs tm: & dedit exẽplum de rebus mouẽtibus in loco? &, si hic esset locutus de motu locali aïalium, tũc exemplum esset verum. Dicamus igitur qm propinquum alterans cibum debet esse corpus manifestum est. Quoniam vero corpus alterans non sufficit in essendo primum mouens illud motum, declaratum est prius, qñ d. ꝙ calor non sufficit in agendo actionẽ alteratiuam terminatã, nisi sit illic alia virtus, quæ nõ est corpus, sed est in corpore. corpus igit', quod est primũ alterãs, cõponitur ex alterante, quod nõ alteratur. s. aïa, & ex alterante alterato. s. calore naturali. Declaratum est igit' ꝙ illud, per quod fit nutrimẽtum, ex duplex. s. alterans non alteratum (omne enim alteratum est corpus) & illud est anima, & est alterans alteratum. s. calor naturalis. Hoc igitur nomen motus large, & vniuersaliter accipitur in hoc loco. & fm hanc expositionem non indigetur illo, quod declaratum est in illo sermone. s. ꝙ primus motor in loco cõponitur ex motore non moto, & ex motore moto. Et possumus dicere ꝙ calor naturalis non alterat cibum, nisi primo moueat in loco. declaratum est enim ꝙ motus localis antecedit cæteros motus: & maxime illum motum, qui est terminatus, s. qui alterat rem in alia hora, & alia nõ & etiam non alterat tm, sed attrahit & expellit cibum. & hoc est motus localis. Et fm hanc expositionem erit demõstratio manifesta. Sed prima expositio videtur magis conuenens. & etiam fuit exemplum largiter acceptum, manus enim non est primus motor nauis, qui nõ mouetur, sed ipse gubernator. Et, cũ declarauit ꝙ aïa nutritiua est forma in corpore, cũ propinquum alterans corpus, quod est cibus, necessario debet esse corpus: & ꝙ forma sit alterans non alterata, cũm sit non corpus: & ꝙ corpus alterans est alteratum, incepit declarare quid est hoc corpus, & d. Et oportet necessario vt omne nutrimentum, &c. idest & oportet necessario vt omne nutri-

Docuñ.

In. 8. ph. a 37. vsq; ad 44. & maxime 43.

Digressio. Obiectio.

Idẽ habe a nima. 26. &. 8. phy. 20. &. 60.

Prima solutio.

Supra tex. cõ. 41.

Secunda solutio. 8. ph. a. 55 vsq; ad. 61

Exponit se cũda partem tex.

mentum, quod iam est nutrimentum in actu, digeratur per corpus alterans, quod est instrm aïæ nutritiuæ. &, cũ hoc corpus debet esse alterans, & digerens: & tale est corpus calidũ: vnde Antiqui dixerunt ꝙ ignis nutritur: oportet necessario vt oẽ habens aïam nutritiuã habeat caloẽ: sed non absolute, immo calorem naturalem. declaratõ est enim in Quarto Meteororum quod illud, quod facit digestionem, est calor conueniẽs illi enti, non extraneus. D.d. iam igitur diximus fm descriptionem. i. vt & largiter, &c. i. & cõplementum sermonis in vnaquaq; parte eorum, ex quibus constituitur nutrimentum, exponendum est post in loco conueniẽti. Et dixit hoc: quia sermo de nutrimento, & augmento non perficitur nisi in pluribus libris. In libro. n. de Generatione & corruptione determinatus est motus augmenti & diminutionis. In Meteororis autẽ determinati sunt modi calorum, & modi actionum, vt decoqui, & alterari. Et in hoc libro etiam declaratus est primus motor in istis motibus. Et in libro etiam de Animalibus determinatum est quot sunt instrã istius virtutis vnoquoq; animah: & quo completur actio per ipsam in vnoquoque eorum: & per quot membra: & quomodo seruũt illi illa membra: & quæ sit proportio eorum in ista actione adinuicem, & huiusmodi. & ideo dixit quod illud, quod declaratum est hic de nutrimento, non est nisi primus motor, & primum instrumentum.

Sermo de nutrimento & augmento non perficitur nisi in pluribus libris.

SVMMA QVARTA.

De potentia Animæ sensitiua.

Sensum passionem esse, eumque aliquando potentia, aliquando uero actu esse: pati autem tum à simili, tum uero dissimili. Cap. 1.

DEterminatis autem his dicamus communiter de omni sensu, sensus autem in ipso moueri & pati aliquid accidit, sicut dictum est: videtur enim quædam alteratio esse, aiunt autem quidam & simile à simili pati. hoc autẽ quomodo possibile aut impossibile, dictum est in vniuersalibus rationibus de agere & pati.

Nos exponentes de omni sensu communiter disputemus. sensus sit dum aliquid mouetur aut patitur, ut dictum est. uidetur enim esse alteratio quædam. sunt etiam qui dicant simile a simili pati. id uero quomodo possibile sit aut impossibi, dictum est in uniuersalibus sermonibus de agendo & patiendo.

Et, cũm iam determinauimus ista, dicamus iam in omni sensu vniuersaliter. Dicamus igitur quòd sentire accidit secundum motum, & passionem aliquam, sicut diximus. existimatur enim ꝙ sensus sit aliqua alteratio. Et quidem dicunt quòd simile patitur à suo simili, & dissimile à dissimili. & iam diximus in sermonibus

vniuersalibus de agere, & pati, quomodo possunt fieri, aut nō fieri. & in hoc loco etiam locuti sumus de eo.

51 Primū cō siderandū d sensu ē vtrū sit numerandus † virtutibus actiuis, & passiuis. *Sēsus ē d virtutibus passiuis. Idē in cō. seq. & 3.t. co. 59. & 60. Idē 1. de Aia cō. 18. auctoritate Alex. Idē. 7. Ph. cō. 12. sed vid op po. cō. 37. & in hoc sēcō, vbi dicit anima ē causam effectiuā cuiuslibet motus tā veri, q̄ existimati. vi de contra. Zim. †3.t.c. 57. & 3. hº. 1. c. 28. *1. de Ge. t.c. 46. & infra.

Cùm fuit locutus de virtute nutritiua, incœpit loqui de sensibili, & primo de illo, quod commune est omnibus sensibus, & d Dicamus igitur q̄ sentire, &c. 1. dicamus igitur quòd sentire fit per aliquam passionem, & motum in sensibus à sensibilibus, nō per actionem sensuum in sensibilia. hoc enim est primum consyderatum de sensu, scilicet verum sit numerandus in virtutibus actiuis, aut passiuis.* Et, cùm posuit ipsum in genere virtutum passiuarum, dedit causam istius existimationis, & d. existimatur enim, &c. 1. & diximus quòd sensus fit secundum passionem: quia existimatur quòd sensus alterantur à sensibilibus aliquo modo alterationis. Et dixit aliqua, vt notet proprium, quia † post declarabitur quòd ista trā mutatio non dicitur alteratio, nisi multipliciter. Deinde dicit. Et quidā dicunt quòd simile, &c. 1. &, cùm posuerimus quòd genus sensus est passio, consyderandum est in quibus existimatur passio. quidam enim dicūt simile pati à suo simili; & quidam econtrario, scilicet q̄ contrarium patitur à suo contrario. Et intendebat hic per sermones vniuersales librum de Generatione & corruptione. * & non sufficit ei, quod declaratum fuit in illo libro, quia sermo hic videtur magis proprius. subiectum enim, de quo loquitur hic, magis proprium est subiecto, de quo loquebatur illic. & primo incœpit dare dubitationem in hoc, quod posuit, quòd sensus est de virtutibus passiuis, non actiuis.

Habet autem dubitationem propter quid sensuum ipsorū non fit sensus, & quare fine his quæ sunt extra non faciunt sensum, in existente igne, & terra & aliis elementis. quorum est sensus per se, aut secundum accidentia his. Manifestum igitur q̄ non est actu, sed potentia tantum. vnde non sentiunt: sicut combustibile nōn comburitur ipsum à se ipso fine combustiuo: combureret enim se ipsum, & nihil indigeret actu ignem esse.

Sed oritur quæstio, cur non sensuum quoq; ipsorū nō sit sensus, & cur sine iis quæ sunt extra non efficiunt sensum. cum insit & ignis & terra, & reliqua elementa quorum est sensus per se, aut ea quæ ipsis accidunt: perspicuum igitur est sensitiuum non esse actu sed potentia tantummodo: qua propter non sentit: quemadmodum res cremabilis non cremat ipsa per se, sine eo quod uim habet cremādi: se enim ipsa cremaret, nec actu ignis indigeret.

Sed est irrationabile, quare sensus non sentiunt se: & quare etiā nullus sensus agit absq; extrinseco, & ex eis sunt ignis, & terra, & alia elemēta, & sunt illa, quæ cōprehenduntur à sensu per se, & accidentia contingentia eis. Dicamus igit q̄ sensus non est in actu, sed tantum

tantum in potentia. & ideo non sentimus. quemadmodum combustile non comburitur à se absq; comburente. &, si hoc nō esset, combureret se, & non indigeret quod ignis esset in actu.

Cùm posuit sensum esse de virtutibus passiuis, incœpit dubitare dubitationem * cogentē vt sit de passiuis, non de actiuis. & hoc, si non intendit per existimationem certificationem. multoties enim vtitur existimatione pro certitudine. Et di. Sed est irrationabile, quare sensus non sentiunt se. ideſt vt mihi videtur, sed est irrationabile, cùm posuerimus q̄ virtutes sensitiuæ sunt actiuę, dicere quare sensus non sentiunt ex se absque extrinseco. necesse enim est, si virtutes sensus essent actiuæ, vt sentirent ex se: & non vt indigerent in sentire aliquo extrinseco. Deinde di. & ex eis sunt ignis, & terra, & alia elementa. ideſt & sensuum quidam attribuitur in sua compositione vnicuique elemento: & ista sunt sensibilia, oportet igitur vt sentirent se. & hoc intendebat, cùm d. & accidentia contingentia eis ideſt cōtingentia istis sensibilibus, ex quibus componuntur instrumenta istorum sensuum. Et, cùm narrauit quod est irrationabile dicere quare sensus non sentiunt absque exterinsecis, si posuerimus sensus esse ex virtutibus actiuis, incœpit narrare modum, secundum quem erit responsio huic quæstioni, & dixit. Dicamus igitur quòd sensus non est in actu, sed in potentia, &c. ideſt dicamus igitur in respondendo quòd sensus non est ex virtutibus actiuis, quæ agunt ex se, absq; eo quòd indigeāt in actione, quæ prouenit ab eis, motore extrinseco: sed, quia sunt ex virtutibus passiuis quæ indigent motore extrinseco, & ideo non sentiunt ex se. quemadmodum combustibile non comburitur ex se absque motore extrinseco, scilicet igne. & quemadmodum combustibile, si esset combustibile ex se, tunc possibile esset vt combureretur sine igne extrinseco existēte in actu: sic sensus, si sentirent ex se, secundum quod sunt virtutes actiuæ, tunc possibile esset vt sentirent absque extrinseco. Et debes scire quòd hæc est † prima differentia, qua virtutes animæ differunt ab inuicem: & est principium consyderationis de intellectu, de alijs virtutibus. virtus autem nutritiua manifestum est ex prædictis, quòd est ex virtutibus actiuis.

Quoniam autem sentire dicimus dupliciter: potentia enim audiens & videns, audire & videre dicimus, & si forte dormiens: & quod iam operans: dupliciter vtiq; dicetur & sensus: hic quidē sicut potentia, ille autem sicut actu. similiter autē & sentire, quod q̄ potentia ens, & quod actu.

Sed cum sentire bifariā dicatur, quod enim potentia audit videtq;, id audire & videre dicimus, quamus forte dormiat: & quod iam operatur, sensus quoq; bifariā dicetur, partim ut potētia, partim ut actu. similiter etiam sentire: & quod potentia est, & quod actu.

Et,

*a.l. cōsiderantem.

Existimatio q̄que sumit pro certitudine. Idē. 1. huius. c. 19.

Ex hoc loco colligit q̄ sensatio sensus exterioris fiat sine p̄dicta sensibilū exteriorum, cōsilio vi[illegible] ista. t. c. [illegible] & 60. & cō. 156. Sed vide oppositū in Aver. sup. com. suo ā sono & vigesimo dubium, vbi hēt q̄ dormiens sentit se videre, & audire, & olfacere, & gustare, & tangere sine aliquo extrinseco sensibili. Vide cōm. Zim.

Et quia dicere quod aliquid sentit est duobus modis: quod ens ℘ in potentia audit, & videt, dicimus imperium audire, & videre licet sit dormiens: & illud. quod peruenit ad agere, dicimus in eo hoc: vnde sensus dicitur potentia, & actu. Et similiter oportet vt sentire etiam dicatur duobus modis, de potentia, & actu.

53 Cum declarauit quod sensus est ex virtutibus passiuis non actiuis: & ista habent duplex esse, ſ. esse in potentia, antequam virtutes eius perficiantur à motore extrinseco, & esse in actu, quãdo fuerint perfectæ & iuuentæ in actu à motore extrinseco: incœpit declarare quod hęc duo cõtingunt virtutibus aĩæ, & d. Et quia dicere quod aliquid sentit, &c. i. &, quia manifestum est per se quod dicere quod aliquid sentit est duobus modis. Quorum vnus est cum dixerimus in aliquo audienti, & videnti in potentia, quod audit, & videt: vt dicimus de dormiente. & hoc intendebat, cum dixit. quod enim in potentia audit, & videt, &c. i. qđ. n. est in potentia propinqua audiens, & videns dicitur secundum consuetudinem ℘ audiens, & videns: licet sit dormiens, qui est magis remotus alijs modis potentiæ. quod enim est in obscuro est videns in potentia. sed ista potentia est propinquior actui. quam potentia, quę est in visu dormiẽtis. D.d. & illud, quod peruenit ad agere, dicimus in eo hoc i. & illud, quod peruenit de rebus sensibilibus vt videat, & audiat, & vſr sentiat, dicitur quod audit, & videt, & vſr sentit. Et cum declarauit quod hoc nomen sensus dicitur de vtraque intentione, dixit. Et sic oportet vt sentire etiam dicat duobus modi, de potentia, & actu, &c. i. & similiter oportet vt sentire, ℘ est actio sensus. dicatur etiam duobus modis, sicut de habitu, & forma, ex quibus prouenit sentire.

Sensus est duob⁹ mo dis, i potẽtia ſ. & in actu. Idẽ infra t. cõ. 138. 139. & 141. & 142. & & 156.

Potẽtia visus exĩtis i obscuro est, propinquę actui, q̃ potẽtia, q̃ est i visu dormiẽtis

Primum quidem igitur tanquam idem sit pati & moueri, & agere, & mouere, dicimus. & nanq; motus est actus quidam, imperfectus tamen, sicut in alteris dictum est. omnia autem patiuntur & mouẽtur ab actiuo, & actu entes: vnde est quidẽ tanquã à simili ℘ pati, est autem, vt a dissimili: sicut diximus. patitur quidem enim quod dissimile: passum autem simile est.

SOPH. *Ac primum tanquam idem sit pati & moueri operariq; dicamus. etenim motus est actus quidam, sed imperfectus, ut in aliis dictũ est. omnia autẽ patiuntur & mouentur ab efficiente & eo quod actu est: iccirco partim a simili patiuntur, partim a dissimili, quemadmodum diximus: patitur enim quod dissimile est, ubi autẽ passum est, simile est.*

Sermo igitur noster primo non est secundũ quod pati, & moueri est idem cum agere, & mouere. Motus enim est aliqua actio sed nõ perfecta, vt dictum est in alijs locis. & omne quod patitur & mouetur, non paritur, & mouetur nisi ab aliquo agẽte in actu. Et ideo pati quandoq; est à simili, quandoque à dissimili. & secundum

A cundum quod diximus, dissimile est illud, quod patitur: &, postquam patitur, fit simile.

54 Cũm declarauit sensum esse ex virtutibus passiuis, & quòd est duobus modis, dixit. Sermo igitur noster, &c. ideſt & magna differentia est inter sermonem de sensu, opinando in eo quòd est virtus passiua, & sermonem de eo, opinando quòd est virtus actiua. sermo enim de aliquo, ſm quòd opinamur in eo quòd suum esse est pati & moueri, alius est a sermone in eo, secundum quòd opinamur quòd suum esse est agere & mouere. Et, cum narrauit hoc, dedit differentiam inter vtrunque, & d. Motus enim est aliqua actio, sed non perfecta. ideſt & hec duo genera essendi sunt diuersa. esse enim vnius generis est de genere esse motus: & iam declaratum est quòd motus est actio nõ perfecta: est enim perfectio alicuius existentis in potentia ſm quòd est in potentia: esse autem alterius generis est actio perfecta. Deinde dedit aliam differentiam inter vtrũq; & d. & omne, quod patitur, & mouetur &c. ideſt & differunt etiam, quoniam omne numeratum in genere passionis nõ habet esse nisi ab aliquo, ſ. agente. &, iõ, ſi agens non fuerit, hoc non erit. omne autem numeratum in genere actionis habet esse ex se, non ex alio. D.d. Et ideo pati q̃q; est a simili, &c. i. & quia esse virtutũ passiuarũ est admixtũ ex potentia, & actu. passiuum enim antequam patiatur, est contrarium agenti. & cum passio completur, est simile agenti. &, dum patitur, est admixtum. non enim cessat dum mouetur, corrumpi in eo pars cõtrarij, & fieri pars similis. Et manifestum est quod qui non intellexerit virtutes passiuas ſ rali esse, non poterit dissoluere prædictam quæstionem: neque etiam qui non concesserit quod virtutes sensus sunt de virtutibus passiuis. Potest ẽt dicere vtrum sensibile sit simile, aut contrarium. & hoc est fundamentũ & oportet vt conferatur, sicut diximus in alijs virtutibus animæ, & maxime in virtute rationabili, sicut apparebit post.

Passiuum añq̃ patiatur ẽ cõtrariũ agẽti. & cũ passio cõpleſ, ẽ sile agenti, & dum patiſ, ẽ admixtũ ſilꝫ & contrario cõsile ſ. t. cõ. 45. & 1. de Gener. t. c. 48 & 49.

B Dicendum autem, & de potentia & de actu. nunc enim simpliciter dicimus quæ habemus de ipsis. est quidem enim sic sciens aliquod, sicut si dicamus hominem scientem, q̃n homo scientiũ & habentium scientiam. est autem sicut iam dicimus scientẽ habentem grammaticam. vterq; autem horũ non eodem modo possibilis est, sed hic quidem quoniam genus huiusmodi, & materia est ille autem quia volens, possibilis est considerare, nisi aliquid prohibeat exterius.

Distinguendum etiam est de potentia & actu: nunc enim simpliciter de eis loquimur. partim enim sta sciens quidpiã est, quasi dicamus hominem scientem, quoniam eiusmodi est humanum genus, ut sciat & habeat scientiam: partim iam dicimus scientem, cum qui habet grammaticam: uterq; autem horum non eodem modo potest: sed unus quidẽ,

quia

quia genus ac materia talis est: alter uero quia cum uoluerit potest con D
templari, nisi aliquid prohibeat externum.

Et oportet nos determinare ẽt potentiam, & perfectionem: q̃m in hoc loco locuti sumus de eis simpliciter. Dicamus igit̃ q̃ intendimus, cum dicimus q̃ aliquid, v.g. homo, est sciens, q̃ hõ est de habentibus sciam. Et q̃nq̃ dicimus hoc, sicut dicimus de eo, qui iam acquisiuit scientiam grammaticæ, q̃ est sciens. Sed potentia in vtroq̃ istorum non est eodem modo. sed potentia primi est qa suum genus est tale: secundi autem est, quia, cum voluerit, potest inspicere, dum aliud extrinsecum non impediat ipsum.

55 Cùm declarauit quòd sensus dicitur duobus modis, potentia, s. & actu: & etiam vtrunque istorum dicitur duobus modis, incœpit determinare hoc, & d. Et oportet nos determinare etiã, &c. ideſt & oportet nos, cum sciuerimus quod sensus inuenitur duobus modis, potentia, s. & actu, de- E
terminare intentiones, de quibus dicitur potentia, & perfectio, & actus simpliciter: cũ in hoc loco non sumus locuti de eis nisi simpliciter. Et, cùm dedit causam, propter quam oportet loqui in hoc loco de potentia, & actu simpliciter, s. quæ existunt in sensu simpliciter, dixit Dicamus igitur quod intendimus, &c. i. dicamus igitur quòd manifestum est quòd, cum dixerimus quòd aliquid est tale in potentia, quòd hoc intenditur duobus modis, aut sicut dicimus quod homo est sciens in potentia, ideſt innatus scire: aut sicut dicimus in sciente grammaticam in actu, quòd est sciens in potentia, quando non vtitur sua scienta. Et, cùm declarauit istos duos modos potentiæ, dedit differentiam inter eos, & d. Sed potentia, quæ est in vtroq;, non est eodem modo, &c. ideſt sed intentio potẽtię in vtroq; eorum non est eodem: sed, cum dicimus, quòd ignorans est sciens in potentia, intendimus quòd genus eius, & materia est receptibile scientię. Et, F
cùm dicimus in sciente grammaticam q̃ est sciens in potentia, dicimus quod habet potentiam consyderandi grammaticam, cum voluerit.

Iam autem cõsiderans, actu ens & proprie sciens hanc literam A. Ambo quidem igitur primi fm potẽtiam scientes sunt: sed hic quidem per doctrinã alteratus est, & multotiens ex contrario mutatus habitu. hic autem ex eo quod habet sensum aut grammaticam, non agere autem, in agere alio modo.

1 OPH. *Atuero qui iam speculatur, actu est & proprie sciens hoc A. Ambo igitur priores illi, potentia quidem sunt scientes, sed alter quidem per disciplinã alteratus, & sæpius ex contrario mutatus habitu: alter uero ex eo quod habeat sensum uel grammaticam, & non operetur, ad operandum alio modo.*

Qui

A Qui aũt consyderat est in perfectione, & in rei veritate sciens hoc. Illi igitur duo primi sunt scientes in potentia. sed alter eorũ, cum alterabitur per doctrinam, & mutabitur multotiens ex habitu ad dispositionem contrariam. alter autem, cùm mutabitur ex habere sensum, aut scientiam grammaticæ, sed non intelligit, quousq; agat modus igitur eius est alius.

56 Ideſt sciens autem grammaticam, consyderando in ea, est sciens secũdum vltimam perfectionem: & tale dicimus sciens in rei veritate. hoc autem, de quo consyderat non in eo quod scit illud, si nõ consyderat actu de eo. Deinde di. Illi igitur duo primi sunt scientes in potẽtia, scilicet ignorans, & sciens, quando non vtitur sua scientia. D.d. sed alter eorum &c. sed alter eorum mutabitur ex potentia in actum, eũ alterabitur per doctrinã, & mutabitur multotiens ex habitu ad dispositionẽ contrariã, & ex dispositione contraria habitũ, quousq; habit⁹ sit firm⁹, & fixus. Et intendit per habitũ formã scientiæ: & per dispositionem contrariã ignorantiam. D.d. alter autem cum mutabitur ex habere sensum, aut scientiã grãmatici ex, sed non intelligit, quousq; agat. ideſt & alter exit de potentia in actũ, & in vltimam perfectionem, quando mutabit̃ ex habere sensum in actu, aut scientiam grammaticæ in actu in tempore, in quo non intelligat ab eo, quousq; agat ab eo. modus igitur istius virtutis est alius modus.

Non est autem simpliciter neq; agere neq; pati. sed aliud quidẽ corruptio quædam à contrario: aliud autẽ salus magis eius quod potentia, ab eo quod est actu & simili, sic sicut potẽtia se habet ad actum. speculans enim fit habens scientiam: quod vere aut non est alterari: in ipsum enim additio est & in actum: aut alterum genus alterationis est.

Pati quoq; non est simplex, sed aliud est corruptio quædam à contra- C
rio: aliud salus potius eius quod est potẽtia, ab eo quod ẽ actu & simili: quomodo potentia se habet ad actum: cõtemplans enim fit quod habet scientiam: quod sanè aut non est alterari: nam in ipsum fit acceßio, & in actum: aut certe aliud est genus alterationis.

Et passio etiam non est simplr. sed quædã est aliqua corruptio à contrario. & quedam videtur magis esse euasio eius, quod est in potentia, ab eo, quod est in actu: & est sic. Ista igitur est dispositio eius, quod est in potentia apud perfectionem. non enim consyderat nisi habens scientiam. & hoc aut non est alteratio, additio enim ipso est ad perfectionem: aut est aliud genus perfectionis.

57 Et hoc nomen passio non significat eandem intentionem simplicem, sed quædam est passio, quæ est corruptio patientis à contrario, à quo patitur: vt passio calidi à frigido, & humidi à sicco. D.d. & quædam videtur

detur magis,&c. ideſt etiam eſt paſſio, quæ eſt euaſio patientis in potentia ab eo, quod eſt in perfectione, & actu, ſm q̃ illud, quod eſt in actu eſt ſimile non contrarium, ſ. extrahens ipſum à potentia ad actum, econuerſo diſpoſitioni in prima paſſione. D.d. Iſta igitur eſt diſpoſitio, &c.i. & iſte vltimus modus paſſionis eſt diſpoſitio eius, quod eſt in potentia ex anima apud perfectionem mouentem illud, quod eſt in potentia, & extrahentem eam in actum non ſm primum modum paſſionis. D.d. non enim conſyderat, &c.i. & iſte modus paſſionis eſt ex modo, qui eſt euaſio patientis ab eo, quod eſt in actu, mouens ipſum, non corruptio eius. non enim conſyderat in aliquo, poſtq̃ non conſyderabat, niſi qui ſcit illud. & hæc non eſt alteratio ſm primam intẽtionem, quæ eſt corruptio patiẽtis. D.d. additio. n. in ipſo eſt ad perfectionem, &c.i. &, quia iſta trãſmutatio non eſt ex non eſſe, ſed eſt additio in tranſmutabili, & ire ad perfectionẽ, abſq; eo q̃ ſit illic corruptio, aut mutatio ex non eſſe, ponitur ſicut mutatio ex ignorantia ad ſcíam. Et quaſi intendit q̃ hoc eſt magis remotum à vera alteratione duobus modis, alteratio enim, quæ eſt euaſio patientis, eſt duplex: alteratio ſ. de non eſſe ad perfectionem, & alteratio de prima perfectione ad vltimam. & hæc eſt additio, quã innuit. D.d. aut eſt aliud genus alterationis. i. & iſte modus, qui eſt euaſio patientis, aut dicetur alteratio, aut erit aliud genus alterationis.

Vnde non bene habet dicere ſapientẽ cũm ſapiat, alterari: ſicut neq; ędificatorem cũm ędificat. In actum quidem igitur ducẽs ex potentia ente ſm intelligere & ſapere, nõ doctrinam, ſed alterante habere denominationem iuſtum eſt: Ex potentia autem ente addiſcens & accipiens ſcientiam ab actu ente & didaſcalo, aut neq; pati dicendum, ſicut dictum eſt, aut duos eſſe modos alterationis, & eam quæ in priuatiuas diſpoſitiones mutationem, & eam quæ in habitus & naturam.

SOPH. *Quamobrem non recte ſe habet dicere id quod ſcit cũ ſcit, alterari: quemadmodum nec ædificatorem cum ædificat. Quod igitur ad actum ducit ex eo quod eſt potentia intelligens & ſciens, id nõ doctrinam, ſed aliam habere appellationem meretur: quod autem cum ſit potentia diſcit & comparat ſcientiam ab eo quod eſt actu, & docet, id uel nõ eſſe dicendum pati, quemadmodum diximus, aut certe duos eſſe alterationis modos: uidelicet mutationem eam quæ ad priuatiuas ſit diſpoſitiones, & eam quæ ad habitus & naturam.*

Et ſimiliter non eſt rectum dicere in eo, quod intelligit, quãdo intelligit, q̃ alteratur, ſicut non dicitur q̃ ædificator, cũ ædificat, alteratur. Qui autem reuertitur ad perfectionem ab eo, quod in potentia exiſtit in capitulo intelligendi, non eſt rectum vt vocetur diſciplina, ſed oportet ponere ei aliud nomen. Qui autem addiſcit,

A ſcit, poſtquã fuit in potẽtia, & accepit ſciam ab eo, qui eſt in perfectione doctor, oportet, aut vt nõ dicaẽ oĩno pati, aut vt dicaẽ q̃ alteratio eſt duplex, tranſmutatio, ſ. ad diſpoſitionem non eſſe, & tranſmutatio ad habitum & naturam.

Et ſimiliter non eſt rectũ dicere in eo, qui venit de ignorantia ad ſcientiam, cuius diſpoſitio dicitur diſciplina q̃ alteratur: ſicut nõ dr̃ hoc in eo, qui mutatur ex hoc, q̃ non operatur ab habitu exiſtente in eo in actu, ad hoc vt agat ab eo: vt Carpentarius, qui mutatur à non carpentari ad carpentari. Et hoc exemplum inuenimus in ali translatione. D.d. Qui autem reuertitur ad perfectionem, &c.i qui autem acquiririt perfectionem de ſcientia poſt potentiam ſm reuerſionem ad illud, quod iam acquiſierat primo, deinde amiſit ipſum, non debet dici illo nomine quo dicitur ille, qui eſt in potentia primo ſemper, & nunquam lucratus fuit illud quod dicitur diſciplina: ſed iſte modus debet habere aliud nomen. & iſte modus quem innuit, dicitur rememoratio. Et dixit hoc quia Plato opinabatur quòd diſciplina, & rememoratio idem ſunt. D.d. Qui autem addiſcit, poſtquam fuit in potentia. i. tranſmutatio autem ex ignorantia in ſcientiam à doctore, qui eſt ſciens in perfectione, & in actu, neceſſe eſt aut vt non vocetur alteratio, aut vt dicatur q̃ alteratio eſt duobus modis. Quorum vnus eſt tranſmutatio, quæ fit in diſpoſitionibus non eſſe in patiente ab agente: Et alius eſt tranſmutatio, quæ fit in diſpoſitione habitus, & formæ exiſtentis in patiente ab agente. & iſta eſt paſſio, quæ eſt corruptio patientis, non euaſio. & hoc eſt illud, quod dixit ante, aut eſt aliud genus alterationis.

Plato opinabat q̃ diſciplina, & rememoratio idẽ ſũt. idẽ 3. de aĩa c. 20. & 7. Phy. c. 20. idẽ 1. Me. 48. & 49. idẽ 7. Me. có. 58.

Senſitiui autem prima quidem mutatio fit à generãte: cũm autem generatum eſt habet iam ſicut ſcientiam & ſentire. quod añt ſecundum actum ſimiliter dicitur ipſi conſiderare: differt autem quoniam huiuſmodi actiua operationis extra ſunt, viſibile & audibile: ſimiliter autem & reliqua ſenſibilium.

Senſitiui autem prima quidem mutatio fit ab eo quod generat: cũ autem generatum eſt, habet iam tanquam ſcientiam & ſentire. quin etiam quod actu eſt perinde dicitur atq; contemplari: differẽtia tamẽ eſt, quod ea quæ actu ſenſum efficiunt, extra ſunt, uiſibile ſcilicet & audibile, cæteráq; itidem ſenſibilia.

Et prima tranſmutatio ſentientis eſt à generante, ita q̃, cũ fuerit generatum, ſtatim ſentit. Et ſentire eſt ſicut ſcire. & quod eſt in actu eſt ſimile ad conſyderare. Sed tamen differunt q̃ agentia in hoc ſunt extrinſeca, vt viſum, & auditũ: & ſilr alia ſenſibiliũ.

Et prima tranſmutatio ſentientis, quæ eſt ſimilis tranſmutationi hominis de ignorantia ad ſcientiam per doctorem, eſt tranſmutatio, quæ fit per agens generans aĩal non à ſenſibilibus. Et innuit differentiam inter

primam

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Vna perfectio est ab intelligentia agente. Idē. 7. Met. c. 31. & 12. Met. c. 18. ‡ In. 1. de Gene ad lū cap. 3.

primam perfectionem factam in sensu, & vltimā. Opinatur. n. ꝙ prima perfectio sensus fit ab intelligentia agente, † vt declaratur in libro de animalibus. Secunda autem perfectio fit à sensibilibus. D. d. ita ꝙ, cum fuerit factum, &c. i. ita ꝙ, cum prima virtus fuerit facta statim sentiet nisi aliqd impediat, aut sensibilia non sint presentia. & hoc est simile sciæ, quæ est in sciente, qui non vtitur scientia. D. d. Et sentire est sicut scire idest & vltima perfectio sensus, quę est comprehendere sensibilia in actu, & consyderare in eis simile est vti scientia, & consideratione. D. d. & quod est in actu est simile ad consyderare. i. sentire in actu simile est ad consyderare, & scire. D. d. Sed differunt, &c. i. sed prima perfectio sensus differt à scientia scientis, quæ est in actu, qñ non consyderat, in hoc, ꝙ mouens primā perfectionem in sensu, & extrahens in secundam sunt extrinseca sensata, vt visibilia, mouens autem scientem de prima perfectione in secundam est aliquid copulatum cum anima copulatione in esse.

Causa autem est quoniam singularium quidem fm actum sensus, scientia autem est vniuersalium: hæc enim in ipsa quodammodo sunt anima: vnde intelligere quidem est in ipsa cùm velit, sentire autem non est in ipsa: Necessarium est autem esse sensibile. Similiter autem & hoc se habet in scientijs sensibilium, & propter eandem causam: quia sensibilia singularia sunt & exteriorum. Sed de his quidem certificare tempus fiet & in rursum.

SOPH. *Cuius rei causa est, quia sensus qui actu est, singularium est: scientia uero uniuersalium: hæc autem in ipsa quodammodo sunt anima: iccirco intelligere quidem est in ipso cum uoluerit, sentire autem nō est in ipso: necesse enim est adesse sensibile. similiter etiam res se habet in scientijs sensibilium, & ob eandem causam: quia sensibilia singularia & extra sunt. sedde his apertius differendi erit occasio etiam alias.*

Et causa in hoc est, ꝙ sensus in actu comprehendit particularia scientia autem vniuersalia, & ista quasi sunt in anima. Et ideo homo potest intelligere cùm voluerit sed non sentire, quia indiget sensato. Et ista dispositio est etiam in scientia sensibilium. ista est causa est causa eorum, s. ꝙ sensibilia sunt ex rebus particularibus extrinsecis. Sed sermo de istis rebus, & exponere ea erit post, & habebit horam.

60 Idest & causa huius diuersitatis inter sensum, & intellectum in acquirēdo vltimam perfectionem est in hoc, quod motor est in sensu extrinsecus & in intellectu intrinsecus est. quia sensus in actu non mouentur nisi moti, qui dicitur comprehensio à rebus particularib⁹ sensibilibus, & isti sunt extra animam. intellectus autem mouetur ad vltimam perfectionem à rebus vniuersalibus, & istæ sunt in anima. Et dixit & ista quasi sunt in anima. quia post declarabit ꝙ ea, quæ sunt de prima perfectione in intellectu,

A tellectu, sunt quasi sensibilia de prima perfectione in sensu, s. in hoc, ꝙ amb o mouent, sunt intentiones imaginabiles: & istæ sunt vniuersales potentia, licet non actu & ideo dixit. & ista quasi sunt in anima. & non dixit sunt, quia intentio vlis, alia est ab intentione imaginata. Deinde d. Et ideo pōt homo intelligere, &c i. & quia mouentia virtutem rationalem sunt intra animam: & habita à nobis semper in actu: ideo homo pōt consideratare in eis, cum voluerit: & hoc dr formare, & non potest sentire, cum voluerit: quia indiget necessario sensibilibus, quæ sunt extra aīam. B D. d. Et ista dispositiō est etiam, &c. i. & ista dispositio est etiam in nobis in scientia sensibilium: & nos discimus ab eis, quia existunt in sensibus. & causa in esse istius dispositionis in nobis in scientia sensibilium, est eadem causa in esse istorum in ipsis sensibilibus. Et similiter est intelligendum ꝙ dispositio existens in nobis in scientia vniuersaliū est in nobis, quia est in virtute rationali, & quod causa ꝙ sumus per illam hoc modo, est causa quia ipsa est illo modo. Sed, quia sermo in intellectu non est hic manifestus, transmisit nos ad aliud tempus, & dixit. Sed sermo de istis rebus. i. de intellectu. † Et potest aliquis dicere quod sensibilia non mouent sensus illo modo, quo existunt extra animam. mouent enim sensus secundū ꝙ sunt intentiones, cum in materia nō sint intentiones in actu, sed in potentia. Et nō potest aliquis dicere, quod ista diuersitas accidit per diuersitatem subiecti, ita quòd fiant intētione, propter materiam spiritualem quæ est sensus, non propter motorem extrinsecum. melius est enim existimare quòd causa in diuersitate materiæ est diuersitas formarum: nō ꝙ diuersitas materiæ sit causa diuersitatis formaꝝ. Et, cū ita sit, necesse est ponere motorem extrinsecum in sensibus alium à sensibilibus: sicut fuit necesse in intellectu. Visum est igitur ꝙ, si concesserimus ꝙ diuersitas formarum est causa diuersitatis materiæ, ꝙ necesse erit motorem extrinsecū esse. Sed Arist. tacuit hoc in sensu, quia latet, & apparet in intellectu. Et debes hoc consyderare, quoniam indiget perscrutatione.

† Sēsus nō potest sēre, cū voluerit, ga indiget sensibilib⁹ existētib⁹ extra aīam. Idē 7. 1 cō. 59. Idē 3. c. 156. idē 7. Met. cō. 35. sed bñ itelligim⁹ cum volumus: quia mouentia virtutē rōnale sunt intra aīam. Idem. 3. 2. cō. 3. 18. & 36. Digressio. Melius est existimare ꝙ cā i diuersitate materiæ, é diuersit i formarū, q̄ ecōtra, cō fisē 1. de Aīa cō. 53. & 2. Phy. c. 87. Sed vide oppositū. 8. Ph. c. 46. vbi ex diuersitate mātæ arguit diuersitatē formæ. Vide cōtrarium.

C Nunc autem tantum sit diffinitum, quoniam cum non simpliciter sit quod potentia dicitur: sed aliud quidem sicut si dicamus puerum posse militare: aliud autem sicut in ætate existentem: sic se habet sensitiuum.

Verū hoc tantum in præsentia sit distinctum: cum non simplex sit id quod potentia dicitur, sed partim quasi dicamus puerum posse ducē esse: partim ut eum qui per ætatem idoneus sit, sic se habet sensitiuum.

Nunc autem intantum determinetur, ꝙ illud quod dicitur esse in potentia, non est simplr, sed de quodā dicitur, sicut dicitur ꝙ puer potest gubernare exercitum, & de quodam dr, sicut dicitur de experimento, & similiter est de sensu.

Idest summa eius, quod declaratum est ex hoc sermone, & in hoc loco hæc est. Et intendit per simpliciter vnam intentionem. & dixit ꝙ illud,

quod est in potentia, non est vna intentio, sed plures. & d. sed de quodam D
dicitur, &c. idest sed quidam sensus dicitur esse in potentia, sicut dicitur
q puer pōt gubernare exercitum. & ista est potentia prima remota: ex
qua cum fit transmutatio ad propinquam potentiam fit per generans,
non per sensibilia: & est similis potentiæ ignorantis ad scientiam. Dein-
de dixit, & de quodam dicitur, sicut dicitur de experimēto, & similiter est
de sensu. & intendit potentiam, quæ est prima perfectio sensus: & est il-
la, ex qua fit transmutatio ad vltimam perfectionem per ipsa sensibilia. &
est similis scienti, quando non vtitur sua scientia. Et intendit per omnia
ista declarare q potentia sensus, quæ recipit sensibilia, non est puta præ-
paratio, sicut præparatio, quæ est in puero ad recipiendum scientiam: &
q est aliquis actus, sicut habens habitum, quando non vtitur suo habitu.

Quoniam aūt innominata est ipsorum differentia, determina-
tum est autem qm̄ altera, & quomodo altera, vti autē necesse est
ipso pati & alterari tanquā proprijs nominibus. sensitiuum autē E
potentia est quale sensibile iam actu, sicut dictum est. patitur autē
non simile ens: passum autem assimilatum est: & est quale illud.

SOPH. *Sed quia nomine caret eorum differentia, explicatumq; est ea esse diuersa, & quonā pacto diuersa, necesse est nominibus his, pati scilicet & alterari, uti tanquam propriis. sensitiuum autem potentia est tale, quale iam sensibile actu, quemadmodum dictum est. patitur igitur cum non est simile: ubi autem passum fuerit, simile factum est, & tale est quale illud.*

Sed, quia differentiæ eorum non sunt nominatæ, & iam deter-
minauimus de eis q sunt diuersæ, & quomodo necesse est nobis
vti passione, & alteratione, sicut res veræ. Et, sentiens in potētia
est sicut sensatum in perfectione, fm q diximus. Patitur igitur dū F
non est simile, &, cum patitur, assimilatur.

62 Idest, sed quia differentiæ potentiæ, & trāsmutationis existentium in
anima sensibili, & in rebus animatis nō hūt nōia propria, & iam declara
uimus ea esse diuersa, & declarauimus modum, fm quem diuersantur: vi
sum est nobis quòd necesse est, inquantum ista intentio, quam determi-
nauimus de anima, nō habet nomen proprium, dare ei nomen passionis
& alterationis, quæ est subiectū rerum veratū. hoc enim non nocet, cū iā
determinauimus intētionē, fm quam diuersantur. Et dixit, necesse est no-
bis. quia ista intentio caret nomine apud vulgus: & transumptio nominis
vsitati apud vulgus est facilior, quàm fingere aliud nomen. Et, cùm hoc
fuerit declaratum de sentiente, incœpit describere eum simpliciter, & di-
xit, Et sentiens in potentia est, sicut sensatum in perfectione. idest manife-
stum est igitur ex hoc, quod diximus, quod sentiens simpliciter est il-
lud, quod est in potentia ad intentionem, quam determinauimus de po-
tentia

Transumptio nois vsitati apud vulgū facilior q̄ fingere aliud nomen.

rentia per intentionem rei sensibilis in perfectione, idest illud quod inna
tum est perfici p intentionem rerum sensibilium, non per ipsas res sensibi
les. Et, si non, tunc esse coloris in visu, & in corpore esset idem. Et, si ita
esset, nunc esse eius in visu non esset comprehensio. & ideo dixit, est illud
quod est in potentia, sicut sensatū in perfectione. & non dixit, illud, quod
est in potentia sensatum. quoniam sit ita esset, idem esset esse coloris in vi
su, & in sua materia. D. d. Patitur igitur, dum non est simile. & cum pati
tur assimilatur, &c. i. & contingit ei illud, quod contingit omnibus alte-
rabilibus, vt declaratum est in sermone vniuersali: & est q patitur à sen-
sibili, dum non est simile ei: &, cum passio perficitur, tunc erit simile.

Sēsus patitur a sensibili, dū nō ē hīs et. ex quo patet sensibile cōtrariari sensui. sed oppositū vide c. 17. Vide cōt. 2im.

Sensibilia, alia per se esse, alia verò per accidens: per se autem, alia propria alia communia. Cap. 2.

1 Dicendum autem fm vnumquemq; sensum de sensibilibus
primo. Dicitur autem sensibile tripliciter: quorū duo qui-
dem dicimus per se sentiri: vnū autem fm accidens. Duo-
rum autē, aliud quidem proprium est vniuscuiusq; sensus: aliud
autem cōe omnium. dico autem proprium quidem, quod non
contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit errare,
vt visus coloris, auditus soni, & gustus humoris: tactus autem ha
bet plures differentias, sed vnusquisq; iudicat de his, & non decī-
pitur visus quoniam color: neq; auditus quoniam sonus: sed quid
coloratum, aut vbi: aut quid sonans, aut vbi. Huiusmodi quidem
igitur dicuntur propria vniuscuiusq;.

Igitur in unoquoq; sensu primum de sensibilibus dicendum est. Sensitiuum tribus modis dicitur, quorū duo quidem per se unū, uero per accidens sentire dicimus: duorum aūt illorum, unum est proprīū cuiusq; sensus, alterum cōe omnium. id autem intelligo proprium, quod non potest alio sensu sentiri, & in quo non potest fieri error: ut uisus coloris, & auditus soni, & gustus saporis: tactus autem plures habet differentias, sed unusquisq; iudicat de eis: neq; decipitur quòd color sit, uel quòd sonus: sed quid sit id quod coloratum est, aut ubi: aut quid sit id quod sonat, aut ubi: Hæc igitur dicuntur propria cuiusq;.

Et, antequam incipiamus loqui de vnoquoq; sensuū, loquamur de sensibilibus. Dicam? igitur q sensibile dicitur tribus modis: quorum duo dicuntur sentiri per se, & tertius accidentaliter. Et alter duorum proprius est vnicuiq; sensuum, & alter est communis omnibus. Et est proprius, quem non potest alter sensus sentire, & illud, quod impossibile est vt ei cōtingat error: verbi grā, Visus apud colorem, & auditus apud vocem, & gustus apud sa-

porem. tactus autē plures vno modos habet. Sed vnusquisq; eorū D
iudicat ista, & non errat in colore, quis color sit, neq; in voce quę
vox sit: sed in colorato quid est, & vbi est: & in audito quid est,
& vbi est. Quod igitur est tale, dicitur proprium.

63 Cùm declarauit quid est sensus simpliciter, vult modo loqui de vno-
quoq; sensuum. Et, quia iam prædixit quòd via ad hoc est loqui de ipsis
sensibilibus, cùm sint magis nota quàm sensus, dixit Et, antequam incē-
piamus loqui, &c. i. & quia necesse est ire ex eis, quæ sunt apud nos magis
nota ad ea quę sunt magis nota apud naturam, oportet nos loqui prius de
ipsis sensibilibus. Et, quia sensibilium hæc sunt vniuersalia, & hæc pro-
pria, incœpit loqui prius de ꝓprijs, & dixit, Dicam⁹ igitur quòd sensibile
&c. ideſt & sermo eius in capitulo isto apparet per hoc, quod dixit, sensus
autem plures habet modos. Intendit ꝙ sensibilia vniuscuiusque istorum
sensuum plura sunt vno modo: sed vnusquisq; sensuum iudicat suum sen
satum proprium: & non errat in eo in maiori parte. visus enim non errat E
in colore, vtrum sit albus, aut niger: neque auditus in voce vtrum sit gra
uis, aut acuta. sed isti sensus errant in comprehendendo differentias indi-
uiduorum istorum sensibilium, ver. gra. in comprehendendo istud albū
quod est nix: aut differentias locorum istorum, ver. g. vt comprehendat
ꝙ istud album est superius, aut inferius. Deinde d. Quod igitur est tale
dicitur proprium. ideſt sensibilia autem, quæ inueniuntur alicui soli sen
sui, qui non errat in eis, in maiori parte dicuntur propria. Et, cum di-
xit. sed in colorato quid est, & vbi est: & in audito quid est, & vbi est, non
intendebat quòd sensus cōprehendit essentias rerum, sicut quidam existi
mauerunt: hoc enim est alterius potentiæ quæ dicitur intellectus: sed
intendebat quòd sensus cùm hoc, quòd comprehendunt sua sensibilia
propria, comprehēdunt intentiones indiuiduales diuersas in generibus,
& in speciebus. comprehendunt igitur intentionem huius hominis in-
diuidualis, & intentionem huius equi indiuidualis, & vniuersaliter inten
tionem vniuscuiusq; decem prędicamentorum indiuidualium. & hoc vi F
detur esse proprium sensibus hominis. Vnde dicit Arist. in lib. de Sen-
su, & sensato, quòd sensus aliorum animalium non sunt sicut sensus homi
nis, aut simile huic sermoni. & ista intentio indiuidualis est illa, quā distin
guit virtus cogitatiua à forma imaginatiua, & expoliat eam ab eis, quæ
sunt adiuncta cùm ea ex istis sensibilibus communibus & proprijs, & re-
ponit ea in rememoratiua. & hæc eadem est illa, quam cōprehendit ima
ginatiua. sed imaginatiua cōprehendit eam coniunctā istis sensibilibus:
licet eius cōprehensio fit magis spiritualis: vt alibi determinatum est.

Necesse é ire ex eis, q̄ sūt apd nos magis nota, ad ea, q̄ sunt magis nota apd naturā. Idē. 1. Phy. t. c. 2. & 7. Meta. t. c. 10. Idē hoc. 2. t. c. 12. & 33.

Circa sensibile propriū n̄ errat sensus in maiori pte. Idē 3. 152. 134. 161. Idē super lib. de Sensu & Sensato.

Sēsus n̄ cōprehēdit eēntias rerū, sicut q̄dā existimauerūt: sꝫ hoc é alteriꝰ potētię, q̄ dr̄ intellectus.

Sēsus hoīs cōprehendit trēdo nec indiuiduales omniū decē p̄dicamentoꝝ. Idē. 3. de Aia. c. 6. 20. & 33.

Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo:
huiuscemodi autem neq; vnius sunt propria, sed communia om-
nibus: tactui enim motus aliquis sensibilis, & visui, per se quidem
igitur sunt sensibilia hæc.

Communia

A *Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo: hæc enim nullius sunt propria sed omnium cōmunia. etenim & tactus motus quidam sensibilis est, & visu. Atq; hæc quidē per se sensibilia sunt.*

Communia autem sunt, motus, & quies, & numerus, & figura, & quantitas. ista enim non sunt propria alicui, sed communia eis omnia. motus enim sentitur tactu, & visu.

64 Cùm declarauit ex duobus modis essentialibus modum proprium, in-
cœpit declarare communem, & d. ꝙ sunt quinq; motus, & quies, &c. Et
hoc quod dixit, ista enim non sunt propria, &c. non intendit ꝙ vnum-
quodq; istorum quinq: est cōmune vnicuiq; sensuum, vt intellexit The-
mistius, & sm quòd apparet: sed tria eorum, scilicet motus, & quies, & nu-
merus sunt communia omnibus: figura autem & quantitas sunt commu
nia tactui, & visui tantum. & sic intendit per hoc, quod dixit, sed commu
nia eis omnia. i. sed omnia sunt communia sensibus, nō omnia omnibus
B sensibus. Quoniam autem hæc sensibilia, s. propria, & communia sunt
attributa sensibus essentialiter manifestum est. non enim possumus attri
buere comprehensionem sensuum eis alio modo ab eo, sm ꝙ sunt sensus.
Hæc igitur est vna intentio eius, quod est accidentaliter, quod est oppo-
situm ei, quod est essentialiter. ista enim sunt comprehensibilia sensuum
sm ꝙ sunt sensus, non sm ꝙ sunt aliqui sensus.

Mot⁹, q̄es, et nūer⁹ sunt cōia oib⁹ sensib⁹. figura aūt, & q̄tas sūt cōia tactui & visui tm̄.

Secundum accidens autem dicitur sensibile, vt si albū sit Dia-
rij filius: sm enim accidēs hoc sentitur, qm̄ accidit albo hoc ꝙ sen-
titur. Vnde nihil patitur sm ꝙ huiusmodi est à sensibili. Sensibiliū
autem secūdum se, propria proprie sensibilia sunt. & ad quæ sub
stantia apta nata est vniuscuiusq; sensus.

C *Per accidens autem sensibile dicitur, uerbi causa si album sit Diarii filius: per accidens enim hoc sentimus, quia accidit albo id quod sentimus: quocirca nihil quatenus tale est à sensibili patitur. eorum autē quæ per se sunt sensibilia, ea propriè sensibilia sunt, quæ propria sunt, & ad quæ nata atq; apta est cuiusq; sensus substantia.*

Accidentaliter autem dicitur in re ꝙ est sensibilis. album enim
quod est Socrates, non sentitur, nisi accidentaliter. accidit enim
ꝙ album, quod sentitur sit iste. & ideo non patitur à sensibili, sm
ꝙ est sic. Ea aūt, quæ sunt sensibilia p se, & propria, sunt sensibilia
in rei veritate. & sunt ea, q̄ sentire est nata suba cuiusq; sensuū.

65 Cùm declarauit duos modos sensibilium per se, s. propriorum & co-
mmunium, incœpit declarare tertium modum, qui est sensibilis per a acci-
dens, & d. Accidentaliter autem dicitur in re, quod est sensibilis. i. hoc mo
do. D. d exemplum, & dixit, album enim quod est So. non sentitur, nisi
accidentaliter. i. iudicare enim quòd istud album est Soc. est sentire acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dentaliter. D.d. causam,& d.accidit enim quod album,quod sentitur, sit D
Digressio. istc.i.& dicimus ꝙ ista comprehensio est per accidens: quia nos non sentimus per visum ꝙ illud est So.nisi fm ꝙ est coloratum; & coloratū illud esse So. est per accidens, secundum ꝙ est coloratum. Sed potest aliquis dicere ꝙ fiſr accidit ei figura, & numerus, & motus, & quies. quomodo igitur fuerunt numerata ista in eis, quæ sunt sensibilia essentialiter? q̄ñ, Solutio. si fuerunt numerata quia sunt communia, similiter etiam intentiones indiuiduorum sunt communes omnibus sensibus. Et possumus dicere in hoc duos sermones: quorum vnus est, ꝙ ista communicatio magis videtur necessaria in esse propriorum sensibilium, v.g. quantitas. color enim non denudatur ab ea. & similiter calor, & frigus, quæ appropriantur tactui. color enim non est necesse vt sit in So. aut in Platone, neque necessitate propinqua, neque remota. Et etiam sensibilia † comunia, vt declarabitur, sunt propria sensui communi, quemadmodum ista sunt propria vnicuiq; sensuum:& comprehēsio intentionis indiuidualis, licet sit actio sensus communis. & ideo pluries indigetur in comprehensione intentionis indiuidui vni pluribus vno sensu, vt vtuntur Medici in sciendo vitam eius, qui existimatur habere repletionē venarū pluribus vno sensu. q̄ñ vt ꝙ ista actio est sensus cōis non fm ꝙ est sensus cōis, sed fm ꝙ est sensus alicuius animalis v.g. aīalis intelligentis. Ille igitur est ēt alius modus rum secundum accidens, s.ꝙ accidit sensibus comprehendere dias indiuiduorum fm ꝙ sunt indiuidua, non fm ꝙ sunt sensus simplices, sed fm ꝙ sunt humani:& præcipue dīæ substantiales, videtur enim ꝙ comprehensio intentionum indiuidualium, substantiarum, de quibus intellectus consyderat, est propria sensibus hominis. Et debes scire ꝙ comprehēsio intentionis indiuidui est sensuum: & comprehensio intentionis vniuersalis est intellectus:& vniuersalitas † & indiuidualitas comprehenduntur per intellectum, s.definitio vīs, & indiuidui. D.d. & ideo non patiť, &c. idest & visus non patitur ab intentione sensibile per accidens. q̄ñ, si patetur ab aliquo indiuiduo, fm ꝙ est illud indiuiduum, non debet pati ab alio indiuiduo. D.d. Ea aūt, quæ sunt sensibilia per se, &c.i. duorum aūt modorum rerum sensibilium per se propria sunt ea, quæ prius debent numerari in eis, quę sunt essentialiter:& sunt sensibilia ī rei veritate, & essentialiter, cùm ista sunt, quæ sentiuntur primo & essentialiter: illa autē licet sentiantur essentialr, tñ non sunt prima. D.d.& sunt ea, quę sentiri, &c.i. & sunt ea, quæ sunt nata sentiri primo, & essentialr ab vnoquoq; sensuū: & fiſr natura, & essentia vniuscuiusq; sensuum est in sentiendo ea.

Color nō denudat' a tactu. & fiſr calor, & frigus, q̄ appropriant' tactui. Idē infra. 135. † Sēsibilia cōia sī p. pria sensui cōi. oppositū 3. tex. cō. 133. Vide cō. 2um. Cōphēsio intentionū indiuidualiū, de q̄b⁹ intellꝰ cōsyderat, ē p pria sentibus hoīs. Idē 5. c. 63. Idē, 3. de Aīa. cō. 6. 2c. & 35. *Vīlitas. & idiuidualitas cōphēdunť p intellm. p hoc vide cō. 9. 3. de Aīa.

De visu, visibilibus, ac medio, perspicuo, ac lumine. Cap. 5.

CVius quidem igitur est visus, hoc est visibile. visibile autē est color ꝙ & ꝙ ratione quidem est dicere, innominatū autem existit ens. manifestum autem erit ingredientibus maxime. visibile enim est color: hoc autem est in eo ꝙ secūdum se visibile.

A sibile. secundum se autem, non ratione, sed quoniā in seipso habet causam essendi visibile.

Ergo cuius est uisus, id est uisibile. uisibile autem est color, & quod oratione quidem exprimi potest, nomine autem caret: uerum in orationis progressu maxime perspicuum fiet quod dicimus. quippe uisibile est color, quis demum est id quod in eo est, quod est per se uisibile: per se autem non ratione, sed quoniam in se habet causam cur sit uisibile.

Illud igitur, cui atribuitur visus, est visibile. Visibile enim est color, & ꝙ est possibile dici, sed non est dictū. & post apparebit ꝙ dicimus magis. Visibile enim est color. & hoc est visibile per se. & est dicere per se, non fm intentionem, sed in eo inuenitur causa in hoc, ꝙ est visibile.

B Cùm cōpleuit sermonem vsem de sensibilibus, reuersus est ad sermonem proprīū de vnoquoq; sensibili, & primo de sensibili visus, & d. Illud autem cui attribuitur visus idest, & manifestum est per se ꝙ sensibile, quod attribuitur visui, proprie est visibile. & visibile est color, & sibi simile ex rebus, quæ videntur in obscuro, quę non habent nomen congregās in colore, neq; etiam in se habent nomen, quod demonstret de eis illud quod est quasi genus, sed non possunt exponi nisi sermone compositō. ver. gra. ꝙ dicamus ꝙ sunt ea, quæ videntur in obscuro, & non videntur in in luce: vt conchæ. Deinde dicit. & post apparebit, &c. idest & nos declarauimus modum post, fm quem dicitur quod color, & ista sunt visibilia, s. vtrum hęc dicantur æquiuoce, aut fm prius & posterius. D.d. Visibile enim est color, &c. i. visibile enim in rei veritate est color, aut est illud, quod per se est visibile. Et est dicere per se, non secundum primam intentionem intentionum, de quibus dicitur, illud qđ est essentialiter, &
C est modus, in quo prędicatū est in substantia subiecti. sed fm intētionem secundam, & est illud, in quo subiectum est in definitione prædicati. color enim est causa vt res sit visibilis. & per hoc, quod dixit, sed in eo inuenitur causa. intendit secundum ꝙ color est causa, aut in eo inuenitur causa, vt aliquid sit visibile. Color ē p se visibi ī ī cōo mō die ēdi pet se, ñ in pri mo. Idē in cū. seq.

Omnis enim color mouens est eius quod secundum actū diaD phani:& hæc est ipsius natura. vnde quidem non est visibile sine lumine. propter quod de lumine primo dicendum est. Est igitur aliquid diaphanum.

Omnis autem color motiuus est eius quod est actu perlucidum, atq; id est ipsius natura. Iccirco non est uisibile sine lumine: sed omnis color res cuius q; in lumine uidetur: quamobrē, de lumine prius quid sit dicendum est. est ergo aliquid perlucidum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quia omnis color est mouens diaphanum in actu. & hoc est natura eius. Et ideo nō est visibilis absq; luce, sed necessarium est vt vnusquisq; colorum non sit visibilis nisi in luce. Et ideo dicendum est de luce quid est. Et hoc erit in dicēdo quid est diaphanū. D

47 Et substantia coloris, & eius essentia, fm q̄ est visibilis, est illud, quod mouet diaphanum in actu. D.d. & hoc est natura eius, &c. i. & ista deseri prio demonstrat naturam & substantiam eius, fm q̄ est visibilis. Et signum, q̄ color est mouens diaphanum in actu non diaphanum in potentia, est, quia nō est visibilis absq; luce, per quam diaphanum in potentia fiat diaphanum in actu. & hoc autem demonstrat q̄ ipse opinatur q̄ colores existunt in obscuro in actu. Et si lux fiat necessaria in videndo colorem, non est nisi fm q̄ facit diaphanum in potētia diaphanum in actu, aut opinatur q̄ lux est necessaria in videre, fm q̄ colores existunt in obscuro in potentia: & secundum quòd diaphanum potentia indiget etiam in recipiēdo colorem, vt fit diaphanum in actu. Et Auempace dubitauit E in hac descriptione* diaphani, & d. quòd non est necesse vt diaphanum inquantum mouetur à colore, fit diaphanum in actu: quoniā diaphanei tas eius in actu est illuminatio eius: & eius illuminatio est aliquis color. Color enim nihil est, nisi admixtio corporis lucidi cùm corpore diaphano: vt declaratum est in lib. de Sensu & sensato. Et omne recipiens aliquid non recipit ipsum nisi in modo, secūdum quem caret illo. Et hoc coegit cum ad exponendum hunc sermonem alio modo ab eo, quod dixerunt expositores, & dixit, & dicere quòd color mouet diaphanū in actu. i. mouet diaphanum de potentia ad actum, non q̄ mouet diaphanum, secūdū q̄ est diaphanum. Lux autem necessaria est in videre: quia colores in obscuro sunt in potentia: & ipsa facit eos in actu, vt moueant diaphanum, secundum quòd diaphanum caret luce, aut illo, quod fit á luce, scilicet colore. & ista expositio est valde difficilis, secundum q̄ sonant eius verba. F

Alexan. enim dat rationem, quòd diaphanum in actu mouetur á colore ex hoc, q̄ apparet. Aer enim videtur multotiés coloratus colore, quem videmus mediante aere: vt parietes, & terra colorantur per colorem plantarum apud traiitum nubium super eas. Si igitur aer non coloraretur per colorem illarum plantarum, non colorarentur parietes, & terra. Et manifestum est q̄ color, licet fiat à corpore lucido, tamen differt ab eo definitione, & essentia. color enim vt dicitur est vltimum diaphani terminati. lux autem est complementum diaphani non terminati. Vnde manifestum est q̄ non de necessitate illud, quod mouetur a colore debet esse non lucidum: sed de necessitate debet esse non coloratum. Nihil enim recipit, se, aut est causa alicuius in recipiendo ipsum & ista est propositio manifesta per se. & Arist. ea multotiens vtitur, indifferenter: siue mouere necesse, & recipiere fuerint spiritualia, sicut aer recipit colorem: aut materialia, sicut corpus admixtum ex lucido, & diaphano obscuro recipit colorem. Et, cum fuerit possibile q̄ diaphanū in actu moueat à colore, necesse

A necesse est vt hoc sit ei, aut essentialiter, aut accidentaliter. s. aut fm q̄ est diaphanum in actu, aut fm q̄ est diaphanum tantum: sed contingit ei vt non moueatur à coloribus, nisi essendo diaphanum in actu. hoc enim est fm q̄ est diaphanum. & illa est opinio Auempace. Sed manifestum est per se, q̄ lux necessaria est in essendo colores visibiles. & hoc aut erit, quia dat coloribus formam, & habitum, quo agunt in diaphano: aut quia dat diaphano formam, qua recipit motum à coloribus: aut vtrunq;. Et est manifestum quòd quando* consyderauerimus quod dixit Arist. in principio istius sermonis, & posuerimus ipsam propositionem quasi manifestam p se, tunc necesse erit vt lux non sit necessaria in essendo colores mouentes diaphanum, nisi secundum quòd dat diaphano formam aliquam, qua recipit motum à colore, s. illuminationem. Aristo. enim posuit principium quòd color est visibilis per se, & quòd simile est dicere colorem visibilē, & hominem risibilem. s. de genere propositionis essentialis, in qua subiectum est causa prædicati, non prædicatum causa subiecti: vt cùm dicitur B homo est rationalis. & hoc intendebat: cum dixit, sed fm quòd in eo invenitur causa in hoc, quod est visibile, secundum q̄ exposuimus. Et hoc concesso manifestum est quòd impossibile est dicere quòd lux est illud, quod largitur colori habitum, & formam, qua fit visibilis, quoniam, si ita esset, tunc comparatio visionis ad colorem esset accidentalis, & secūda nō prima, s. mediāte isto habitu. visio enim manifestum est q̄ est aliquid posterius visibili: & quòd eius proportio ad colorem nō est sicut proportio rationalis ad hominem. Manifestum est igitur q̄ proportio eius est sicut proportio risibilis ad hominem: & sicut color secundum q̄ est color est visibilis, non mediante alia forma sibi contingente. Et, cùm ita sit, lux nō est necessaria in essendo colorem mouentem in actu, nisi secundū quòd dat subiecto sibi proprio receptionem motus a se. & Arist. videtur quòd non posuit hoc, quod posuit, nisi intendendo dissolutionem illius quæstionis. Et secundum hoc intelligendus est sermo eius, quòd colores mo C uent visum in obscuro in potentia, lux enim est illud, quod facit eos motiuos in actu. vnde assimilat lucem intelligentiæ agenti, & colores phantasmatibus. Quod enim inducitur secundum exemplum, & large, non est simile ei, quod inducitur secundum demonstrationem. de exemplo autē non intenditur nisi manifestatio, non verificatio. Et non potest aliquis dicere quòd color non inuenitur in actu, nisi luce præsente. Color enim est vltimum diaphani terminati. Lux aūt nō est vltimum diaphani terminati. & ideo necessaria non est in essendo colorem, sed in essendo visibilē, vt determinauimus. Reuertamur igitur & dicamus q̄, cùm declarauit q̄ color, secundum q̄ est visibilis, mouet diaphanum in actu: & q̄ est ista natura eius propter hoc q̄ est visibilis per se: & quòd impossibile est vt visio fit sine luce, reuersus est ad narrandum illud, quod consyderatum est de iltis rebus prius, & dixit sed necessarium est vt vnusquisq; colorum, &c. idest sed quia vnusquisq; colorum non est visibilis nisi in luce, dicēdum est prius de luce. lux enim est vnum eorum, quibus completur visio. D. d. &

Opīo commentatoris.

*a. l. cōsyderauimus

In ꝓpōne primi modi dicēdi p sēpdicacū ē ea subiecti, ecōtra in ꝓpōne sēdi modi

Impossē ē q̄ lux largiat̄ colori habitū, & formā.

Color ē visibilis nō mediante alia forma sibi cōtingente.

Remouet obiectiōes contra se. De exēplo si requirit̄ nisi manifestatio, si verificatio. Vide 1. primi sēcōi 3. & 1. posteriorū ca. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hoc erit in dicendo quid est diaphanum, ideſt & hoc complebitur nobis in dicendo prius quid est diaphanum. D

Diaphanum autem dico, quod est quidem visibile, non autem secundum se visibile, vt simpliciter est dicere, sed propter extraneum colorem. himõi autem est aer & aqua, & multa solidorum. non. n. fm ꝙ aqua neq; fm ꝙ aer, diaphanum est: sed quoniã est natura eadem in his vtrisq; & in perpetuo superius corpore.

SOPH. *Id autem appello perlucidum, quod est quidem uisibile, sed ut uno uerbo dicam, non per se, sed propter alienum colorem uisibile. cuiusmodi sunt aer & aqua & complura solidorũ. non enim quatenus aqua, nec quatenus aer, perlucidum est: sed quia eadem inest natura in utroque eorum, & in æterno illo supero corpore.*

Et Diaphanum est illud, quod est visibile, sed non visibile per se, & simpliciter, sed propter colorem extranei. Et in tali dispositione inueniemus aerem, & aquam, & plura corpora cœlestia. non enim secundum ꝙ aer est aer, neq; secũdum ꝙ aqua est aqua, sunt diaphana. sed propter naturam eandem existẽtem in his duobus & in corpore æterno altissimo. E

68 Cùm narrauit ꝙ oportet prius consyderare de natura diaphani, incœpit describere ipsam, & dixit. Et Diaphanũ est illud, quod est visibile, &c. i. Et Diaphanũ est illud, quod non est visibile per se, s. per colorem naturalem existentem in eo: sed illud, quod est visibile per accidens, s. per colorẽ extraneum. Et hoc, quod dixit, manifestum est. & ideo innatum est recipere colores, cùm nullum proprium habeat in se. D.d. non enim fm ꝙ aer est aer, &c. i. & quia diaphaneitas non est in sola aqua, neque in solo aere, sed etiam in corpore cœlesti, fuit necesse vt diaphaneitas non sit in aliquo eorum, secundum illud quod est. v. g. fm ꝙ aqua est aqua, aut cœlum cœlum, sed fm naturam cõem, existentem in omnibus: licet non habeat nomen. & hoc, quod dixit, manifestum est. F

Lumen autem est huiusmodi actus diaphani, secundum ꝙ est diaphanum: potentia autem in quo hæc est & tenebra, lumen autem vt color est diaphani, secundum ꝙ actu diaphanum ab igne aut huiusmodi, vt quòd sursum corpus: & enim huic aliquid est vnum & idem quid quidem igitur diaphanum, & quid lumen, dictum est: quia neque ignis est, neq; omnino corpus, neq; defluxus corporis nullius: esset enim vtique aliquod corpus, & sic, sed ignis aut huiusmodi alicuius præsentia in diaphano: neq; n. possibile est duo corpora in eodem esse.

SOPH. *Lumen uero est eius actus, nempe perlucidi quatenus perlucidũ est: in quo ante hoc inest potentia, in eodem tenebræ etiam insunt: Lumen autem*

A *autem ueluti color est perlucidi, quando actu sit perlucidum ab igne aut eius generis aliquo, cuiusmodi est superum corpus. Quid igitur sit perlucidum & quid lumen diximus: nimirum quod nec ignis est, nec omnino corpus, neq; effluxio corporis ullius, (esset enim uel sic corpus aliquod) sed ignis aut alicuius eiusmodi præsentia in perlucido. néq; enim duo corpora simul in eodem esse possunt.*

Lux autem est actus diaphani, secundum ꝙ est diaphanum. In potentia autem est illud, in quo est hoc, & obscuritas. Et lux est quasi color diaphani, cùm fuerit diaphanum secundum perfectionem ab igne, & similibus, vt corpus superius. in hoc enim existit illud idem. Iam igitur dictum est quid est diaphanum, & quid est lux. & quòd non est ignis, neq; corpus omnino, neq; aliquid currens à corpore omnino. quoniam, si ita esset, tunc secundum hunc
B modum esset aliquod corpus. sed est præsentia ignis, aut simile in diaphano. impossibile enim est vt duo corpora sint in eodẽ loco.

69 Cùm declarauit naturam diaphani, quod est de luce quasi materia de forma, incœpit definire lucem quod est, & d. Lux autem est actus diaphani, &c. i. substantia autem lucis est perfectio diaphani, secundum quòd est diaphanum: aut perfectio istius naturæ communis corporibus. Et hoc, quod dixit. in potentia autem est illud, in quo est hoc, & obscuritas. i. corpus autem diaphanum in potentia est illud, in quo inuenitur ista natura communis cum obscuritate. D.d. Et lux est quasi color diaphani, &c. i. & lux in diaphano non terminato est quasi color in diaphano terminato: esi diaphanũ fuerit, diaphanũ i actu à corpore lucido naturali: vt ignis: & filia de corporibus altissimis lucidis. D.d. in hoc enim etiam &c. i. natura enim diaphaneitatis existens in corpore cœlesti semper associatur illi,
C quod facit eam dispositionem in actu. & ideo nunquam inuenitur cœlũ diaphanum in potentia, sicut ea, quæ sunt inferius, cum quandoq; sit lucidum præsens, & qñq; non. ista autem natura cœlestis semper est illumina- NI cœlo-stis semp est illumi-nata. Idẽ I cõ. 71.
ta. Et ex hoc declaratur etiam ꝙ colores non acquirunt habitum à luce. lux enim non est nisi habitus corporis diaphani.

Videtur autem lumen contrarium esse tenebræ. est autem tenebra priuatio huius habitus ex diaphano. quare palã ꝙ huius præsentia lumen est, & non recte Empedocles neq; si alius aliquis sic dixit, quòd feratur & extendatur lumen in medio terræ & continentis. nos autem lateat. hoc enim est & extra eam quæ in ratione veritatem, & extra ea quæ videmus in paruo enim spatio lateret nos, ab oriente aũt in occidens latere, magna multum est quæstio.

SOPH. *Videtur etiam lumen esse contrarium tenebris. sunt uero tenebræ priuatio talis habitus à perlucido. Itaq; perspicuum est eius præsentiam*

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse lumen.neq; recte Empedocles aut si quis alius perinde locutus est D
ac si lumen feratur,ac demum extendatur inter terram et cœlum ambiens,nos uero lateat.hoc enim est præter ueritatem quæ in ratione posita est,& præter ea quæ apparent.in paruo namq; interuallo forte nos lateret. Latere uero ab ortu ad occasum, magnum admodum postulatum est.

Et existimatur ꝙ lux sit contrarium obscuritati. & obscuritas E
est priuatio habitus à diaphano:declaratur igitur ex hoc ꝙ lux ē
presentia istius intentionis.Et non vere dixit Empedocles neque
alius,si aliquis dixit sicut ipse dixit,quòd lux transfertur,& va-
dit in tempore inter terram,& circunferentiam.sed imperceptibi
lia à nobis.Iste enim sermo est extra verum,& extra apparentiā.
possibile est.n.hoc non percipi in breui spatio.sed non percipi de
oriente ad occidentem magna est differentia valde.

70 Cùm declarauit ꝙ lux est perfectio corporis diaphani,sm ꝙ est diapha
num,incœpit declarare modum,per quem certificabitur ꝙ lux nō est cor
pus,sed est dispositio,& habitus in corpore diaphano,& dixit. Et existima
tur ꝙ lux est contrarium obscuritatis,&c.& videtur ꝙ lux sit opposita ob
scuritati sm priuationē,& habitum. D.d.declaratur igitur ex hoc ꝙ lux
est præsentia istius intentionis.i.declaratur igitur ex hoc,ſ.ꝙ obscuritas ē
priuatiō lucis in diaphano,ꝙ lux non est corpus,sed est præsentia intētio- F
nis in diaphano: cuius priuatio dicitur obscuritas apud præsentiam cor-
poris luminosi. Et hoc,quod dixit manifestum est. qm̄ subiectum ob-
scuritatis,& lucis est corpus,& est diaphanum:& lux est forma, & habitus
istius corporis.&,si esset corpus tū corpus penetraret corp⁹. D.d.& nō ve
re dixit Empe.&c.i.& nihil dixit Emp.cum dixit ꝙ lux est corpus,& ꝙ pri
mo transfertur,& vadit inter terram,& circunferentiam,deinde transferē
ad terram,sed sensus non percipit propter velocitatem motus. D.d. Iste
enim sermo est extra verum,&c.& iste sermo,ſ.Empe. est extra rationē,
possibile enim est hoc non sentiri in breui spatio,sed in maximo spatio.l.
ex oriente in occidentem est maxime recedere à ratione.

Est autem coloris susceptiuum,quod sine colore:soni autem ab
sonum.sine colore autem diaphanum,& inuisibile, autem ꝙ vix
videtur,vt videtur quòd tenebrosum est: huiusmodi autem dia-
phanum quidem est:sed non cum sit actu diaphanum sed cum po
tentia.eadem enim natura quandoq; quidem tenebra: quandoq;
autem lumen est.

SOPH. *Est autem coloris quidem receptiuum quod colore uacat,soni autem*
quod sono.uacat autem colore,perlucidum,& inuisibile, & quod uix
cernitur: cuiusmodi uidetur esse tenebrosum:tale autem perlucidū est
non

non tamen quando actu,sed quando potentia est perlucidum:eadem.n.
natura modo est tenebræ,modo lumen.

Et recipiens colorem est illud,quòd non habet colorem:& reci-
piens uocem est illud,quòd non habet vocem. Quod autem non
habet colorem est diaphanum,non visibile,aut illud, quod vide-
tur,secundum ꝙ existimatur de obscuro,& quod est tale, est dia-
phanum:sed non quando in perfectione fuerit diaphanum,sed in
potentia.eadem enim natura forte erit obscuritas,& forte lux.

71 Cùm narrauit ꝙ color est mouens diaphanum, sm quòd est diapha-
num in actu,incœpit dare causam in hoc,&.d. Et recipiens colorem est il
lud,quod non habet colorem,&c.i.& color est mouens diaphanum:quia
recipiens colorem debet carere colore:& quod caret colore, est diaphanū
non visibile per se,sed,si dicitur visibile,erit sicut dicitur ꝙ obscurum est
visibile,i.est innarum videri,cùm diaphanum sit obscurum, quando lux
non fuerit presens.& hoc intēdebat cū.d.aut illud,quod vī sicut existimaē
de obscuro.i. aut illud, quod est visibile,sm ꝙ dī ꝙ obscurū est visibile.
D.d.& quod ē tale, est diaphanū,&c.i.& diaphanū quod nō est visibile p
se,non est diaphanum.quod perficitur per lucem, sed diaphanum, quod
est in potentia lucidum. D.d.eadem enim natura,&c.i.& diaphanum in
uenitur sm has duas dispositiones:quia natura recipiens diaphanēitatem
in quibusdam rebus, recipit vtrunq;.quandoq; enim inuenitur obscura, Docuīt. Nā cœle-
& qnq; diaphana. Et dixit forte,quia hoc non æqualiter accidit in ista stiū nunq̄ recipit ob
natura,sed tantum in diaphanis generabilibus,& corruptibilibus. Natura scuritatē. Idē t. cō. 69. vide
autem cœlestis nunquā recipit obscuritatem:nisi hoc,quod existimatur ꝑ hoc. t.
de Luna in eclipsi,& apud diuersitatem situum eius à Sole: si concesseri- Cē. 43
mus ꝙ natura Lunæ sit ex naturis diaphanis,non ex naturis luminosis. &
forte Luna est composita ex istis duabus naturis.

Non omnia autem visibilia sunt in lumine: sed solum vniusqu-
iusq; proprius color.quædam enim in lumine quidem non viden
tur,in tenebra autem faciunt sensum,vt quæ ignea videntur & lu
centia:non autem nominata sunt vno nomine. vt quercus putri-
de,cornu,capita piscium & squamę & oculi:sed nullius horum vi
detur proprius color:pp quā aūt causam hæc videnē alia ratio.

Neq; uero omnia cerni possunt in lumine,sed suus cuiusq; duntaxat
color. Sunt enim nonnulla quæ in lumine quidem non cernuntur,in tene
bris autem faciunt sensum,ueluti quæ ignea apparent, atq; splendent:
uacant autem uno nomine,ut fungus,ut cornu, ut piscium capita &
squammæ,& oculi.uerum nullius horum color cernitur suus. causa au
tem quam obrem cernantur ad aliam pertinet disputationem.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et nō oīa videntur in luce, ſed ex quolibet color tantum prius. Sunt enim quædam, quę non videntur in luce, ſed in obſcuritate faciunt ſenſum, verbi gratia ea, quæ videntur ignea, & ſplē deſcere. & iſta non habent vnum nomen, verbi gratia concha, & cornu, & capita quorundam piſcium, & ſquammæ, & oculi. ſed color proprius non videtur in aliquo eorum. Quare autem iſta videntur, indiget alio ſermone.

D

71 Contradictio i iſtis verbis, vt qa primo d. ꝙ color cuiuslibet viſibilis vr in luce, & poſt ſubdit, & idifferenter, ſi illud viſibile vr in obſcuro ſiue nō. mō ſi vr in luce tm qđ ergo ē poſſe, in obſcuro. Vide contra. Lim.

Cūm prædixit ꝙ viſibilium quoddam eſt color, & quoddam non color, & eſt illud, quod non habet nomen commune, & ꝙ proprium eſt colori, ꝙ non videatur niſi in luce, incepit dicere ꝙ diſpoſitio illorum aliorum viſibilium eſt econtrario colori, ſ. ꝙ videntur in obſcuro, & non in luce. Et d. Et non omnia videntur in luce, &c. i. & non omne viſibile videtur in luce, ſed tantum hoc eſt verum, quòd color proprius cuiuslibet viſibilis videtur in luce, & indifferenter, ſiue illud viſibile videatur in obſcuro, ſiue non. D. d. Sunt enim quædam, quę non videntur in luce, &c. & ideſt & diximus ꝙ non eſt neceſſe vt omne viſibile videatur in luce: quia ſunt quædam, quæ videntur in obſcuro, & non in luce, vt plura animalia, & conchæ, & cornu, & alia. & omnia iſta non habent idem nomen. D. d. ſed color proprius non videtur, &c. ideſt, ſed, licet iſta ſentiantur in obſcuro, tamen color proprius vniuſcuiuſq; eorū non ſentitur tunc, ſed apud præſentiam lucis tantum: & ideo nō poteſt aliquis dicere, ꝙ aliquis color videtur in obſcuro. D. d. Quare autem videntur iſta, &c. i. cauſa autem, propter quam iſta videntur in obſcuro, & non in luce dicenda eſt in alio loco. Et videtur ꝙ iſta videntur in nocte, & in die, quia in eis eſt parum de natura lucidi. latet enim veniente luce propter paucitatem eius, ſicut hoc accidit in lucibus paruis cum ſortibus. & ideo ſtellæ non apparent in die. Et natura coloris eſt alia à natura lucis, & lucidi. lux enim eſt viſibilis per ſe, color autem eſt viſibilis mediante luce.

Decla. Proprie ſpā alibi

Lux eſt viſibilis p ſe color aūt ē viſibilis mediante luce. oppoſitū vt dicit t cō. 67. vbi d. ꝙ color ē viſibilis p mediante alio forſitan ſibi cōiuncto. Vide con. Lim.

Nunc autem in tantum manifeſtum fit, quoniam quod quidē ē in lumine videtur color eſt. vnde non videtur ſine lumine: hoc.n. erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe ſecundum actum diaphani. actꝰ autem diaphani lumen eſt. Signum autem huius manifeſtum: ſi quis enim ponat habens colorem ſuper ipſum viſum, non videtur. ſed color quidem mouet diaphanum puta aerem. ab hoc autē iam continuo exiſtente, mouetur quod ſenſitiuum eſt.

Nunc hoc tantum conſtat, colorem id eſſe quod in lumine cernitur: quamobrem ſine lumine non cernitur: hoc enim erat ipſi eſſe coloris, motiuo eſſe eius quod eſt actu perlucidum: actus autem perlucidi lumen eſt: cuius euidens indicium eſt, nam ſiquis rem colore præditam apponat uiſui, non uidebit: ſed color quidem mouet perlucidum, uerbi cauſa aerem: ab eo autem ut pote continuo, mouetur ſenſus inſtrumentum.

In hoc loco autem tantum apparet, ſ. ꝙ omne viſum in luce eſt color, & ſimiliter non videtur ſine luce. hoc enim etiam eſt illud, quod fuit in colore, qui eſt ſcilicet: quòd eſt illud, quod mouet diaphanum in actu, & perfectio diaphani eſt lux. Et ſignum eius manifeſtum eſt. qm̄, ſi poſueris aliquod habens colorem ſuper ipſum viſum, non videbitur. ſed color mouet diaphanum: ſicut aer, cum continuatur, mouetur ſenſus ab eo.

Cūm declarauit quid eſt viſibile, ſ. color, & quid eſt diaphanum, & lux, incepit dicere ſummam eorum, quæ declarauit, &. d. In hoc autem loco hoc tantum, &c. & hoc, quod dixit, manifeſtum eſt, ſ. iſtæ duæ propoſitiones, quarum vna eſt ꝙ omne, quod videtur in luce, eſt color. ſecunda eſt, econtrario, ſ. ꝙ omnis color videtur in luce. illa enim, quæ apparent in obſcuro, manifeſtum eſt quòd non videntur ſm colorem proprium. D. d. hoc enim etiam eſt illud, &c. i. hoc enim etiam eſt illud, quod induxit nos ad dicendum cognitionem ſubſtātiæ coloris, ſm ꝙ eſt viſibile, ꝙ eſt illud quod mouet diaphanum in actu. Et intendit per hoc ꝙ iſta definitio nō declarat eē coloris, niſi ſm ꝙ apparuit nobis ꝙ impoſſibile eſt vt color videatur ſine luce, & ꝙ lux intrat viſionem, ſm ꝙ largitur diaphano præparationem vt moueatur à coloribus, non ꝙ largiatur coloribus habitum. & hoc declaratum fuit prius. D. d. & perfectio diaphani ē lux, &c. i. & lux eſt actus diaphani tantum. Et ſignum eius, ꝙ lux non habet eſſe abſque diaphano, eſt quia, ſi poſitum fuerit aliquod coloratum ſuper ipſum viſum, non comprehenditur: tunc enim nō erit lux inter colorem & viſum quia non eſt illic diaphanum. cūm igitur diaphanum auferetur, auferetur lux: & cūm lux erit, erit diaphanum. D. d. ſed color mouet diaphanū, &c. i. ſed propter hoc, quod diximus, ꝙ cū color fuerit poſitus ſuper viſum nō videtur, fuit neceſſe vt viſio coloris non compleatur, niſi color moueat diaphanum, quod eſt medium inter ipſum & videns, & medium moueat per ſuam continuationem cum vidente videntem, vt aer, qm̄, cū copulatē vidente, mouetur à colore, qm̄ illuminatur, deinde ipſe mouet viſum.

Illa, ꝙ vāt i obſcuro nō vāt ſm colorē ꝓpriū. Ide ē cō. 72.

Docuſm. Lux largit diaphano ꝓparationē vt moueat a coloribus, n aūt largit coloribus habitum Ide ē cō. 67. ac. 69. cō. Ide infra cō. 74.

Non enim bene hoc dicit Democritus qui opinatur, ſi eſſet vacuum quod mediū, ꝓſpici vtiq; certe, & ſi formica eſſet in cœlo. hoc enim impoſſibile. patiente enim aliquid ſenſitiuo fit ipſum videre. ab ipſo igitur qui videtur colore, impoſſibile eſt. relinquitur autem, quòd à medio. quare neceſſe eſt aliquod eſſe medium. vacuo autem facto non aliquid certe, ſed omnino nihil videbitur. ꝓpter quam quidem igitur cauſam colorē neceſſe eſt in lumine videri, dictum eſt, ignis autem in vtriſq; videtur, & in tenebra, & in lumine, & hoc ex neceſsitate. diaphanum enim ab hoc lucidū fit.

Enimuero non rectè hoc dicit Democritus, putans ſi aeris interuallum fiat uacuum, cerni poſſe exquiſite ſi uel formica in cœlo fuerit: nā hoc fieri nequit. niſi enim fit ſenſitiuo aliquid patiente. ut igitur ab ipſo co-

so colore qui cernitur, fieri non potest: restat ergo ut ab intermedio. D
quamobrem necesse est aliquid esse intermedium. quod si uacuum sit
non modo non exquisite, sed prorsus nihil uidebitur. causa igitur cur
necesse sit colorē in lumine uideri dicta est. Ignis autem in utroq; cernitur, & in tenebris, & in lumine: idq; necessario, nam perlucidum ab
eo fit perlucidum.

Democritus igitur non vere dixit in hoc, q̄ existimauit quòd si medium esset vacuum, tunc visio esset magis vera, etiam si formica esset in cœlo. Hoc enim impossibile est. visus enim non fit, nisi quando sensus patitur aliqua passione. sed impossibile est vt visus patiatur à colore: remanet igitur vt patiatur à medio. vnde necesse est vt aliquid sit in medio. Si autem fuerit vacuum, non tā tum visio non erit vera, sed nihil omnino videbitur. Iam igitur dicta est causa, propter quam color necesse est vt non videatur, nisi E in luce. Ignis autem videtur ī vtroq;, ſ. in obscuro, & in luce & hoc necesse est. diaphanum enim per hoc est diaphanum.

74 Cùm declarauit q̄ actio visus non perficitur, nisi per diaphanum medians, per signum q̄ si color fuerit positus sūper visum non videtur: & ēt, quia visus non perficitur nisi per lucem, & lux non inuenitur, nisi in diaphano medio, incœpit reprehendere Democritum, dicentem q̄, si visus esset in vacuo, tunc esset magis vera. Et.d. Democritus, &c.i.&, cùm declaratum est q̄ visio non fit nisi per medium, non recte opinabatur Democritus quòd, si visio esset mediante vacuo, tunc esset magis vera. D.d. Hoc enim impossibile est, &c.i. hoc enim, quod dixit, q̄ visio magis perfecta erit in vacuo, impossibile est. Et signum eius est, quod iam declaratum est q̄ visus, secundum quòd est virtus sensibilis, mouetur, & patitur à F colore, & color mouet ipsum. Et impossibile est vt visus patiatur, & moueatur à colore, si corpus coloratum fuerit extra visum, nisi ita q̄ illud coloratum prius moueat medium ſm tactum, & medium moueat visum. &, si vacuum esset inter visum & visibile, tunc non posset mouere visum. omnis enim habitus existens in corpore non agit nisi secundum tactum. Si igit vltimū motū non tāgit à motore, necesse est vt inter ea sit medium, quod reddat passionem: & illud medium erit tactum, & tangens, primum autem erit tangens non tactum, & motum postremum tactum non tangens. vnde necesse est vt visibile patiatur à medio, non à vacuo, sicut existimauit Democritus. Et hęc est demonstratio, q̄ visio impossibile est vt fiat per vacuum, non q̄ visus impossibile est vt fiat nisi per medium. Potest enim aliquis dicere quòd, si necessitas ad essendum medium esset propter sensatum esse distinctum à sentiente, tunc necesse esset vt, cum sensatum tangeret visum, quòd sentiret ipsum. sed non est ita. & ideo non intendit Arist. per hunc sermonem quòd visus indiget medio necessario, sed declarare

Impossē ē vt visus patiat, etiamsi moueat à colore, si corpus coloratū fuerit extra visum: nisi illud coloratū prius moueat medium ſm tactū, & mediū moueat visum. idē 7. cō. 74. idē. 7. ph. cō. 12.

A sed declarare quòd, cum sensibilia fuerint distincta ab eo, impossibile erit vt fit per vacuum: vt existimauit Democr. Et est sustentatus super hoc, q̄ sensus indigent medio necessario. ſ. quia sensibilia, cùm fuerint posita sup eos, non sentient: & q̄ visus etiam non erit nisi per lucem, & lux non inuenitur, nisi per medium. D.d. Iam igitur dicta est causa, &c.i. &, cùm declaratum est q̄, visus necessario indiget medio, declarata est per hoc causa, p per quam color non videtur nisi in luce, & est quia non videtur nisi per medium. Et hoc demonstrat q̄ ipse non opinatur q̄ causa in essendo lucem in visione est vt faciat colores, in actu: sicut quidam opinati sunt. Deinde dicit. Ignis autem videtur in vtroq;, &c. id est, & ignis videtur in obscuro, & luce: quia congregatum est in ea vtrunq;, scilicet, quia facit me B dium diaphanum in actu. secundum q̄ est lucidum, & mouet ipsum, secundum q̄ est color in corpore.

Eadem autem ratio est de sono & de odore: nihil enim ipsorum tangens sensitiuum sensum facit: sed ab odore quidem & sono media mouentur, ab hoc autem sensitiuum vtrumq;. cum autem supp ipsum sensitiuum aliquis apponit odorans aut sonans, neq; vnū sensum faciet. De tactu autem & gustu habet se similiter, non autē vī: propter quam autem causam, posterius erit manifestum.

Eadem de sono & odore ratio est: nihil enim eorum tangendo sensorium, efficit sensum: sed ab odore quidem et sono mouetur intermediū, ab eo autem instrumentum utrumq;. sinautem aliquis ipsi instrumento vem apppfuerit olentem aut sonantem, nullum sensum faciet: De tactu etiam & gustatu pārt quidē modo res habet, sed non appāret: causa autem post declarabitur.

Et iste sermo idem est de voce etiam, & de odore. nullum enim eorum, si tetigerit suum sensum, facit sentire. sed medium mouetur ab odore, & à voce, & ab isto mouetur vtrunq; sensuum. si igitur tu posueris super ipsum sensum aliquid habens vocem, aut habens odorem, non faciunt omnino sentire. Et similiter est de tactu C & gustu, sed hoc non apparet: & post declarabimus cām in hoc.

Cùm declarauit q̄ sensus visus non fit nisi per medium, incœpit dicere etiam q̄ per istam eandem declarationem tres sensus necessario indigent medio. & sermo eius est manifestus. Et per hoc, quòd dixit, & similiter est de tactu, & gustu, intendit & opinio nostra in sensu tactus, & gustus in hoc, quòd indigent medio, est sicut opinio nostra in alijs sensibus: licet illi duo sensus videantur sentire, cùm sua sensibilia fuerint posita super eos. & ideo non ita manifeste videntur indigere medio, sicut illa tria alia. Deinde. d. & post declarabimus causam in hoc, i. causam, propter quam sensus tactus, & gustus sentiunt sensibilia posita super ipsa: & nō est hic de tribus sensibus alijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Medium autem, ſono quidem, aer eſt, odori autem, innomina- D
tum ē. Communis enim quędam paſſio eſt ab aere & aqua, ſicut
diaphanum colori, ſic & habenti odorem quod eſt in vtriſq; his.
Videtur enim animalium aquatica habere odoris ſenſum. ſed ho-
mo quidem & pedibus ambulantium quæcunque reſpirant, im-
poſſibilia ſunt odorare, niſi reſpirantia. cauſa autem & de his po-
ſterius dicetur.

SOPH. *Intermedium autem ſonorum quidem, eſt aer: odoris autem natu nomine. nam in aere & in aqua communis eſt quædam affectio, ut res perlucida colori, ſic colore prædito, id quod in utriſq; his ineſt: nam & aquatilia animalia habere ſenſum odoris uidentur: ſed homo quidē & inter pedeſtria quæ ſpirant, niſi ſpiritum trahant, olfacere nequeunt: quorum etiam cauſam poſt reddemus.*

Et medium in voce eſt aer, in odore autem non habet nomen. g
eſt enim aliqua paſſio communis in aere, & in aqua. eſt & in odo-
ratu quaſi diaphaneitas in colore, & propter hoc inuenitur ex v-
troq;. Animalia enim habitātia in aqua habent ſenſum odoratus,
ſed homo, & omnia animalia ambulantia anhelantia nō poſſunt
odorare ſine anhelitu. Et poſt dicetur cauſa in iſtis rebus.

76 Dicit q; medium in voce eſt aer, non aqua: quia animalia, quæ ſunt in
aqua, non ſentiunt, vt mihi videtur, niſi per voces cadentes in aere ex aq̄.
apparet enim q; vox non fit ex percuſſione corporum in aqua, econtra-
rio de odore. D.d. in odore autem non habet nomen. i. natura autem re
cipiens odorem. ſ. quæ eſt in medio, non habet nomen, ſicut habet natu-
ra, quæ recipit colorem in aqua, & in aere, ſ. hoc nomē diaphanum. D.d.
eſt enim aliqua paſſio cōis, &c. i. apparet enim ex hoc q;, receptio odoris
non eſt aeris fm q; eſt aer, neq; aqua fm q; eſt aqua, ſed aliquam paſſionē
eſſe in natura cōi eis. & illa natura innata eſt recipere odores extraneos. &
hoc erit vt nō habeat in ſe odorem omnino, quemadmodum diaphanū
Documē- tum. Ari. nō o- pinatur q; odor ſit corpus diſ- ſolutū in aere ab o- dorabili. 1dē. eō. 97. & 101. eſt natura, quæ recipit colores extraneos, fm q; non habet colorem pro- f
prium. Et hoc demonſtrat q; ipſe non opinatur q; odor ſit corpus diſſo-
lutum in aere ab odorabili, ſed eſt qualitas aliqua, per quam illa natura in
nata eſt perfici: ſed odor non perficitur per illam, quem: admodum dia-
phanum per colorem, ſed color non per diaphanum. Et ſicut color ſ. ha- 4 corp. lu-
bet duplex eſſe: quorum vnum eſt in diaphano non terminato, & eſt ſic bendigna
lud, in quo eſt extraneum: & aliud in diaphano terminato, & eſt eſſe eius eſt vnū ali-
naturale: ſic odor habet ſimilia hæc duo eſſe. ſ. eſſe in humido ſaporabili, quid, & aliud extra-
& eſt eē naturale: & eſſe in humido non ſaporabili, & eſt eſſe extraneum. neū. 2. de
Et poſt declarabimus hoc, cū locuti fuerimus de hoc ſenſu. D.d. & pp hoc inuenitur ex vtroq; i. pp hanc naturam cōem inuenitur odor ex v-
troq; elemento. ſ. aqua, & aere. Animalia enim aquatica habent ſenſum
odoratus,

h odoratus, & non eſt dubium, quin hoc fiat mediante aqua. D.d. ſed ho-
mo, & omnia animalia ambulantia, &c. & intendebat per hoc declarare q;
piſces odorant abīq; anhelitu. & hoc non eſt impoſſibile, ſicut odorant
plura animalia habitantia in aere, non anhelantia ſine anhelitu. Dein-
de dicit. Et poſt dicetur cauſa in hoc. ideſt quare quædam animalia odo-
rent per anhelitum, & quædam non.

De auditu, ſono, ac medijs. De ipſa Echo: ac etiam de Voce. Cap. 4.

NVnc autem primum de ſono & olfactu determinemus. i
Eſt autem duplex ſonus: hic quidem enim actu: alius au-
tem potentia. alia enim non dicimus habere ſonum, vt
ſpongiam, lanam, & pilos. quædam autem habent, vt æs: & quæ-
cunq; plana & lenia ſunt: quoniam poſſunt ſonare: hoc autem eſt h
ipſius medii & auditus facere ſonum actu.

Nunc de ſono primum et auditu differamus. Duplex eſt ſonus, unus actu, alter potentia: quædam enim non habere ſonum dicimus, ut ſpongiam, lanam: quædam habere, ut æs, & quæcunq; ſolida ſunt & læ ua, quia poſſunt ſonū edere, ideſt inter ſe & auditū actu ſonū efficere.

In hoc autem loco determinemus primo de voce, & de odore. Et dicamus q; vox eſt duplex. eſt enim in actu, & eſt in potentia. ſunt enim quædam, quæ non dicuntur facere ſonum, vt ſpongia, & lana. & quædam dicuntur habere ſonum, vt cuprum, & omne durum. lene enim poteſt facere ſonum. & hic poteſt facere inter ip ſum, & auditum ſonum in actu.

Videtur ordinare conſyderationem de virtutibus ſenſus fm nobilita- j Ari. ordi- nauit cōſy deratiōē de virtuti- bus ſenſus fm nobili tatē, non fm natu- rā. Idem. j. c. 101.
tem, non fm naturam: & ideo præpoſuit ſermonem de viſu alijs ſenſibus,
deinde de auditu, deinde de odoratu. Et ſermonis eius in hoc capitulo
abbreuiatio eſt. & quædam habent ſonum, vt res duræ, & quædam non,
vt molles. & habentium ſonum, quædam dicūtur habere ſonum in actu:
& quædam in potentia.

Fit autem qui ſecundum actum ſonus, ſemper alicuius ad ali- k
quid & in aliquo. percuſſio enim eſt faciens. vnde impoſſibile eſt
eum ſit vnum, facere ſonum: alterum enim eſt verberans, & quod
verberatur. Quare ſonans ad aliquid ſonat, tangit enim aliquid:
eum autem ictu tangitur, ſonat: ictus autem non fit ſine motu. ſi-
cut autem diximus, non contingentium ictus, ſonus eſt. nullus. n.
ſonum faciunt pili & ſi percutiantur: ſed æs, & quæcunq; lenia
& concaua ſunt. æs quidem quoniam lene eſt, concaua autem ex
repercuſſione faciunt multos ictus poſt primum, impotentis exi-
re quod motum eſt.

Fit autem actu ſonus ſemper alicuius ad aliquid & in aliquo: ictus

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim est qui efficit: ita q; fieri non potest, ut si unum sit, sonus fiat: aliud enim est quod uerberat, aliud quod uerberatur. quare id quod sonat ad aliquid sonat: ictus autem non fit sine latione. uerum ut diximus nō quorumuis ictus, sonus est. nullum enim sonum edit lana si percutiatur. sed æs, & quæcunq; læua & concaua sunt. æs quidem quia læue est: concaua autem refractione multos post primum ictus efficiunt, dum quod motum est exire non potest.

a. l. sine ea permutat sic: per cutitur.

Et sonus in actu semper fit per aliquid & apud aliquid, & in aliquo. percussio enim est illud, quòd agit. Et ideo impossibile est q̄ fiat sonus ab aliquo vno. percutiens enim est aliquid, & percussū est aliud. vnde necesse est. vt faciens sonum non faciat sonum, nisi apud aliquid. & percussio non fit sine motu, & translatione. Et sicut diximus, sonus non est percussio cuiusq; corporis. sicut vellera lanæ, cum fricantur, non faciunt sonum omnino: sed cuprum, & omne lene concauum. cuprum autem, quia est lene: corpora autem concaua, quia per reflexionem faciūt plures pcussiones post primam propter prohibitionem exitus.

78 Et intendit per aliquid, percutiens: & apud aliquid, percussum: & per in aliquo medium, s. aerem, & aquam. & quod dicit in hoc capitulo, manifestum est. Et abbreuiatio eius est q̄ sonus fit à percutiēte, & à percusso, & ab aliquo, in quo percussio cadit. percussio enim est actio: ergo habet agens. s. percutiens, & materiam, s. percussum. Et, quia percussio est motus localis, non fit nisi in aqua & aere. qm̄ impossibile est vt sit in vacuo: vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. Percussum autem, ex quo fit sonus, est duobus modis, aut lene durum, sicut cuprum, aut concauum. Sonus igitur fit à leni propter expulsionem aeris apud percussionē à partibus eius æqualiter. & hoc intendebat, cū d. cuprum autem, quia est lene. qm̄ ita est de sono in hac intentione, sicut de reflexione radiorum. s. q̄ fortiter apparet in corporibus duris, quia æqualiter existit in eis, qua propter congregatur in eis vna actio: vt homines, qui attrahūt ponderosum. à corporibus autem concauis propter reflexionem aeris in eis frequenter, quia non potest exire aer ab eis: & sic expellitur, sicut pila expellitur à pariete. & hoc intendebat per reflexionem. Et debes scire q̄ sonus non fit in aere, ita quòd aer, qui expellitur à percutiente, mouetur per se singulariter, donec perueniat ad auditum. Sed debes scire quòd illud, quod fit in aere de percussione corporum adinuicem, est simile ei, quod fit in aqua, quando lapis proijcitur in aquam de circulatione, s. quia fit in aere apud percussionem figura sphærica, aut prope sphæricam: cuius centrum est locus percussionis per expulsionem aeris ab illo loco æqualiter, aut prope. Et signum eius est, q̄ possibile est audiri in quolibet puncto aeris, cuius remotio à percutiente est eadem: & est remotio naturalis actus, à cuius

documū.

A ius remotiori non potest audiri illa vox: & ideo omnis percussio habet sphæram terminatam. sic est de odore, & de colore, s. quia mouent aerem ex omnibus partibus secundum istam figuram sphæricam.

Amplius auditur in aere & in aqua, sed minus in aqua. non est autem soni proprius aer neq; aqua: sed oportet firmorum fieri percussionem ad inuicem & ad aera. hoc autem fit cum permaneat percussus aer, & non soluatur. unde si velociter & fortiter percutiatur, sonat: oportet enim præoccupare motum ferientis fracturā aeris: sicut si congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum velociter.

Oīs pcussio habet sphæraterminatā & sic é de odore, & color. cōsimilē hēt: infra cō. 97.

Præterea & in aere auditur & ī aqua, sed minus. Neq; uero penes aerē soni potestas est, nec penes aquā: sed oportet solidorū inter se & cū aere conflictionem ictumq; fieri: quod tum contingit, cum percussus aer perstiterit, nec dissipatus fuerit. ita q; si celeriter & uehementer percutiatur, sonum edit: oportet enim ut motus ferientis anticipet dissipationem aeris, non secus ac si quis arenæ cumulum, aut certe arenam per pertus lapsu præcipitantem celeriter diuerberet.

Et etiam auditur in aere, & in aqua, sed minus. Et aer, nō solus sufficit in sono: neq; aqua. sed indigetur vt percussio fit à corporibus solidis in inuicem, aut ad aerem. & hoc erit, quando fuerit aer fixus ad recipiendum percussionem, & non diuidetur. Et ideo, cū aliquid fuerit percussum velociter, & fortiter, faciet sonum. necesse est enim vt motus percutiētis antecedat diuisionem aeris, vt homo si percusserit cumulum arenæ.

Cū declarauit q̄ percussio fit per aliquid, apud aliquid, & in aliquo, & declarauit ea, per quæ fit percussio, & secundum quæ, incœpit declarare illud, in quo fit percussio, & dixit. Et ēt auditur in aere, & in aqua, sed minus. i. sed aqua minus reddit vocem fortiter quā aer. D. d. Et aer non est solus sufficiens in sono, &c. i. & aer non sufficit vt fiat sonus absq; aliquo percussio: neq; aqua ēt sufficit in hoc: sed indigeē vt in aere fiat pcussio à corporibus solidis in inuicē, & in ipso aere. D. d. & hoc erit, qn̄ aer fuerit fixus, &c. i. & sonus fit, qn̄ percussio fuerit à solidis corporibus adinuicē, & in ipsum aerē: & fuerit percussio ipsius aeris p velocē motū, ita q̄ precedat motū aeris: & fuerit pcutiens habens latitudinem, & quantitatē: qn̄ resilet tunc ei aer. cū. n. percutiens, & pcussio fuerint talia, continget vt aer videatur quasi fixus, & non diuisus. s. quando percutiens non fuerit diuisus: & motus eius non fuerit tardus. D. d. Et ideo, cùm aliquid fuerit percussum, &c. i. & signum eius, q̄ sonus non fit, nisi quando motus percutiens fuerit velocior diuisione, est q̄, cum aliquid fuerit percussum ex eis, quæ non sunt innata facere sonum fortiter, & velociter, fiet sonus. vt accidit, quando homo percusserit cumulum arenæ fortiter, & velociter

Contradictio hic & s. cō. 76. qa ibi vt q̄ medium, in quo fit sonus, est aer tm̄, nō aqua. & idē hēt infra. c. 81. ī hoc vero cō. hēt oppositum. Vide cōm. Zim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propter hoc, quod dixit accidit, q̃ ea, quæ sunt velocis motus, faciunt D sonum in aere, licet non percutiant aliud, vt motus corrigiæ in aere.

Echon autem fit cum ab aere vno facto ꝓpter vas determinãs & prohibens diffundi, iterum aer repellitur sicut sphæra. videtur autem semper fieri echon, sed non certus: quia accidit in sono sicut & in lumine. etenim lumen semper repercutitur. neq; enim fieret penitus lumen sed tenebra, extra solem. sed non sic repercutit sicut ab aqua, aut aere, aut ab aliquo alio lenium: Quare tenebrã facit qua lumen terminamus.

SOPH. *Echo autem fit cum ab aere, qui propter uas quod eum terminauit friarig, prohibuit unus efficitur, retro aer uelut pila pulsu fuerit. uidetur aũt semper Echo fieri, sed non clara. quandoquidem ut in lumine sic usu uenit in sono: etenim semper lumen refringitur: alioqui non fieret* E *ubiq; lumen sed tenebræ, extra locum à sole illustratum: sed non ita refringitur, ut ab aqua uel aere uel quouis alio læuium, ut umbram efficiat, qua lumen terminamus.*

Echo autem fit ex aere, quando fuerit vnus propter vas, à quo continetur, & prohibetur à diuisione, quando aer reuertetur, & expelletur ab eo quasi sphæra. Et forte echo fit semper, sed nõ manifeste. Accidit enim in sono, sicut accidit in luce. Lux enim semp reflectitur. &, si non esset ita, non esset in omni loco, sed obscuritas esset semper extra locum, super quem cadit Sol. sed nõ reflectitur sicut reflectitur ab aqua, & à cupro, & ab aliis corporibus lenibus
80 ita quòd faciat vmbram, & est illud, perquod venit lux.

Cùm declarauit ea, ex q̃bus fit sonus, & qũo fit, incœpit declarare quod dã accidens soni, quod dr echo: & est iteratio soni, cõsequendo suam figuram, vt accidit in domibus nõ habitatis. Et. d. Echo aũt, &c. i. echo fit ex F aere, qui fit vnus. i. terminatus, & inclusus ꝓp illud, à quo continet, & prohibet ab exitu. q̃m, cũ motus eius à primo percutiente pficit, pcutiet aer à lateribus eius, à quo continet: & pcutit ipsum secunda pcussione sicut prima pcussioni, quæ fecit sonũ: & sic audit idẽ sonus iteratus ei, quasi rndẽs primo. Et assimilauit istud sphæræ expulsæ. q̃m, q̃ sphæra expellit, contingit in ea motus sicut primo motui: & echo audit post primũ sonũ, quasi rndens: quia iã declaratũ est ꝙ inter oẽs duos motus est quies. Et non est intelligẽdũ ex hoc, quod dixit, fit ab aere, q̃n fuerit vnus, ꝙ fiat ex vno aere, quia est distinctus ꝓ motũ ab aliis partibus aeris, vt lapis, q̃n proicitur, aut pila: sed oportet intelligere ꝙ intendit per vnũ aerẽ, vnũ, quia est terminatũ, & cõtentũ à vase. Aer. n. qui est talis, cũ in eo cõtigerit aliqua passio, & motus fortis: cõtinget tũc à pcussione sicut ei, quod cõtingit à tactu lapidis in aqua, s. ꝙ ille motus non perficitur ꝓp ipsum terminãs: quapropter

Ilẽ declaratũ ꝙ inter omnes duos motꝰ ẽ quies. ꝓ hoc uide 8. ph. t. cõ. 62. 63. 64. 65. & 66.

A propter pcutiẽtẽ do à lateribus vasis terminatis: & sic cõtingit alia passio similis primæ, quapropter ille sonus iteratur. Arist. igit assimilauit aerem in hoc motui sphæræ: quæ, cũ proiicit, expellitur mora ab eo, quod occurrit, q̃n motus suus nõ pficitur expulsiõm sicut primæ, nõ fm ꝙ vna pars aeris est illa, cui accidit sedo ista reflexio, & expulsio. D. d. Et forte echo semper fit, sed nõ manifeste. & innuit per hoc qũo motus sphæræ fit in aere apud percussionẽ. Talis. n. motus nõ fit in aere à pcussione, nisi motu reflexionis. Percutiens. n. primo expellit aerẽ in directo eius ad partem, ad quã mouet percutiens: &, nisi partibus aeris acciderit motus cõuersionis, nõ fiet iste motus ex oĩbus partibus rei percussæ æqualiter, aut prope, ita ꝙ ex hoc fieret figura sphæriea, aut prope, cuius cẽtrũ est res pcussa & dixit. Et forte echo fit semp. i. & forte cã, pp quam fit echo. s. cõuersio, semp est in vno, sed debiliter, Cũ. n. fuerit ita fortis ꝙ faciet passionem permanentẽ in aere, aliam numero à prima passione, & sisem ei in qualitate, tunc fiet echo. D. d. sicut accidit in luce. Lux. n. reflectitur, &c. i. & hoc, quod accidit in sono, sic̃ est illi, quod accidit luci. Lux. n. habet duas reflexiones, fortem, & debilem. Fortis enim facit lucẽ secũdã, & est cõuersio, quæ fit à corpotibus terris: & est sicis reflexioni, q̃ facit in aere sonũ sedm, qui est echo. Seda aũt est lux debilis, pp quã vñr res in vmbra: & est sicis cõuersioni, ꝙ quam audit homo sonũ suum, & est illud, quod nõ peruenit ad hoc, ꝙ sit sicut cõuersio, quæ fit ab aqua, & cupro, quæ facit secundã lucem in parte oppositã primæ luci, sicut cõuersio fortis facit in aere secũdã vocẽ in parte oppositã primæ voci. Et illud, per quod scimus hãc cõuersionẽ lucis, sicut dixit, est quia videmus in loco, super quẽ nõ cadit sol. Lux. n. innata est exire à lucido fm rectas illuminationes ad partẽ oppositam lucidæ parti ex corpore luminoso, sicut declarauerunt facientes libros aspectũ. Si igit non esset illic cõuersio, tunc obscuritas esset in omnibus partibus præter ptẽ, cui opponũt radii. quẽ admodũ, si motꝰ aeris, q̃ facit sonũ, est ĩ parte, ĩ qua pellit à pcutiẽte tm̃, tũc sonus nõ audiret, nisi ab eo, q̃ est in illa parte tm̃. sed sonus audit in oĩbus partibus rei pcussę. & iõ scimus ꝙ illud, quod cõtingit luci de figura sphærica, sic̃ est ei, quod cõtingit motui percussionis in aere. Sedm hoc igitur est intelligẽda cõsimilitudo inter has duas reflexiones. Corpus aũt, cũ fuerit luminosum ex oĩbus partibus, nõ est dubiũ ꝙ faciet sphærã lucidã. & hoc declaratũ est in aspectibus. Dria igitur inter hãc sphærã, & primã, est ꝙ lux est in ista cõsimilis, & in illa diuersa fm fortitudinẽ, & debilitatẽ. Et vr ẽt ꝙ sphæra lucis facta à corpore luminoso ex vna suarũ partiũ, cũ hoc ꝙ est nõ cõsimilis sibi in luce, est ẽt non pfectæ rotũditatis. i. ꝙ lõgissima diameter est illa, q̃ exit à corpore luminoso ad circũferẽtiã in patte, cui opponunt radij: & breuissima ĩ pte opposita: & est pars, q̃ est spissioris vmbrę oĩbus ptibus, & pauciorꝭ lucis.

Lux hẽ duas reflexiones, fortem, & debilem.

Vacuum enim recte dicitur proprium audiendi. videtur enim esse vacuum aer. hoc autem est faciens audire cum moueatur continuus & vnus: sed propter id ꝙ frangibilis est, non sonat, nisi le-

ne fic quod percutiatur. tunc autem vnus fit, simul enim propter D
planum. vnum enim est lenis planum.

SOPH. *Penes uacuum autem recte dicitur esse audienda potestas: nam aer uidetur esse uacuum: is autem est qui audire facit, cum mouetur continuus et unus: uerum quia friabilis est, non personat, nisi res percussa sit læuis: tunc autem unus fit simul propter planum: unū. n. est læus planū.*

Recte igitur fuit dictum q̄ vacuum prodest in auditu. existimatur enim q̄ aer sit vacuum. & hoc est quod facit audire, cū mouebitur continuum, & vnum. Sed non pp̄ hoc, quod est obediēs, non. n. fit nisi percussum fuerit lene. & tunc sonus fiet vnus. qm̄ venit insimul à superficie eius, superficies enim lenis est vna.

Cùm declaratum est ex hoc q̄, aer est materia soni, q̄ impossibile ē fie
81 ri nisi per illum, non errauit ex hoc modo, qui dixit q̄ sonus fit p̄ vacuū, E
cū credebat aerem esse vacuum, & si errauerit, inquantum credebat aerē
esse vacuum. Ipse igitur laudat eos, quia recte dixerunt vno modo: licet
errauerint in existimatione sua. D.d. Sed non propter hoc, quod est obediens, &c.i. & aer est illud, quod facit audire, cum mouebitur vnum continuum. sed iste motus non inuenitur ei vnus, & continuus, sm̄ quòd est obediens tantum, & rarum: sed cum percussum fuerit corpus lene. Et, cū dedit causam, propter quam motus sit vnus, & continuus: & est quòd percussum sit corpus lene, dedit causam in hoc, & d. & tūc sonus fiet vnus, &c. i. & dicimus q̄ necesse est in fiendo sonum vt percussum sit lene: quia vnus sonus non fit nisi ab vno motu, quando corpus percussum fuerit le-
Q si corp⁹ percussum fuerit lene, sonus erit vnus. idem supra. c. 78. ne. tunc igitur motus, qui fit in aere, fit ab vna percussione: quoniam insimul expelluntur partes aeris à superficie eius, quoniam superficies rei le-
nis est vna: quapropter & percussio, erit vna, quapropter & sonus erit vnus. superficies autem à sphæra non est vna, sed plures superficies. quapropter percussio erit plures: quapropter sonus non fiet illic omnino propter
diuersitatem, & vniformitatem earum. &, quia vna earum non sufficit in F
faciendo sonum, nec omnes insimul, fiunt vna percussio.

Sonatiuum quidem igit̄, quod motiuum vnius aeris continuitate vsq̄ ad auditum. auditus autem cōnaturalis est aeri. propter id autē q̄ in aere est, moto exteriori quod intra mouetur: propter quod quidem non vbiq̄ audit animal, neq; vbiq̄ penetrat aer. non enim vbiq̄ habet aerem mouenda pars, & animatum, sicut

SOPH. pupilla humidum.

Sonatiuum igitur est, quod continuatione unum aerem usq; ad audi-
alii hoc loco interponunt hæc uerba, sicut pupilla hūidū. *tum mouere potest. porro autem in auditu ineſt aer quidam natiuus: sed quoniam in aere est, moto externo mouetur internum: quamobrem animal qualibet sui parte non audit, neq; quoties permeat aer: neq; enim ubiq; habet aerem pars mouenda & animata.*

Habens

A Habens igitur sonum est mouens vnum aerem sm̄ continuationem, quousq̄ perueniat ad auditum. Et auditus est copulatus cū percussione, quia est in aere. Et ideo non in omni loco audit animal, neque in omni loco transit aer. membrum enim motum, & anhelans non in omni loco habet hoc, sicut dispositio videntis, t apud humorem.

Cùm declarauit dispositiones, quibus fit sonus, scilicet dispositiones percutientes, & percussi & aeris, incœpit declarare quomodo fit copulatio soni cum auditu ab istis rebus, & d. Habens igitur sonum, &c. idest ne esse est igitur ex hoc, quod declarauimus, vt agens sonum sit mouens vnum aerem motum vno motu continuo, quousq̄ perueniat ad auditum Et intendit per hoc, quod dixit vnū, non vnum pp̄ distinctionem ab alijs partibus aeris, sed vnum pp̄ vnū motum cōtinuum. D.d. Et auditus est copulatus, &c.i. & sensus auditus copulatur cum sono: quia in eo existit B aer contiuuus cum aere extrinseco: qui si non esset, nihil sentiret. D.d. Et ideo non in omni loco, &c.i. &, quia necesse est vt in hoc sensu sit aer continus cum aere extrinseco, in quem cadit percussio, ideo animal non potest audire in omni loco, sed in locis, in quibus nihil diuidit inter aerē percussum, & aerem in sensu auditus: neq; ex omni membro auditur, sed ex membro, in quod transit aer, scauris. D.d. membrum enim motum, & anhelans, &c.i. ita est de hoc, quod animal non audit, nisi ex membro proprio, sicut de anhelitu, & visu. membrum enim per quod anhelatur, non est quodcunq; membrum sit, sed membrum proprium, scilicet pul- Hic cōmētator vi tenere visionē heri in humore glaciali.
mo. & similiter est dispositio videtis in comparatione ad humorem glacialem, s. q̄ visio nō aptatur, ei nisi per membrum, in quo est humor dia-
phanus, aptus ad recipiēdum colores, v.g. humor glacialis. & ideo animal carens istis instrumentis caret istis sensibus.

Per se quidem igitur insonabilis aer, propter id quod facile est C
sibilis est. cùm vero prohibeatur diffluere, huiusmodi motus sonus est. hic autem est in auribus ædificatus, cum hoc q̄ immobilis sit quatenus certe sentiat oēs differentias motus. propter hoc autem & in aqua audimus, qm̄ non ingreditur ad ipsum connaturalem aerem, sed neq; in aurem propter reflexiones ipsius. cùm autem hoc accidit non audit. neq; si miringa laboret: sicut quę in pupilla pellis cum laboret.

Aer igitur ipse soni expers est: propterea quòd est friatu facilis: cū autem prohibetur friari, tunc motus eius est sonus. is porrò qui in auribus est situs, propterea intus est conditus, ut sit immobilis, nimirum ut exquisite sentiat omnes motus differentias: quo fit ut etiā in aqua audiamus, quoniam non penetrat in ipsum natiuum aerem, sed ne in aurem quidem propter anfractus: quod cum contigerit, nō audit: neq; etiā

si mem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si membrana ægrotauerit: quemadmodum pellis ea qua pupilla obtegitur, cum ægrotauerit. D

Hoc igitur ipsum non habet sonum, s. aer, quia est velocis diuisionis. cum igitur prohibetur a diuisione, tunc motus eius erit sonus. Aer autem, qui est in auribus, fuit positus in eis non motus, vt sentiat perfecte oēs modos motus. Et propter hoc audimus et in aqua: quia non intrat super ipsum aerem copulatum, cùm non intrat, neq; in aure propter sphæram. Et, cum hoc acciderit, nō audiemus: neque etiam cum acciderit matri cerebri occasio, sicut dispositio cutis, quæ est super visum, quando accidit occasio. Et quod accidit de destructione auditus per introitum aquæ super istū aerē. Istud idē accidit ex introitu aeris extrinseci sup ipsum. & scias hoc.

83 Cùm declarauit q̄ per aerē fit q̄ sonus copulatur cùm sensu, & q̄ ipse est elemētum proprium isti sensui, sicut est etiam elementum proprium sensui visus, incœpit declarare modum, fm quem aer recipit sonum, & d. Hoc igitur ipsum non habet sonum, scilicet aer, &c. idest & aer est recipiens proprium sonum, quia non habet in se sonum, cum in ipso non fit motus, qui faciat sonum. & cā in hoc est, quia est velocis diuisionis hoc. & hoc in aere simile est in diaphano. quemadmodum enim si diaphanū haberet colorem, non reciperet colores, ita aer, si haberet sonos, ex se nō reciperet sonos. D.d. cum igitur prohibetur, &c.i. & cum in eo continget per aliud motus, qui prohiberet eum a diuisione, & est motus, qui fit a percutiēte in percussum, tunc iste motus facit in eo sonum. D. narrauit q̄ ista est causa, propter quam natura posuit in auribus aerem non mutum, sed valde quiescentem, & d. Aer autem, qui est in auribus fuit positus in eis non motus, vt sentiat perfecte omnes modos motus factos in aere extrinseco. iste igitur aer positus in auribus excedit aerem extrinsecū in quiete. D.d. Et pp hoc audimus etiam in aqua, &c.i. &, quia aer est necessarius in sensu auditus, audimus in aqua, quando aqua non intrauerit super aerem, qui est in aure, neq; corruperit eum propter sphæram, quæ est in creatione auris. & quando intrauerit non audiemus: & tunc accidet nobis illud, quod accidit, quando * pelli cerebri accidit occasio. quia tunc non audiemus, quemadmodum quando cuti, quæ est super visum, acciderit occasio, non videmus. Et intendebat declarare q̄ comparatio aeris positi in aure, est sicut compatio membri proprij vnicuq; sensato, s. hoc, per quod primo perficitur actio istius sentientis. & ideo assimilauit illud, quod accidit huic aeri de destructione per introitum aquæ super ipsum ei, quod accidit de percussione cadente super autem, & super ipsum visum. Et illud, quod accidit de corruptione auditus per introitum aquæ super istum aerem positum in auribus, accidit per introitum aeris extrinseci super ipsum.

Sicut si diaphanum hēret colores, & reciperet colores, ita si aer haberet sonos, nō reciperet sonos. Idem 5 eō. 67. et 2. c. 72.

*al. matri

Docum.

Sed

4 Sed signum est audiendi aut non, sonare aurē sicut cornu. semper enim quodam proprio motu aer mouetur in auribus. sed sonus extraneus & non proprius est. & propter hoc dicunt audire vacuo & sonante, quia audimus in habente determiminatū aerē.

Quinetiam signum audiendi uel non audiendi est, si auris semper sonet ut cornu: semper enim aer in auribus conditus motu quodam mouetur suo: at sonus alienus est, & non proprius: & propterea dicūt nos audire uacuo & sonante, quia eo audimus quod definitum habet aerem.

Et etiam signum auditus primo est audire tinnitū in aure semper, vt cornu. aer enim in aure semper mouet quoquo modo motu proprio: sed sonus est extraneus, non proprius. Et ideo dixerūt q̄ auditus fit per vacuum terminabile, quia nō audimus, nisi per q̄ aliquid, in quo existit aer distinctus.

Cùm declarauit q̄ iste aer, qui existit in auditu, est necessarius in hoc. incœpit dare testimonium q̄ in aure existit aer distinctus ab aere extrinseco. &d. Et etiam signum auditus, &c.i. & demonstrat' q̄ iste aer existit in aure hoc, quod signum verificationis auditus in homine, vt Medici dicunt, est q̄ semper audiat tinnitum in auribus, cùm hoc fuerit sine occasione: vt accidit homini, quando posuerit cornu in aures, & asculauerit sonum in eo, propter aerem inclusum in cornu, & duritiem cornu.

* D.d. aer enim in aure semper mouetur, &c.i. & causa huius tinnitus, quē audit acuti auditus, est quia aer, qui est in aure, semper mouetur motu proprio. sed iste motus est proprius, & motus soni est extraneus: quapropter iste motus non impedit motum soni. D.d. Et ideo dixerunt, &c.i. & propter istum tinnitum, quia auditur in aure propter aerem inclusum, dixerūt antiqui q̄ auditus fit per vacuum habens tinnitum: q̄ credebant aerem esse vacuum. & dixerunt hoc, quia nos non audimus nisi per mēbrum, in quo existit aer distinctus ab aere extrinseco.

*Aer, q̄ est in aure, sp mouet. 83 oppositū dixit cō. si perioris Vide cōZim.

Vtrum autē sonat verberans aut quod verberatur? aut vtrūq; modo autem altero. est enim sonus motus possibilis moueri hoc modo, quo quidem saltantia à lenibus cùm aliquis truserit. non igitur sicut dictum est omne sonat quod verberat & verberans. Vt si obiiciatur acus acui. sed oportet quod percutiē regulare esse, vt aer subito dissiliat & moueatur.

Vtrum autem sonat id quod uerberat, an quod uerberatur? An & utrumq;, modo tamen diuerso. est enim sonus motus eius quod potest moueri, neluti quæ resiliunt à læuibus, cum quis percusserit. nam ut diximus, non quidlis sonat dum percutitur & percutit: uerbi causa, si acus acum feriat: sed oportet ut id quod percutitur planum sit, ita ut aer cōfertim resiliat & quatiatur.

Vtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum autem sonorum est percutiens, aut percussum? Dicamus igitur q̃ est vtrunq;, sed duobus modis diuersis. Sonus enim est motus illius, quod potest moueri tali modo, scilicet vt à corpore aliquo reflectãtur corpora lenia. Sed non omne percussum, & percutiens habet sonũ, sicut est dictum, ver. gra. si acus percusserit acum: sed necesse est vt sit æquale. D

85 Cùm sonus sit, a percussione, percussio autem fit à percutiente, & à percusso incœpit quærere cui attribuitur sonus, & d. Vtrum autem, &c. D.d. hoc enim fit duobus modis diuersis, sonus enim est motus illius, &c. idest sonus enim est motus illius aeris, qui mouetur expulsus à casu percutientis super percussum: sicut aliquid cuadit, & mouetur à corpore leni, cum fuerit percussum super illud corpus per aliud corpus lene. Quemadmodum igitur motus rerum euasarum attribuitur percutienti secundum agens, & percussio fm subiectum, ita sonus, qui est motus aeris, qui est tali modo, attribuitur percutienti, & percusso. D.d. Sed non omne percussum, & percutiens, &c. ista est alia conditio addita in corporibus sonoris, s. vt sint lata. sunt igitur tres conditiones, s. vt sint lenia, dura, lata, quæ possunt præcedere per suum motum diuersionem aeris. E

a.l. reflictium.
a.l. incisum
Tres sunt cõditiões i corpib⁹ sonoris. s. vt sint lenia, dura, & lata.

Differentiæ autem sonantium in sono fm actum ostenduntur. sicut enim nõ videntur colores sine lumine, sic neq; sine sono acutum & graue. hæc autem dicuntur fm metaphoram ab illis quæ tanguntur. acutum enim mouet sensum in pauco tempore, multum: graue autem in multo, paucum. neq; tñ velox est acutum, graue autem tardum. sed fit hoc quidem propter velocitatẽ huiusmodi motus. illud vero propter tarditatem. & videntur similitudinem habere, circa tactum cum acuto & hebeti. acutum enim quasi pungit: hebes vero quasi pellit: propter id quod mouet, hoc quidem in pauco, illud autem in multo. Quare accidit, hoc quidẽ velox, illud autem tardum esse. F

SOPH. *Differentiæ autẽ sonantium in sono qui actu est patefiunt: ut enim colores sine lumine non cernuntur, sic nec acutum & graue sine sono. hæc autem per translationem dicuntur à tactilibus: acutum enim mouet sensum breui tempore, multum: graue longo tempore, parum: neq; uero acutum uelox est, neq; graue tardum. sed motus unus sit talis propter uelocitatem: alterius, propter tarditatem. atq; uidentur proportione respondere ei acuto & obtuso quod in tactu consistit: acutum enim quasi pungit: obtusum, quasi pellit: propterea quòd unum in multo, alterum in pauco mouet tempore: itaq; accidit, ut alterum uelox, alterum tardum sit. Ac de sono quidem sic expositum sit.*

*a.l. sic de mũ acutũ velox ẽ, & graue tardum

Modi

A Modi autem rerum sonorarum declarantur in sono, qui est in actu. quemadmodum enim colores non videntur sine luce, sic graue, & acutum non sentiuntur sine sono. Et hoc dicitur secundum transumptionem ex rebus tãgibilibus. acutum enim mouet sensum in modico tempore multum. graue autem in tempore lõgo parum. Sed tñ acutus non est velox, neq; grauis tardus, sed motus illius erit sicut velocitas, & motus istius sicut tarditas. Et forte hoc est simile ei, quod inuenitur in sensu tactꝰ de acuto, & obtuso. acutum enim quasi est stimulans, obtusum vero quasi expellit. illud enim mouet in modico tempore, & illud in longo. contingit igit ex hoc vt istud sit velox, & istud tardum. Hoc igitur est, qđ determinauimus de sono. G

B Vult declarare in hoc capitulo, quando comprehenduntur primi modi soni, & qui sunt, & dicit, Modi autem rerum sonorarum, &c. ideſt differentiæ autem rerum sonorarum comprehenduntur, & declarantur apud esse soni in actu. D.d. quemadmodum enim colores non videntur, &c. i. quemadmodum enim differentiæ colorum non comprehenduntur sine essentia coloris in actu, illud erit apud præsentiam lucis, sic acutũ & graue in sono, quæ sunt primæ differentiæ soni, non comprehenduntur sine essentia soni in actu. D.d. Et, hoc dicitur fm transumptionem, &c. ideſt & vocare differentias soni graue, & acutum est fm similitudinem ad res tangibiles. quoniam quidem sonus mouet sensum magno motu in modico tempore: & tangibile acutum est tale: & ideo transumebatur nomẽ eius ad illud. & similiter etiam quia quidam sonus mouet auditum longo tempore paruo motu similis est tangibili, quod mouet tactum in longo tempore paruo motu, s. obtuso. D.d. Sed tamen acutus non est velox, &c. ideſt sed tamen sonus, qui mouet auditum motu magno in tempore parno, non est velox in rei veritate neq; sonus, grauis tardus. velox enim C & graue in rei veritate sunt de dispositionibus mobilium. sed hoc dicitur graue, quia mouet tarde: hoc acutum: quia mouet velociter. D.d. Et forte hoc ẽ simile, &c. ideſt & forte ista intẽtio, quæ inuenitur in sono de moto veloci, & tardo, est quasi similis, ei quod inuenitur in sensu tactus de acuto & obtuso. & ideo transumpta fuit ista ordinatio de acuto, & obtuso, non de veloci & tardo, &, quia obtusum simile est graui, ideo talis sonus dicitur grauis. D.d. acutum enim, &c. i. sonus enim acutus quasi stimulat, sicut stimulat corpus acutum: & sonus grauis quasi expellit, sicut expellit corpus obtusum, quia assimilatur graui. contingit igitur ex hoc vt illud sit velox, & hoc tardum, ideſt, & ex quo contingit secundum consuetudinem vocare sonum, qui videtur quasi stimulare, acutum, & sonum, qui videtur quasi expellere, grauem.

De sono igitur sic determinatum sit. vox autem sonus quidem est animati, inanimatorum enim nullum vocat: sed fm similitudi-

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem dicitur vocare, vt tibia & lyra, & quæcunq; alia inanimato- D
rum extensionem habent, & melodiam, & locutionem. assimilan-
tur enim quia & vox hæc habet. Multa autem animalium vocem
non habent, vt quæ sunt sine sanguine: & sanguinem habentium
pisces: & hoc rationabiliter: siquidē aeris motus sonus est. sed qui
dicuntur vocare, vt qui in Acheloo, sonant branchijs, aut aliquo
huiusmodi altero.

30 H. *Vox autem est sonus quidam animati: nullum enim inanimatorum*
uoce utitur, sed similitudine quadam dicuntur uocem emittere, ut tu-
bia, ut lyra: cæterorumq; inanimatorum quæcunq; habent extensionē
& meles & locutionem. sunt enim similia, quia & uox hæc eadem
habet. multa autem animalia non habent uocem, ut exanguia: & in-
ter sanguine prædita, pisces: neq; adeo iniuria: siquidē sonus motio quæ- E
dam est aeris. sed quos ferunt uocem mittere, ut in Acheloo amne pi-
sces quosdam, ii sonant branchijs, uel eius generis alio.

Vox autem est aliquis sonus in animato, v.g. q̄ fistula, & alia, quæ habent expansionem, & tonum, & idioma, & sunt similia, quoniam in voce sunt etiam ista. Et plura animalia non habent vocem, vt carentia sanguine, & pisces de animalibus habentibus sanguinem, & hoc necesse fuit. sonus enim aliquis motus aeris. Sed ea, quæ dicuntur vociferare. vt animalia, quæ sunt in flumine, quod dicitur Achelous, non faciunt sonum, nisi per vias narium, aut per similia. & hoc non dicitur vox nisi æquiuoce.

87 Cùm locutus fuit de sono vlr, siue de animato, siue de non animato, F
incœpit loqui de sono animati, & d. Vox autem est. &c. ideſt vox autem
est sonus animalis animati, in quo inuenitur neuma, vel nete, & irach, &
dictiones. & ideo plura instrumenta dicuntur vociferantia secundum
similitudinem: quia hæc tria inueniuntur in eis. aut sua representantia.
Fistula enim & alia instrumenta non dicuntur vociferantia, nisi quia ha-
bent expansionem, ideſt neuma, vel nete, & tonum, ideſt irach, dictiones
ideſt aliquod simile literis, & dictionib⁹. D.d. & sunt fistia, &c.i. & ista in-
strumenta in vociferando sunt fistia, animalibus. hæc enim tria existunt
in animali in rei veritate: in illis vero per similitudinem. D.d. & plura
animalia non habēt vocem, &c. ideſt & recte accidit q̄ plura animalia nō
habent vocem, vt animalia carentia sanguine, & pisces de animalibus ha-
bentibus sanguinem: cum sit declaratum q̄ sonus est motus factus a per-
cutiente, & percusso in aere, & illa animalia carent aere, qui percutiat ea
in suis interioribus: & carent instrumentis, quæ percutiunt aerem. Et cū
narrauit hoc de istis animalibus, induxit q̄ forte aliquis dubitabit de hu-
iusmodi ex hoc, q̄ quidam modus piscium vociferat, & d. Sed ea, quæ
dicuntur

Sonꝰ ē motus factus a percutiente, & percusso in aere. Idē supra t.c. 78.

A dicuntur vociferare, &c. & intendit per vias branchos. & intendebat q̄ ta-
le non dicitur vociferatio, nisi æquiuoce, cum non inueniantur in ea illa
tria genera, quæ sunt neuma, vel nete, & irach, & literæ, aut similia literis.

Vox autem sonus animalis est: & non qualiber parte. sed qm̄
omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo: hoc autem
est aer: rationabiliter vtiq; vocabunt hæc sola, quæcūq; suscipiūt
aera. Iam enim aere respirato vtitur natura in duo opera, sicut lin
gua in gustum & locutionem, quorū quidem gustus necessarius
est, vnde & in pluribus inest, Interpretatio autē est propter bene
esse: sic & spiritu, & ad calorem interiorem tanquam necessariū
(causa autem in alteris dicta est) & ad vocem vt sit quod bene.

Vox autem est sonus animalis, nec quauis parte: sed quoniam om-
nia sonant percutiente aliquo, & aliquid, & in aliquo: id̄q; est aer, me
rito ea sola uocem fundere censendum est, quæcunq; recipiunt aerem.
Iam enim spiritu abutitur natura ad duo officia, ut lingua ad gustatū
& ad sermonē (quorum gustatus quidem necessarius est, quāobrem plu
ribus etiam inest, sermo uero ut bene sit) sic quoq; spiritu tum ad nati-
uum calorem ut quod sit necessarium (causa autem aliàs dicetur) tum
uero ad uocem, ut id quod bene est, adsit.

Vox autem est sonus animalis, sed non per quodcunq; mem-
brum. Sed, quia omnis res non habet sonum, nisi percutiendo ali
quid, s. aerem, necesse est etiam vt ista tm̄ vociferant, s. recipientia
aerem. Natura enim vtitur aere anhelato in duabus actionibus,
sicut lingua in gustu, & loquela, sed gustus est necessarius, & ideo
est in pluribus, loquela autem pp melius. Et sic vtitur anhelitu in
calore intrinseco, & hoc est necessarium: & iam dedimus causam
in hoc in alio libro: & in vociferatione propter melius.

Cùm declarauit quòd vociferatio dicitur æquiuoce in eis, quæ voci- 3
ferant per branchos, & in animalibus anhelantibus, vult modo notificare
genus animalium, in quo inuenitur vera vox, & dicit, Vox autem, &c.i.
vox aût vera est sonus animalis proprij, & per membrū proprium. Dein
de incœpit declarare sermonem quod membrum est, & quod animal est,
& d. Sed quia omnis res non habet sonum, &c.i. quia iam declaratum est
q̄ omne sonorum non habet sonum, nisi percutiēs, & percussum in aere,
manifestum est q̄ impossibile est inuenire animal sonorum, nisi habeat
membrum, ex quo fiat percutiēs, & percussum, & aerem, quem immittat
in illud membrum, & extrahat ab ipso: & q̄ illud membrum habeat figu
ram, & quantitatem, & situm terminatum. Vnde necesse est, vt etiam ani
malia vociferantia in rei veritate sint animalia, quæ recipiunt aerē in in-
teriorib⁹ suis, & extrahunt ipsum. in illis enim inueniuntur illa tria, ex

quibus

quibus fit vox in rei veritate. Deinde incœpit declarare q̄ istud iuuamē D
tum, per quod natura vtitur aere in animali anhelāte, est aliud à iuuamen
to, quod est infrigidatio: & q̄ natura vtitur eodem membro ad duo, quo-
rum vnum est vtile, & reliquum necessarium, vt declaratur in animalib⁹
& d. Natura enim vtitur aere anhelato, &c. & intendit per duas actiones
vociferationem, & infrigidationem. Deinde dicit sed gustus est necessa
rius, &c. i. sed gustus ex his duobus est necessarius in essendo animalia: &
ideo inuenitur in pluribus animalium. iuuamentū autem suum in loque
la est propter melius: & ideo carent eo multa animalia. Deinde d. Et si-
militer vtitur anhelitu in calore, &c. i. & natura vtitur immissione anhe-
litus propter calorem, qui est interius & hoc fuit necessarium animalib⁹
anhelantibus: & vtitur eo propter melius in vociferatione. Et locus, quē
innuit quòd in eo fuit locutus de hac intentione, est suus tractatus, quem
fecit de Anhelitu. & iste tractatus non peruenit ad nos. & oportet perscru-
tari de hoc singulariter. videtur enim q̄ illud, quod dicit Galenus in hoc, g
non est sufficiens.

Aristot. fecit lib. de Anhelitu. & de anhelitu nō fuit sufficienter dixit Gal.

Organum autem respirationis vocalis arteria est. cuius autem causa hæc pars est, pulmo. hac enim parte plus habēt calorem pe-
dibus gradientia, alijs. indiget autem respiratione & circa cor lo-
cus primus. vnde necesse est interius respirante ingredi aerem.

SOPH. *Instrumentum autem spiritus est guttur: id uero cuius gratia hæc pars est, pulmo est: hac enim parte plus habent caloris pedestria quam cætera. indiget etiam respiratione locus is qui circa cor est primus. quæ circa necesse est intro spiritu ductum intrare aerem.*

Et trachea arteria est instrumētum anhelitus, & vocis. & illud propter quod fuit hoc membrum, est pulmo. per hoc enim mem-
brum excedit animal ambulans alia animalia in calore. Et indi-
get anhelitu propter cor prius. & ideo indiget necessario vt aer in f
frigidetur, vt anhelet ad interius.

89 Et, cum declarauit q̄ necesse est vt nullum animal habeat vocem, nisi sit anhelans, & q̄ per idem membrum facit animal vtrunq; incœpit di-
cere illud membrum, & d. Et trachea arteria. & intendit per tracheam
arteriam epiglotum, & cannam. Et manifestum est q̄ hoc membrum est
instrm vocis: quoniam in extremo huius membri est corp⁹ simile linguę
fistulæ. & similiter est manifestum q̄ hoc membrum est pp pulmonem:
quia est via ad ipsum. Et d. per hoc enim membrum excedit, &c. i. quia
hoc membrum inuenitur in animalibus habentibus sanguinem ambu-
lantibus, ideo sunt calidiora animalibus carentibus hoc membro. D. d.
Et indiget anhelitu propter cor prius. i. & ista animalia indigent anhe-
litu pp calorem cordis prius, & secundo propter calorem illius membri.
D. d. & ideo indiget necessario vt aer frigidetur, &c. i. pp calorem cordis
indiget animal ad immittendum aerem frigidum prius, & propter calo-
rem

Docuit Pria necessitas Anhelitu est ad immittēdū: secūda ad extrahēdū. pria é pp cor: & secūda est pp pulmonem.

A rem pulmonis: secundo indiget vt extrahat ipsum. Et hoc, quod dixit, ne
cessarium est. Prima enim necessitas in anhelitu est ad immittendum: Se-
cunda ad extrahendum. prima autē est propter cor: & secunda propter pul
monem. qm̄, nisi esset calor pulmonis, nō indigeret animal ad extrahen-
dum aerem frequenter. & hoc est simile ei, quod inuenitur in pluribus
artificijs, q̄uia indigēt mutare instrumentum, per quod agunt propter
illud, quod contingit illi instrumento, ab eo, qui vtitur. instrumēcum. n.
non mutatur, nisi q̄n consumitur, & consumptio contingens ei aut est
propter utentem aut propter ipsum vsum. Si igitur pulmo desyderat ad
extrahendum aerem calidum, tunc motus eius non est ex pectore tantū,
ut opinatur Galenus. & ista intentio indiget perscrutatione per se.

Quare percussio respirati aeris, ab anima quæ est in his parti-
bus, aduocalem arteriā, vox est. Non enim omnis animalis sonus
vox est sicut diximus. est enim & lingua sonare sicut tussientes:
sed oportet animatum esse verberans, & cū imaginatione aliqua.
significatiuus enim quidam sonus est uox, & non respirati aeris
sicut tussis: sed isto uerberat eum qui est in arteria, ad ipsam. signū
autem est non posse uocare respirantem neque expirantem, sed de
tinentem. mouet enim isto retinens.

Itaq; ictus spiritu ducti aeris ab anima quæ est in his partibus, ad eam partem quæ arteria uocatur, uox est. neq; enim quilibet sonus animalis uox est, ut diximus licet enim & lingua sonum edere, ut qui tussiunt, sed oportet id quod uerberat animatum esse & cum phantasia quadam. uox enim sonus est significans: & non aeris qui spiritu ducitur, ut tussis: sed hoc ipso ferit eum qui est in arteria, ad ipsam. Cuius rei indicium est, quòd nemo posset uocem emittere ducens aut reddens spiritum, sed retinens: hoc enim ipso mouet, qui retinet.

Oportet igitē ex hoc ut percussio aeris anhelati ab anima, quæ
est in istis mēbris, ad illud, quod vocatur cāna pulmonis, fit vox.
Non enim omnis sonus, qui fit in animalib⁹ est vox, vt diximus:
possumus. n. facere sonum per linguam, sicut apud tussim: sed in-
digetur vt percutiēs sit animatum, & cūm aliqua imaginatione.
vox. n. ē sonus illi⁹, & nō est aeris anhelati, sicut tussis, sed per hoc
percussit aerem, qui est in canna. Et signum eius est q̄ nos nō pos
sumus vociferare in respirando. aut expirando. & nos non moue
mus per illud membrum, nisi cum clauserimus ipsum.

D. Oportet igitur vt percussio aeris anhelati ab anima, quæ est in istis Essētia vo
membris ad cānam, sit illud, quod facit vocem. necesse est igitur vt essen- cis non est
tia vocis non sit aliud, nisi percussio aeris anhelati ad membrum, quod aliud, nisi
canna dicitur, ab expulsione animæ imaginatiuæ voluntariæ, quæ est in percussio ae
ris anhe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lati ad mẽbrũ dr, ab expulsiõe aiæ imaginatiuę uoluntariæ, quæ est in istius mẽbris.

istis membris: quemãdmodum fistulatio est percussio aeris ad linguã fistulæ à fistulante habente animam expellentem apud imaginationem neumatum, vel nete. Deinde d. Non enim omnis sonus, &c. ideſt & dicimus ꝙ necesse est in essendo vocem ut percutiens habeat animam imaginatiuam. quia non ois sonus factus ab animali est vox: vt sonus, qui fit hne voluntate apud tussim, & apud motum linguæ. sed vox est sonus, qui fit cũm imaginatione, & voluntate & ideo dixit. animatum, & cũ aliqua imaginatione. innuit enim quòd ista actio completur duabus virtutibus

Primum mouẽs in voce est anima imaginatiua, & concupiscibilis.

animæ, quarum vna est concupiscibilis, altera imaginatiua. Deinde dicit yox enim est sonus illius, &c. ideſt primum enim mouens in voce est anima imaginatiua, & concupiscibilis. & ideo vox est sonus illius primi, idest volentis, & nõ est sonus mouẽtis aerẽ anhelatũ: vt sonus, qui fit apud tussim. sed mouẽs in voce est aliud ab isto mouẽte, licet nõ moueat nisi ꝙ ipsum. & hoc intẽdebat, cũ d. sed per hoc percutit aerem, qui est in cãna. i. sed illud primũ mouẽs, quod est propriũ voci, percutit aerem, qui est in cãna apud vocẽ, per illud, quod moueat aerẽ anhelatum. D. d. Et signum eius est ꝙ nos nõ possumus vociferare &c. i. & signũ eius ꝙ primũ mouẽs in voce mouet aerẽ, mediante primo mouente aerẽ in anhelitu, est ꝙ nos nõ possumus vociferare, dũ inspiramus aut expiramus. mouẽs. n. in anhelitu alio instrumẽto vtitur in illa hora, ab instrumẽto primę motionis in perçussione, quæ facit sonum. sed impoſe est vt vno instrumẽto vtatur in diuersis actionibus in vna hora. D. d. & nos non mouemus per illud membrũ, nisi cùm cõcluserimus ipsum. i. & ideo nos nõ mouemus aerẽ motu vocis per hoc mẽbrũ, quod inspirat, & expirat, nisi quando incluserimus anhelitũ, & reddiderimus ipsum ociosum ab actione, quæ est anhelitus.

Manifestum autem & quia pisces sine voce: non. n. hũc guttur, hanc aũt partem non habent quia non recipiunt aerem, neq; respirant. sed qui dicunt sic, peccant: propter quam igitur causam altera ratio est.

SOPH. *Patet etiam causa cur pisces sint uocis expertes: nimirum quia non habent guttur: hanc porrò partem non habent, quia nõ recipiunt aerẽ, neq; spirant: sed qui ita dicunt aberrant: causa autem ad aliam sit relecta disputationem.*

Contradictio, quia ponit non hic primo nem cãm remotã, sed in primo Poste. posuit eã cã, propinquã. Vide con. Zim.

Et manifesta est etiam causa, propter quam pisces carent voce, carent. n. canna quia non recipiunt aerẽ. & qui dicit hoc esse, peccat. Causa autem in hoc dicenda est in alio loco.

Dicit ꝙ causæ, propter quas pisces non habent vocem, sunt tres. & primo incœpit à remotiore, & d. quia non habent pulmonem, & cannam. D. d. causam huius causæ, & d. quia non recipiunt aerem. i. quia non indigent immissione aeris, aut emissione. D. d. causa autem in hoc dicenda est alio loco. ideſt causa autem istius esse, & est causa propria, & propinqua huic accidenti dicenda est in alio libro de Animalibus.

De

De olfactu, olfactibili ac medijs. Cap. 5.

DE odore aũt & olfactibili minus bene determinabile est dictis. non. n. manifestum est quale quid sit odor, sicut sonus aut visibile, aut lumen. causa autẽ est, quia sensum hũc nõ habemus certum, sed peiorem multis animalibus. Praue. n. odorat homo, & nihil odorat odorabilium, sine lætitia & tristitia: sicut non existente certo eo quod sentimus,

De odore & odorabili minus facile explicare est, quàm de iis quæ dicta sunt: non enim constat quale quid sit odor. quomodo sonus aut lumen aut color: causa est, quia non habemus exquisitum hunc sensum, sed deteriorem compluribus animalibus: homo enim exiliter olfacit, atq; sine dolore & uoluptate nihil sentit odorabilium: ut pote cum non sit exquisitum hoc instrumentum.

Odor autem, & odoratũ difficilius determinatur, ꝙ̃ prędicta. odor. n. non declaratur quid sit, sicut de voce, luce, aut colore. Et causa in hoc est, quia iste sensus non est in nobis verus, sed est debilior in nobis ꝙ̃ in multis animalibus. olfactio. n. hominis est valde debilis, & nos non sentimus odoratum sine delectatiõe, aut cõ tristatione: quia sensus iste non est in nobis verus.

Cùm compleuit sermonem de auditu, vult loqui de odoratu, & dixit. Odor aũt, & odoratum, &c. i. & cognoscere aũt quid sit odor, & quid sit odorabile, ex quo possumus peruenire ad sciendum istũ sensum quid sit, sm ꝙ dat doctrina naturalis, difficilius est q̃ scire uocẽ quid sit, aut colorẽ. Et causa difficultatis in hoc est, quia non declaratur de odore, cuius odor sit, & quæ sunt differentiæ propiæ vnicuiq; eorum. sicut declarantur differentię colorũ, & vocũ. Et, cum declarauit ꝙ cã difficultatis in sciendo odorẽ quid sit est, quia dr̃iæ specificæ non bene cõprehenduntur a nobis, dedit causam in hoc, & d. Et causa in hoc est, quia iste sensus nõ est verus in nobis, &c. i. causa propter quam imperfecte intelligimus dr̃ias odoris est, quia iste sensus debilior est in nobis q̃ in multis animalibus. Et intẽdebat per hoc demonstrare causam propter quã intellectus difficile comprehendit differentias odorũ: & est, quia iste sensus debiliter comprehendit differentias odorũ sensibiles. cõprehensio. n. differentiarum rerũ sensibilium a sensu est causa in cõprehensione earum ab intellectu. & ideo qui caret sensu, caret intellectu illius generis sensibiliũ. D. d. sed est debilior in nobis q̃ in multis animalibus. i. in cõprehendendo differentias odorũ multa animalia videntur cognoscere sua nutrimenta per differentias odorũ, sicut nos per saporem. & non tm̃ in hoc excedunt nos animalia aliqua, sci licet, comprehendendo differentias odorum, sed in cõprehendendo eas à remoto spacio. D. d. & nos nõ sentimus odoratum sine delectatione, aut

Documentũ cõprehẽsio drr̃ũ rerum sensibiliũ a sensu est cã i cõprehensione earũ ab intellectu. & ió qui caret sẽsu, caret intellectu illius generis sensibiliũ. Idem prio Post. t. cõ. 134. consẽ. 2. ph. t. c. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tristitia.i.& non sentimus de differentijs odorati,nisi illud,quod est dele- D
ctabile,aut contristabile.i. non sentimus de eis nisi differentias magis cō-
munes.delectabile.n.multos habet modos,& similiter contristabile,& de
lectabile non inueniuntur, nisi in remotissimis extremis.

Rationabile autem sic & fortes oculis colores sentire, & non per manifestas ipsis esse differentias colorum, nisi terrentium & non terrentium. sic autem & odores hominum generatio videtur enim & anologiam habere ad gustum, & similiter species humorum, cum his quæ sunt odoris.

SOPH. *Consentaneum etiam est quæ durioribus sunt oculis eodem modo colores sentire, neq; perspicuas eis esse colorum differentias, nisi cum terrore & sine terrore: eodem etiam pacto odores hominū genus. enimuero species saporum, si ad gustum conferas, cum speciebus odoris habere proportionem ac similitudinem uidentur.* E

Et videtur ꝙ sicut sentiūt animalia duri oculi colores. ꝙ apud ea non declarantur modi colorum, nisi conueniens oculo, & incō ueniēs, sic genus hominū sentit odores. Vr.n.pp cosimilitudinē, quā habet odor cū gustu, ꝙ modi saporū sunt, sicut modi odorū.

93 D. Et videtur ꝙ ita homines differentias odorum, sicut aīalia duri ocu li differentias colorum, quēdmodū.n.illi non cōprehendunt de dīijs colorū nisi conueniente, & inconuenientē, ita homines non comprehēdūt de dīijs odorum nisi delectabile, & contristabile. Visum est.n.propter cosimilitudinem, quę est inter gustum, & odoratum, vt dīæ odorum sint fm numerum dīarum saporum. sed dīæ saporū apud nos sunt comprehensibiles, et illæ non: cùm in hoc sensu excedamus omnia animalia, quia quoquo modo est tactus. & consimilitudo, quæ est inter sapores, & odores, est, quia non inuenitur odor nisi in habente saporem, vt declaratum F
est in de Sensu, & sensato.

Sed certiorem habemus gustum propter id quod ipse quidam tactus est. hūc aūt habet homo sensum certissimum, in aliis enim deficit ab animalibus multis, secundum autem tactum, differēter certificat. unde & prudentissimum animalium est. signum autē, in genere hominum secundum sensum hunc ingeniosos esse & non ingeniosos. fm autem alium nullum. duri enim carne, inepti mente: moles autem carne, bene apti.

SOPH. *Sed exquisitiorem habemus gustatum, propterea quòd tactus sit quidam, et hunc sensum homo habeat exquisitissimum. in reliquis enim longe inferior est cæteris animantibus: at uero tactu, præter cætera omnia exquisite suo fungitur munere: & ideo prudentissimum est ani-*

malium: argumēto quòd in genere hominum ob instrumentum hoc ingeniosi sunt & tardi, nec ob ullum aliud: qui.n.duras habent carnes, tardo sunt ingenio: qui uero molles ingeniosi.

Sed gustus est in nobis magis uerus, quia est aliquis tactus. &, si iste sensus est in hoīe ualde uerus, alijs diminuitur à multis aīalibus, in tactu aūt excedimus oīa. & ideo est subtilior oībus aīalibꝫ. Et signum eius est ꝙ, in genere humano ēt propter istum sensum est homo discretus, & non est hoc propter aliud omnino. duræ.n. carnis non est discretum, & mollis carnis est discretum.

34 Ideſt est, & sensus gustus est nobis pfectior sensu olfactus: quia gustus est tactus quoquo modo: & sensus tactus est in nobis perfectior: q̄ in omnibus alijs animalibus. D. & si iste sensus &c.i. & licet iste sensus sit perfectior in hoīe q̄ in alijs animalibus, tamen nō consequitur ex hoc vt sit in
35 alijs sensibus perfectior, immo diminuitur in eis à multis animalibus. D. d. in tactu aūt excedimus, &c.i. in bonitate aūt sensus tactus excedimus omnia animalia. & propter bonitatem istius sensus est hō subtilior, & discretior omnibus aīalibus. s. ꝙ complexio conueniens bonitati istius sensus, conuenit discretioni intellectus. D. d. Et signum eius est, &c.i. & signū conuenientiæ complexionis istius sensus ad complexionē intellectus est, ꝙ in genere hominum, quando iste sensus fuerit bonus, tunc homo erit discretus, & econtrario. D. d. & non est hoc propter aliud.i. & bonitas discretionis non videtur consequi bonitatem aliorum sensuum. boni.n. visus homo potest esse indiscretus, & similiter boni auditus: sed boni tactus semper vī discretus. D. d. duræ. n. carnis. &c.i. & signum, quod bonitas discretionis sequitur bonitatem tactus, est quòd mollis carnis, ideſt boni tactus, sēper videtur discretus, & intelligens, & econuerso. Et hoc quod dixit verum est. &, cùm inspexeris intelligētes homines, semper inuenies nos talis dispositionis, & ideo hō est mollioris carnis, q̄ cætera animalia.

Bonitas discretionis nō vī sequ bonitatē aliorū sensuū. boni ens vis⁹ potest esse indiscretus, & sīt bōi audies: sed boni tact⁹ semp ē discret⁹ oppo. in ꝓœmio Met. de usu & in 2. de generatione cō. 7. ubi habet q̄ priorias is⁹ ad tactū ē priorius fm finē & formam ta-

Est autem sicut humor, hic quidem dulcis, ille uero amarus. sic G & odores sunt. sed alia quidem habent proportionaliter odorē & humorem, dico autem dulcem odorem & dulcem humorē: alia uero contrarium. similiter autem & acer & austerus & acutus & pinguis est odor. sed sicut diximus propter id quod non multum permanifesti sunt odores sicut humores, ab his acceperunt noīa secundum similitudinē rerum: dulcis quidem.n.a croco & melle: acer autem a thymo & huiusmodi. eodem aūt modo & in alijs.

Quemadmodum autem sapor, alius est dulcis, alius amarus: sic etiā odores. sed alia habent proportionalem odorem & saporem, alia contra: uerbi causa dulcem odorem, & dulcem saporem: pariter etiam acrem, & austerum, & acidum, & pinguis est odor. sed quoniam ut diximus odores non admodum manifesti sunt, ut sapores, ideo ab eis du-

xere nomina pro rerum similitudine: dulcis nimirum à croco & mel: acris à thymo atq; id genus alijs: sic etiam in cæteris.

Et quemadmodum in saporibus dulce, & amarum, sic in odoribus. Sed in quibusdam odor, & sapor sunt conuenientes. ver. g. odor dulcis, & sapor dulcis: & in quibusdam contrarij. & ideo inuenitur odor acutus. & ponticus, & acetosus, & delectabilis. Sed sicut diximus q̃ odores nõ sunt ita manifesti: sicut sapores, ita isti non dñr istis nominibus nisi fm similitudinẽ ad sapores. odor. n. dulcis est odor croci: & acut⁹ est odor allij & similiũ, & sic de alijs.

Vult declarare quomodo consequuntur differentiæ odorum differentias saporum: & d. Et quemadmodum in saporibus est dulce, & amarũ. i. quemadmodum in saporibus est prima contrarietas, scilicet amaritudo & dulcedo, † ex quibus alij componuntur, sic est opinandum q̃ in odoribus est prima contrarietas, ex qua componuntur medij. Et, cùm narrauit q̃ istæ differentiæ debent esse secundum numerum illarum: & quemadmodum est in illis prima contrarietas, sic est in istis: incepit narrare q̃ non semper consequitur unaquæq; illarum in altero duorum generum suum simile in altero genere, & d. Sed in quibusdam odor, & sapor, &c. i. sed in quibusdam simile consequitur simile, & in quibusdam non, scilicet quòd odor, & sapor non erunt eiusdem speciei. v. g. q̃ sapor erit dulcis, & odor acutus. D. d. & ideo inuenitur odor acutus. i. &, quia differentiæ odorum sunt conuenientes differentijs saporum, inuenitur odor acutus. i. eius proportio ad odores est, sicut proportio acuti ad sapores: & sic de alijs. Et, cùm declarauit q̃ nos non comprehendimus differentias odorum, nisi propter consimilitudinem eorum cum differentijs saporum, vult narrare q̃ ista est causa, propter quam transumpta sunt ad eas nomina saporum, & d. Sed sicut diximus q̃ odores, &c. i. sed sicut diximus quia differentiæ odorum non sunt apud nos manifestæ, sicut saporum, ita q̃ possumus comprehendere eas absq; comparatione, & assimilatione ad alias, hoc fuit causa propter quam transumimus ad eas secundum similitudinem nomina saporum: & non imposuimus eis nomina propria, quia nõ intellexim⁹ in eis intentiones proprias nisi per similitudinem. D. d. odor enim dulcis, &c. i. manifestũ est. n. apud nos q̃ odor dulcis est sicut odor croci, aut mellis. i. q̃ proportio odoris croci, & odoris mellis ad alios odores est, sicut proportio dulcis ad alios sapores. & sic est de alijs odoribus.

Adhuc aũt sicut auditus & vnusquisq; sensuum, hic quidẽ audibilis, & nõ audibilis. ille uero uisibilis & non uisibilis. & olfactus odorabilis & nõ odorabilis. non odorabile aũt aliud quidẽ fm id quod omnino impossibile est habere odorem. aliud uero paruum habens, & prauum. similiter aũt & nõ gustabile dicitur.

SOPH. *Præterea ut auditus & unusquisq; sensuum alius est rei audibilis & inaudibilis: alius uisibilis & inuisibilis: sic etiã odoratus rei odorabilis*

& inodorabilis. inodorabile autem dicitur, partim quod nullum prorsus habere potest odorẽ: partim quod exiguum habet, & exilem: similiter gustabile, & ingustabile dicitur.

Τὸ ἀοσ-λον. Potest et uetti sẽdũ, et rectũ.

Et quẽadmodũ auditus, & unusquisq; sensuũ, hic quidẽ est audibilis & nõ audibilis, hic uero uisibilis & nõ uisibilis, sic ẽt odoratus est odorabilis & nõ odorabilis. Et nõ odorabile dicitur nõ odorabile, aut quia est impossibile vt habeat odorẽ: aut quia habet odorẽ debilẽ: aut quia habet malũ. Et sic dicitur nõ gustabile.

Vult narrare hic aliquid cõmune istis sensuũ, & alijs sensibus, & quòd omnis sensus comprehendit suum sensibile proprium, & eius priuationẽ, & d. Et quemadmodum auditus, &c. i. &, quemadmodum auditus, & unusquisq; sensuum comprehendit suum sensibile proprium, & eius priuationem, v. g. quia auditus comprehendit audibile & non audibile, & visus visibile & non visibile, sic etiam sensus odoratus comprehendit odorabile & non odorabile. D. incœpit narrare secundum quot modos dicuntur hæc nomina priuatiua, & d. Et non odorabile dicitur, &c. ideſt & non odorabile, & non visibile, & non gustabile dicuntur tribus modis: aut de eo, quod omnino caret illo sensibili: aut de eo, in quo inuenitur debile: aut in quo inuenitur male. ver. g. non odorabile dicitur de carente odore omnino, & de habenti debile, & male. & sic non gustabile.

Est autem olfactus per mediũ, ut aerem aut aquam. & nanq; aquatica videntur odorem sentire: similiter aũt & quæcunq; cum sanguine & sine sanguine. sicut quæ in aere: etenim horum quæda à longe occurrunt ad alimentum, quæ ab odore mouentur.

Fit etiam olfactus per intermedium, ut aerem aut aquam. quippe & aquatilia uidentur odorem sentire, & sanguinea pariter & exanguia: quemadmodum etiam ea quæ in aere degunt. nã & nonnulla eorum odore impulsa procul contendunt ad alimentum.

Et odorare etiã fit per mediũ, ver. g. aerem, & aquam. animalia enim habitantia in aqua existimãtur sentire odorem. & similiter habentia sanguinẽ, & carẽtia sanguine: sicut sentiunt aſalia, quæ sunt in ere. quædam. n. mouentur ad suum cibum in remoto.

Cùm declarauit hic de odore illud, quod potuit declarare in hoc loco dicit quòd, iste sensus ita etiam indiget medio, sicut duo sensus prædicti, Et sermo eius manifestus est, sed debet ita legi, & odorare etiam fit per medium. & hoc medium est aer, aut aqua. animalia enim habitantia in aqua videntur sentire odorem, sicut animalia habitantia in aere. & secundum hunc modum videtur q̃ animalia viuentia in aere, & non viuentia sentiunt odorem. Et signum eius est q̃, istorum multa mouentur ad suũ cibum à remoto, licet non videant. Apes enim mouentur ad suum nutri- Expositio textus.

mentum à loco remotissimo, & sunt exanimalibus carentibus sanguine. & similiter in piscibus, & in multis animalibus aquæ Et ratiocinatio super hoc, quod dixit de medio, est ratiocinatio prædicta, s. ꝙ cùm odorabile fuerit positum super sensum odoratus, non sentietur. Et quod dixit de, visione, ꝙ natura media, quę ferunt visui, nō est aer, ſm ꝙ est aer, aut aqua ſm ꝙ est aqua, sed natura eōis, ita ē intelligēdū hic in nā quę est media, s. quia est natura cōis aquæ, & aeris, & ꝙ odores sunt extranei in ista nā. & ꝙ ista natura caret odoribus, sicut diaphanū coloribus. & sicut color habet duplex esse. s. esse in corpore colorato, & hoc est esse corporale: & esse in diaphano, & hoc est esse spirituale: ita odor habet duplex esse, scilicet esse in corpore odorabili, & esse in medio. & hoc est esse corporale, & illud spirituale: & illud naturale, & hoc extraneum. Et, cùm hoc ignorauerunt quidam, & extimauerunt quòd odor non separatur à corpore odorabili, & quòd non habet nisi vnum esse tantum, dixerunt quòd à corpore odorabili dissoluitur corpus odoriferum, habens corpus subtile, & odorem subtilem, & quòd mouetur in aere, donec perueniat ad sensum odoratus. Et hoc destruitur multis modis. Videmus enim quòd multa animalia mouentur ad nutrimentum per spacium * multarum dietarum, sicut apparet in Vulturibus: & sicut apparet de Tigribus, quæ veniunt ad locum prælij, quod accidit in terra Græcorum à remotis regionibus. Et * quando iam posuimus quòd omne sensibile, quod comprehenditur per medium æqualiter, debet sentiri ex omnibus partibus, nisi aliquid impediat. vnde necesse est, vt istud corpus vaporosum sit centrum vnum, & quòd sua semidiameter sit secundum longitudinem linearum, vnde veniunt ista animalia ad suum cibum, vt dicitur quòd Vultures mouentur à quingentis miliaribus: sed impossibile est vt corpus paruum extendatur, donec recipiat tales dimensiones, cùm impossibile est vt materia recipiat extēsionem ad tale vltimum. maxima enim remotio, quam materia recipit, est dimensio ignis, deinde aeris. Si igitur corpus odorabile alteretur totum in ignem, aut aerem, impossibile est ipsum recipere dimensionem mille miliariorum. Minima enim dimensionum, quam materia recipit, est dimensio terræ, & maxima est dimensio ignis. & inter has duas dimensiones non sentitur ex diuersitate hæc quantitas, scilicet vt magnitudo vnius palmi terræ fiat ad mille miliaria. hoc enim impossibile est. Et etiam, si ita esset, tunc illud corpus sphæricum non odorabile necesse esset vt penetraret aerem secundum totum, aut quòd aer recederet à loco suo. Et, cùm hoc impossibile est, etiam impossibile est vt odor sit in aere, sicut in corpore composito. † simplicta enim non recipiunt odores. remanet igitur vt sit in eo sicut color in diaphano. * Sed tamen apparet quòd esse coloris magis est spirituale, quā esse odoris. venti enim videntur adducere odores. & hoc ex eo est, ex quo fuit existimatum odorem esse corpus. Sed ita est de odore in hac intentione, sicut de sono. Sonus enim fit à passione in aere: sed etiam impellitur à ventis: sed tamen non consequitur ex hoc vt sit corpus. quasi igitur

Documentum. 5. tex. com. 73.

Color & odor hãt duplex eſſe. ide supra. 60. 67. 76. com. Vide. 76. & 101. ſcd. Oſ. Aui. I sexto naturalium.

Prima rō. *al. multarũ terrarũ

*al. 3.

Minima dimẽſionũ. quam materia recipit, eſt dimẽſio terræ. & maxima ẽ dimenſio ignis oppoſita. vide. 4. phi. cõ. 72. vbi habet ꝙ ſubtilitas ẽ inviſibilis in infinitũ. Vide cõ. 2im.

Igitur neceſſe eſt in iſtis duabus paſſionibus, ſ. ſoni, & odoris, cùm fuerint in aere, vt non ſint motus illic in aere ad aliam partem ſine alia.

Vnde & dubium videtur ſi omnia quidem ſimiliter odorent: homo autem odorat reſpirans: non reſpirans aut ſed exſpirãs, aut retinens ſpiritum, non odorat, neq; à longe, neq; à prope: neq; ſi in naſum intra ponatur. & hoc quidem in ipſo poſitum quo ſentit, inſenſibile eſſe, omnibus commune eſt: ſed ſine reſpiratione non ſentire, proprium eſt homini. manifeſtum eſt autem tentantibus.

Proinde videtur oriri quæſtio, ſi cuncta quidem peræquè olfaciant, homo uerò ſpiritum quidem ducens olfacit: quòd ſi non ducat, ſed reddat, aut cohibeat ſpiritum, non olfacit, neq; è longinquo, neq; è propinquo: ne ſi intra nares quidem apponatur. Ac ſi quid ipſi quidem apponatur ſenſorio, ad eſſe inſenſibile, commune eſt omnium: no ſentire uerò ſine reſpiratione, peculiare eſt in hoĩbus: quod inexperiẽdo perſpicitur.

Et ideo apparet ꝙ iſte eſt locus dubitationis, ſecundum ꝙ omnia animalia olfaciunt eodem modo, & ꝙ homo non olfacit, niſi quando anhelat inſpirans: quando autem expirat, aut retinet, nō olfacit neq; à remoto, neq; à propinquo, neq; etiam, ſi odoroſum poneretur in naſo. Hoc autem, ꝙ ſi ſenſibile fuerit poſitum ſuper ipſum ſentiens, non ſentietur, commune eſt omnibus. hoc vero, ꝙ ſentire non fit ſine inſpiratione, eſt proprium hominibus. & hoc manifeſtabitur experimentatoribus.

Et hoc dicit manifeſtum ſupra. 98. & 99.

Ideſt &, cùm dixerimus quòd animalia habitantia in aqua, & animalia non ſanguinea olfaciunt, accidit quæſtio, quando cõceſſerimus has duas propoſitiones. ſ. ꝙ omnia animalia debent olfacere eodem modo, & poſuerimus ꝙ homo olfacit, quando inſpirat, & non quando expirat, aut retinet anhelitum. conſequitur enim ex hoc ꝙ, ſi * illud animal fuerit non anhelans, vt non ſit olfaciens. D.d. Hoc autem, ꝙ ſi ſenſibile fuerit poſitum, &c. i. & hoc autem, quod eſt neceſſarium in omnibus animalibus vt ſit medium, & quòd ſentire non fiet, quando ſenſibile fuerit poſitum ſup ipſum ſentiens, cõmune eſt omnibus. hoc enim opinatur Ariſtoteles de tactu, & guſtu, vt poſt apparebit. D.d. hoc vero, quod ſentire nõ fit abſq; inſpiratione, &c. i. hoc vero, ꝙ homo, & alia animalia anhelantia impoſſibile eſt vt olfaciant abſq; inſpiratione, manifeſtum eſt per ſe volentibus conſyderare, & experimentari.

*al. aliud. *aliquod. Oppoſitũ vide in cõ. ſup lib. de ſenſu, & ſibili vbi hẽt ꝙ prius ẽ guſtui, & tactui ꝙ nõ indigent medio oppoſitũ de guſtu ſolo vide infra c. 101. Vid cõm. 2im.

Quare ſanguinem non habentia, quoniam non reſpirant, alterum vtiq; quendam ſenſum habent præter eos qui dicti ſunt. ſed impoſſibile eſt: ſi quidem odorem ſentiunt: odorabilis enim ſenſus

sus,& boni odoramenti & mali,olfactus est. Amplius autē & corrumpi videntur à fortibus odoribus,ex quibus homo corrumpitur,vt asphalto,sulfure,& huiusmodi.olfactum quidem igitur habere necessarium est,sed non respirantia.

SOPH. *Itaq; sanguine carentia,ut pote quæ non spirent,alium quempiam sensum habere censeas,præter eos qui uulgo dici consueuere. res tamen non ita se habet:si quidem odorem sentiunt: sensus enim rei odorabilis, & fœtidæ & odoratæ,olfactus est. Præterea uidentur à uehementibus odoribus corrumpi,à quibus etiam homo corrumpitur, ut bitumine, & sulphuris,atq; id genus aliis.olfaciant igitur necesse est, non tamen recipiendo spiritum.*

Oportet igitur ex hoc,vt animalia carentia sanguine, cùm non anhelant,habeant alium sensum.Sed hoc est impossibile, cùm sentiant odorem.sentire enim bonum odorem, & malum est olfacere.Odores enim fortes,qui nocent homini,nocent eis, vt putrefactionis,& sulphuris,& similium. Vnde necesse est vt olfaciant, sed non inspirando.

" Dixit &,cùm posuerimus ꝙ omnia animalia eodem modo olfaciunt: & est manifestum ꝙ homo non olfacit sine inspiratione:necesse est vt animalia carentia sanguine cùm non anhelant,& videntur ventre ad suum nutrimentum à remoto,vt habeant alium sensum à sensu olfactus. D.d. Sed hoc est impossibile,&c.i.sed ponere ea habere alium sensum à sensu olfactus impossibile est,cùm posuerimus ꝙ nihil comprehēdit odorem, nisi per istum sensum.comprehendere enim bonum odorem, & malum est olfacere:& olfacere est actio istius sensus, non alterius. D.d. Odores enim fortes,qui nocēt homini,nocent eis.& ista est secunda ratiocinatio. & est ꝙ ista animalia infirmantur,& dolent à malis odoribus, & fugiunt eos,sicut homines.&,quia homines fugiunt eos propter sensum olfactus, oportet vt sic fit de aliis animalibus. D.d. Vnde necesse est vt olfaciant, sed non inspirando.i. necesse est igitur ex hoc,quod diximus ſ.ꝙ ista animalia olfaciunt,cùm videtur moueri ad odores,& fugere eos.&,quia impossibile est vt ista actio sit per alium sensum à sensu olfactus,ista animalia necessario olfaciunt : & non est necesse vt omnia animalia odorent eodem modo.

Videtur autem in hominibus differre hoc sensitiuū ad ea quæ aliorum animaliū:sicut oculi,ad ea que durorum oculorū sunt. Hæc quidem enim habent phragma & sicut velamen, palpebras: quas aliquis non mouens,neq; retrahens non videt: fortia autem oculis nihil huiusmodi habent,sed mox vident quæ fiunt in lucido.sic igitur & odoratiuum sensitiuum,aliis quidem sine operculo est:

lo est:sicut oculi. aliis vero aerem recipientibus habere cooperimentum,quod respirantibus discooperitur,ampliatis venis & poris.& propter hoc respirantia non odorant in aqua . necessarium enim est odorem pati respirantia:hoc autem facere in humido impossibile.est autem odor sicci sicut humor humidi . odoratiuum autem sensitiuum potentia huiusmodi est.

Videtur autem in hominibus differre hoc instrumentum à cæterorum animalium instrumentis: ut oculi ab oculis eorum quæ duros eos habent:nam illi quidem habent septum & ueluti utriculum quendā, palpebras:quas nisi moueat,atq; attollat,non uidet.quæ uero duros sunt oculos,nihil habent eiusmodi:sed illico uident quæ fiunt in translucido. sic etiam odoratiuum sensorium: alius sine operculo esse apparet, sicut ille oculus:in iis autem quæ recipiunt aerem adesse uidetur operimentum,id.q; cum spiritum hauriunt aperiri, dilatatis uenulis ac meatibus.Quamobrem quæ spirant in humido non olfaciunt:necesse enim est spiritum ducendo olfaciant:quod in humido fieri non potest . Est autem odor sicci,ut sapor humidi:Odoratiuū uerò sensorium est tale potētia.

Videtur igitur ꝙ iste sensus in hominibus differt à se in aliis animalibus,sicut oculi differunt ab oculis animalis duri oculi.Isti.n. habent coopertoria.ſ.palpebras,quæ cùm non aperiuntur,non videt homo.animalia autem duri oculi non habent aliquod tale:sed vident subito illud,quod fit in diaphano. Et sic videtur quod est sensus olfactus etiam,ſ.ꝙ in quibusdam animalibus est non coopertus,vt oculus.in animalibus vero recipientibus aerem habet coopertorium.&,cùm ista animalia inspirant, ampliantur venæ, & viæ,& aufert illud.Et ideo ea,quæ anhelant,non olfaciunt in humido,inspiratio enim necessaria est in olfactu. Vnde impossibile est hoc facere in humido.Et odor est sicci, sicut sapor humidi. Et olfaciens est illud,quod est in potentia istius dispositionis.

Cùm declaratum est ꝙ animalium quædam sentiunt odorem sine inspiratione,& quædam cum inspiratione, visum est ꝙ eā in hoc est ꝙ iste sensus in hominibus,& in animalibus anhelantibus differunt in creatione,& in forma à se in aliis animalibus non anhelantibus. Quemadmodū enim oculi in homine,& in aliis differunt in creatione ab oculis animaliū duri oculi.ſ.carentium palpebris. Et, cùm narrauit cōsimilitudinem inter ea in hac intentione,dedit modum consimilitudinis,& dixit.Isti enim habent coopertoria,&c.i.& sicut oculi in homine,& in aliis habent palpebras,quibus cooperiuntur:& est impossibile vt homo videat quousq; nō aperiat palpebras:& in animalibus duri oculi non habent palpebras,sed vident

Universidad de Deusto
Biblioteca

vident subito colores factos in diaphano sine aliquo coopertorio: ita videtur q̄ dispositio sensus olfactus in animalibus anhelantibus, differt à se in non anhelantibus. In anhelantibus enim habet coopertorium: in non anhelantibus autem non habet coopertorium. & sic animalia anhelantia indigent apud olfactum anhelitu ad aperiēdum vias clausas olfactus, per quas impossibile est vt olfaciant, antequam aperiantur. queadmodum impossibile est vt animalia boni visus videant, quousq; palpebræ aperiātur. sed animalia non anhelantia non indigent hoc. & ista erit causa, propter quam animalia anhelantia non olfaciunt in aqua. Sed est quæstio in hoc quod dicit: animalia enim duri oculi sunt debilioris visus aliis animalib⁹ sed animalia multa non anhelantia videntur fortioris odoratus homine, & oporteret, si palpebræ in oculis essent, sicut nasus in animalibus anhelātibus, vt animalia anhelantia essent verioris olfactus, quàm non anhelantia. Et ideo perscrutandum est vtrum, nasus in animalibus olfacientibus per nasum sit propter melius, sicut palpebræ sunt in animalibus habentibus palpebras: aut propter necessitatem. Si igitur est propter necessitatem, non oportet vt anhelantia sint verioris olfactus quàm non anhelantia. Si autem propter melius, erit econuerso. Sed hoc, quod dicit, ampliantur viæ, & viæ, demonstrat q̄ hoc est propter necessitatem, nō propter melius: & q̄ animalia duri oculi non assimilantur olfacientibus sine inspiratione, nisi secundum diuersitatem creationis tantum: non q̄ iuuamentum palpebrarum est de modo iuuamenti inspirationis. D.d. Et odor est sicci, sicut sapor humidi. i. & odor attribuitur abundantiæ partis siccæ in odorabili, sicut sapor attribuitur abundantiæ partis humidæ in gustabili. Et hoc declarabitur in libro de Sensu & sensato. D.d. Et olfaciens est illud, quod est in potentia istius dispositionis i. &, cùm declaratum est quid sit odor, & quomodo comprehenditur per sensum, tunc sensus olfactus est illud, quod in natum est recipere odores.

Dubium.

Oppositū 2. phy. 82. 88. a casu esset. vide com. Zim. Solutio.

B

B

De gustu, & gustabili. Cap. 6.

F

GVstabile autem est quiddam tangibile. & hęc est causa quare non sit sensibile per medium extraneum corpus. neq; n. tactus, & corpus autem in quo est humor, quod est quid gustabile, est in humido sicut in materia. hoc autem est quiddam tangibile. vnde & si in aqua essemus sentiremus vtiq; appositum dulce: non autem esset nobis tunc sensus per medium: sed in eo q̄d miscetur humido, sicut in potu. color autem non sic videtur, in eo quòd miscetur, neq; defluxionibus.

10 PH. *Gustabile autem est tactile quiddam: atq; hoc in causa est, cur non sit sensibile per intermedium quod sit alienum corpus. nimirum quia & tactus. corpus etiam in quo est sapor gustabile in humido ut* materia: id uerò est tactile quiddam. idcirco si in aqua essemus, & dulce quidpiam

quidpiam iniiceretur, sentiremus nec esset nobis sensus per intermediū: sed quòd admixtum esset humido, quemadmodum in potione: at color non hoc modo uidetur, nempe quòd misceatur, aut effluxionibus.

Gustus autem est aliquis tactus. Et est illud, quod est in potentia istius dispositionis, non per mediū, quod sit corpus extraneū. tactus enim etiam non est sic. Et corpus, in quo est sapor, gustus in eo est in humiditate: sicut res in materia. & hoc est aliquid tangibile. Et ideo, si nos fuerimus in aqua, & in aqua fuerit aliquid dulce, sentiemus non per medium, sed admiscendo se cum humido, sicut est de vino. Color autem non videtur, eo q̄ admiscetur, neq; quia aliquid currit ab eo.

Cùm complenit sermonem de olfactu, & sensus gustus est illud, quod debet consequi numerum sm ordinem, qui incœpit à meliori, & procedit ad magis necessarium, incœpit loqui de eo, & declarare q̄ est aliquis tactus, & q̄ propter hoc non indiget comprehendere suum sensibile p̄ medium, quod sit corpus extraneum, sed per medium, quod sit pars animalis. Et. d. Gustus autem est aliquis tactus. & hoc non est in potentia alicuius dispositionis per medium, quòd sit corpus extraneum. tactus enim est etiam sic. i. & iste sensus non est illud, quod est in potentia istius dispositionis per medium, quod est corpus extraneum, sed per mediū, quod est corpus non extraneum. D.d. tactus enim etiam non est sic, i. tactus enim etiam comprehendit suum sensibile non per medium, quod est corpus extraneū: sicut est de sensibus tribus p̄dictis. Et quasi inducit istū sermonē pro ratione q̄ gustus est aliquis tactus. & quasi dicit, gustus autem est aliquis tactus, cùm comprehendat suum sensibile non per medium, quod sit corpus extraneum, sicut tactus. & hoc est manifestius in secunda translatione, vbi dicit, sensus autem gustus comprehendit per tactum. Et causa illius est q̄ sensibile per gustum non comprehenditur per medium inter gustans & gustatum, quod est corpus extraneum: neq; etiam tactus ita cō prehendit. D.d. Et corpus, in quo est sapor, &c. i. & alio modo dicimus etiam q̄ iste sensus est aliquis tactus. corpus enim in quo existit sapor, nō est gustabile, nisi sm q̄ ille sapor existit i eo humore: cuius proportio ad illum saporem est sicut materiæ ad formam. & ideo iste sensus non comprehendit saporem, nisi comprehendat humorem: cùm sit impossibile vt denudetur ab eo: & comprehendere humorem est aliquid tangere. vnde iste sensus videt aliquis tactus. D.d. Et ideo, si nos fuerimus in aqua, &c. i. &, quia gustus non indiget medio extraneo, ideo, cùm nos fuerimus in aqua, in qua inuenitur aliquod dulce, sentietur à nobis admiscendo se cū aqua: nō quia aqua recipit saporem abstractum à materia, & reddit eum nostri sensui, sicut est de mediis extraneis, quæ reddunt sensibilia sensibus. illa enim non recipiunt sensibilia cum corporibus, in quibus existunt, sed abstracta à materia. Et hoc demonstrat q̄ ipse opinatur q̄ odor non est corpus.

Vide pro hoc J. cō. 115.

Videj 115 vbi indigē tia medij extrinseci nō ē d necessitate tactus, sed ē gibilium.

Rhr obiectioni.

Media extrinseca nō recipiunt sensibilia cū corpo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus, in q̃ b⁹ existũt idẽ 3 c. 76 &. 97. cõ. ebura. Aut ten.

corpus. frenim esset cõrpus, olfactus esset aliquis tactus. D. d. Color autẽ non videtur, &c. ideſt color autem non videtur, ita q̃ aliquid ex eo admiſceatur cum aqua, aut aere, neq; q̃ aliquid currat ab eo in aerẽ, aut aquã; ſed tantum recipiunt ab eo intẽtionem coloris abſtractam à materia. vt dicimus in hoc, & ſimilibus q̃ comprehenduntur per medium extraneũ.

Vt quidem igitur medium, nihil eſt: aut autem color viſibile, ſic guſtabile humor ẽ. Nihil autẽ facit humoris ſenſum ſine humiditate: ſed habet actu aut potentia humiditatem, vt ſalſum. bene. ſi liquidum ipſum eſt, & liquefactiuum linguæ.

202 H. *Quod autem ad intermedium attinet, nullum eſt. Vt autem uiſibile eſt color, ſic guſtabile ſapor. Nihil autem ſaporis ſenſum efficit ſine humiditate: ſed habet actu aut potentia humiditatem, ut ſalſum: nam et ipſum facile liquefactu eſt, & colliquefaciendæ linguæ ſum obtinet.* g

Secundum autem hunc modum medium non eſt medium. ſed quemadmodum color eſt viſibile, ſic ſapor eſt guſtabile. Et nihil recipit ſenſum ſaporis abſq; humiditate, ſed in eo eſt in actu, aut potentia humiditas, verbi gratia ſalſum. eſt enim velocis diſſolutionis, & cum hoc diſſoluit linguam.

202 Iſte autem ſenſus differt à ſenſibus, qui comprehendunt per medium extraneum in hoc, q̃ non comprehendit ſuum ſenſibile per medium. ſed, quemadmodum color eſt viſibile, & in rei veritate proprium viſui, ita ſapor in rei veritate eſt guſtabile proprium guſtui. D. d. Et nihil recipit ſenſum ſaporis, &c. i. & nihil recipit ſenſum ſaporis, qui dicitur guſtus, niſi ſapor ſit in humore, & humor eſt in ſaporoſo, aut in actu, aut in potẽtia: v. g. ſalſum, quod eſt humidum in potentia propinqua, cum velocitate diſſoluitur, & diſſoluit humores, qui ſunt in lingua. Et ideo præparauit natura ſaliuam in ore: & præparauit branchos in homine ad congregandum iſtam humiditatem, vt ea mediante guſtentur ſicca. vnde dicimus q̃ ſapor non eſt ſapor in actu, niſi in corpore humido in actu.

Propter q̃d natura ſparauit ſaliuã in ore.

h Sicut autem viſus viſibilis eſt & inuiſibilis (tenebra autem inuiſibilis, iudicat autem & ipſam viſus.) adhuc autem & ualde ſplẽdidi. etenim hoc inuiſibile eſt. alio autem modo à tenebra. ſimiliter autem & auditus ſoni q̃ & ſilentii. quorũ aliud audibile, aliud non audibile. & magni ſoni, ſicut viſus eſt ſplẽdidi. ſicut enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo, ſic & magnus & violẽtus. Inuiſibile autem aliud quidem omnino dicitur ſicut & in aliis impoſſibile: aliud autem quamuis aptum natum, non habet, aut præter ſicut quod ſine pedibus & ſine grano. ſic autem guſtus guſtabilis q̃ & nõ guſtabilis, hoc autem eſt paruum aut prauum habens humorẽ

& humorem, aut corruptiuum guſtus. videtur autem principium eſſe potabile & non potabile: guſtus enim quidam ambo. ſed hoc quidem prauum & corruptiuum guſtus. illud autem ſecundum naturam. eſt autem commune tactus & guſtus potabile.

Sed ut uiſus eſt rei uiſibilis & inuiſibilis (nam tenebræ inuiſibiles ſunt, attamen has etiam uiſus diiudicat:) Ad hæc, ualde ſplendidi (nã id quoq; inuiſibile eſt, alio tamen modo atq; tenebræ) ſic etiam auditus & ſoni & ſilentii: quorum alterum eſt audibile, alterum nõ audibile. atq; etiam magni ſoni, quemadmodum uiſus ſplendidi. ut enim paruus ſonus inaudibilis quodammodo eſt, ſic etiam magnus ac uiolentus. Inuiſibile autem partim ſicut etiam in aliis dicitur quod prorſus impoßibile eſt: partim, ſi cum natum aptumq; ſit, non habeat, aut certẽ exiliter, ut apes, & innucleatum. Sic etiam guſtatus, rei guſtabilis & inguſtabilis. id uero eſt, quod aut paruum & exilem, aut guſtum corrumpentem habet ſaporem. Videtur autem potabile & impotabile eſſe principium: ſed alterum prauum guſtumq; corrumpens: alterum ſecundum naturam: Eſt autem potabile commune tactus & guſtus. τὸ φαῦλον quo verbo hic vtitur Ariſto expoſitores tũ prauẽ, tũ exiliter interpretãtur.

Et ſicut viſus eſt rei viſibilis, & nõ viſibilis: nam obſcuritas eſt non viſibilis, & etiam diſtinguetur à viſu. & eſt etiam manifeſtũ in eo, quod ẽ valde fulgẽs, & ſplendens. hoc enim quoquo modo eſt non viſibile: ſed tamen alio modo ab obſcuritate. & ſimiliter auditus eſt ſoni, & ſilẽtii, quorum vnum eſt audibile, & aliud nõ audibile, & eſt maximi ſoni, ſicut viſus eſt reſplendentis. quemadmodum enim minimus ſonus eſt non audibilis, ita aliquo modo eſt maximus ſonus etiam. Et non viſibile quidem dicitur ſic vniuerſaliter, ſicut in omnibus carentibus hoc. & quoddam eſt innatum videre, ſed non habet: aut habet, ſed diminute, vt carẽs pede. Et ſimiliter guſtus eſt guſtabilis, & non guſtabilis, & hoc eſt, cuius ſapor eſt debilis, aut malus, aut corrumpens guſtum. Et ſimiliter exiſtimatur de potabili, & nõ potabili. ſunt enim guſtus quoquo modo: ſed illud malum corrumpens guſtum, & illud naturale. Et potabile eſt commune tactui, & guſtui.

Sermo eius in hoc capitulo eſt manifeſt⁹. & abbreuiatio eius eſt quòd non ſenſibile dicitur in vnoquoq; ſenſuum tribus modis: aut de eo, quod caret ſenſato proprio illi ſenſui de eis ſenſatis, quæ innatus eſt habere: aut de eo, quod eſt ſenſibile intẽſum ſe reſpectu illius ſenſus: aut de eo, quod eſt ſenſibile debile. v. g. obſcuritas, quæ eſt non ſenſibile ſm priuationem in viſu: & color ſplendens, qui eſt non ſenſibilis propter intenſionem: &

color

Universidad de Deusto
Biblioteca

color latens, qui est non sensibilis propter debilitatem. Et in auditu silen- D
tium fm priuationem: & maximus sonus fm intensionem: & sonus latens
fm debilitatem. Et in gustu insipidum fm priuationē: & horribile fm ma
litiā, & debile fm diminutionem. omnia enim ista dñt non sensibilia: qm
vnumquodq; istorum est priuatio alicuius dispositionis naturaliter sensi
bilis illius sensus. D.d. Et non visibile quidem dicitur, &c. i. & non visibi-
le dicitur vfr, sicut dē in aliis sensibus multis modis: aut quia non est innā
tum videri omnino, vt dicimus cp sonus est inuisibilis, & in colore non au
ditus: aut quia est innatus videri, sed non videtur, quia habet colorem, sed
alio modo ab eo, fm quem innatum est habere, s. aut propter intensionē,
aut propter debilitatem hoc dicitur nō visibile: sicut dicitur in eo, qui est
debilis pedis, cp non habet pedem. D.d. Et potabile est commune tactui
& gustui, idest cp secundum humiditatem, quæ est in eo, est tangibile, &
secundum saporem est gustabile.

Cōssem distinctio nē hēs de infinito. 3. Phy. 34. & 7. in hoc. 2 120. Idē. 5. 96. Idē. 5. Me. 27. & 17. consile de immo bili. 5. pla. 6. &. 20.

Quoniam autem humidum quod gustabile, necesse est sen-
sitiuum ipsius neque humidum esse actu: neque impossibile fieri &
humidum. patitur enim gustus aliquid à gustabili secundum cp
gustabile est. necessarium est ergo humectatum fore quod possibi
le humectari, saluatum, non humidum autem, gustatiuum sensi-
tiuum. Signum autem, neq; siccam existentem linguam sentire,
neq; multum humidam. hic enim tactus fit primi humidi. sicut
quum aliquis qui ante gustauit fortem humorem, gustet alterum
& vt laborantibus amara omnia videntur, propter id quod lin-
gua plena huiusmodi humiditate sentit.

SOPH. *Cum autem gustabile sit humidum, necesse est sensorium eius nec actu humidum, nec eiusmodi esse ut humectari nequeat: patitur enim gustus à gustabili quatenus gustabile. Necesse ergo est id quod humectari potest, humectari ita ut seruetur, nec esse humidū ipsum. s. gusta tiuum sensorium. indicium huius est, quod lingua neq; cum praearida est, sentit: neq; cum admodum humida: hic enim tactus sit primi humidi: ut cum quispiam degustato uehementi sapore, degustat alium: & quemadmodum ægrotantibus amara omnia uidentur, propterea quod lingua referta eiusmodi humiditate sentit.*

Et, quia gustabile est humidum, fuit necesse vt suus sensus non
esset humidus in perfectione. neq; impossibile vt humefiat. gustus
enim patitur quoquo modo à gustabili, secundum cp est gustabi-
le. Vnde necesse est vt humefiat illud, quod possibile est vt hume-
fiat, & est saluatum. sed non est humidum sensus gustus. Et signū
eius est, cp lingua non sentit, cùm fuerit valde sicca, aut valde hu-
mida. tactus enim ipse erit per primum humorem, sicut qui pri⁹
gustauit

A gustauit saporem fortem, deinde gustauit alium saporem. & si-
cut infirmi sentiunt omnia amara, quia sentiunt ea per linguam
submersam in tali humore.

104 Cùm declarauit ea, quæ sunt cōia isti sensui, & sensui tactus, & aliis sen
sibus, incepit dicere quoddā proprium membro istius sensus, s. linguæ, &
d. Et, quia gustabile est humidū, &c. i. &, quia materia saporis est humor,
vt declaratū est in de Sensu & sensato, necesse fuit vt recipiens saporem re-
cipiat humorē cū sapore. vnde necesse est, vt iste sensus nō sit humidus in
actu, neq; sit ēt impossibile vt recipiat humorē, cū sit innatus recipere sa-
porem: quod est impossibile sine receptione humoris. & dicit cp est neces- illud, qđ ē aliqđ in a
se vt sit non humidus in actu: quia illud, quod est aliquid in actu, non est ctu, nō est
innatum recipere illud, quod est in eo in actu, fm cp est in eo in actu. vi- innatū re
sus enim, si haberet aliquem colorem in actu, non reciperet colores. De- cipere il
inde dicit, gustus enim patitur quoquo modo, &c. i. & est necesse vt iste lud, qđ est
B sensus sit innatus humefieri. membrum enim gustans patitur quoquo mo in eo in a
do à gustabili. &, quia gustabili semper associantur humidum, necesse est ctu. fm q
vt gustans patiatur ab humore, qui est in sapore. Vnde necesse est vt hoc est in eo
membrum gustans sit in ea dispositione, qua possibile est vt humefiat: & in actu.
hoc erit vt non sit humidum in se, & cp sit cum hoc saluatum ab* acciden- Idē. 3. 67.
tibus. & hoc intendebat, cùm dixit, vnde necesse est vt humefiat, &c. idest Idē. 5. de
& quia necesse est vt hoc membrum humefiat, necesse est vt sit innatum Alia cō. 4.
humefieri, s. vt sit saluatum à siccitate intensa, & vt non sit humidum. Idē. 1. ca. d
Deinde dicit. Et signum eius est cp lingua, &c. i. & signum eius est, cp lin- fuba orb.
gua apud comprehensionem saporum debet saluari ab intensa siccitate, Idē. 1. pla.
& dominio humoris, est cp ipsa non sentit sapores, quando fuerit intensæ 69.
siccitatis, aut intensæ humiditatis, sed tantum sentit, cùm fuerit in natura- *excedēti-
li dispositione, fm quam innata est recipere humiditatem saporis. Dein- bus
de dicit, tactus enim ipse, &c. i. &, cùm lingua innata est recipere saporem *excellen-
cum eius humiditate, necesse est vt super ipsum non dominetur alia hu- tiis.
C miditas. Prima enim humiditas dominans in lingua impediet eam in re-
cipiendo secundam humiditatem. quemadmodum qui gustauerit ali-
quem saporem fortem, & postea gustauerit alium saporem: tunc enim
non sentiet secundum saporem propter dominium primi super linguā.
Deinde dicit. &, sicut infirmi sentiunt omnes sapores amaros, quia sentiūt
eos per linguam submersam in humore amaro, ita etiam qui gustauerit
aliquem saporem, & sua lingua fuerit humefacta in humore accidentali,
nunc non comprehendet humorem saporis proprii, nisi admixtum cum
qualitate illius primi humoris. & sic accidet necessario vt non comprehē
dat saporem, quia non comprehendit naturā saporis in dispositione illa,
secundum quam est materia illius saporis.

Species autem humorum sicut & in coloribus, simplices qui-
dem contrariæ sunt: vt dulce & amarum. habitę autem sunt, cum
hac quidem, pingue: cum illa uero, salitum. Media autem horum,

acre,& austerum,& ponticum,& acutum:ferè enim hæ videntur esse humorum differentiæ. Quare gustatiuum potentia est huiusmodi,gustabile autem est factiuum actu huius. D.

SOPH. *Species autem saporum,ut etiam in coloribus,simplices quidē sunt quæ sunt contrariæ,dulce & amarum: Proxima aūt sunt, ab uno, pinque: ab altero,salsum. His interiecta sunt,acre,& austerum,& acerbū,& acidum. nam hæ propemodū esse saporum differentiæ uidentur. Quare gustatiuum est,quod est tale potentia:gustabile uero, quod est effectiuum actu eius.*

Et modi saporum sunt sicut in coloribus, simplices quidē sunt contrarii dulcis,& amarus.Sequentes autem sunt duo, istum vnctuosus,istum autem salsus.Et quæ sunt inter ea, sunt acutus, & stypticus,& ponticus,& acetosus.isti.n. modi ferè videntur esse modi saporum.Quapropter necesse est vt Gustans sit illud, quod est in potentia istius dispositionis,& Gustabile sit agens. E

105 Et dispositio modorum saporum adinuicē est,sicut dispositio colorū adinuicem.quemadmodum igitur colores simplices sunt albus,& niger, ex quibus componuntur alii,quorum quidam sunt propinquiores simplicibus,ita est de saporibus.s.q̄ simplices eorum sunt contrarii.s.dulcis, & amarus.& sequitur dulcem vnctuosus,& salsus amarum , & inter istos sunt acutus,& stypticus, & acetosus. Et hoc,quod d.in coloribus manifestum est:in saporibus vero habet quæstionem. Galenus enim opinatur quòd ponticus,& acetosus frigidi sunt,& quòd acutus est calidior amaro.

Digressio,

Et,si nos concesserimus q̄ isti sapores consequuntur calorem , & frigus, necesse est q̄ contrarietas in istis sit in illo,quod est vltimæ calidum , & in illo,quòd est vltimo frigidum.&,si concesserimus q̄ ita est de saporibus, sicut est de coloribus,s.quòd idem color sit à caliditate , vel à frigiditate, tunc non accidet impossibile. Et videtur q̄ hæc opinio Galeni sit error: Videmus enim q̄ amaritudo quandoq; inuenitur cum frigiditate. verbi gratia q̄ amaritudo,quæ est in fructibus in primo etemento,demonstrat frigus:& amaritudo,quæ est in rebus combustis demonstrat calorem. Et similiter non est impossibile vt aliqua dulcedo sit frigida,videtur enim q̄ plantæ amari saporis apud complementum sunt dulces, aut insipidæ in principio. Et signum eius,q̄ isti sapores sunt medii,est quòd plantæ habentes sapores,non transferuntur ex amaritudine ad dulcedinem in eis, quæ innatæ sunt esse dulces in fine,nisi mediante aliquo illorum saporū, & hoc erit secundum q̄ pertinet illi amaro existenti in illa planta, & illi dulci existenti in ea.quemadmodum albedo non transfertur ad nigredinem, vel econuerso,nisi mediante aliquo colorum mediorum . in aliquo igitur transfertur mediante charopo,& in aliquo mediante kiano. non enim est necesse vt translatio in extremis sit super omnia media. Et vniuersaliter

Prima rō cōtra Gal.

Secūda rō.

Nō est necessārū vt trālatio i extremis sit sup oia media. Idē.3.Cœ. 41.

Tertia rō

uersaliter per se mānifestum est q̄ amarum,& dulce sunt in fine cōtrarietatis,inquātum sunt sapores.quapropter necesse est vt alij sapores sint medii inter hos duos,& compositi ex extremis. Secundum hoc igitur debemus ponere hoc. Et non debemus aduertere sermonem Galeni. suus.n. sermo non est verus in complexionibus saporum fm suas naturas. Et,si concesserimus quòd omne dulce est calidum,& omne amarum etiam est calidum,debemus etiam dicere q̄ hoc non est nisi respectu corporis hominis,non respectu naturæ ipsius rei.experientia enim, licet testetur hoc in corpore humano,tamen hoc non demonstrat naturam ipsorum saporū. Quarta rō

Et videtur quòd sapor magis sequitur humiditatem & siccitatem, quā caliditatem & frigiditatem. Necesse est enim aliquam opinari complexionem terminari,ex qua fit amaritudo,& aliā ex qua dulcedo : & quòd istæ duæ complexiones sunt contrariæ fm hunc modum . & locus de hac perscrutatione est in libro de Sensu & sensato,& etiam de numero modorum saporum. Deinde.d.Quapropter necesse est vt gustans sit illud,&c. Quinta rō

F Ideſt declaratum est ex prædictis q̄ iste sensus est illud,quod est in potentia omnes isti sapores, & quòd sapor,& gustus est agens,& mouens istum sensum de potentia in actum.

De tactu,tangibilibus,ac medio. Cap. 7.

DE tangibili autem & tactu eadem ratio. Si enim tactus nō est vnus sensus,sed plures:necessarium est & tangibilia sensibilia plura esse.Habet autem dubitationem , vtrum plures sint,aut vnus.

De tactili & tactu eadem est ratio:si enim tactus non unus est sensus,sed plures:& tactilia etiam plura esse sensibilia necesse est.

De tangibili autē.& de tactu idem est sermo . Tactus enim , si non fuerit vnum genus, sed plus,necesse est vt tangibilia etiā sint plura vno.Sed est dubium,vtrum sint vnum,aut plura.

Modo vult loqui de tactu,& dixit.De tangibili autem , & de tactu, &c. ideſt verum autem tangibile sit vnum, aut plura vno est dubiū, sicutē de tactu.& sermo in eis est idem.Et innuit per hoc causam,propter quam laret hoc,in hoc sensu,& non latet in aliis sensibus.de illis enim quia manifestum fuit quòd sensibile eorum est vnum in genere,fuit etiam manifestum eos esse vnum in genere:in hoc sensu autem , quia ignoratum est de suis sensibilibus,si it etiam ignoratum de suo sensu. Deinde dicit.. Tactus enim,si non fuerit vnum genus,&c.ideſt,sermo de eis in hac intentione idem est. Notum est enim nobis quòd si tactus non est vnum genus,sed plura vno,necesse est quòd tangibilia sint plura vno,&,si tangibilia sunt plura vno,necesse est vt iste sensus sit plus vno. sed licet consecutio in istis duobus syllogismis sit manifesta,tamen destructio , vel positio in eo est ignorata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quid est sensitiuum tangibilis: vtrum caro & in aliis proportionale, aut non, sed hoc quidem est medium, primum autem sensitiuum, aliud quiddam est intus. omnes etenim sensus vnius contrarietatis esse videntur, vt visus albi & nigri: auditus grauis & acuti: gustus amari & dulcis. In tangibili autem multe insunt contrarietates calidum & frigidum, humidum & siccum, durū molle, & aliorum quæcunq; sunt huiusmodi.

SOPH. *Est autem quæstio, utrum plures sint, an unus: & quid sit instrumentum rei tactilis tactiuum: utrum caro, & in aliis quod ei proportione respondet: an non, sed hoc quidem sit intermedium, primum uero sensorium aliud quidpiam intus sit. quippe omnis sensus unus esse uidetur contrarietatis, ut uisus albi & nigri, auditus grauis & acuti: gustatus amari & dulcis: at in tactili multæ sunt contrarietates, calidum, frigidum, humidum, siccum, durum, molle, & eiusmodi alia.*

Sensus autem tactus, vtrum est in carne, aut in alio simili: aut non, sed ista est medium, primum autem sentiens est aliud intrinsecum. Omnis enim sensus existimatur esse eiusdem contrarietatis. v.g. visus albi & nigri, & auditus grauis & acuti, & gustus dulcis & amari. In tangibilibus autem sunt plura contraria, calidum & frigidum, & siccum & humidum, & durum, & molle, & asperum & lene, & alia similia.

107 Cùm narrauit ꝙ dubium est vtrum sensus tactus sit eiusdem virtutis aut plurium, incœpit dicere sermones dubitabiles in hoc, & d. Sensus aũt tactus, &c. i. & principium consyderationis in hoc est, vtrum sensus tactus sit in carne, aut in simili carni in animalibus carentibus carne: aut sensus tactus non est in carne, sed caro est quasi medium. Et dixit hoc. quia, si fuerit declaratum ꝙ sensus tactus est in carne, ita ꝙ proportio carnis ad ipsum sit sicut proportio oculi ad visum, manifestum est ꝙ sensus tactus est vna virtus: quoniam vnum instrumentum non est nisi vnius virtutis. Si autem fuerit declaratū ꝙ ista virtus fuerit plures vna, necesse est vt caro non sit nisi medium: & vt non sit quasi instrm. Et, cùm narrauit hoc, incœpit inducere sermones dubitabiles. & incœpit ab eis, quæ demonstrant ipsam esse vnam ex hoc, quod apparet ꝙ, cùm sensibile fuerit positum super carnẽ, statim sentiet, ex quo existimatur ꝙ ista virtus est vna. Et d. sed ista est medium, &c. i. vtrum sensus tactus est in carne, ita ꝙ sit vna virtus: aut non est in carne, sed intra, & est plus quã vna virtus, est dubium. potest n. aliquis dicere ꝙ caro est medium, & ꝙ primũ sentiens, quod est instrm istius virtutis, est aliquid intrinsecũ, & ꝙ est plus quã vnũ instrm. Et signũ eius est, quia manifestum est ꝙ idẽ sensus nõ cõprehẽdit nisi vnã cõtrarietatẽ, & eius media: visus. n. cõprehẽdit albũ & nigrũ & media, & auditus grauẽ

Si proportio carnis ad tactũ sit sicut proportio oculi ad visum, manifestũ é ꝙ sensus tactꝰ sit vna virtus.

*a. l. caro sit quasi.

& graue & acutum & media, & gustus dulce & amarum & media. Tactus autem multa contraria. v.g. calidum & frigidum, & humidum & siccum, & asperum & lene, & durum & molle, & alia contraria. vnde necesse est, vt ista virtus sit plures vna, & ꝙ caro sit quasi medium. Et hoc, quod dixit, manifestum est. qm̃, si vna virtus est, quæ comprehendit vnam contrarietatem, contingit oppositum conuerti cum opposito, scilicet vt quę non cõprehendit vnam contrarietatem, sed plures, non sit vna virtus.

pocusñ. Pro hoc vide. 2. Priorũ ca. 21. & 4. Topicorũ ca. 3.

Habet autem solutionem quandam ad hanc dubitationem: & ꝙ in aliis sensibus sunt contrarietates plures, vt in voce non solũ acumen & grauitas, sed magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas vocis, & similia alia. sunt autem & circa colorem differentiæ huiusmodi alteræ. sed quid sit vnum subiectum, sicut auditui sonus, sic tactui, non manifestum est.

Sed est solutio quædam huius quæstionis: etenim & in aliis sensibus plures sunt contrarietates, ut in uoce non solum acumen & grauitas, uerumetiam magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas uocis, cæteraq; generis eiusdem. in colore etiam eiusmodi aliæ sunt differentiæ: uerum quid sit subiectum: ut auditui sonus, sic etiam tactui, nõ est manifestum.

Sed est hic aliquid. per qđ dissoluitur ista quæstio. In aliis enim sensibus sunt modi contrarietatis plures vno. verbi gratia, in sono cum acuto & graui est magnum & paruũ & sonus lenis & asper, & alia similia. Et in colore etiam sunt alii similes istis. Sed tamen non est manifestum quid est illud vnum subiectũ, sicut est sonus auditus, sic tactus.

Cũ dedit sermonẽ, facientem credere ꝙ sensus tactus sit plus vno, dedit alium sermonem, quasi dubitationẽ sup hũc sermonẽ, & dixit. Sed est hic aliquid, &c. i. potest aliquis dicere aliquid cẽ, p quod dissoluit ille sermo, per quẽ probat ꝙ sensus tactus est plus vno: & ꝙ in aliis sensibus etiã sunt modi contrarietatis plures vno. v.g. ꝙ auditus cõprehendit graue & acutum, & magnũ & paruum, & lene & asperũ. & sic visus cõprehẽdit multa album & nigrũ, & splendẽs & non splendens. quapp nõ est necesse ex hoc ꝙ tactus comprehẽdit plus vna, vt sit plures, & ꝙ caro sit quasi mediũ. Et, cũ dedit hãc dubitationẽ sup sermonẽ, probãt ꝙ ille sensus est plus vno, incœpit excitare modũ debilitatis eius, & dixit. Sed tũ nõ est manifestũ, &c. i. sed ille sermo nõ sequit. qm̃, si magna cõtrarietas, quæ est in tactu, sit similis cõtrarietati existẽti in vnoquoq; sensu, necesse est vt subiectũ modo cõtrarietatis, q̃ est in tactu, sit vnũ, sicut est in visu, & in auditu. sonus n. est subiectũ illorũ cõtrariorũ prædictorũ. & sic color est subiectũ modorũ cõtrarietatis cõprehensibiliũ per visum. sed nõ est manifestum quid est vnũ subiectũ cõtrariorũ sensus tactus, immo apparet ꝙ subiectũ multiplicatur fm multiplicationem contrariorum. Et intendit per subiectũ

7. Me. 43. digressio, q. tactꝰ sit unꝰ ab uno obiecto.

hic genus, quod diuiditur in hæc contraria. Et hoc, quod dixit, manifestum est. Necesse est. n. si posuerimus ꝙ vnus sensus cõprehendit multos modos contrarietatis, vt genus subiectũ illis modis sit vnũ. Qm̃ necesse é aliquid esse commune illi multitudini, quòd comprehendit ab illo vno sensu. &, si non, non erit illic aliquid, per quod ille sensus poterit dici vnꝰ. qm̃ sensus non est vnus, nisi per vnam intentionẽ. Et, cũ cõtraria fuerint diuersa in generibus, tunc virtutes erunt diuersæ. & ideo illud, quod recipit cõtrarietatem colorum, aliud est à recipiente sapot ũ contrarietatem: cùm ista contraria sint diuersa in genere. Vnde necesse ẽ, si tactus sit vna virtus, vt modi contrariorum, quos comprehendit, sit vnum genus subiectum eis, quod dicatur de eis vniuoce: vt sonus, qui dicitur vniuoce, sit de modis sonorũ, & color de modis colorum. Sed contraria tactus non vñt habere genus, quod dicatur de eis nisi æquiuoce, Quale enim, quod dicitur de calido & frigido, & graui & leui, non dicitur nisi pure æquiuoce. Et illud, quod dictum est de æquiuocatione in hoc nomine quale, dicitur de sapore, de calore & frigore, & odore. omnia enim hęc nomina sunt in prædicamento qualitatis: & graue & leue in prædicamento substãtiæ. Et ideo necesse est vt, virtus comprehendens contrarietatem, quæ est in graui & leui, sit quoquo modo virtus comprehendens contrarietatẽ, quæ est in calido & frigido necessario, & quoquo modo non, cùm illa, quæ comprehendit graue & leue, non comprehendit ea nisi mediante motu, scilicet ꝙ non comprehendit graue, nisi quando mouet eam corpus graue, aut leue. Et ideo oportet opinari ꝙ velit Arist. ꝙ sensus tactus est plus quã vnus: & ꝙ caro est quasi ei medium. † licet iste sermo sit contrarius sermoni in libro de Animalibus. sed tamen forte ille sermo fuit secundũ ꝙ apparuit illic, scilicet ꝙ sciuit de membris animalium in illo tempore. tunc enim adhuc nesciebat neruos, & dixit ꝙ, instrumentum sensus istius est caro. & iste sermo dat instrumenta esse istis animalibus tangibilibus intra carnem. & hoc conuenit ei, quod post apparuit per anatomiam. s. ꝙ nerui habent introitum in tactu, & motu, quòd ergo sciuit Arist. ratione, apparuit post per sensum.

Occurrit tacitæ obrectioni. qa aliqs diceret eé idẽ genus tãgibiliũ, & é ipm quale. Grauie & leue sunt in prædicamẽto substãtiæ. Idẽ. 4. Cç. c. 20. opp. 5. Me. c. 18 vbi .d. ꝙ sunt quãtates. Sed 4. Cçl. 39. ponit eas eé facilitates, & p cõsequens q̃litates. idẽ 2. de Gen. & cor. t. c. 8. & 7 ph. t. c. 11. Vid cñet. Zim. †Soluit eõ trãdictionẽ. 2. de partibus aialiũ ca. 6. 3. d nã aialium ca. 5.

D

E

F

Vtrum autem est sensitiuum intus, aut non, sed mox caro, nullum videtur eẽ signum fieri sensum simul cum tactu. etenim nũc si quis circa carnem extenderit, vt pellem faciẽs, similiter sensum mox tactum insinuat. & tamen constat ꝙ nõ est in hoc sensitiuũ. si autem & connaturale fuerit, citius vtiq; pertinget sensus.

Vtrum autem instrumentum sit intus nec ne, sed protinus caro, nil lo uidetur esse argmento, quòd sensus fiat simul atque res tanguntur. Etenim si quis circa carnem extenderit quidpiam in speciem membranæ redactum, statim peræquè sensum imprimet: & tamen constat nõ esse in ea sensus instrumentum. quod si etiam coaleseat, multò citius sensus penetret.

Vtrum

A Vtrum autem sentiens sit intra, aut non, sed est primum, quod apparet. s. caro, existimatur quòd istud signum nihil est. s. ꝙ sensus est, quando tangitur. Quoniam, si tu acceperis membranam, & in duas carnem ea, tunc eodem modo apparebit sensus, qñ tangitur: licet sit manifestum ꝙ sentiens non est in istis rebus. Si igitur fuerit consolidatum cum eo, tunc sensus citius prouenit etiam.

109 Cùm dedit sermonẽ necessarium, ex quo apparet ꝙ sensus tactus é plus vno, & ꝙ caro est quasi medium, vt exposuimus: licet sit contra opinionẽ Alex. & expositionem Themistii. quãuis Themistius dicat aperte ꝙ ista est opinio Aristo. s. ꝙ caro est quasi medium. sed isti videntur non scire rationem, super quam sustentabatur Arist. in hoc. & est, quia sensibilia tactus nõ cõicant in codẽ genere, qđ de eis dicatur vniuoce, necesse ẽt vt sit plus vno. & nos dicemus rõnem Alex. in hoc, & dissoluemus eam. Et, cũ iam compleuit hoc declarare, & dissoluere quæstionem contingentem in hoc, reuersus est ad destruendum illud, ex quo existimatur ꝙ caro est instrumentum istius virtutis, & d. Vtrum aũt sentiens est intra, &c. i. dicere aũt ꝙ tangẽs nõ est intra, sed est in primo eorũ, quæ apparent, s. in carne: caro. n. cũ fuerit positũ super ipsam aliquod tangibile comprehendet ipsum: nihil est, s. ꝙ istud argumentum non tenet, s. ꝙ sensus tactus sit, quãdo tangibile tangit carnem. D. debilitauit hoc argumentum, & dixit. Quoniam, si tu acceperis membranã, &c. i. qm̃, si tu acceperis membranam non spissam, & indueris eã carne, & posueris super carnem aliquod tangibile, tunc statim cõprehẽdet á sensu, ac si esset absq; illa membrana. D. d. licet sit manifestum ꝙ sentiens non est in istis rebus. i. licet sit manifestum ꝙ ptimum sentiens non est in cute, non est impossibile vt caro sit talis dispositionis, s. vt sit medium quasi cutis. in apparentibus aũtẽ in carne nulla dubitatio est super ea, quæ iam declarata sunt tõne. D. d. Si igit fuerit consolidatum. i. & nulla differentia est in hac intentione, siue caro fuerit continua cñ sentiente, siue membrana fuerit non continua. cutis. n. si esset contiaua, tunc citius redderet sensum. Continuatio igitur non dat carni nisi facilitatem pertransitus sensus: non quia continuatio det vt càro sit instrumentum istius sensus.

Continuatio textus.

Infia. c. 115.

Expositio.

Improbatio rõnis inductæ.

Propter quod talis pars coloris videtur sic se habere, sicut si circulariter nobis aptus natus esset aer: videremur enim vno quodã sentire & sonum & odorem & colorem: & vnus quidam sensus esse, auditus, & visus & olfactus: nunc autẽ quoniam determinatũ est per qđ fiunt motus, manifesta sunt prędicta sensitiua altera eẽ.

Itaq; pars hæc corporis perinde se habere uidetur, ac si circunquaq; cealitus nobis esset aer: uideremur enim uno quodam & sonum, & colorem, & odorem sentire: & unus esse sensus auditus, & uisus, & olfactus: at uero quia distinctum est id per quod fiunt motus, perspicuum est quæ diximus instrumenta diuersa esse.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ideo hoc membrum est de corpore, quasi aer, si esset applicatus cum corpore in circuitu. tunc enim existimaremus quòd p̄ idem sentiremus sonum, & colorem, & odorem: & p̄ visus: & auditus, & olfactus esset sensus vnus. modo autem, quia aer, per quē fiunt isti motus. s. videre, & audire, & olfacere est distinctus, apparent sensus, quos diximus esse diuersos. D

110 Cū declarauit p̄ tactus est plus vno sensu, & q̄ propter hoc caro debet esse media istis sensibus, & p̄ dubitatio super hoc, ex eo p̄ apparet sensui, quæ fecit multos homines dicere p̄ caro est instrumentum istius sensus, & p̄ iste sensus est vnus, non sufficit, incœpit declarare modum, ex quo contingit ista existimatio communis omnibus: & forte ipse est vnus eorū in libro de Animalibus, qui hoc existimauerūt. Et dixit. Et ideo hoc membrum est de corpore, &c. i. & ista existimatio accidit hominibus: quia hoc membrum, s. caro, assimilatur aeri, si esset applicatus cum corpore. quoniam, si aer, sm p̄ est medium, fuisset applicatus cum corpore, sicut caro, idest, esset pars corporis, tunc existimarem* p̄ p idem sentiremus sonum & colorem, & odorem: & p̄ hæc tria sunt vnus sensus. & hoc idem accidit sensibus tactus cum carne, ita p̄ fuit existimatum eos esse vnū sensum. E

D. d. modo aūt, quia aer, &c. i. sed apparet p̄ tres sensus isti sunt diuersi, licet sint per idē medium, quia medium nō est pars nostri. Caro aūt, quia est pars nostri, non apparuit hoc in sensibus tactus, & fuit existimatum eos esse vnum sensum. sed demonstratio coegit p̄ sint plures vno sensū.

a.l. generat. sentit enim plura vno sensibili in carne.

In tactu autem hoc quidem nunc immanifestū est. ex aere quidem. n. aut aqua impossibile est constare alatū corpus: oportet. n. firmū eē. relinquitur aūt mistū ex terra & ex his esse, vt vult caro & proportionale. Quare necessarium est & corpus esse medium tactui, aptum natum, per quod fiant sensus cum sint plures.

802 11. *In tactu uero id nunc obscurum est: ex aere enim aut aqua corpus animatum constare non potest: requiritur. n. ut solidū quidpiā sit. restat ergo ut ex terra & his sit mixtum, cuiusmodi inult esse caro, & quod et proportione respondet: nam si omnis sensus per intermedium est, etiā tactus. Quare necesse est & corpus esse inter tactuum quod adhareat eo, ut sit medium, sit per quod fiunt sensus, qui quidem plures sunt.* F

In tactu aūt hoc mō latet. ipossē est. n. vt cōstitutio corporis alati sit ex aere, aut ex aqua. indiget. n. vt sit durū. remanet igiē vt sit ex terra, & ex istis i carne, & sil'h⁹. Necesse ē igiē vt corp⁹ mediū tāgēs sit applicatū p̄ cui⁹ mediatione erūt sensus, & sūt plures vno.

111 Cùm declarauit modum, ex quo cōtingit ista existimatio in sensibus tactus, & non contingit in aliis sensibus, incœpit narrare causam, & necessitatem in hoc, p̄ medium in tactu est applicatum, & in aliis non applicatum,

& num, & d. In tactu autem, &c. i. tactui autem accidit hoc, ita p̄ ista intētio latet in eo, s. p̄ est plus q̄ vnus sensus, ex hoc, p̄ omnis sensus indiget medio: & animalia indigent in salute vt sentiant tangibilia: ideo fuit necesse vt medium esset pars eius. Et fuit impossibile vt hoc medium, quod est pars eius, esset aqua, aut aer, impossibile est enim sicut d. vt cōstitutio corporis esset ex aere aut aqua. animalia. n. indigent necessario corpore duro, ex quo contingit necessario vt mediū sensibus tactus esset corpus admixtum, super quod abūdaret terrestritas, & est caro, & eius simile in animalibus carentibus carne. & sic est intelligendus iste sermo. Et ipse excitauit nos super hoc, quod diminuitur in sermone per hoc, quod dixit. Necesse est igitur vt corpus medium tangens sit applicatum. i. necesse est igitur p̄ omnis sensus sit per medium: cùm* sensus non sentiant sua sensibilia nisi tangendo: & animalia indigent vt sentiant sensibilia occurrentia, vt medium sit applicatum, & pars corporis. D. d. per cuius mediationem erunt sensus, & sunt plures vno. i. sensus tactus. G

*a.l. tactus

Demonstrat autem p̄ plures sint, qui in lingua tactus. omnia enim tangibilia sentit secundum eandem partem, & humorem. si quidem igitur & alia caro sentiret humorem, videretur unus & idem esse sensus gustus & tactus: nunc autem sunt duo, propter id p̄ non conuertitur. H

Indicat autem eos esse plures is tactus qui in lingua consistit: eadē enim parte cuncta tactilia & saporem sentit: ergo si reliqua caro saporem sentiret, sensus gustatus & tactus idem & vnū esse videretur: nunc vero duo sunt, quia non fit conuersio.

Et demonstrat eos esse plures vno tactus linguæ. omnia enim tangibilia sentiuntur per idem membrum, & sapor. Si ergo alia caro sentiret saporem, tunc existimaretur p̄ gustus. & tactus essent idem sensus. modo autem sunt duo, quia non conuertitur. I

Et demonstrat p̄, quia sensus tactus est plus, quàm vnus, & p̄ hoc latet, quia caro est quasi medium tactus, qui est in lingua, quoniam sentimus omnia tangibilia per hoc membrum, & etiam saporem, fuit necesse vt caro, quæ est in hoc membro, sit quasi medium, non quasi instrumentum, quoniam, si esset instrumentum saporis, non comprehenderet tangibile: &, si tangibile, non saporem. idem. n. sensus idem habet instrumentum. Si igitur alia caro, quæ est in corpore, sentiret saporem, sicut caro, quæ est in lingua, tunc existimaretur p̄ gustus. & tactus essent idem sensus. D. d. modo autem sunt duo, quia non conuertitur. i. modo autem nō accidit hoc, quia non conuertitur, s. p̄ omnis caro gustans est tangens: sed non omnis caro tangens est gustans. K

Idē sensus idē habet instrumentū esse supra c. 107. & 3. de Aſa. cō. 30.

Dubitabit autem aliquis si omne corpus profundum habet: hæc autem est tertia magnitudo: quorum aūt corporū medium est aliquod

Universidad de Deusto
Biblioteca

est aliquod corpus, non contingit ipsa ad inuicem se tangere. humidum autem non est sine corpore, nec humectum: sed necesse est aquam esse, aut habere aquam: quæ vero tanguntur adinuicem in aqua, nisi sicca extrema sint, necesse est aquam habere medium, quo repleta sunt vltima. si aũt hoc verum, impossibile est tangere aliquid aliud in aqua. eodem autem modo & in aere. similiter. n. se habet aer ad ea quæ sunt in ipso, & aqua ad ea quę sunt in aqua. latet autem magis nos, sicut & quę sunt in aqua animalia, si humectum tangit humectum.

SOPH. *Verum quærat quispiam, si omne corpus habet altitudinem, atq; hæc est tertia magnitudo: quibus autem duobus corporibus interiacet corpus aliquod, fieri non potest ut ea se mutuo tangant: humidum q̃ nõ est sine corpore, neq; madidũ: sed necesse est vel aquam esse, vel aquam habere: quæ vero in aqua se mutuo tangunt, cũ extrema sicca non sint, necesse est aquã habeant interiectam, cuius plenæ sunt extremitates: quòd si hoc verum est, fieri non potest vt aliud tangat aliud in aqua: eodem etiam modo in aere: similiter enim se habet aer ad ea quæ sunt in ipso, atq; aqua: latet tamen magis nos, ut etiam ea animalia quæ in aqua sunt, an madidum tangat madidum.*

Ex eis, in quibus homo dubitat, est q̃ omne corpus habet profundum, & hæc est tertia dimẽsio, & corpora, inter quæ existit aliquod corpus medium, impossibile est vt tangant se ad inuicem, & humidum non est extra corpus, neq; humectatũ, immo necesse est vt sit aqua, aut aliquid, in quo est aqua: & ea, quæ occurrũt sibi in aqua ad inuicem, cũ extrema eorũ non fuerint sicca, necesse est vt iter ea sit mediũ, & est illud, in quo vltima eorũ sũt submersa. Et, si hoc est verũ, impoſe est vt aliqd tangat aliud in aqua. Et similiter in aere. aer. n. ita est cum eis, quæ sunt in eo, sicut aqua cũ eis, quę sunt in aqua. v. g. animalia, quæ sunt in aqua, si corpꝰ humectatum tangit corpus humectatum.

113 Cũm declarauit q̃ tactus indiget carne pro medio, & q̃ est plus quàm vnus, incœpit etiam quærere vtrum iste sensus cũm hoc, q̃ indiget carne, indigeat etiam medio extrinseco, aut sufficit etiã caro sine medio extrinseco. & ista quæstio etiã accidit in gustu. Et dixit, Et ex eis, in quibus homo dubitat, est, &c.i. & dubitat homo in hoc, utrum tactus indigeat medio extrinseco cum hoc q̃ indiget medio, quod est caro. omne n. corpus habet profundum, & est tertia mensura corporis. D. d. & corpora, inter quę est medium, &c.i. et, cùm omne corpus habet profundũ, necesse est vt inter omnia duo corpora non se tangentia sit corpus. &, cùm ita sit, contingit

A tingit vt corpora sicca, inter quæ est medium corpus humidum, impossibile est vt tangant se adinuicem, absq; eo q̃ superficies sint humectæ ab illo corpore humido. & humiditas impossibile est vt sit extra illud medium, v. g. corpora humectata. quoniam impossibile est vt tangant se, nisi inter ea sit aqua, aut aliquid aquæ. D. d. & ea, quæ occurrunt sibi in aqua ad inuicem, cùm extrema eorum fuerint non sicca, &c.i. &, cũ corpora sicca non occurrunt sibi in corporibus humidis, nisi extrema eorum fuerint humectata, necesse est, vt non occurrãt sibi, nisi inter ea sit mediũ: & est corpus, in quo superficies eorum sunt submersę. Et, cũ ita sit, impossibile est vt corpus siccum tangat corpus siccum in aqua, aut in aere: nisi inter ea sit corpus aut ex aqua, aut ex aere. D. d. Et similiter etiam de aere. aer enim, &c.i. & ita est de aere, sicut de aqua in hoc. sed humefactio eorum, quæ sunt in aqua, est manifesta sensui: † humefactio autem eorum, quę sunt in aere, non sentitur: sed ratio cogit eam esse eiusdem modi. v. g. animal, quod est in aqua. quoniam, cùm manifestum est q̃ impossibile B est vt aliquid tangat nisi mediante aqua, sic debet esse in animalibus, quæ sunt in aere.

Duo corpora dura nõ pũt se imediate cõtãgere.

† Humefactio in aq̃ est manifesta sẽsui. sed ea, q̃ è in aere, latet sensũ. Idẽ primo Ppy. c. 54. idẽ. 1. d Gener. & Co. 19. confitẽ d aqua habeꝫ hic c. 115. ad finem.

Vtrum igitur omnium sit similiter sensus, an aliorum aliter, sicut nunc videtur: gustus quidem & tactus in tangendo, alĩ autẽ à longe? hoc autem non est. sed durũ & molle per altera sentimus, sicut & sonabile & visibile & odorabile: sed alia quidem a longę: alia vero a prope: propter quod latet, quoniam omnia sentimus per medium: sed in his latet. Et quidem sicut diximus prius & si per pellem sentiremus omia tangibilia, ignorato quoniam prohibet, similiter vtiq; haberemus sicut & nũc in aqua & in aere: putamus enim nunc ipsa tangere, & nihil esse per medium.

C *Vtrum igitur omnium similiter sit sensus, an aliorũ aliter, ut nũc videtur, gustus quidem & tactus tangendo, alĩ autem e longinquo? id vero non ita se habet: sed durum & molle per alia sentimus, quemadmodũ & sonatiuum, & visibile, & odorabile. sed alia è longinquo, alia è propinquo: quapropter latet: quandoquidem omnia sentimus per intermedium: uerũ in his latet. Atqui, ut superius diximus, & si per membranam sentiremus omnia tactilia, nescientes eam intercedere, aque afficeremur, atq; nunc in aqua & in aere: uidemur n. ea tangere, & nihil esse interiectum.*

Vtrum igitur sensus omnium rerum est eodem modo, aut sensus rerũ diuersarum est diuersus, vt existimatur q̃ gustus, & tactꝰ sunt per tangere, alia aũt sunt à remoto? Aut non est ita. sed nos etiam non sentimus durum, & molle, nisi mediantibus aliis rebꝰ, sicut sentimus faciens sonum, & visibile, & audibile. sed ista à remoto

Universidad de Deusto
Biblioteca

moro, & illa duo à propinquo. Et ideo non fuit perceptū. & si nō omnia sentimus per aliquod medium, sed non comprehenditur à nobis in his duobus. Iam enim diximus etiam prius q̄, si nos sentiremus tangibilia membrana mediante, ita q̄ non perciperemus eam, tunc dispositio nostra esset, sicut dispositio nostra modo in aqua, aut in aere. modo. n. existimamus tangere ea, & nō est illud.

114 Et, cùm fuerit concessum hoc, quod diximus, q̄ corpora sicca impossibile est vt tangant se in corporibus humidis, nisi inter ea sit aliquod corpus ex illo humido, quærēdum est vtrum sentire omnia sensibilia fiat eodem modo, s. per medium, aut sentire res diuersas sit diuersum, s. q̄ sentire quasdam non est per medium, vt existimatur de tactu & gustu, & quasdam per medium, & sine tactu, sed à remoto, vt auditus, & olfactus, & visus. Aut non est ita. sed omnia tangibilia sentimus per idem medium, per quod sentimus illa tria residua. sed tamen differunt in hoc, q̄ sensibilia in istis tribus comprehēduntur à remoto, & in tactu, & gustu à propinquo. Et, cùm ita sit, non sentimus omnes res nisi per medium extrinsecum: sed istud medium non percipitur à nobis in tactu. Quemadmodum, si sentiremus tangibilia mediante membrana, absque eo q̄ perciperemus illam membranam esse super nos: quoniam dispositio nostra esset cū hac membrana, per cuius mediationem sentiremus tangibilia absque perceptione illius, sicut esset dispositio nostra in sentiēdo mediāte aqua, aut aere. s. quemadmodum accideret nobis existimare q̄ nos non sentimus tangibilia nisi tangendo, non mediante illa membrana, cum non percipimus illā esse omnino, sic possibile est hoc accidere nobis in aqua, aut aere. s. existimare q̄ nos sentimus res sine mediatione earum. sed nos in rei veritate nihil tangimus, nisi per mediationem earum.

Sed differt tangibile a visibilibus & sonatiuis: quoniā illa quidem sentimus ex eo q̄ medium mouet aliquid nos: tangibilia vero non a medio, sed simul cum medio: sicut per clypeum percussus: non enim clypeus percussus prius percusit, sed simul accidet vtraque percuti.

SOPH. *Sed tactile differt à visibilibus & sonatiuis: quia illa quidem sentimus medio aliquid in nos agente: tactilia uerò non à medio, sed unà cum medio: ueluti is qui tractato clypeo percussus est. non.n. percussus clypeus percusit, sed contigit ut ambo simul percuterentur.*

Sed tangibile differt à visibilibus, & facientibus sonum. nos. n. sentimus ista, ita q̄ medium agit quoquo modo in nobis: & nos in tangibilibus non à medio, sed cum medio, V. g. illi, cui accidit ictus mediante scuto. scutum enim non est illud: quod percussit ipsum, cùm percutiebatur scutum, sed accidit q̄ percussio amborum fuit simul.

Idest

Idest, sed licet consequitur ex hoc sermone q̄ tangibilia non sint nisi p
115 medium sicut tres sensus, tamen opinandum est q̄ actio medij in hoc sensu non est sicut actio medij in illis. sed tangibilia differunt à coloribus, & à sonis in hoc, quòd indigent medio: quia sensibilia in illis tribus primo agunt in medium, deinde medium in nos, tangibilia autem insimul agūt in nos, & in medium. Sed debes intelligere hic per simul, non quia in eodem tempore paritur medium, & sensus à tangibilibus, & in illis duobus temporibus, existimatur enim q̄ visus, & aer alterantur à calore in eodem instanti: sed intendit hic per prioritatem, & posterioritatem in illis, prioritatem fm causam, s. q̄ sensibile est causa remota in motione sensus, & medium est causa propinqua. In tactu autem medium, & sensus mouentur insimul à tangibilibus. sed medium nihil facit in hoc, sed est aliquod accidens ex necessitate: non quia est necesse inesse sensus, sicut medium est necessarij in esse aliorū. Et ideo assimilauit passionem nostram à tangibilibus passioni nostræ à percussione mediante scuto. Quemadmodum igitur non debet aliquis dicere q̄ scutum est necessarium in actione percussionis nostræ, ita q̄ scutum sit causa propinqua, & percussio est causa remota, ita est de aere cùm tangibilibus, s. q̄ non debet aliquis dicere q̄ illud necesse est ad sentire tangibilia, sed dicimus quòd insimul patimur nos & scutum ab ictu. per simul igitur debemus intelligere priuationem prioritatis, & posterioritatis in causa, non in tempore. Et intendebat per hoc declarare q̄ istud non est medium * fm q̄ est necessarium omni sensui in sentiendo: sed medium, quod huiusmodi est in hoc sensu, est caro. & hoc, si dicetur medium, erit fm accidens. Sic igitur intelligendus est iste locus. non q̄ Aris. dubitauit in hoc, & non complecit, neque declarauit modum, secundum quem dicitur quòd tangibilia non sentiuntur nisi per medium extrinsecum. Neque etiam Arist. in hoc sermone fuit valde oblitus, sicut dicit Themistius, & alij. Dicunt enim q̄ nos, si concesserimus q̄ tangibilia non comprehenduntur in aqua, & in aere, nisi mediantibus istis, quid possumus dicere in comprehensione qualitatum tangibilium in istis duobus medijs ipsis? Et ego dico q̄, obliuio fortis non fuit nisi à dicente hunc sermonem, licet sit valde difficilis, fm q̄ apparet. Cē enim animal, quod innatū est esse in aqua, aut aere, non sentit aliquam qualitatem caliditatis, aut frigiditatis in eis, si fuerint in simplicitate, quam debent habere, quia est locus eius naturalis, & locus est similis locato, vt declaratum est in sermonibus uniuersalibus. & iam declaratum est q̄ sensibile est contrarium ante passionem. Et, cùm ita sit, animal non sentit calorem aut frigus in aere, aut in aqua: nisi quando cum eis admiscentur corpora calida, aut frigida, illa ergo corpora sunt alia ab aqua, & ab aere naturali. Et, cùm ita sit, illud, quod accidit ex hoc quando sentimus q̄ aer, aut aqua calefacta sunt, aut infrigidata, illud idem accidit in corporibus, quæ apparent visui esse alia ab aere, & aqua, s. q̄ nos non sentimus ea, nisi mediante aqua, & aere naturali, vt declaratum est ex sermone prædicto. Et, si aer, & aqua continentes

Decimum tum.

Quō medium é necessariū I tactu.

Documentum, *a. l. nisi.

Hic soluēdo dubitationē Themistij, & Alex. excludit exponem eorum. Themi. dubiū cap. 38.

Quarto Ph. t. c. 42

animalia

Universidad de Deusto
Biblioteca

animalia, haberent qualitatem contrariam, tunc impedirent comprehen- D
sionem qualitatum contrariarum ab animalibus. Et propter hoc, quod
diximus, non est opinãdum aquam calefieri, dum fuerit aqua pura, neq;
q̃ aer infrigidetur, dum est aer purus: sed hoc accidit propter corpora ad-
mixta eum eis calida, aut frigida. & hoc fecit dubitare homines, ita q̃ fri-
Tertio cor. li. 67. giditas non est accidens inseparabile aquæ, sicut calor igni. & ista existi-
matio accidit, quia vulgus consueuit vocare aquam, dum liquefactio re-
manet in ea: licet in rei veritate non est aqua pura, sed admixta. ista enim
qualitas est magis cognita omnibus suis qualitatibus sensibilibus, sicut ca
lor in igne. & ideo vulgus non absolute uocat ignem, qui infrigidatus
est propter admixtionem corporum frigidorum. & forte vocat igné cor-
pora calida: licet sint humefacta per mixtionem, dum remanent cali-
da calore igneo.

Omnino autem videtur caro & lingua sicut aer & aqua ad ui-
sum & auditum & olfactum se habent, sic se habere ad sensitiuũ,
sicut illorum unumquodq; ipso autẽ sensitiuo tacto, neq; ibi, neq; E
hic vtique fiet sensus. vt si quis ponat in oculum vltimum corpus
album. Quare manifestum est q̃ intus sit tangibile sensitiuum. sic
enim vtiq; accidit quod quidem in alijs. apposita enim super sensi
tiuum non sentiunt: super autem carnem posita, sentiunt: quare
medium tactui est caro.

SOPH. *Omnino uidetur caro & lingua, ut aer & aqua ad uisum & audi-*
tum & olfactũ habet, ita habere ad sensorium, ut illorum unũquodq;
si autem ipsum tangatur sensorium, neq; hic, neq; illic fiat sensus: ue-
luti si quis posuerit corpus aliquod album super extremum oculum. Ex
quo etiam perspicuum est intus esse rei tactilis sensorium. hoc enim pa-
ctlo ut in cæteris eueniet: nam si apponantur super sensorium, non
sentiunt: at si apponantur super carnem, sentiunt. Quare intermedium F
tactui caro est.

Et vniuersaliter videtur q̃ caro & lingua est, sicut aer & aqua
in visu, & auditu, & olfactu. & sic est dispositio eorum apud sen-
sum, sicut dispositio vniuscui usq; illorum duorum. sed ipsum sen
tiens, cùm tetigerit non cadit illic, neque hic sensus. v. g. si aliquis
posuerit aliquod corpus album super visum medium. Dicamus
igitur q̃ manifestum est q̃ sensus tactus est interius. & si non esset
hoc, contingeret in eo, quod contingit in alijs, quòd, cùm ponere-
tur super sentiens non sentiet. caro autem sentit. cùm fuerit posi-
tum super eam. vnde consequitur vt caro sit mediũ in tangente.

116 Cùm declarauit modum, secundum quem dicitur q̃ aqua & aer sunt
media in tactu, si debeãt dici media, reuersus est ad dicendum illud, quod
est medium

Non est medium in rei veritate in hoc sensu, si illud, quod est impossibile vt si-
neeo sentiat iste sensus. & est caro, cuius proportio ad ipsum est sicut pro-
portio aquæ & aeris ad alios tres. Et d. Et vniuersaliter videtur, &c.i. &
vniuersaliter opinandum est q̃ caro & lingua sunt tactui, & gustui, sicut
aer & aqua visui, & auditui, & olfactui. D.d. & sic est dispositio eorũ apud
sensum, &c.i. & dispositio carnis & linguę apud tangens, & gũstans sit si-
cut dispositio aquæ & aeris apud tres sensus. D.d. sed ipsum sentiens, cùm
tetigerit, &c.i. † & in omnibus cùm super sentiens ipsum fuerit positum † Sensibile
sensibile, non sentiet omnino. aut. si sentiet, male: vt accidit, cùm super vi- positũ tu-
sum fuerit positum aliquod corpus album. D.d. aliam demonstrationem pra sensd
à prædicta q̃ caro est quasi medium, non quasi instrumentum, & d. Di- nõ sentit.
ctus igitur q̃ manifestum est, &c.i. & manifestum est q̃ sensus tactus Idẽ supra
est intra carnem: & q̃ caro non est quasi primum instrumentum. quo t. c. 58. &
niam, si ita esset, contingeret in eo quod contingit in alijs, t. q̃ cùm sensibi ibi. Caro
le esset positum super carnem, non sentiretur a virtute tangibili: quem- ẽ medium
admodum color, cùm fuerit positus super visum, non sentietur. modo au non organ-
tem, quia videmus q̃ virtus tangibilis non sentit, nisi quando tangibile num, seu
fuerit positum super carnem, necesse est vt caro sit medium non instru- instrum ta-
mentum. Et hoc, quod dixit, manifestum est per se, q̃n hoc, q̃ tres sensus ctũ. sed op
indigẽt medio, aut est, quia accidit suis sensibilibus, quòd sunt remota ab positũ d.
eis, aut quia impossibile est vt recipiant sua sensibilia, nisi sint prius in Cõ. t lib. d
medio: vt plura videntur contraria, scilicet q̃ non transferuntur ad ex- sẽsu & sẽ-
trema, nisi prius transferantur ad medium. &, si hoc esset propter hoc, sato, & se-
q̃ sensibilia sunt remota, contingeret vt sentirent, quando essent posita cũdo Col-
super eos. tunc enim non indigent medio. sed non sentiunt: ergo non liget cap.
indigent medio, nisi propter ipsum sentire. Et, quia hoc accidens non d iuuamẽ
posset attribui vni eorum essentialiter, cùm commune sit eis, remanet tis carnis,
igitur vt hoc sit eis commune per naturam communem tribus sensibus. & in cap.
sed nulla natura communis est causa in hoc accidente, nisi hoc, quòd sunt d iuuamẽ
sensus: ergo indigentia medij ad sensus est eis in hoc, quòd sensus, non tis sens⁹ ta
secundum quòd quidã sensus: ergo omnis sensus necessario indiget me- ctus. Vide
dio in ipso sentire. non quòd medium est in istis tribus sensibus tantum: cõ. Zim.
quia sensibilia eorum sunt remota, vt putat Alexan. quoniam, si ita esset,
contingeret quòd, cùm essent posita super eos, sentirent. Et hoc, quod Contra
dixit Alex. contradicendo huic opinioni, scilicet quòd, si caro esset qua- Ale. Motũ
si medium, contingeret vt sub carne esset aliquod membrum, per quod um Alex.
fieret iste sensus: & illud necessario esset vnum, si iste sensus esset vnum:
aut plura, si plura: nihil est. Iam enim apparuit post Arist. in tempo-
re eius, scilicet Alex. quòd in animalibus sunt quædam corpora, quæ di-
cuntur nerui, & habent introitum in sensum, & motum. quod igitur ap-
paruit Arist. ratione, manifestum est post, sensu. Et nihil est hoc, quod
dicunt posteriores Peripatetici, scilicet quòd nerui non habent introi- Idẽ supra
tum in sensum tactus. est enim sermo Arist. in propinqua potentia: & 108.
est etiam sensibilis.

Tangibiles

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tangibiles quidem igitur sunt differentiæ corporis, secundum D
q̃ corpus. dico autem differentias quibus elementa determinãt: calidum, frigidum, humidum, & siccum, de quibus prius dictum est in his quę de elementis. Sensitiuum aũt ipsarum quod tactiuũ, & in quo sensus vocatus tactus est primo, quod potentia huiusmodi pars est.

SOPH. *Tactiles igitur sunt corporis ut corpus est differentiæ: uoco autem differentias, quæ elementa distinguunt: calidum, frigidum, humidum, siccum: de quibus in libris de elementis ante diximus: Sensorium aũt ipsorum tactuum, & in quo primo sensus is quem tactum uocamus inest, pars ea est quæ potentia est talis:*

Et tangibilia autem sunt differentiæ corporis, secundum quôd corpus. Et dico differentias, quibus determinantur elementa, s. calidum, & frigidum, & humidum, & siccum: & sunt illæ, de quib⁹ E
prius locuti fuimus apud sermonem de elementis. Illud autem, quod est sentiens, & tangens. & in quo est primus sensus, qui dicitur tactus, est membrum, quod est in potentia talis dispositionis.

117 D. Et tangibilia sunt differentiæ corporis, fm q̃ est corpus. i. dest tangibilia vniuersaliter sunt differentiæ existentes in omnibus corporibus, scilicet cõmunes oĩbus corporibus generabilibus, & corruptibilibus. Deinde d. Et dico differentias, &c. i. dest & intelligo per differentias differentias vniuersales, à quibus nullum corpus fugit: & sunt primæ differentiæ existentes in quatuor elementis, scilicet calidum, & frigidum, siccum, & humidum: & quæ fiunt ex eis, vt asperum, & durum: & aliæ differentiæ tangibiles, & quæ sunt coniunctæ cũ eis, vt graue, & leue. Deinde d. de quibus prius locuti fuimus apud sermonem de elementis, scilicet in libro de
In 1. de Ge. & Cor. t. c. 8. & 16. Generatione, & Corruptione. illic enim declarauit modos tangibilium primos, & secundos. D. d. Illud autem, quod est sentiens, &c. i. dest illud autem, quod sentit has differentias, est membrum, quod est in potentia hæ F
differentiæ. i. illud, quod innatum est perfici per has differentias. & opinãdum est quôd hoc est caro, aut nerui.

Sentire enim quoddam pati est. quare faciens quale ipsum est actu, huiusmodi illud facit, cum sit potentia. Vnde similiter calidũ & frigidum aut durum & molle non sentimus sed excellentias: tanquàm sensu velut medietate quadam existente eius quæ in sensibilibus contrarietatis, & propter hoc discernunt sensitiua sensibilia: medium enim discretiuũ est. fit enim ad vtrumq; ipsorum alterum vltimorum.

Nam sentire pati quoddam est: quare id quod facit quale est ipsum actu, tali illud facit, cum sit potentia. Quamobrem id quod æque calidum

& dum est ac frigidum aut durum & molle non sentimus, sed excessus: ut pote cũ sensus mediocritas quædã sit eius contrarietatis, quæ in sensibilibus reperitur: & propterea iudicat sensibilia: mediũ.n.uim hẽt iudicandi: sit.n. alterum extremorum, ad utrũq; ipsorum comparatum.

Sentire enim est aliquod pati quoquo modo. Vnde necesse est vt illud, quod agit sibi simile in actu, non agat nisi illud, quod est in potentia. Et ideo calidum non sentit sibi simile, neq; frigidum, neq; durũ, neq; molle, sed ea, quæ sunt intẽsiora: qm̃ sensus quasi est medium inter cõtrarietatẽ in sensibilibus. Et iõ distinguit sensibilia. medium.n. distinguit. efficitur.n. apud vtrũq; æqualiter.

111 Cùm dixit quôd primum sentiens est illud, quod est in potẽtia istæ differentiæ, incœpit declarare hoc, & d. Sẽtire enim, &c. i. sentire enim, quia est aliqua passio fm modum dictum, & omne patiẽs habet agens, & omne
B ageus agit sibi simile in actu. i. necesse est vt non agat sibi simile in actu, nisi ex aliquo, quod est sibi simile in potentia, non in actu. D. d. Et ideo calidum non sentit sibi simile, &c. i. &, quia agens non agit in eo, quod est sibi simile in actu, sed in potentia: ideo necesse est vt membrum sentiens non sentiat corpus calidum sibi æquale in calore, nec membrum frigidũ corpus frigidũ æquale sibi in frigore: & similiter de duro, & molli. D. d. causam in hoc, & d. quoniam sensus est quasi medium, &c. i. & sensus tactus comprehendit tantum intensiora ex rebus tangibilibus, e contrario aliis sensibus cum suis sensibilibus. quia sensus tactus inuenitur in aliquo, quod est medium inter contrarietatem aliquam in sensibilibus: cùm impossibile est vt aliquod corpus denudetur à qualitatibus tãgibilibus ecõtrario aliis qualitatibus sensibilibus. Et intelligo q̃ sensus tactus impossibile est vt careat simpliciter calido, & frigido, & sicco, & humido: sicut fuit in visu colore, & in auditu carere sono. & ideo iste sensus comprehendit
C sua sensibilia secundum totum: sensus autem tactus comprehendit extrema. D. d. Et ideo distinguit sensibilia. mediũ enim distinguit, &c. i. &, ideo sensus tactus distinguit, & comprehendit sensibilia, quia est medium. medium enim distinguit, quia recipit vtrunque extremum, & assimilatur ei, & efficitur cum eo idem.

Et oportet sicut debens sentire album & nigrum, neutrum ipsorum esse actu, potentia vero vtrumq;. sic autem & in aliꝭ & in tactu, neq; calidum, neq; frigidum.

Et oportet, quemadmodum id quod sensurum est album & nigrum, neutrum eorum esse actu, sed potentia utrunq;: sic & in alys & in tactu, nec calidum esse nec frigidum.

Et oportet, sicut diximus, vt illud, quod est innatum sentire album, & nigrum, sit neutrum, sed vtrũq; in potentia, & sic de aliꝭ, ita in tactu debet esse neq; calidum, neq; frigidum.

Documẽtũ impossibilitatis sẽsũ tactus carere simpliciter calido & frigido, & sicco, & humido: sicut visus eolore, & auditus sono. Id ẽt. cõ. sequẽti, & 3. de Aia cõmen. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

119 Et, quemadmodum oportet vt illud, quod innatum est sentire album D
& nigrũ sit neutrũ, sed vtrunq; in potentia, & sic in vnoquoq; sensũ, sic &
oportet vt tangens sit neq; calidum, neq; frigidum fm modũ, qui est pos
sibilis in eo, s. vt ista sunt in eo fm medium, aut propẽ: cum impossibile est vt
denudẽt ab eis omo, sicut fuit possibile in illis alijs, s. vt denudẽt à suis sen
documẽ- sibilibus. Et debes scire q̃, quia illud, quod sequit ex hoc in instrumento
tum. istius sensus, illud idem consequitur in medio, nõ possumus dicere quod
caro sit instrumentum istius virtutis, fm q̃ est media inter contraria, si-
cut existimauerunt plures.

Amplius autem sicut visibilis & inuisibilis erat quodãmodo
visus, similiter autem & reliqui oppositorum, sic & tactus tangi-
bilis & intangibilis. intangibile autem, paruam omnino habens
differentiam tangibilium, vt passus est aer, & tangibilium excel-
lentiæ, sicut corruptiua. Secũdum vnũquenq; quidem igitur sen E
suum dictum est figuraliter.

SOPH. *Præterea aut rei visibilis & inuisibilis erat quodammodo visus, cæ-
teriq; itidem oppositorum: sic quoq; tactus, tactilis & intactilis. Intac-
tile autem est, tum quod plane leuem habet differentiam tactilium
(quod usu uenit in aere) tum tactilium excessus. cuiusmodi sunt quæ
corrumpendi uim habent. Ac de sensibus quidem sigillatim disseru-
mus adumbratione quadam.*

Et, quemadmodum visus est quoquo modo rei visibilis & non
visibilis, & similiter de alijs, sic est tactus tangibilis & non tangi-
bilis. Et non tangibile est illud, in quo est de dispositione tangibi-
lium aliquid valde modicum, sicut aer: aut valde intensum, sicut
corrumpentia. In vnoquoque igitur sensuum dictum est secun-
dum descriptionem.

120 Cùm notificauit sensus, tactus, & naturam rerum tangibilũ, & quo- F
modo sit tactus, & per quot, reuersus est ad dicendum aliquid commune
omnibus sensibus, comprehendunt enim alterum duorum oppositorum
essentialiter, & alterum accidentaliter. Et dixit. Et quemadmodum vi-
sus, &c. ideſt & quemadmodum visus comprehendit visibile & non visi-
bile quoquo modo, sicut etiam alij sensus comprehendunt privationes
suorum propriorum sensibilium, ita sensus tactus comprehendit tangi-
bile & non tangibile. & d. quoquo modo, quia non eodem modo com-
prehendit habitum, & privationem. Deinde posuit secundum quot mo
dos dicitur non tangibile, & dixit Et non tangibile est illud, in quo est,
&c. ideſt & non tangibile dicitur duobus modis: quorum vnus est illud,
in quo existit de qualitatibus valde modicum, sicut est de aere continen-
te nos: & alterum est illud, in quo existit de qualitatibus tangibilibus val
de intensum, & corrumpens sensum. vt ignis, & glacies.

Sensus

A

Sensus recipere sensibilia sine materia. Cur sensibilium excuperantiæ corrumpant ipsa sensoria. Item quo pacto non sentientia à sensibilibus patiantur. Cap. 8.

OPortet autem vniuersaliter de omni sensu accipere, quoniam quidem susceptiuus est spetierum sine materia. vt cera annuli sine ferro & auro recipit figuram. accipit autẽ aureum aut æneum signum, sed non in quantum aurum aut ęs. similiter autem & sensus vniuscuiusq; ab habente colorem aut humorem aut sonum patitur, sed non in quantum vnumquodq; illorum dicitur, sed in quantum huiusmodi & fm rationem.

Vniuerse autem de omni sensu hoc sumendum est: sensum id esse, quod est capax sensibilium specierum sine materia: ut cera annuli sine ferro, & auro recipit signum: sed accipit ea quidem aureum uel æreum signum, non tamen quatenus æs uel aurum est: Pariter etiam sensus uniuscuiusq; ab eo patitur quod nec odorem habeat, aut saporẽ, aut sonum: uerum non quatenus unumquodq; illorum dicitur, sed quatenus eiusmodi est, & ex ratione.

Et dicendum est vniuersaliter de omni sensu q̃ sensus est recipiens formas sensibilium sine materia. ver. g. q̃ cera recipit formam annuli, sine ferro aut auro. & recipit signum, quod est ex cupro aut ex auro, sed non secundum q̃ est cuprum, aut aurum. Et similiter vnusquisq; sensuum patitur ab habente colorem, aut saporem, aut sonum. sed hoc non secundum q̃ vnusquisq; eorum dicitur, sed fm q̃ est in hac dispositione, & intentione.

Intendit secundum descriptionem, i. vniuersaliter in libro enim de Sẽ-
C su & sensato loquitur de istis particulariter, Et. d. Et dicendum est vniuer-
saliter de omni sensu, &c. i. & opinandum est q̃ receptio formarum sensi-
bilium ab vnoquoque sensuum est receptio abstracta à materia. si enim
recipiet eas cum materia, tunc idẽ esse haberet in anima, & extra animã.
& ideo in anima sunt intentiones, & comprehensiones: & extra animam
non sunt comprehensiones, neq; intentiones, sed res materiales, quæ non
sunt comprehensæ omnino. D. d. ver. g. q̃ cera recipit, &c. i. & ista recep-
tio, quæ est in sensibus, abstracta à materia, similis est receptioni ceræ
ad figuram annuli. recipit. n. eam sine materia cũ eodem modo recipiat
eam, siue fuerit ferri, siue auri, siue cupri. D. d. Et similiter vnusquisq; sen
suum patitur, &c. i. fm hunc modum patitur vnusquisq; sensuum ab eis, à
quibus innatus est pari, siue colore, siue sono. sed non patitur ab eo, fm q̃
est color, aut sonus. qũ, si ita esset, contingeret q̃, cùm reciperet ipsum, es-
set color, aut sonus, non intentio. & hoc intendebat, cùm dixit, sed non fm
q̃ dicitur

Si sẽsus reciperẽt cũ mã, tũc res idẽ eẽ haberet ſ aia & extra animam. Idẽ. 12. Meta. cõ. 14. & 25. & 36. cõtiſe de Imelecta. 3. de Aia. cõ. 35

q̄ dicitur vnuſquiſq;, ſed ſm q̄ eſt intentio. * intentio.n. coloris alia eſt à colore. Et dixit ſed ſecundū q̄ eſt in hac diſpoſitione & intentione, ob ſeruando ſe ab intentionibus, † quas recipit intellectus. illæ enim ſunt vniuerſales: iſtæ autem ſunt particulares.

* Intētiones, quas recipit ſenſus particulares ſed illæ, q̄s recipit intellectus, ſunt vſes. Idē iſta c. 149. & 3. de Aſa. 4. 5. 18. 19. 28. & 30.

† ſenſus coloris alia eſt coloris idē. 4. 78. 87.

Senſitiuum autem primum eſt in quo huiuſmodi potentia. Eſt quidem igitur idem, ſed eſſe alterum eſt: magnitudo quidē enim quædam erit quod ſenſum patitur: non tm̄ ſenſitiuo eſſe, neq; ſenſus magnitudo eſt: ſed ratio quædam & potentia illius.

Id uero eſt primum ſenſorium, in quo eiuſmodi potentia eſt. ſunt ergo idem, eſſe uero diuerſum eſt: magnitudo enim quædam fuerit id quod ſentit: non tamen ſenſitiuo eſſe, neq; ſenſus eſt magnitudo: ſed ratio quædam & potentia illius. 80 N.

Et quod eſt iſta potentia eſt primum ſentiens. Sunt igitur idē, in eſſe autem diuerſa. Illud enim, quod ſentit, eſt aliqua magnitudo: & non ſecundum q̄ ſentit. neq; ſenſus eſt magnitudo: ſed intentio, & virtus illius. E

122 Et q̄ recipit iſtam virtutem, quæ eſt intentio abſtracta à materia, eſt primum ſentiens. & cum receperit eam, efficietur idem: ſed in numero differunt. Illud n. quod ſentit, eſt aliquod corpus: & non ſentit q̄ eſt corpus. neque ſenſus eſt corpus, ſed intentio & potentia illius corporis, quod eſt primum ſentiens.

Manifeſtum autem ex his & propter quid excellentiæ ſenſibilium corrumpunt ſenſitiua. Si nanq; fit fortior ſenſitiuo motus, ſoluitur ratio. hoc autem erat ſenſus. ſicut & ſymphonia & tonus, percuſſis fortiter chordis.

80 PH. *Ex quibus etiam perſpicuum eſt, cur ſenſibilium exceſſus corrumpant inſtrumenta: quippe ſi motus inſtrumento ualidior fuerit, diſſoluitur ratio: id autem erat ſenſus: ueluti etiam concentus & tonus, uehementer pulſatis fidibus.* F

Et manifeſta eſt ex hoc cauſa, propter quam ſenſibilia intenſa corrumpunt inſtrumenta ſenſuum. Quoniam, quādo motus ſentientis à ſenſibili fuerit fortior eo, diſſoluetur ſua intentio. et hoc erit ſenſus. ſicut diſſoluitur conſonantia chordarum, & neumata, cūm tanguntur fortiter.

123 D. & ex hoc, quod diximus, q̄ ſenſus eſt intentio, declarabitur cauſa, pp quam ſenſibilia intenſa corrumpunt inſtra ſenſuū. q̄n, q̄n motus ſentientis à ſenſibili fuerit fortior, q̄ ſentiens poſſit tolerare, diſſoluet illa intētio, per quā ſentiēs eſt ſentiens, & remanebit corpus ſine illa intētione, q̄ eſt ſenſus. ſicut diſſoluitur conſonantia chordarum, & neumata, uel nete

corum

A corum, quæ ſunt intentio exiſtens in eis, qū fortiter tangūtur, & mouebuntur motu fortiori, quàm motū, quem poſſunt tolerare.

Et propter quid plantæ non ſentiunt habentes quandam partem animalem, & patientes à tangibilibus: & nanq; frigeſcūt & caleſcunt: cauſa.n. non habere medietatē neq; huiuſmodi principium poſſe recipere ſpecies ſenſibilū, ſed pati cum materia. 142

Conſtat etiam cur plantæ nō ſentiant, cū tamen habeant quandam partem animæ, atq; à tactilibus aliquid patiantur, quippe quæ & frigeſcant, & caleſcant: cauſa huius eſt, quia nō habent mediocritatem, neq; eiuſmodi principium, quod ſit idoneum ad recipiendas ſpecies ſenſibilium, ſed patiuntur cum materia. 80 N.

Et cauſa, propter quam vegetabilia nō ſentiunt, & in eis eſt aliqua pars animata, & recipit paſſionem à tangibilibus, quia calefit, & infrigidatur. Cauſa.n. in hoc eſt, quia non habent medium, neque principium, per quod poſſunt recipere formas ſenſibiliū. B

144 Laborat in hoc ſermone ad dandū cauſam, propter quam vegetabilia non hūt ſenſum tactus: licet habeāt aīam nutritiuam, & ēt patiunt à tāgibilib⁹, & caleſiūt, & infrigidātur. & intendit p aliquā partem aſtatam aīam nutritiuā. Et d. Cauſa.n. in hoc eſt, quia non hūt mediū, &c. i. cauſa.n. in hoc nihil aliud eſt, niſi quia vegetabilia non hūt medium, quaſi carnem, neq; tale principiū, per quod animalia poſſunt recipere formas ſenſibiliū. &, cūm declarauit q̄ à tangibilibus patit aliquid, quod non cōprehendit ea, incœpit narrare q̄ econtra eſt de alijs ſenſibilibus ſenſum.

Dubitabit autem aliquis ſi patiatur aliquid ab odore quod impoſſibile eſt olfactum habere: aut à colore non poſſibile videre: ſimiliter autem & in alijs. Si autem olfactibile, odor, ſi aliquid facit olfactum, odor facit. Quare impoſſibiliū olfactum habere, nihil poſſibile pati ab odore. eadem autem ratio & de alijs. neq; poſſibilium. ſed in quantum unum quodq; ſenſitiuum. C

Verum quærat quiſpiam, num pati poſſit ab odore id quod olfacere non poteſt: aut à colore, quod uidere non poteſt: pari quoq; modo in cæteris: Sane ſi odorabile eſt odor, ſi quid afficit odoratum, quatenus odor afficit. itaq; fit ut eorum quæ olfacere nequeunt, nullum ab odore pati poſſit. Eademq; ratio in cæteris eſt. Sed ne eorum quidem quæ poſſunt, ſed quatenus quodq; ſenſitiuum eſt. 144

† al. l. ſiqd afficit o-doratū o-dor afficit

Sed non patitur ab odoribus, quod nō pōt olfacere, neq; à coloribus, quod nō poteſt videre. & ſic de alijs. Si igitur olfactus eſt odor, contingit vt omnis res, quæ facit olfacere, facit per odorem. Vnde neceſſe eſt q̄ nihil ex eis, quæ non poſſunt olfacere, patia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ab odore. & iste sermo est de alijs. neq; ẽt aliquid ex eis, quæ possunt. nisi secundum q̃ quodlibet eorum est sentiens.

125 Idest, & licet aliquid, quod nõ est innatum tãgere patiꝫ à tãgibilibus, tñ nõ patiꝫ ab odorib⁹ passione propria odoribꝫ, i. fm q̃ est odor, nisi illud, quod põt olfacere: nec patiꝫ à coloribus passione propria coloribus, fm q̃ est color, nisi illud, quod põt videre: neq; à sono, nisi illud, quod põt audire. D.d. & sic de alijs. Et hoc facit existimare q̃ sapor est huiꝰ dispõnis. sed ipse dicet post q̃ quidã patiꝫ à sapore, quod nõ est innatũ sentire ipsum. & forte fecit hoc, quia est locus dubitationis. D.d. Si igr olfactus est, &c. i. si igitur nã olfactibilis, quæ nõ existit nisi in olfaciẽte, sit odor ipse, nõ inter nos cõparata, q̃ cõtingit odori, manifestũ est q̃ odor facit olfacere oẽ olfactũ: & oẽ, in quo odor agit, fm q̃ est olfactus, est olfaciẽs qm̃, si esse odoris nõ est, nisi fm q̃ est olfactus; & olfactum non inuenitur nisi in olfaciẽte: manifestum est q̃ oẽ, quod patiꝫ ab odore, est olfaciens. D.d. Vnde necesse est, &c. i. si igitur oẽ olfaciens patitur ab odore: & oẽ, quod patitur ab odore, est olfaciens: necesse est fm conuersionẽ oppositi, vt quod non est olfaciẽs non patiaꝫ ab odore. Et ipse non propalauit in sermone nisi positum consequens, & primum principiũ: ex quo consequebatur, q̃ q̃ odor est relatiuus, i. olfactus, necesse est vt olfactum sit olfacientis. & nõ propalauit propositionẽ dicentem q̃ oẽ, quod patitur ab odore, est olfaciẽs, neq; propalauit conuersionem fm oppositi. Et quasi opinatur q̃ tactus est aliquod cõtingẽs rebus cõuertijs tãgibilibus. & nõ opinatur q̃ olfactibile est aliquod contingẽs odori, neq; uisibile coloti, sed opinatur q̃ olfactũ est quasi ipse odor, & visibile ipse color, & audibile ipse sonus. Et. ideo fuit necesse apud ipsum vt oẽ, quod patiꝫ ab odore, sit olfaciẽs, & à colore videns, & à sono audiẽs. Et non fuit necesse vt oẽ, quod patitur à tangibili, sit tangens. & hoc indiget magna inquisitione. Ipse. n. quasi opinatꝫ q̃ sensuũ quidã sunt in capitulo relationis, & quidã sunt in capitulo actionis, & passionis per se, & accidit eis relatio.

Simul autem manifestum est & sic: neq; n. lumen & tenebræ, neq; sonus, neq; odor, nullum facit in corpora: sed ea in quibus est, ut aer qui cum tonitruis, scindit lignum. sed tangibilia & humores faciũt. ſſ. n. non: a quo vtiq; patient inanimata & alterabũtur.

Quod etiam perspicuum uel inde est: nã nec lumen & tenebræ, nec sonus, nec odor ullo modo afficit corpora, sed ea in quibus sunt: ut aer cum tonitru scindit lignum. At qui certe tactilia & sapores afficiunt: alioquin à quonam paterentur inanimata, & alterarentur?

Et cũm hoc manifestum est hoc modo, neq; n. lux. neq; obscuritas, neq; sonus: neq; odor agunt aliquid in corporibus. sed ea, in quibus sunt ista. v. g. q̃ aer, in quo est tonitruum, scindit lignum. Sed tangibilia, & sapores agunt. quoniam. si non agunt. à quibus igitur patiẽtur, & alterabuntur corpora non animata?

Idest

arĩ. opinatur q̃ sensuũ quidã sunt in cre⁹onis, & quidã sũt in ca. actionis. & passiõis p se. videJ. c. sequenti, & cõ. 140. & 143.

126 Idest &, cùm in hoc sermone prædicto declarauimus hoc de sensibilibus, manifestum est per se. apparet enim q̃ neq; lux, neq; obscuritas, neq; odor, neque color agunt aliquid in corporibus: sed non agunt, nisi in rebus, in quibus sunt isti sensus. D.d. v. g. q̃ aer, in quo tonitruum, scindit lignũ. sed sonus, qui est tonitruum, non est ipse motus, quem lignũ recipit a motu aeris. sed sonus est intentio, quæ nõ inuenitur, nisi in audiente: & quasi est in capitulo ad aliquid, non in qualitate. & similiter odor apud ipsum est, secundum q̃ exposuimus. D.d. Sed tangibilia, & sapores &c. idest sed tangibilia, & sapores magis sunt in capitulo de agere & pati, q̃ in capitulo relationis. quoniam, si ab eis non patitur, nisi quod habet sensum gustus, & tactus, à quo igitur patientur alia corpora non animata? contingit enim agere & pati non esse quod est impossibile. Et hoc quod dixit in tangibilibus, est manifestum, sed in saporibus indiget considerationẽ. Potest enim aliquis dicere quòd sapor est ipsum gustabile, sicut odor est ipsum olfactum. sed videmus, vt dicit Plato, quòd sapores habent in corporibus non animatis passiones diuersas additas calefactioni, & infrigidationi verbi gratia exasperare, quod est pontici: & lenificare quod est vnctuosi: & alia multa, quæ sunt dicta in Timæo, quæ Galenus laborat exponere. Istæ igitur actiones vtrum sint saporis, aut sint de sapore quasi motus aeris de sono, indigent consyderatione. sed accepit hic q̃ sapor est modus tangibilis cùm sit similis ei.

Son⁹ quasi ẽ in ca. ad aliqd, nõ in qualitate. ſ; tã gibilia, & sapes, magis sũt i c. ageſ & pa ti. q̃ in ca. relationis.

Ergo ne & illa faciunt? aut non omne corpus passiuũ ab odore & sono: & patientiã indeterminata, & non manẽt, ut aer. fœtet enim sicut patiens aliquid. Quid igitur est odorare præter pati quid? aut odorare sentire est: aer aũt patiens mox sensibilis fit.

Num igitur illa quoq; afficiunt? An non ita natura comparatum est ut omne corpus ab odore & sono patiatur: & ea demum ipsa quæ patiuntur, carent termino, neq; perstãt, ueluti aer: redolet. n. quasi aliquid passus. Quid ergo erit olfacere, nisi pati aliquid? An olfacere quidem est sentire: aer uero ubi passus fuerit, celeriter sensibilis fit.

Dicamus igitur q̃ non omne corpus est innatum pati à sono, ab odore: & quod patitur non est determinatum, neq; permanẽs. v. g. aer enim est ventus, & propter hoc patitur. Quæ igitur est differentia inter olfacere, & pati? Dicamus igitur q̃ olfacere, & est sentire: & cum aer patitur, & velociter fit sensatus.

127 Cùm declarauit q̃ non patitur ab aliquo trium sensibilium nisi sensus proprij eis, incepit dare differentiam inter passionem corporum mediorũ ab eis, & inter passionem rerum a tangibilibus, & d. Dicamus igiꝫ q̃ non omne corpus, &c. i. &, si aliquis finxerit q̃ corpora patiuntur à sono, & ab odore, & dederit rationem super hoc de passione aeris, & aquæ ab eis, dicemus ei q̃ nõ omne corpus est innatum pati à sono, & ab odore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re.non.n.patitur ab eis ex corporibus, nisi illud, quod est non determinatum in se, i. non habens figuram, neq; propriam constitutionem. v.g. aer enim non patitur ab eis, nisi quia est ventus: & ventus est corpus non determinatum, neq; fixum. corpora.n. quæ patiuntur à tangibilibus, sunt determinata, & fixa. D. d. Quæ igitur est differentia inter olfacere, & pati? i. si igitur aliquis quæsierit, & dixerit cum olfacere sit passio, & receptio odoris à medio sit passio etiam, quæ igitur est differentia inter vtranq; passionem? Dicemus ei q̃, cùm aer patiatur velociter à sensibili, efficitur per hanc passionem sensatum illi sensui. sensus autem fit per hanc passionem sentiens non sensibile. D

Iuxta Græcorum sectionem hic incipit liber tertius de Anima.

SVMMA QVINTA. E

Non dari sextum sensum. Cur̃q; non unum, sed plures habeamus sensus, redditur causa.

QVod autem non sit sensus alius præter quinque, dico autem hos, visum, auditum, olfactum, gustum, & tactũ, ex his credet aliquis. si enim omnis cuius est sensus tactus, & nunc sensum habemus. omnis enim tangibilis in quantum tangibile passiones, tactu nobis sensibiles sunt. necesse est si quidem deficit aliquis sensus, & organum aliquod nobis deficere.

SOPH. *Nullum autem alium sensum extare præter illos quinq;, intelliges autem hos, usum auditum, olfactum, gustatum, ex his crediderit quispiam. si enim oĩs eius cuius est sensus tactus, nunc quoq; sensum habemus: omnes.n. res tactilis ut tactilis est, passiones, tactu nobis sensibiles* F *sunt: atq; necesse est, si deest aliquis sensus, sensorium quoque nobis deesse aliquod:*

Quoniam autem non est alius sensus præter istos quinq;, s. visus, auditus, & olfactus, & gustus, & tactus ex istis creditur. Quoniam, si omne, quod tactus potest sentire, possumus nos sentire. quoniam passiones tangibilis, secundum quòd est tabgibile, omnes sunt sensibiles à nobis per tactum. Et necesse est, si deficiat in nobis aliquis sensus, vt deficiat nobis aliquod sentiens.

128 Cùm compleuit sermonem de vnoquoque sensuum quinque existentium in animali perfecto, incœpit declarare q̃ impossibile est inuenire animal habens sextum sensum, & d. Quoniam autẽ non est alius sensus, &c. i. quoniam autem impossibile est inuenire animal habens sensum sextum,

& sextum, præter istos sensus existentes in homine, & in animali perfecto ex istis demonstrationibus creditur. D. incœpit declarare hoc, & d. Quoniã si omne, quod tactus potest, &c. i. quoniam manifestũ est q̃ omne, quod sensus tactus potest comprehendere ex sensibilibus, nos possumus cõprehendere: & nihil deficit nobis ex eis, quæ innata sunt comprehendi ab hoc sensu. & similiter de vnoquoq; sensuum, s. q̃ non deficit nobis in aliquo animali habenti istum sensum, aliquod sensibilium, quæ innata sunt cõprehendi ab eo, ita q̃ nullus potest dicere q̃ potest inueniri aliquis tactus in animali, qui comprehendit tangibile, quod nos non possumus cõprehendere. Manifestum est enim per se q̃, omnes qualitates tangibiles, ſm q̃ sunt tangibiles, sunt sensibiles à nobis, & comprehensæ per tactum. & similiter est de qualitatibus visibilibus, & audibilibus, & olfactibilibus. Et cum posuit hunc sermonem quasi antecedens, induxit consequens. E. d. Et necesse est, si deficiat in nobis aliquis sensus, &c. i. & cùm posuerimus q̃ isti quinq; sensus non deficiunt nobis, nec in animali, in quo inuenitur aliquid eorum, quæ innata sunt comprehendi ab istis sensibus, secundum q̃ sunt isti sensus, necesse est, si deficit in nobis aliquis sensus, vt deficiat in nobis aliquod sentiens: cùm iam posuerimus q̃ istis sensibus non deficit in nobis sentire aliquid eorum, quæ innata sunt sentiri. &, cùm ita sit, ille in nobis sentire aliquid eorum, quæ innata sunt sentiri. &, cùm ita sit, ille sensus, quẽ ponimus deficere cùm nõ deficit propter aliquem sensuum existentium in nobis, necesse est vt defectus eius sit propter hoc, quia à nobis deficit sensus sextus.

Manifestũ est p se q̃ oĩs qualitates tãgibiles, s. q̃ sunt tangibiles, sunt sensibiles a nobis, & cõprehensæ p tactũ & sic ẽ de qualitatibus visibilibus, & audibilibus, & olfactibilibꝰ

Et quæcunq; quidem ipsi tangentes sentimus tactu sensibilia sunt quem existimus habentes: quæcunq; vero per media, & nõ ipsa tangentes, simplicibus, dico autem vt aere & aqua. habent autem sic: vt si quidem per vnum plura sensibilia existẽtia, altera ab inuicem genere, necesse habentem huiusmodi sensitiuum, esse sensitiuũ vtrorumq;. vt si ex aere est sensitiuum, & est aer soni & coloris, si vero plura eiusdem sint, vt coloris & aer & aqua. (vtraq; enim diaphana) & qui alterum ipsorum est habens solum, sentiet illud quod per vtraq;, aut ab ambobus.

Et quæcunque quidem ipsi tangentes sentimus, tactu sensibilia sunt quem habemus: quæ uero per intermedia, nec ipsa tangentes, simplicibus: dico autẽ ut aere & aqua. ita autem res habet: ut si per unum plura sentiri possunt genere inter se diuersa, necesse sit eũ qui eiusmodi habet sensorium, amborum sensitiuum esse: uerbi causa si ex aere sit sensorium, & aer sit & soni & coloris. quod si plura eiusdem sunt, ut coloris & aer & aqua, (ambo enim hæc, translucida sunt,) & qui alterũ dumtaxat eorum habet, sentiet id quod per utrumq;.

Et omne, quod sentimus nos tangendo ipsum, est sensibile à nobis per tactum qui est in nobis. & omne, quod sentimus p̃ media, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non quia nos tangimus ipsum, est per simplicia. v.g. per aerē, aut per aquam. Et ita est, s. ꝙ si per vnū fiant sensibilia plura vno, quæ differunt abinuicem in genere, necesse est habens istum sensum ꝙ sentiat vtrūꝙ. v.g. ꝙ, si sentiens est ex aere, & aer est soni, & coloris. Et, si per plura vno sit vnum. v.g. color per aerem & aquam: sunt enim æquales: manifestum est quòd habens vnum tantū sentit, quod sentit per vtrunq;.

119 Cùm declarauit ꝙ, si deficit in nobis aliquis sensus necesse ēt vt deficiat aliquod sentiens: & etiam fuit manifestum ex hoc ꝙ, si deficit in nobis aliquod sentiens, necesse est vt deficiat in nobis aliquis sensus, qui differat in genere à sensibus istarum virtutum, cùm istis virtutibus nō deficit sentire aliquid ex eis, quæ innata sunt inueniri in eis: & ꝙ hæc duo conuertūtur, s. quorum vtrumlibet fuerit, erit alterum: &, si vnum auferatur, auferetur & reliquum: incœpit declarare ꝙ impossibile est sextam virtutem esse: quia impossibile est vt sit sentire extraneum in genere ab istis sensationibus. Et hoc declaratur tribus demonstrationibus. Quarum prima est accepta à mediis. Secunda ab instrumentis, quibus fit sentire. & causa data in his duabus demonstrationibus est quasi materialis. Tertia autem est accepta à sensibilibus ipsis: & est magis firma illis duabus, cùm causa accepta in ea sit finalis. Et incœpit à demonstratione, quæ est accepta à medio: sed tacuit quasdam propositiones, & conclusionem. Et ista demōstratio fundatur super propositiones. Quarum vna est, ꝙ † omne, quod sentit animal, aut sentit ipsum per contactum, aut mediante corpore extraneo. & omne, quod sentimus per contactum, aut sentimus ipsum mediante carne, aut per ipsam carnem, si fuerit instrumentum. Et hoc intēdebat, cùm dixit & omne, quod sentimus, &c.i. & omne, quod sentimus nō per contactum, sed mediante corpore extraneo, sentimus ipsum mediāte altero istorum duorum elementorum, aut vtroq;, s. aqua aut aere. & hoc intendebat cum d. & omne, quod sentimus per media, &c.i. &, cùm ita sit, sicut diximus, manifestum est ꝙ necessario sequitur ex hoc, vt omne habens sensum per carnem, aut per alterum istorum duorum elementorū, aut per vtrunq; non inuenitur ei de sensu, nisi illud, quod potest fieri per hæc duo, s. per carnem, aut per medium extraneum. omne igitur animal nō habet de sensibus, nisi qui possunt fieri per hæc duo, s. per carnem, aut per medium extraneum. Et, cùm declarauit ꝙ oē animal necesse est vt non sentiat nisi per carnem, aut per media, incœpit declarare quod sequitur ex hoc, ꝙ omne animal habens aliquod medium ex istis mediis, necesse est vt habeat de sensibilibus sensibilia, quibus seruit illud medium, & reddat ea non aliud, & d. Et ita est, s. ꝙ, si per vnum, &c.i. manifestū est ꝙ, cùm posuerimus ꝙ omne animal non sentit nisi per medium, quod est caro, aut aer, aut aqua, si per vnum istorum mediorum caderent sensibilia plura vno in genere, necesse est, vt omne animal sentiens per illud medium, non habeat de sensibilibus, nisi ea, quæ innata sunt reddi abillo mē

dio,

† Oē aīal vel sentit p cōtactū vel p mediū extraneū: sed si ē vera disiunctiua mēbra nō coincidūt sed oppositū patet ꝙ Th. t.c.12. & supra i hoc.n.113. 115. Vide cōtr. Zim. Expō priæ gtis textꝰ.

Expō sēdæ gtis textꝰ.

Vide supra n.76.

dio, si duo duo, si tria tria. Et intendebat per hoc ꝙ, cum media sint determinata in numero, s. aut caro, aut aer, aut aqua: & sensibilia etiam, quæ reddūt ista media, sint etiam terminata in numero: necesse est vt virtutes sint secundum numerum istorum sensibilium, quæ reddunt media animalibus, quæ innata sunt sentire per hæc media. & manifestum est ꝙ omne, quod redditur per carnem, est aut gustabile, aut tangibile. & omne, qđ redditur per aerem, aut aquam, aut per vtrunq;, est aut sonus, aut color, aut odor. omne igitur sentire est aut gustare, aut tangere, aut audire, aut videre, aut olfacere. D.d. Et si per plura vno fit, &c.i. &, si per plura vno medio fit vnum sensibile, vt color per aerem aut aquam, quæ sunt æquales in hoc, manifestum est ꝙ animal habens alterum eorum sentit de sensibilibus, sicut quod habet vtrunq;. & intendebat per hoc ꝙ animal, quod est in aqua, debet habere virtutes sensus secundum numerum virtutum sensus animalis, quod est in aere, & aīalis, quod sentit in aqua, & in aere.

Simplicium autem ex duobus his sensitiua solum sunt, ex aere & aqua, pupilla quidem enim aquæ: auditus vero aeris: olfactus autem horum alterius est. ignis autem aut nullius est: aut communis omnibus: nihil enim sine calore sensitiuum est. terra vero aut nullius est, aut in tactu maxime miscetur. vnde relinquitur nullū esse sensitiuum extra aerem & aquam.

Simplicium autem ex his duobus sensoria tantummodo sunt, videlicet ex aere & aqua: pupilla enim aquæ, auditus aeris, olfactus horum alterius est. ignis autem uel nullius, uel communis omnium est: nihil enim sine calidi ate sensitiuum est. terra uero aut nullius, aut in tactu admixta præcipue est. Quapropter relinquitur nullum esse sensorium, præter aerem & aquam.

Et sensus ex simplicibus sunt ex aere: aut ex aqua. visus enim est ex aqua, & auditus ex aere, & olfactus ex altero istorum duorum. Ignis autem aut est nullius, aut est communis eis. quoniam nullum sentiens est extra calorem. Et terra aut est nullius eorum, aut proprie est admixta cum tactu. Remanet igitur ꝙ non est sensus extra aquam, & aerem.

Hæc est demonstratio accepta ex instrumentis sensuum, & d. Et sensus ex simplicibus, &c.i. & instrumenta sensuum, quæ propter suam naturam attribuuntur elementis secundum dominium sunt tria tantum, s. instrumentum, quod est ex aere, s. auditus, vt declaratum fuit prius: & instrumentum, quod est ex aqua, s. visus: & tertium est, quod fit ex vtroq;, s. olfactus &c.i. in hoc sensu, quod fit ex altero istorum duorum, s. aut ex aqua, aut ex aere: quia animalia, quæ sunt in aqua, olfaciunt in aqua, sicut olfaciūt animalia, quæ sunt in aere, per aerem. D.d. Ignis autem, &c.i. igni autem

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut non attribuitur aliquis sensus hoc modo, aut attribuitur communiter. apparet enim ꝙ nullus sensus potest facere suam actionem cum infrigidatur: & hoc diminute demonstratur per quæ notat iterationem. & dixit hoc, quia respectus eius ad aliquid præter ignem est, sicut proportio alicuius ad materiam: & proportio eius ad ignem est sicut proportio alicuius ad suam formam. D. d. Et terra aut non est alicuius, &c. i. & terra aut non attribuitur alicui instrumento instrumentorum istorum sensuum, cùm non videtur seruire sensibilibus aliquo modo: aut, si attribuitur, attribuitur carni: quia istud medium, aut istud instrumentum indiget constitutione, & confirmatione: quapropter terra dominatur in eo. Deinde d. Remanet igitur ꝙ non est sensus sextus extrinsecus ab aqua & aere, cùm non sit corpus extrinsecum ab istis duobus corporibus. quia impossibile est inuenire instrumentum sensus aut ex igne, aut ex terra: sed tamen possibile est ex aqua, aut aere, aut utroq;. Et, cùm materiæ instrumentorum sensuum sint terminatæ in numero', necesse est, vt sensus sint. 5. si igitur esset sensus sextus, contingeret quintum elementum esse. sensus enim, qui sunt ex aere, aut aqua sunt aut visus, aut auris, aut nasus.

Idē. 1. de Gene. 18. com.

Medium, aut istrumentum dicitur constitutio, & confirmatio de iis 1. & 2. de partibus animalium. ca. 1. & 8.

Hæc autem & nunc quædam habent animalia. Omnes igitur sensus habentur à non imperfectis, neq; orbatis. videtur enim & talpa sub pelle habens oculos.

SOPH. *Quæ nunc etiam nonnulla habent animalia: ergo omnes sensus habentur à non imperfectis neq; mutilis. nam etiam talpa sub pelle habere oculos uidetur.*

Et hæc duo sunt modo in quibusdam animalibus: ita ꝙ omnes sensus sunt distincti in eis, quæ non sunt diminuta, neq; habent occasionem. Talpa. n. videtur habere oculos sub cute.

131 Et sensus attributi his duobus elementis non inueniuntur nisi in quibusdam animalibus, s. perfectis propter melius: adeo quòd propter solicitudinem naturę circa hoc, oportet vt omnes sensus sint distincti, existentes in animali perfectę creationis, quod non habet occasionem, & ꝙ ab animali perfecto, vt homine, non deficit sensus. Talpa enim videtur habere oculos sub cute, licet non videat. Et quasi intendit per hoc ꝙ, si sensus sextus esset, oporteret vt inueniretur in homine, qui est completissimum animalium. esset enim necessario propter melius. & hoc est manifestum de solicitudine naturæ in dando sensus animalibus: adeo ꝙ propter hoc dedit Talpæ oculos, & cooperit eos cutæ, cum nō indigeat eis in maiori parte fuæ operationis, cum hoc, ꝙ materia eius non posset plus recipere. &, si posset, forte esset superfluum.

Quo solicitetur nā circa ista. vide. 12. Met. c 37.

Quare si non aliquid alterum est corpus & passio quæ nullius est eorum quæ sunt hic corporum, neq; vnus vtiq; deficiet sensus.

Quare

Quare si non est aliud quidpiam corpus & passio, quæ nullius sit eorum eorum quæ hic sunt, utiq; nullum sensum deesse censendum est.

Oportet igitur, si nō est aliud corpus, aut passio, quæ nō est alicuius corporū, quæ sunt apud nos, vt nō deficiat aliquis sensus.

Hæc est Tertia demonstratio, & deficit præcedens. & syllogismus sic componitur perfecte. Et, si sextus sensus sit, necesse est corpus sensibile eē aliud ab omnibus corporibus sensibilibus, quæ sentiunt quinq; sensus, & passionem eius, & qualitatem, quam sentiens reciperet à sensibilibus, vt qualificet per eam aliam ab istis qualitatibus: sed nullum corpus sensibile est aliud ab istis corporibus sensibilibus, neq; passio extra istas passiones: ergo nullus sensus est extra hos sensus quinq;.

At vero neq; communium potest esse sensitiuum aliquod proprium quæ vnoquoq; sensu sentimus non secundum accidens: vt motus, status figuræ, magnitudinis, numeri vnus. hæc enim omnia motu sentimus: vt magnitudinem motu. quare & figuram. magnitudo enim quædam & figura est. quiescens autem in eo quòd nō mouetur. numerus vero negatione cōtinui. & propriis, vnusquisq; enim vnū sentit sensus.

Neq; uero communium potest esse sensorium aliquod proprium quæ unoquoq; sensu sentimus per accidens, ut motus, status, figuræ, magnitudines, numeri, unus. Hæc enim omnia motu sentimus, ut magnitudinem motu: quare etiam figuram. nam figura quoq; magnitudo quædā est. quod autem quiescit, eo quod non moueatur. numerus uero negatione continui, & proprius. nam unusquisq; sensus unum sentit.

Et etiam impossibile est vt aliud sentiens sit communibus, quę sentimus, nisi per vnum quinq; sensuum accidentaliter. verbi gratia motui, & quieti, & figuræ, & quantitati, & numero. Omnia enim ista sentiuntur per motum, verbi gratia quantitas per motum. quapropter figura etiam. figura enim est aliqua quantitas. quies autem non per motum. numerus vero per negationem cōtinui, & per eius proprietates vnusquisq; sensuum sentit vnum.

Et etiam impossibile est aliud sentiens esse à quinq; sensibus, ita ꝙ sensibile eius sit aliquod vnum sensibilium communium, sub quibus sunt sensibilia propria vnicuiq; sensuum quinq;, nisi sensibilia essent communia vnicuiq; sensuum accidentaliter. & d. hoc, quia, si essent eis accidentaliter, contingeret vt essent alicui sensui essentialiter. quod enim inuenitur alicui accidentaliter, debet inueniri alii essentialiter. D. d. v. g. motui, &c. i. & sensibilia communia non sunt comprehęsa à quinq; sensibus accidentaliter,

Quod inuenit alicui accidit, dī inueniri alij essentialiter. Idē 4. phy. 43.

Sed vide oppositū 2. phy. cō. 48. Idem 7. cō. 65. Vide cōz. Zim.

taliter, v.g. motus, & quies, & figura, & quantitas, & numerus. omnia enim ista sentiuntur à quinq; sensibus per aliam motionem, & passionem. & quod est ita, necesse est vt sit essentialiter D.d. ver. g. quantitas, &c. i. v.g. quantitas. sensus enim innati sunt comprehendere eam per aliquam passionem, & motus. & similiter est de figura. figura enim est quantitas cum aliqua qualitate. D.d. quies autem non per motum, &c. i. comprehensio autem quietis est per comprehensionem priuationis motus. cùm enim comprehenderint motum essentialiter, comprehendunt priuationē eius essentialiter, s. quietem. Comprehēsio vero numeri, & multitudinis à sensibus est per comprehensionem priuationis continui, quod est magnitudo: & iam declaratum est ꝙ continuum comprehenditur essentialiter: ergo & sua priuatio comprehenditur essentialiter.

Si habitus cōprehēditur essentialiter, et priuatio. Sed vide opp. 5. c. 120. Vide cōz. Zim.

Quare manifestum est quoniam impossibile est cuiuslibet sensum proprium esse horum, vt motus. Sic enim erit sicut nunc visu dulce sentimus. Hoc autem quoniam amborum habentes existimus sensum, quo quum coinciderit, cognoscimus: si vero non, nequaquam vtiq;, sed aut secundū accidens sentiebamus: vt Cleonis filium: non quia Cleonis filius est, sed quoniam albus: huic autem accidit Cleonis filius eē. Communium autem habemus iam sensum communem non secundum accidens. non igitur est proprius. nequaquam enim vti ꝙ sentiremus, sed aut sic sicut dictum est Cleonis filium nos videre. Ad inuicem enim propria secundū accidens sentiunt sensus: non secundum ꝙ ipsi sunt: sed secundum ꝙ vnus: cum simul fiat sensus in eodem, vt cholera quod amarā & rubicunda. non enim alterius dicere, ꝙ ambo vnū. propter quod & decipitur: & si sit rubicundum choleram opinatur esse.

CAPVT.

Quare perspicuum est fieri non posse ut cuiuslibet horum proprius sit sensus, ut motus: nam hoc modo perinde fuerit, atq; nunc usu dulce sentimus: quod eò fit, quia amborum habemus sensum, quo cum concurrunt, cognoscimus. alioquin haudquaq; nisi per accidens sentiremus: ut Cleonis filium, non quod Cleonis filius sed quod albus, cui sanè accidit filio esse Cleonis: at uero communium habemus iam sensum communem, non per accidens. non igitur est proprius: nequaquam enim sentiremus, nisi quo pacto diximus nos cleonis uidere filium. alter porrò alterius propria per accidens sentiunt sensus, nō quatenus ipsi, sed quatenus unus, cum simul factus fuerit sensus in eodem: exempli gratia bilem esse amaram & flauam: neque enim alterius est dicere, ambo hæc esse unum, quo fit ut decipiatur: & si flauum fuerit, bilem esse opinatur.

In græco textu ē periela ꝛ quā simplicius interpretatur pro κατ' ὁ idest quā ob cām.

Manifestum

Manifestum igitur est ꝙ impossibile est vt sensus instrumentū sit proprium alicui istorum, verbi gratia, motui. esset enim sicut nos modo sentimus dulce per visum. & hoc est, quia est in nobis sensus, in quo est vtrunq;: & cùm sint ambo coniuncta, scit ea ut, si non esset ita, non sentiremus ipsum, nisi accidentaliter, v.g. filium Socratis. nos enim non sentimus filium Socratis, sed album. & cō tingit huic ꝙ fuit filius Socratis. Communia autem habēt sensum communem, non accidentaliter. non igitur habent sensum proprium. &, nisi hoc esset. non sentiremus ea omnino, nisi sic, sicut diximus ꝙ nos videmus filium Socratis. Et sensus quidam non sentit sensibilia quorundam nisi accidentaliter. & non est vnius, cū sensus fuerit insimul in eodem. v.g. cholera. n. est amara, & citrina, iudicium, quod vtrunq; est eiusdem, nō est alterius. & ideo cadit error, ita ꝙ citrinum existimatur esse cholera.

Et, cùm declaratum est ꝙ communia sensibilia comprehenduntur à quinq; sensibus essentialiter, manifestum est ꝙ impossibile est sensum proprium esse alicuius istorum sensibilium communiū, v.g. motus, aut quātitas. quoniam, si ita esset, tunc sentiremus motum, aut sibi similes de sensibilibus communibus, non per se, sed per medium: sicut comprehēdimus per visum hoc esse dulce mediante colore. D.d. & hoc est, quia est in nobis sensus, &c. i. & accidit nobis talis comprehensio. s. iudicare per aliquem sensum super sensibile alterius sensus: quia contingit ꝙ illi duo sensus fuerint coniuncti in comprehendendo illa duo sensibilia ex eodem aliquo tēpore. & cum post hæc acciderit vt comprehendamus per alterum duorū sensuum alterum sensibile, ex eadem re iudicabimus per illum sensum super sensibile alterius per coniunctionem præcedentem. v.g. quoniam nos non scimus per visum ꝙ hoc est dulce, nisi prius acciderit nobis in aliquo tempore quod comprehendimus per visum ꝙ, mel est citrinum, & per gustum esse dulce. cum igitur secundo sentiemus ipsum per solum visum eē citrinum, statim comprehendemus ipsum esse dulce, & mel. D.d. Et, si non esset ita, &c. i. &, si non esset concessum à nobis ꝙ, si vnum istorū sensibilium communium haberet sensum proprium, contingeret vt sentire ea, esset sicut sentire per visum ꝙ hoc est dulce, necesse esset vt sentire ea esset de genere sensus, qui proprie dicitur accidentaliter. v.g. sentire per visum ꝙ iste est filius Socratis: quia sentiremus ipsum esse album: quia accidit ꝙ filius Socratis fuit albus. D.d. Communia autem habent sensum communem, &c. i. &, cum declaratum est ꝙ, si aliquod sensibilium communium haberet sensum proprium, tunc sentiretur à nobis accidentaliter: quemadmodum sentimus per visum, istum esse filium Socratis, quia est albus: aut quemadmodum iudicamus hoc esse dulce, quia est citrinū. Hæc enim duo sunt duo modi accidētaliter: & iam declaratum est ꝙ sensibilia communia comprehenduntur essentialiter: ergo nullum sensibi-

liuꝫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

sium communium habet sensum proprium. quoniam, si haberet sensum proprium, tunc sentiretur, aut sicut sentimus per visum istum filium Socratis, aut sicut quidam sensus sentit sensibile propriū cuiusdam. Et iste modus est etiam accidentalis. sed differt à primo modo, qui simpliciter dicitur accidentalis, & est comprehendere per visum istum esse filium Socratis: licet vterq; numeratus sit accidentalis. differunt scilicet in hoc: quia comprehendere per visum hoc esse dulce, fuit, quia cum visu fuit coniuncta in eadem re virtus vnius generis virtute visus. s. sensus gustus. Iudicare autem per visum istum esse filium Socratis accidit, quia in alio tempore fuit coniuncta cum visu alia virtus à virtute* visus. virtus enim qua comprehendimus istum esse Socratem, aut filium Socratis, superior est ad virtutem sensus. & ideo iste modus videtur magis accidentalis, quā secundus. vnde simpliciter dixit ipsum esse accidentalem, & non secundum.

Virtꝰ, quia cōprehendimꝰ istū eē Socratē aut filiū Socratis, superior est ad virtutē sēsus. Sed vide opp. cō. 63. Vide cōt. Zim.

* Al. alia

D

1) d. & non est vnius, &c. i. & iudicium non est vnius virtutis, † quando duo sensus fuerint coniuncti ad iudicandum super eandem rem ipsam esse eadem. sed illud iudicium est vtriusq; sensus, non alterius sensus ab eis: sicut existimare potest aliquis. sed, si dicitur vnus ex hoc modo, dicitur accidentaliter. D. d. v. g. cholera, &c. i. v. g. hoc esse choleram, quia est amarum citrinum. iudicate. n. cp hæc duo sunt eiusdem. s. choleræ, non est alterius virtutis ab his duabus. &, quia iudicium super hanc rem eē vnam est duarum virtutum non vnius, accidit ei error in iudicando aliquid non choleram esse choleram, quia citrinum.

† Qñ duo sensus fuerint cōiūcti ad iudicāndū sup eādē rem ipsam eē eadem, illud iudiciū est vtriusq; sensus, nō alterius sensus ab eis. oppoī cō. 146. &. 1. Vide cōt. Zim.

E

Inquiret autem aliquis cuius causa plures habemus sensus, sed non vnum solum. aut quatenus minus lateant consequentia & communia, vt motus, & magnitudo, & numerus. si enim esset visus solus & ipse albi, laterent vtiq; magis, & viderentur idem esse omnia, propter id cp consequuntur se ad inuicem simul color, & magnitudo. nunc autem quoniam in alio sensibili cōmunia sunt, manifestum facit cp aliud quiddam vnumquodq; ipsorum est.

F

Verum quærat aliquis cur plures sensus & non unum solum habeamus? an ne lateant consequentia & communia, ut motus, magnitudo numerus. nam si usus esset solus, isq; albi, laterent magis atq; idem esse cuncta uiderentur: propterea quod simul se mutuo sequuntur color & magnitudo: at quia quæ sunt communia in alio sunt sensibili, res indicat aliud quidpiam esse eorum unumquodq;.

Et debet homo perscrutari, quare habemus sensus plures vno, & non vnum tantum. Dicamus igitur, vt non ignoremus consequentia communia, vt motum, & quantitatem, & numerū. Quoniam, si haberemus solum visum, tunc ipse visus esset magis dignus, vt ignoraret album, adeo vt existimaret hæc esse omnia, eo-

SOPH.

lor enim & quantitas consequuntur adinuicem insimul. modo autem, quia communia sunt sensibilia ab aliquo, manifestatur quòd quodlibet eorum est aliud.

Vult dare causam, propter quam hæc sensibilia cōia non comprehendantur ab vno sensu, &c. d. Et debet homo perscrutari, &c. i. debet homo perscrutari, quare hæc sensibilia cōia cōprehendūtur à pluribus sensibus vno, & nō cōprehenduntur ab vno. D. d. rationē, & dixit, Dicamus igitur, vt non ignoremus, &c. i. vt non ignoremus aliquam sensibilitū cōmunā à sensibilibus propriis. D. d. Quoniam, si haberemus solum visum, &c. i. & hoc esset necesse. qm̄, si poneremus cp solus usus comprehendit ista, & cp ipse sc. us est in nobis in hac intentione, tunc accideret visui vt ignoraret, & non distingueret album ab aliquo: adeo cp existimaret colorem, & quantitatem, & figuram eandem esse. & hoc accideret ei, eō cp color, & quantitas consequuntur sibi adinuicem, s. cp color non inuenitur nisi in superficie, & superficies in corpore. D. d. modo aūt quia cōia, &c. i. modo autem, quia videmus cp cōia, vt quantitas, & magnitudo comprehenduntur per alium sensum à visu. Secundum hoc igitur est intelligendus suus sermo in hoc loco, non secundum cp sonant verba eius superficietenus, secundū cp loquitur: vt quare sensus sint plures vno. causa. n. formalis in hoc manifesta est, s. multitudo sensibilium. & hoc iam dictum est. & causa finalis est perscrutanda post in fine istius libri.

Docum.

1. de Ala a t. c. 59. vsque 1 hnc.

SVMMA SEXTA.

Quæstio, an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamus: Sensusq;, quem communem appellamus, explanatio.

QVoniam autem sentimus quod videmus & audimus, necesse est visu sentire quia videt, aut altero: si autem altero, aut ipso erit quod videt, aut altero: sed idē erit visus & subiecti coloris. quare aut duo eiusdē erit: aut idē eiusdē. Amplius autem si & alter sit sensus visus, aut in infinitum procedit: aut aliquis ipse sui ipsius erit iudex: quare in primo hoc faciendum est.

C

Quoniam autem sentimus nos uidere & audire, necesse est aut uisu sentiat se uidere, aut alio: sed idem etiam erit uisus & subiecti coloris. Quamobrem aut duo eiusdem erunt, aut ipse sui ipsius. Præterea si etiā alius sensus sit uisus, aut in infinitum procedet: aut ipse erit sui ipsius: itaq; in primo illo hoc faciendum est.

Et, quia sentimus nos videre, & audire, necesse est quòd sentire quòd nos videmus, aut est per hunc sensum, aut per aliud. Sed illud erit visus, & coloris subiecti: aut duo eiusdem, aut idem sui. Et etiam, si sensus visionis sit alius, aut erunt hæc in infinitū, aut erit idem sui. necesse est igitur hoc facere primo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

136 Cũm cõpleuit sermonẽ de quinq; sensibus, & declarauit sextũ sensum non esse, incœpit declarare ꝙ isti quinq; habent virtutem cõem. Et incœpit prius dubitare secundũ suã consuetudinem: &c. d. Et, quia sentimus nos videre, &c. i. nos, quia videmus & sentimus nos videre, & audimus, & sentimus nos audire, & sic in vnoquoq; sensuum, necesse est vt hoc fiat per virtutem visus, aut per aliam virtutẽ. D. d. Sed illuderit visus, & coloris, &c. i. fed si hoc, s. sentire nos videre fuerit alterius sensus à visu, contingeret vt ille sensus habeat duplicem cõprehensionẽ. cõprehendit. n. visum cõprehendere, & cõprehendit colorẽ, quẽ visus cõprehendit. impossi. n. est vt cõprehendat visum cõprehendere colorẽ, nisi etiam ipse cõprehendat colorẽ. D. d. aut duo eiusdem, aut idem sui. i. sequitur igitur ex hoc alterum duorum. qm̃, si posuerimus duas uirtutes esse, contingeret vt duo sensus sint eiusdem intentionis, sensus scilicet qui sentit eam, & sensus qui sentit ꝙ ille sensus sentit eam. vterq;. n. sentit illam. aut ponemus ꝙ idem sensus sentit seipsum, ita ꝙ agens est patiens. quod impossibile est. D. d. Et et, si sensus visionis. &c. i. et, si posuerimus duas uirtutes esse, s. ꝙ sensus, qui comprehendit nos videre, est alius ab eo, qui videt, contingeret etiam in illo sensus, quod contingit in primo, necesse est igitur vt habeat duplicem comprehensionem, s. comprehensionem sui primi subiecti, quod sentit, & comprehensionem, quam comprehendit. &, si etiam posuerimus hoc duarũ virtutũ, contingeret in tertia quod contingit in secunda: & sic in infinitũ. quod est impossi. quapropter necesse est nobis ponere eãdẽ virtutẽ quæ cõprehendat vtrũq;, s. suũ primũ subiectũ. & quod cõprehẽdat illud, quod ipse cõprehendit. &, cũ necesse est abscindere infinitum, melius est hoc facere in primo, & ponere ꝙ per eandem uirtutẽ cõprehendimus colorẽ, & cõprehendimus ꝙ cõprehendimus ipsum. quod. n. contingit nobis posterius, faciendum est prius. & hoc intendebat, cũm dixit, necesse est igitur hoc facere primo, aut ponere ꝙ idem patitur à se, & cõprehẽdit se.

Habet autem dubitationem, si enim visu sentire, videre est. videtur autem color, aut habens hunc. si videbit aliquis quod est videns, & colorem habebit primum videns.

109 H. *Sed ambiges: nam si uisu sentire est uidere: uidetur uero color, uel quod est colore præditum: si quis uidebit id quod uidet, etiam colorem id habebit quod uidet primum.*

Et in hoc est quæstio. Et est, quoniam, si visio est sentire per visum. & videre colorem, & homo non videt illud, quod habet colorem, nisi quando videt aliquid, continget vt illud, quod videt primo, habeat etiam colorem.

D. sed iste sermo habet quæstionem, s. ponere ꝙ per eandem virtutem comprehendimus colorem, & comprehendimus nos comprehendere colorem. quoniam, si visio est sentire per uisum, & uisus cõprehendit colorem

rem, & homo non videt ipsum uidere colorẽ, nisi quando videt aliquid, contiget ut illud, quod primo videt, quando iudicat ipsum videre, habeat etiam colorem. & intendebat per hoc ꝙ, si necesse est ut omne comprehensibile à uisu sit coloratum, & uisus comprehendit comprehensionem coloris; ergo contingit ex hoc vt ipsa comprehensio sit colorata. quod est impossibile.

Manifestum est igitur quoniam non est vnum, visu sentire. Et namq; quum non videmus, visu discernimus & tenebras & lumẽ, sed non similiter. Amplius autem & videns tanquam coloratum est, sensitiuum enim susceptiuum est sensibilis sine materia vnumquodq;. vnde abeuntibus sensibilibus insunt sensus & phantasiæ quibus sentiunt. Sẽsibilis autem actus & sensus, idem est & vnus: esse autem ipsorum nõ idem: dico autem vt sonus secundũ actũ, & auditus secundum actum. Est enim auditum habentia non audire, & habens sonum non semper sonat: cum autem operetur possibile audire, & sonet possibile sonare, tunc secundum actum auditus simul fit, & secundum actum sonus. quorũ dicet vtiq; aliquis hoc quidem esse auditionem, hoc vero sonationem.

Perspicuum igitur est uisu sentire, non esse unum. etenim cum non uidemus, uisu tenebras lumenq; discernimus, sed non eodem modo. Quin & id ipsum quod uidet quodammodo coloratum est: nam sensorium quodq; capax est sensibilis sine materia. idcirco uel amotis sensibilibus insunt sensus phantasiæq; in sensorio. Actus porro sensibilis & sensus idem est & unus, esse autem ipsis non idem: uerbi causa, actu sonus actuq; auditus. fieri enim potest, ut auditum quis habeat, nec audiat: & quod sonum habet, non semper sonat. cum autem operatur id quod potest audire, sonatq; quod sonare potest, tũc actu auditus simul fit, actuq; sonus. quorũ dixerit aliquis, alterum, auditionem: alterũ, sonationẽ esse.

Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ sentire per visum non est unum. iudicamus enim per visum nos, non videndo, obscuritatẽ, & lucem, sed non eodem modo. Et etiam videns est quasi coloratum. sentiens enim recipit sensibile extra materiã, quidlibet quod libet. & ideo, cum fuerint sensibilia abstracta erunt sensus, & imaginationes existentes. Et actio sensibilis & sensus eadem est: in esse autem nõ sunt eadem in eis. v. g. sonus, qui est in actu, & auditus qui est in actu. possibile est enim vt aliquis habeat auditũ, sed nõ audiat, & vt aliquid habeat sonum, sed non semper sonet. cũm autem fecerit illud, quod est in sua potentia, vt audiat, & sonauerit illud, quod est in potentia sua, vt sonet, tunc erunt insimul auditus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sonus. & potest aliquis dicere ꝙ primum istorum est audire, & secundum est sonare.

138 Cùm dedit sermonem dubitatiuum, incœpit dissoluere eum, & d. Dicamus igitur quòd manifestum est quòd sentire, &c. i. Dicamus igitur quòd manifestum est quòd sentire per uisum, non est eiusdē intentionis, ita quòd consequitur ex eo vt omne comprehensibile à nisu sit coloratū. D. d, iudicamus enim per uisum, &c. ideſt & signum eius est, quòd nos dicamus per uisum, non uidendo coloratū, cum iudicamus obscuritatē esse obscuritatem, & lucem esse lucem: sed neutrum habet colorem. sed non eodem modo iudicamus per visum obscuritatē, & lucem. iudicamus enim lucem per se, & obscuritatem, quia est priuatio lucis. Et, cùm dedit hunc modum dissolutionis, dedit secundam dissolutionem quæstioni, dicenti ꝙ visio debet esse colorata, si uirtus visibilis comprehendit visionem, & dixit. Et etiam videns est quasi coloratum, &c. ideſt, & etiā possumus concedere visionem esse colorem. videns enim quando comprehendit colorem, efficitur quasi coloratū quoquo modo. Et causa in hoc est, quia sentiēs recipit sensibile, & assimilatur ei, visus itaq; recipit colorē, quem recipit corpus extra animam. sed differunt in hoc, ꝙ receptio sentientis est non materialis, & receptio corporis extra animam, est materialis. D. d. quidlibet quodlibet. i. sentiens enim recipit sensibile nō materialiter, quilibet sensuum quodlibet sensibilium. &, quia sensus recipiunt sensibilia quoquo modo, dicuntur etiam de eis quoquo modo. D. d. & ideo, cùm fuerint sensibilia abstracta, &c. i. &, quia sensus recipiunt sensibilia extra materiam, ideo, quando sensibilia fuerint abstracta à materia, efficiuntur ex sensibilibus sensus, & imaginationes non colores sensibiles, neq; sapores, neque aliæ qualitatum sensibilium, quæ sunt extra animam in materia. D. d. Et actio sensibilis, & sensus, &c. ideſt & actio sensibilis extra animam in mouendo sentiens, & actio sensus, qui est in sentiente, scilicet qualitas, qua sentiens qualitatur in mouendo etiam virtutem visionis, est eadem actio: licet modus esse sensibilis extra animam differat à modo esse in sentiente verbi gratia ꝙ sonus, qui est in actu extra animam, ita mouet instrumentum auditus, sicut auditus, qui est in actu, mouet virtutem auditus. & similiter dispositio coloris in mouendo videntē est sicut dispositio qualitatis, quæ prouenit in videntē à colore in mouendo virtutem visibilem. D. dicit, possibile est enim vt aliquis habeat auditum &c. ideſt & hoc fuit ita, ꝙ possibile est, vt aliquis habeat auditum in potētia, sicut habet sonum in potentia: & vt habeat sonum in actu, sicut habet auditum in actu. et, cùm habuerit auditum in actu, habebit comprehensionem auditus in actu, ideſt comprehensionem ꝙ audit. & dixit, possibile est enim dicere ꝙ aliquis habet auditum, & habet sonum, licet non semper sonet, propter hoc, quia sunt sicut in potentia.

Si igitur est motus & actio & passio in eo quod agitur, necesse est & sonum & auditum qui secundum actum, in eo quod est in potentiam

potentiam esse: actiui enim & motiui actus in patiente fit. vnde non necesse est, mouens moueri. sonatiui quidem igitur actus, sonus, aut sonatio est. auditiui autem auditus aut auditio. dupliciter enim auditus, & dupliciter sonus.

Si igitur motus & actio & passio in eo quod mouetur est, necesse est & sonū & auditum qui actu est, in eo esse qui est potentia: actium. n. & motiui operatio in patiente fit. quamobrē necesse non est ut id quod mouet, moueatur. actus igitur sonatiui sonus est aut sonatio: auditiui, auditus aut auditio: duplex enim est auditus, ac duplex sonus.

Et, si actio, & motus sint in passiuo, necesse est vt sonus, & auditus, qui sunt in actu sint in eo, quod est in potentia. actio enim agētis, & mouentis sunt in patiente. ideo non est necesse vt moueatur quod mouet. Et actio sonantis aut est sonus, aut sonare. & actio audiētis aut est auditus, aut est audire. auditus enim est duobus modis, & sonus est duobus modis.

Cùm posuit ꝙ actio sentientis & sensibilis est eadem, licet differant in esse, incœpit declarare hoc ex rebus vniuersalibus prædictis, & d. Et, si actio, & motus, &c. ideſt, & si necesse est vt omnis actio: quę prouenit ab agente, & omnis motus, qui prouenit à mouente non inueniantur nisi in re patiente, & mota: sensus autem patiuntur à sensibilibus, & sensibilia agunt in eos: necesse est ut actio sensibilis sit in ipso sentiente, quod est in potentia * sensibile. sonus itaq;, & auditus, qui sunt in actu, sunt in eo, quod est in potentia sonans, s. percussum: & quòd est in potentia audiēs, s. sensus audiēs. D. d. ideo non est necesse ut moueat quod mouet. i. &, quia motus est in patiēte, & nō in agente, non est necesse vt omne agens sit patiens, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. & induxit omne hoc ad declarandū ꝙ sensus mouent uirtutes, sicut sensibilia, quæ sunt extra animam, mouent sensus. D. d. & sonus est duobus modis, &c. i. & fuit necesse ꝙ ita esset de sono, sicut de auditu, s. ꝙ eodē modo mouent, & ꝙ actio sit in recipiente, non in agente, propter hoc, ꝙ utrunq; inuenitur duobus modis, modo in potentia, & modo in actu.

* a. l. sentiens.

Eadem autem ratio in aliis sensibus & sensibilibus est. sicut enim actio & passio in patiente, sed non in agente: sic sensibilis actus & sensitiui in sensitiuo est. Sed in quibusdam quidem & nominatum est: ut auditio & sonatio: in quibusdam autem non nominatum est alterum. visio enim dicitur usus actus: quæ uero est coloris innominatum est. & gustatiui gustus est: humoris autē non nominatum est.

Eadem est in cæteris sensibus ac sensibilibus ratio: ut enim actio & passio in patiente ē, nō in agēte: sic & rei sensibilis actio in sensitiuo. uerum in nonnullis nomina quoq; sunt indita, ut sonatio & auditio: in non

nullis, alterum caret nomine: uisio namq; dicitur uisus actio, coloris uero caret nomine: sic gustatiu gustatio, saporis uero uacat nomine.

Et iste idē sermo est de aliis sensibus, & aliis sensibilibus. Quē admodum enim actio & passio sunt in patiente non in agente, ita actio sensuum & sensibilium sunt in sentiente. Sed in quibusdam habent nomina, vt sonare, & audire. in quibusdam autem alterū non habet nomen. actio enim uisus dicitur visio. actio autem coloris non habet nomen in lingua Græca.

140 Et iste idem sermo, quem diximus in sono, & auditu, s. ꝙ actio eorum est in patiente, est de alijs sensibilibus. D. iterauit propositionem, à qua incœpit hanc declarationem, & dixit. Quemadmodum. n. actio, & passio, &c. i. & causa in hoc est. qm̄, sicut passio, & actio sunt in patiente non in agente, ita actio sensuum & sensibilium sunt in primo sentiente: cū sensibilia sint uirtutes agentes, sensus autem agentes & patientes: primū autē sentiens est patiens tantū. Et, quia hoc latet, s. sensibilia esse virtutes agentes, & sensus esse patientes propter nominationem: plura. n. sensibilia carent nominibus, fm ꝙ sunt agentia: & nomina pluriū eorū passiua sunt in figura nominum virtutum agentium, dixit. Sed in quibusdam habent nomina, &c. i. sed in quibusdā sensibus ponebantur nomina actioni ipsius sensibilis, & passioni vtriusq; sentientis, v. g. sonare, & audire. sonare enim est actio soni: audire autem est passio auditum sentientis. & in quibusdam alterum eorum caret nomine, v. g. in visū. passio enim visus habet nomen, & est videre: licet sit in figura nominis agentis. actio enim sui sensibilis, quod est color, caret nomine in Græca lingua. Et dico ꝙ in Arabica actiones habituū sensuū prouenientiū in eis à sensibilibus in primas virtutes sentientes, non uidentur habere noīa in aliquo idiomate, cū hoc nō sciatur à vulgo. non. n. cōprehenduntur à sensu: nec in primo aspectu.

Quoniam autem vnus est quidem actus sensibilis & sensitiui, esse autem alterum est, necesse est simul corrumpi & saluari sic dictum auditum, & sonum: & humorē igitur & gustum, & alia similiter. dicta autē secundum potentiam, non necesse est.

109 H. *Sed cum unus actus sit rei sensibilis ac sensitiuæ, esse autem diuersum, necesse est auditū qui hoc modo dicitur, & sonum, simul corrumpi seruariq;. sic demum & saporem et gustatum, atq; itidem cætera. at uero quæ dicuntur potentia, haud est necesse.*

Et, quia actio sensibilis & sentientis est eadē, sed differūt in esse, necesse est vt insimul corrūpantur, & insimul saluentur, auditus, qui dicitur secundū hunc modū, & sonus, & similiter sapor & gustus, & alia. In eis autē, quæ dicuntur in potentia non est necesse.

141 Et, quia actio sensibilis eadem est cum actione sentientis, scilicet quòd habitus, qui ab eo prouenit in sentiente, est idem cum habitu, quo sensibile

A le agit in vtroq; sentiente* in essentia & forma, licet differant in subiecto, necesse est vt corruptio duorum habituum fit insimul, & saluatio insimul, scilicet habitus, per quem sensibile est mouens in actu, postquam fuit in potentia, & habitus per quem sentiens est sentiens in actu, postquā fuit in potentia. Deinde d. auditus, qui dicitur secundum hunc modum, & sonus, &c. i. & hoc sequitur in sono, qui dicitur secundum hunc modū, & ē sonus in actu. & similiter contingit in sapore, qui est in actu, & in gustu, quī est in actu, & in omnibus sensibus. Insensibili autem, quod est in potentia, & in sentiente, qui est in potentia, non sequitur, scilicet quòd, cum alterum eorum corrumpitur, ꝙ reliquum corrūpatur: aut, quando unum fuerit, ut sit reliquum.

*a Co. legi i subiecto, licet differāt in entia, & forma.

Sed priores philosophi hoc nō bene dicebāt. nihil opinātes, neque albū, neque nigrū, sine uisu esse: neque humorē sine gustu. sic quidē. n. dicebant recte: sic autē non recte. Dupliciter enim dicto sensu & sensibili: his quidem secundū potentiā, illis vero secundū B actū: de his quidem accidit quod dictum est. sed in alteris nō accidit. sed illi simpliciter dicebant, de dictis non simpliciter.

Sed priſci naturales authores non recte hoc asserebant, quippe cum nullum prorsus nec album nec nigrum sine uisu, nec saporem sine gustatu esse putarent. partim enim recte, partim non recte loquebantur. nam cum sensus & sensibile bifariam dicatur, tum potentia, tum actu: in his quidem fit quod diximus: in illis uero aliis non itē: At illi simpliciter loquebantur de iis quæ non simpliciter dicuntur.

Sed Antiqui Naturales nō bene dixerūt in hoc, cū existimauerūt ꝙ nihil est albū, aut nigrū absque visu, neq; sapor absq; gustu Hoc. n. est uerum vno modo, & alio modo non uerum. qm̄, quia ꝙ sensus, & sensibile dicuntur duobus modis, in potentia, & in actu, illud, quod fuit dictum sequitur in istis, in illis autem non. Sed illi dixerunt simpliciter ꝙ non dicitur simpliciter.

142 Sed Antiqui naturales non recte dixerunt in hac intentione. Dicebāt. n. ꝙ nullus est color sine visu, neque sapor sine gustu. & hoc dixerunt absolute, i. quia opinati fuerunt ꝙ sensibile, & sentiens sunt relatiua simpliciter: &, cùm alterum fuerit, reliquum erit: &, cùm alterum corrūpitur, reliquum corrumpetur. D. d. Hoc. n. est verū vno modo, &c. i. & hoc, quod Antiqui dixerunt, est vno modo verum, & alio modo non verum. sed sermo Antiquorū sequitur in eis, quæ sunt in actu: sensus autē, & sensibile quandoq; dicuntur in potentia, & quandoq; in actu. in eis autem, quæ sunt in potentia, non sequitur, s. vt esse eorum, & corruptio sit semper insimul. Sed error Antiquorū fuit in hoc, ꝙ locuti fuerunt absolute in eo, quod indiget determinatione.

Si autē symphonia vox quædā est: uox autē & auditus est sicut vnus: & est sicut nō vnū, aut idem. Proportio autē est symphonia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

necesse est & auditum rationē quandā esse: Et propter id corrumpit vnūquodq; excellēs graue & acutū, auditū: & in humoribus gustum: & in coloribus visum fortiter frigidum & opacum. & in olfactu fortis odor, & dulcis, & amarus: tanquā ratio quædam sit sensus: Vnde & delectabilia quidē sunt dū dicūtur syncera & mista entia ad rationem: ut acutum, aut dulce, aut salitum. delectabilia enim tunc. omnino autē quod mistū est, symphonia magis, quā acutū & graue. tactus autē calefactibile est & frigorabile: sed sensus ratio est. excellētia autē contristant, aut corrumpunt.

SOPH. *Si igitur concentus uox quædam est: uox autem & auditus, partim unum, partim non unum aut non idem sunt: concentus q̄ est ratio, necesse est & auditum rationem esse quandam: & proinde unumquodq; modum excedens, tum graue, tum acutum, corrumpit auditum: item & in saporibus gustatum, & in coloribus uisum quod ualde splendidum, & quod tenebrosum est: & in odoratu uehemens odor, tam dulcis quam amarus: ut pote cum sensus ratio quædam sit. ideoq; iucunda sunt, cum syncera et non mista rediguntur ad rationem: ut acutum, aut dulce, aut salsum: tunc enim iucunda sunt. deniq; mixtum magis est concentus, quam acutū & graue: tactus autē, calidū, aut frigidum: sensus autē est ratio. cū autē modū excedunt, aut corrūpunt, aut molestia afficiunt.*

a. I. qđ calescere & frigescere potest

Si igitur consonantia est sonus, & sonus, & auditus sunt quasi idē, & consonantia est proportio, necesse est etiā vt, auditus sit aliqua proportio. Et ideo corrūpitur quodliber, quādo auditus fuerit intensus, s. aut acutus, aut grauis. & similiter in saporibus corrūpitur gustus. & in coloribus corrūpitur visus à luce intensa, & obscuritate. & olfactus ab odore forti, & dulci, & amaro: quia sensus est aliqua proportio. Et propter hoc acetosum, & dulce, & salsum, quādo fuerint posita cum simili, essendo pura, nō admixta, tunc erunt delectabilia. Et vniuersaliter admixta sunt magis digna vt sint consonantia, quā acutū, & graue. Et in tactu possibile est vt calefiat & infrigidetur. & sensus est similis proportio: &, cùm fuerint intensa, nocebunt, & corrumpent.

143 Dū posuit q̄ sēsus, q̄ ē in actu, ē quoquo mō relatiuus, incepit declarare hoc, & dare ex eo causas plurimū accidentiū in sensu, & dixit. Si igitur cōsonātia ē sonus, &c. i. si igit̄ neumata, vel nete cōsonātia in auditu, i. admixta mixtione delectabili fuerit son⁹: & son⁹ in actu ē auditus in actu: & cōsonātia, q̄ est in neumatibus vel nete, nō est nisi proportio tēperata inter extrema, s. inter sonū graue & acutū, q. dicunt in respectu auditus, necesse est vt illud tēperamētū existēs inter ea, & ē cōsonātia, sit ipse auditus. cùm esse

esse auditus in actu non est nisi in hac proportionē, quæ est in temperatis. Et quia temperans & temperatum sunt relatiua, & esse auditus in actu naturale est in sono temperato, contingit q̄ auditus & audibile erūt in capitulo relationis. Et dixit quod, necesse est vt auditus sit aliqua proportio, & non d. proportio simpliciter. quia existimatur q̄ ista proportio quamuis sit in capitulo relationis, tamē est proportio agens: & proportiones in eo q̄ sunt proportiones non sunt agentes, sed in eo q̄ qualitates. seq̄ntur igit numerantur in relatione vno modo, & in qualitate alio modo. & sic intelligitur. D. d. Et ideo corrumpitur quodlibet, &c. i. & propter hoc, quod diximus, accidit vt quilibet sensuū corrumpatur, q̄n ista ꝓportio transmutabitur intense in exeundo ad alterum extremorum. v. g. corruptio auditus apud sonum intensum in acuitate & grauitate & corruptio gustus apud saporem intensum, & corruptio visus apud lucem intensam, & obscuritatem intensam, & corruptio olfactus apud odores intensos. Et causa in hoc est q̄ esse sensus naturalis est in ꝓportione tēperata. & cū ista proportio fuerit corrupta, corrūpet̄ sensus, cū ista ꝓportio sit forma sensus quēadmodū sanitas est in proportione terminata inter quatuor qualitates. &, cū illa proportio corrupta fuerit, corrūpetur sanitas: cū forma sanitatis sit in hac proportione temperata. D. d. Et propter hoc acetosum, &c. i. &, quia sensus est alia intentio & alia proportio, ideo acetosum & dulce, & salsum adiuncta ad suum simile, non admixta cum aliquo, erunt delectabilia, quoniam, cùm occurrent similibus, essendo pura, erūt delectabilia: tūc. n. erunt magis abstracta à materia. D. d. Et vniuersaliter admixta sunt, &c. idest & vniuersaliter admixta ex contrarijs quæ sunt in vnoquoq; sensuū, sunt magis digna, vt sint ꝓportio ipsis contrariis: v. g. sonus, qui est iter acutū & graue, magis dignus est vt sit proportio, quam acutus, & grauis. & similiter est de tactu cum calido & frigido, & humido & ficco: licet corpus tangens possit calefieri, & infrigidari e cōtrario alijs sensibus: & vt iam prædiximus temperamentum magis est dignum vt sit proportio, quam extrema.

Proportiō una, in eo q̄ ꝓportiō dicitur, nō agēs, sed in eo q̄ qualitates

* 1dē. 3. de Anima. c. 7.

Vnusquisq; quidem igitur sensus subiecti sensibilis est: qui est in sensitiuo inquantum sensitiuum: & discernit subiecti sensibilis differentias: vt album quidē & nigrum, visus: dulce vero & amarum, gustus: Similiter autem se habet hoc & in alijs.

Sensus igitur quisq; subiecti sensibilis est. atq; ē in sensorio quatenus sensorium: discernitq; subiecti sensibilis differentias: vt album, & nigrū, visus: dulce & amarum, gustus: Pari modo res habet in cæteris.

Et vnusquisq; sensuum est rei sensibilis subiectæ illi: & est existens in suo sentiente, ſm quod est sentiens, & iudicat dr̄ias sensibilis sibi subiecti. v. g. visus album & nigrum: & gustus dulce & amarum, & sic de alijs.

Cùm

144 Cùm incœpit perſcrutari de virtute, quæ ſentimus nos ſentire, vtrum D
ſit eadem cum virtute propria vnicuiq; ſenſui, an alia, dedit in primo ſex
monem, ex quo ſequitur eam eſſe vnam, & poſt, alium, ex quo conſequi-
tur eam eſſe plures: deinde ſermonem concludentem eam eſſe vnam, &
diſſolutionem, ex qua exiuit ad declarandum ꝙ ſenſus, & ſenſibile ſunt
vnum in actu, non diuerſa: propter quod contingeret vt illud, quod iu-
dicaret ſuper ipſum ſenſum, eſſet aliud ab eo, quod iudicaret ſuper ip-
ſum ſenſibile. Et, cùm hoc fecit, reuerſus eſt poſtea ad illam eandem
perſcrutationem, & d. Et vnuſquiſque ſenſuum, &c. ideſt manifeſtum
eſt per ſe quòd vnuſquiſque ſenſuum iudicat ſuu m ſubiectum proprũ,
quod eſt ei, ſecundum ꝙ eſt illud ſentiens: & iudicat cum hoc differentias
proprias, quæ ſunt in illo ſubiecto proprio. v. g. qu ia viſus iudicat colo
rem, qui eſt proprium ſubiectum ei, quod eſt ſm ꝙ eſt viſus, & iudicat dif
ferentias contrarias exiſtentes in eo. v. g. album & nigrum & media. &
ſimiliter auditus iudicat ſonum, qui eſt ſuum ſubiectum, & graue & leue E
& media, quæ ſunt differentiæ ſoni.

Quoniam autem & albũ & dulce, & vnunquodq; ſenſibilium
ad unũquodq; diſcernimus quodam, & ſentimus quia differunt,
neceſſe eſt igitur ſenſu, ſenſibilia enim ſunt.

40 PH. *Sed quia & album, & dulce, & unumquodque ſenſibilium cum*
unoquoque comparatum iudicamus aliquo, & differre ſentimus, ne-
ceſſe ſane eſt, ſenſu: ſunt enim ſenſibilia.

Et, quia iudicamus etiam album, & dulce, & vnumquodque
ſenſibilium, comparando ea adinuicem, per quid igitur ſentimus
eſſe diuerſa? neceſſe eſt quidem vt illud ſit per ſenſum, ſunt enim
etiam ſenſibilia,

145 Et, cùm ſenſus comprehendit differentias contrarias, quæ ſunt in ſub-
iectis proprijs vnicuiq; ſenſui, per quã igitur virtutẽ iudicamus iſtas eſſe
diuerſas, cùm fecerimus comparationem inter eas adinuicem? Apparet ꝙ
quidem ꝙ conſequitur ex hoc ſermone illud, quod à principio dictum
eſt, & eſt ꝙ virtus * qua viſus iudicat album eſſe aliud à nigro, eſt alia à
virtute viſus. quemadmodum virtus, quæ iudicat ipſum videre, videtur
alia à virtute viſibili. differentia enim inter ſenſibilia eſt ſenſibilis.

*a. 1. quæ iudicat album eſſe aliud a dulci.

Dria inter ſenſibilia ẽ ſẽſibilis.

Quare & manifeſtum quoniam caro non eſt ultimũ ſenſitiuũ:
neceſſe enim eſſet tangens ipſum diſcernens diſcernere. Neque
utique ſeparatis contingit diſcernere ꝙ alterum ſit dulce ab albo.
ſed oportet uno quodam utraq; manifeſta eſſe: ſic enim & ſi hoc
quidem ego, illud uero tu ſentis, manifeſtum utique erit quoniam
altera ad inuicem ſunt. Oportet autem vnum dicere quoniam al-
terum. alterum enim dulce ab albo: dicit ergo idem: quare ſicut di
cit: ita & intelligit & ſentit. Quod quidem igitur non poſsibile ſe-
paratis

A paratis iudicare ſeparata palam. ꝙ autem neq; in ſeparato tempo-
re, hinc: ſicut enim idem dicit ꝙ alterum bonum & malum. & ſic
quando alterum dicit, quoniam alterum, tunc & alterum, non ſe-
cundum accidens ipſum quando. Dico autẽ puta, nunc dico quo-
niam alterum, non tamen quoniam nunc alterum. ſed ſic dicit &
nunc, & quoniam nunc: ſimul ergo. Quare inſeparabile & in inſe-
parabili tempore.

Ex quo perſpicuum eſt, carnem non eſſe ultimum ſenſorium: neceſ-
ſe enim eſſet id quod iudicat, tangendo ipſum iudicare. Haud ergo
fieri poteſt, ut ſeparatis iudicet diuerſum eſſe dulce ab albo: ſed uni-
cuiq; iam ambo cognita eſſe oportet. alioquin & ſi ego hoc, tu illud ſen
tias, cognitum eſſet ea diuerſa inter ſe eſſe. Oportet igitur, ut unum
dicat diuerſa eſſe: diuerſum namq; eſt dulce ab albo: dicit ergo idem:
quamobrem ut dicit, ſic etiã intelligit & ſentit. Fieri igitur non poſ
ſe, ut ſeparatis ſeparata iudicentur, perſpicuum eſt: neq; etiam fieri
poſſe in ſeparato tempore, hinc patebit. ut enim idem dicit diuerſum
eſſe bonum & malum, ſic & eum alterum dicit diuerſum eſſe, & al
terum, non per accidens illud quando: uerbis cauſa nunc dico aliud eſſe,
nõ tamẽ aliud eſſe nunc: ſed ita dicit & nunc, & quod nũc: ergo ſimul.
Quare inſeparabile, & in tempore inſeparabili.

Dicamus igitur ꝙ manifeſtum eſt quòd caro non eſt vltimum
ſentiens. contingeret. n. cùm tangeret quòd iudicaret. Sed impoſsi
bile eſt vt iudicans iudicet dulce eſſe aliud ab albo per duo diuer-
ſa, ſed neceſſe eſt vt ambo ſint eiuſdem per duo inſtrumenta. &, ni-
ſi hoc eſſet, eſſet poſsibile quando ego ſentirẽ hoc, & tu illud, quòd
ego intelligerem ea eſſe diuerſa. ſed neceſſe eſt vt, vnus dicat hoc
eſſe aliud ab hoc, & dulce aliud ab albo. dicens igitur eſt idẽ, qua-
propter neceſſe eſt, ſicut dicimus, ſic agamus, & ſentiamus. Quo-
niam autem impoſsibile eſt iudicare diuerſa, & per diuerſa, mani-
feſtum eſt. Quoniam vero hoc non fit in tempore diuerſo, ex hoc
declarabitur. Quemadmodum idem dicit bonum eſſe aliud à ma
lo, ſic cùm dixerit in aliquo eſſe aliud. in illo enim inſtanti dicit in
alio etiam, & non accidentaliter, ſ. cùm dico nunc eſſe aliud, non
quia inſtans eſt aliud. ſed dico ſic inſtans, & quod eſt inſtãs. à quo
igitur erit, non erit diuiſibile, & in tempore indiuiſibili.

Dicamus igitur quòd manifeſtum eſt hoc, quod dico, quòd vltimum
ſentiens in tactu non eſt in carne, neq; in viſu in oculo. qm, ſi vltimũ ſen
tiens eſſet in oculo, aut in lingua in guſtu, tunc neceſſe eſſet, cum iudica-
remus dulce eſſe aliud ab albo, iudicaret per duo diuerſa. illud. n. quod
comprehendit

Universidad de Deusto
Biblioteca

comprehendit dulce secundum hanc positionem, aliud est ab eo, quod comprehendit colorem omnino. illud enim est in oculo, & hoc in carne, aut sibi simili. sed caro in tactu non est sicut oculus in visu. Deinde declarauit hoc impossibile esse, & dixit sed necesse est vt ambo sint eiusdem, &c. idest sed necesse est vt sint comprehensa ab eodē, & per duo instrumenta. &, nisi hoc esset, manifestū est ꝙ non poterit iudicare hoc esse aliud ab hoc. Si enim esset possibile iudicare hæc duo esse diuersa per duas virtutes diuersas, quarum vtraq; singulariter comprehendit alterū duorum illorum, tunc necesse esset, qū ego sentirem hoc esse dulce, & tu illud esse album, & ego non sensi quod tu sensisti, neque tu quod ego, vt ego comprehenderē meum sensibile aliud à tuo, licet non sentiam tuū, & vt tu comprehenderes tuum aliud à meo. & hoc est manifeste impossibile. Deinde dicit, sed necesse est vt vnus dicat hoc esse aliud ab hoc, & quod dulce est aliud ab albo, &c. idest sed quemadmodum necesse est vt idem homo dicat hoc esse aliud ab hoc, sic necesse est vt virtus, quæ iudicat dulce esse aliud ab albo, sit eadem virtus. ita enim est in hoc de indiuiduis, sicut de membris sensus, cùm sint etiam plura in numero. Et hoc intendebat, cùm dicit. quapropter necesse est, sicut dicimus, sic agamus, & sentiamus. idest quapropter necesse est vt, sicut ille, qui dicit hoc esse aliud ab hoc, est idē homo, sic illud, quod sentit & intelligit hoc esse aliud ab hoc, sit eadem virtus. Deinde d. Quoniā aūt impossibile est, &c. Id est, manifestum est igitur ex hoc sermone ꝙ non iudicamus diuersa esse sensibilia per diuersas virtutes. Qū aūt ista comprehensio cū hoc, quod est vnius virtutis, debet esse ēt in eodem instanti, manifestum est. quoniam, quemadmodum vnus homo dicit bonum esse aliud à malo, sic cū dixerit in altero duorum esse aliud in aliquo instanti, manifestum est ꝙ in instanti, in quo dicimus ꝙ alterum eorum est aliud, in illo eodē dicit in altero esse aliud, cùm alietas sit aliqua relatio, & relatiua insimul existunt in actu. Deinde d. & non accidentaliter, &c. idest & non intelligo per instans hoc instans, quod dicitur accidentaliter in eo, quod illud est indiuisibile: sicut instans, in quo dicimus ratione* intrinseca esse aliud instans, cùm fuerit comprehensum ratione intrinseca esse aliud instans enim, in quo dicitur ipsum esse aliud, est aliud ab instanti, in quo cōprehenditur ipsum esse aliud. Et hoc intendebat, cùm dixit nō quia instās est aliud. idest non quia instans, de quo dixi esse aliud, est instans, in quo comprehenditur ipsum esse aliud. sed diximus hoc instans est aliud, & quod nunc est aliud: & illud instans est aliud ab instanti comprehensionis. D. d. à quo igitur erit. i. à quo igitur erit hoc iudicium? dico erit à virtute indiuisibili & vna, & in tempore indiuisibili & vno.

Alietas est aliqua relatio.

* a.l. existens intrinseca eē idē instans.

At uero impossibile est simul secundum contrarios motus moueri idem, ut indiuisibile & in indiuisibili tempore: si enim dulce sic mouet sensum aut intellectum: amarum autem contrariè, & album aliter: ergo simul quidem & numero indiuisibile & separabile, quod

le, quod iudicat: secundum esse autem separatum: Est igitur quodammodo quod diuisibile diuisa sentit: est autem quod indiuisibile, secundum esse quidem enim diuisibile: loco autem & numero indiuisibile.

Verum enimuero fieri non potest ut idem simul motibus moueatur contrarijs, quatenus indiuisibile est, & in indiuisibili tempore. si.n. dulce sic mouet sensum & intellectum, amarum autem contrario modo, & album diuerso, num igitur simul quidem & numero indiuisibile & inseparabile est quod iudicat, ipso esse autem separatum? quodammodo igitur ut diuisibile diuisa sentit: quodammodo ut indiuisibile: ipso enim esse diuisibile est: loco autem & numero indiuisibile.

Sed impossibile est vt idem moueatur motibus contrarijs insimul secundum ꝙ est indiuisibile in tempore indiuisibili. hoc.n. si fuerit dulce mouebit sensum, aut intellectū aliquo modo motus, amarum autem contrario, album vero alio modo. Vtrum igitur est possibile vt iudicans ea insimul est numero iudiuisibile, & in esse diuisibile: rita ꝙ alio modo à modo diuisionis sentit diuisibilia & alio modo, s. indiuisibile. est enim secundum esse diuisibile, sed secundum locum & numerum est indiuisibile.

Cùm declarauit ꝙ vltimum sentiēs in omnibus sensibus debet esse eadem virtus, incœpit quærere modum fm quem potest esse eadē virtus, & iudicare omnia contraria in eodē tēpore, & d. Sed impossibile est vt idē moueatur, &c. i. sed impossibile est ponere vt idem recipiat contraria in eodem instanti, fm ꝙ est idem & indiuisibile. D. d. hoc enim si fuerit dulce, &c. v. g. ꝙ. si fuerit hoc dulce, mouebit sentiens primum aliquo genere motus: &, cùm fuerit amarum, mouebit ipsum e contrario: & similiter de albo & nigro. Cùm igitur sensus iudicauerit hoc esse aliud ab hoc: hoc enim dulce & illud amarum essendo, eadem virtus & indiuisibilis tunc participeut à contrarijs insimul, fm ꝙ est vnum & indiuisibile. quod est impossibile. D. d. Vtrum igitur est possibile vt iudicans, &c. i. an igitur possibile est vt ista virtus iudicans contraria simul sit eadem subiecto & indiuisibilis, sed per intentiones, quas recipit est diuisibilis? ita ꝙ per hoc dissoluetur quæstio sic. qū ista virtus, inquantum est diuisibilis, comprehēdit res numeratas diuisibiles: & inquantum est eadē, iudicat ea vnico iudicio. D. d. est enim secundum esse diuisibile, sed fm locum & numerum indiuisibile. i. forte iudicans diuersa & contraria est fm essentiam & formam diuisibile, sed fm subiectum, hoc est fm materiam, est indiuisibile. vt dicimus de pomo ꝙ est iudiuisibile subiecto, & diuisibile fm essentiam diuersam in eo, fm ꝙ habet colorem, & odorem, & saporem.

Iudicāt diuersa & contraria ē fm essentiā & formā diuisibile, sed secūdū subiectum & materiā ē indiuisibile ex quo patet, idē fm subm posse ē plura definitiōe. consimile 3. Ph. 47. idē. 1. Ph. 25. &. 6. Ph 24. & 4. Ph. 106. de pūcto, & instāti. Idē hic in cō. sequ.

Aut non possibile: potentia quidem enim idem & indiuisibile & cōtraria, & secundum esse autem, non, sed in operari diuisibile.

& impos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& impossibile est albū & nigrum esse simul. quare neque species pati ipsorum, si huiusmodi est sensus & intelligentia.

SOPH. *An fieri non potest: potentia enim idem diuisibile, & indiuisibile, & contraria est: ipso autem esse nequaquam: sed patiendo diuisibile est: nec potest simul album & nigrum esse: quare nec eorum species pati, si talis est sensus & intellectus.*

Dicamus igitur quòd hoc est impossibile. Est enim idem indiuisibile duo contraria potentia, esse autem non, sed est actu diuisibile. & impossibile est ut insimul sit album & nigrū. quapropter necesse est vt neq; formas eorum recipiat, si sentire, & intelligere sint talia.

148 Cùm posuit illum modum ad dissoluēdum prædictam quæstionem, reuersus est modo ad narrandum ꝙ non sufficit in dissolutione, & d. Dicamus igitur ꝙ hoc est impossibile, &c. i. dicamus igitur ꝙ hoc est impossibile, s. vt ista virtus sit vnica in subiecto, & plures fm essentias, & formas. Non. n. est possibile vt idem sit indiuisibile subiecto, & recipiens cōtraria insimul, nisi in potentia, non in actu & esse v. g. ꝙ idem corpus possibile est dici esse calidum & frigidum insimul potentia, actu autē non, nisi fm ꝙ est diuisibile, s. quia quædam pars eius est calida, & quædam frigida. Et hoc intendebat, cùm d. sed est actu diuisibile, &c. Et, cùm declarauit hoc, d. quapropter necesse est vt neq; formas eorum recipiat, &c. i. quapropter necesse est vt ista virtus non recipiat formas sensibilium cōtrarias, si ista virtus eadem sensitiua est talis, s. vnica in subiecto, & plures in essentia. Et d & intelligere: quia intelligere in hac intentione simile est ad sentire, s. quia in vtroq; est virtus recipiens, & iudicans contraria insimul, vt declarabimus in virtute rationali. Et intendit per omnia hæc declarare ꝙ hęc virtus non est eadem fm ꝙ est in potentia, sicut est prima materia, sed est vnica in intellectu & in esse in actu, & multa secundum instrumēta, vt post declarabimus.

Nō ē posse fieri idē sit diuisibile subiect⁹, & recipiēs cōtraria insimul, nisi i potentia, no actu. ꝙ hoc vi. 10. Meta. 13.

Sed sicut quod uocāt quidam punctum, aut unum, aut duo, sic & indiuisibile, sic autem & diuisibile. Secundū ꝙ quidem igitur indiuisibile, unum discernens est & simul: secundum uero ꝙ diuisibile, bis utitur eodem signo simul. Inquantum quidē igitur pro duobus utitur termino, duo iudicat & separata sunt ut in separato: inquantum vero vnum, vno & simul. De principio quidem igitur secundum quod dicimus sensitiuum esse animal, sic determinatum hoc modo.

SOPH. *Sed ut id quod punctum nonnulli uocant, qua unum & qua duo, eatenus etiam diuisibile est. ergo quatenus indiuisibile est, unum est id quod iudicat, ac simul. quatenus uero diuisibile, non unum: bis. n. eodem utitur signo simul. quatenus igitur duobus utitur termino, duo iudicat & sepa-*

rata, cum ipsum quodammodo sit separatum. quatenus uero unum, uno & simul. Ac de principio quidem quo dicimus animal esse sensitiuum, sic expositum sit.

Sed illud, quod dicitur à quibusdam punctus vnius, secundum ꝙ est duo est diuisibile. Secundum igitur ꝙ est indiuisibile iudicans, est vnum: & secundum ꝙ est diuisibile utitur eodem puncto bis, Secundum igitur ꝙ vtitur extremo pro extremis duobus, iudicat duo, quę sunt diuersa. hoc igitur erit per diuisibile, & secundum ꝙ est vnū per vnum. Hoc modo igitur determinemus principium, quo dicimus animal esse sentiens.

Cùm narrauit quòd impossibile est vt hæc potēria sit vna in subiecto, & multa in virtutibus, incœpit dare modum, secundum quem est vna, & modum secundum quem est multa. &, quia hoc difficile est ad dicēdum, & est magis leue ad declarandum per exemplum, induxit sermonem in via exempli. & d. Sed illud, quod dicitur, &c ideſt sed ista virtus est vna & multa, vt punctus, qui est centrum circuli, quādo ab eo fuerint ductæ multæ lineæ à centro ad circunferentiam. & hoc intendebat, cùm d. punctus vnius, hoc est punctus, qui continetur ab vna linea. D.d. fm ꝙ est duo est diuisibile. i. fm igitur ꝙ ista virtus est duo, & plures per sens⁹, qui copulant cum ea: quemadmodum punctus est duo, & plures per extrema lineaꝝ exeuntium ab ea, est diuisibile ad patiendum à sensibilibus diuersis. D.d. secundum igitur ꝙ est indiuisibile iudicans, est vnum, &c. i. & secundum ꝙ ista virtus est aliquod indiuisibile, scilicet secundum ꝙ est finis motuū sensuum à sensibilibus, quemadmodū punctus est indiuisibile aliquod, secundum ꝙ est finis linearum exeuntium ad ipsum à circumferentia, potest iudicare diuersa, quæ copulantur cum ea à sensibilibus. Et, cū declarauit modum, secundum quem potest intelligi ꝙ ista virtus est indiuisibilis, & modum, secundum quem potest intelligi ꝙ est diuisibilis, incœpit distinguere opus eius, fm ꝙ est diuisibilis, & eius opus, secundum ꝙ est indiuisibilis, & d. Secundum igitur ꝙ est diuisibile, vtitur, &c ideſt, secundum igitur ꝙ ista virtus est diuisibilis per sensus, operatur per istud vnum, quod est de ipsa quasi punctus duabus operationibus diuersis insimul. & secundum ꝙ vtitur rebus, quæ sunt de ea quasi extrema de lineis, s. sensibus, inquantum habēt hanc consimilitudinem, iudicat res diuersas iudicijs diuersis: & secundum ꝙ est vna, iudicat res diuersas vnico iudicio. Et quasi opinatur ꝙ virtus primi sentientis melius est vt dicatur esse vna forma, & multa instrumentis copulatis cum ea, quę transeunt motus sensibilium, quousq; copulentur cum ea, quàm dicere ipsam esse vnam subiecto, & multa secundum formam, quæ describuntur in ea. illud. n. est & est dignius ei secundum ꝙ est iudicans, istud autem fm ꝙ est recipiēs. sed tamen, cùm non ponimus illic eandem intētionem propter formam,

Hic simile ꝙ res difficiles ad dicēdū melius exemplo manifestant' ꝙ hoc vide. 1. Phy. c. 8. & quę ibi.

Quō punctus sit indiuisibile. vīſ. 6. Phy. 24. & 4. Pp. 106.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non possemus inuenire aliquid, per quod indicet diuersa esse diuersa. iudicium. n. dignius est attribui isti potentiæ secundum φ est actus, quam fm φ est potentia, quemadmodum motio eius passiua à sensibus dignior est attribui fm φ est recipiens subiectum. est enim apud ipsum vt videtur recipiens fm sensus, & agens fm iudicium. recipere enim aliquid est aliud à iudicare illud. & hæc duo debent inueniri in aliquo duobus modis diuersis. Et ideo videmus φ ista virtus iudicat intentiones, quas proprie recipit, & earum priuationes. Et similiter est de virtute rationabili. sed differunt in hoc, φ ista virtus est intentionum materialium: illa autem est intentio non mixta cum materia, ut post declarabitur.

Recipere aliquid à aliud est a iudicare illud.

SVMMA SEPTIMA.

Ponitur differentia inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire: inuestigaturq; ipsius Imaginationis essentia.

Non esse idem intelligere, ac sapere cum ipso sentire. Cap. 1.

QVoniam autem duabus differentijs diffiniunt maxime animam, motu qui secundum locum, & in eo quod est intelligere, & discernere, & sentire: videtur autem intelligere & sapere tanquam quoddam sentire esse. in vtrisq; enim his anima iudicat aliquid & cognoscit eorum quę sunt. Et antiqui sapere & sentire idem esse aiunt, sicut Empedocles dixit. Ad presens enim voluntas augetur in hominibus. & in alijs, Vnde eis semper sapere altera præstat. Idem autem his vult & id quod est Homeri. Talis enim intellectus est in terrenis hominib⁹, qualē ducit in die pater uirorūmq; deorūmq;.

SOPH. *Quoniam autem duabus potissimum differentijs describunt animam .s. motu loci, & intelligendo, & iudicando, ac sentiendo: videtur autē intelligere & sapere quasi sentire quoddam esse: his. n. vtrisq; Anima iudicat & cognoscit aliquid eorum quæ sunt. Atq; etiam prisci idem esse sapere & sentire asserunt, ut etiam Empedocles dixit.*

Nam viget ad præsens hominum sapientia semper.
& alio loco.
Effigies rerum varias prudentia monstrat.
Hoc idem sibi vult illud Homeri.
Talis enim mens semper adest mortalibus ægris,
Quales ipse dies dat diuūm hominúmq; creator.

Et, quia determinabant animam his duabus differentijs proprie. s. moueri in loco, & intelligere & iudicare & sentire, existimādo φ intelligere quasi est sentire corpus quoquo modo. Anima. n. in his duobus modis efficitur aliquid, & cognoscit ipsum. Et Antiqui

Antiqui dicebant φ intelligere idem est cum sentire, ut Empe. cum dixit. Cū consilium in hominibus recipit fm presens. & dixit in alio loco. Propter hoc transmutatur intellectus in eo semper. Et hoc idem intendebat Home. cum dixit φ ita est de intellectu, s. φ intelligere corporale est sicut sentire.

Quia antiqui conueniunt in diffiniendo animam per has duas differētias proprie, s. per motum localem, & per cognitionem, & comprehensionem, quæ videtur esse intelligere & sentire. D. d. existimando φ intelligere, &c. idest & existimabant φ intelligere est genus sensus, qui est aut corpus, aut corporalis. anima. n in his duobus iudicat res, & cognoscit eas. Et, quia Antiqui dicebant φ intelligere & sentire sunt eiusdem virtutis, oportet nos perscrutari de hoc, D. d. vt Empe. &c. i. vt dixit Empe. φ intellect⁹ in hominibus iudicat rem præsentem sensibilem. & in alio loco dixit φ sensus est idem cum intellectu, & propter hoc intellectus semper transmutatur in eis, sicut transmutatur sensus. Et intendit per transmutationē errorem qui accidit vtrique virtuti, aut oblitionem, & alia accidētia, in quibus existimatur habere communicationem. & hoc intendebat Homerus, cum dixit φ sensus similis est intellectui.

Antiq cōueniūt in diffiniēdo aiam per motū localē, & cognitionē. Idem. i. ā Aia. 19.

Omnes enim hi intelligere corporeum opinantur, sicut sentire: & sentire & sapere simile simili: sicut secundum principia rationibus determinauimus. & tamē oportuit simul ipsos de deceptione dicere. magis proprium enim est animalibus, & plurimum tempus in hoc perficit aīa. vnde necesse aut vt quidā dicunt oīa quæ videntur esse uera: aut dissimilis tactum, decepti onem esse. hoc. n. contrariū ei, φ simile simili cognoscere. videtur autē & deceptio & scientia contrariorum eadem esse.

Hi nanq; omnes intelligere quēadmodum etiam sentire, corporeum esse autumant: ut initio harum disputationum exposuimus: atqui de deceptione etiam oportebat eos dicere: magis. n. propria est animaliū, & plus temporis in his versatur Anima. Quare necesse est, uel ut quidam dicunt omnia esse uera quæ appareant, uel rei dissimilis tactionem esse deceptionem. hoc. n. contrarium est illi sententiæ, simili cognoscere simile, uidetur autem & deceptio & scientia contrariorū esse eadem.

Omnes igitur isti existimant φ intelligere est corporale, sicut sentire. & sentire & intelligere sunt à simili ad simile, vt prius determinauimus. Quamuis debebant dicere cum hoc in errore etiā. hoc. n. magis proprium est animalibus, & mora animæ in eo est longo tempore. Et ideo necesse est vt fit, sicut quidam dicunt, φ omnia, quæ transeunt per mentem, sunt vera, aut error sit tangere dissimile. hoc. n. est contrarium. & simile cognoscitur per suum simile. & existimatur φ error in contrariis sit idem.

Cùm declarauit ꝙ oportet post sermonem de virtute sensus perscrutari de differentia inter hanc virtutem, & virtutem intellectus dixit ꝙ, existimatum, est intellectum esse corporalem, sicut est sensus: & est, qa multi Antiquorum credebant ꝙ sentire, & intelligere idem sunt. Deinde narrat naturam ducentem eos ad hoc dicere, & declarat quantum deficit eis in hoc, & d. Omnes igitur isti existimant, &c. i. isti igitur homines existimabant ꝙ intelligere & sentire vtrunq; corpus est: quia credebant ꝙ sentire & intelligere fiunt per simile. &, quia hæ duę virtutes comprehendũt corpus, necesse est vt sint corporeæ, vt prius determinauimus de hoc in opinione Antiquorum. D. d. Quamuis debebant dicere, &c. idest, quamuis oportet eos dicere causam erroris ex hoc modo. error enim magis inuenitur in animalibus. & anima in maiori tempore inuenitur ignorans, & errans, q̃ sciens. D. d. Et ideo necesse est, &c. idest & propter hoc, ꝙ dant causam in cognitione, contingit eis aut concedere hoc, quod dicũt sophistæ, ꝙ omnia transeuntia per mentem, & omnia imaginata sunt vera: aut dicere ꝙ verum est animam tangere simile cùm est corpus, & error tangere dissimile. dissimile. n. est contrariũ simili, & error est contrariũ uero. Et hoc, quod dixit, manifestum est, ſꝙ si anima comprehendit res per res existentes in ea, sicut dicunt, contingit eis, si dixerunt eam similem esse omnibus, quia in ea sunt omnia, vt non sit error omnino: aut dicere eã esse compositam ex altero duorum contrariorum existentium in rebus: & sic inueniet veritatem, quando comprehenderit contrarium simile, & errabit quando comprehenderit contrarium dissimile. D. d. impossibile, quod sequitur ex hoc, & d. & existimatur ꝙ error in contrarijs sit idem. i. sed contingit huic opinioni vt error sit in proprio cõtrario ex vnaquaq; rerum contrariarum. sed manifestũ est ꝙ error potest accidere in vtroq; contrario indifferenter, & quod non est proprius vni contrario tantum.

Antiq; erebãt sẽtire & intelligere fieri ꝑ ſile. Idẽ. 1. hui⁹. 25.

Quodquidem igitur non idem sit sapere & sentire manifestũ est. Hoc quidem. n. in omnibus est, illud autem in paucis animalium est: Sed neque intelligere in quo est & recte & non recte, recte quidem. n. prudentia & scientia aut opinio uera. non recte autẽ contraria horum: neq; hoc est idem cũ ipso sentire: sensus quidem. n. proprior̃ semper verus est, & omnibus ineſt aſalibus: intelligere aũt contingit & falso, & nulli ineſt cui non & ratio.

*Ac sentire quidem & sapere non esse idem perspicuum est: hoc. n. 50 3ᵘᵐ
cuncta participant animalia, illud pauca: quinimo ne intelligere quidem in quo positum est ipsum recte & non recte. ipsum enim recte prudentia est & scientia, & uera opinio: non recte autem his contrarium: neq; hoc unquam idem est quod sentire. Sensus enim proprior̃ uerus semper est, cunctisq; ineſt animalibus: ratiocinari aũt licet etiam falsò: nulliq; ineſt, cui non etiam ratio.*

Dicamus

Dicamus igitur ꝙ sentire non est intelligere. & hoc manifestũ est, hoc enim existit in animalibus omnibus, & hoc nõ inuenitur nisi in paucis animalibus. Neq; intelligere, in quo sunt verum, & non verum contraria istis, est idem cum sentire. Sentire enim propria semper est verum, & existit in omnibus aſalibus. distinguere autem potest, falsari, & non est in aliquo animali, nisi existimet.

Iste sermo potest esse responsio ad hanc particulam, quia, à qua superi⁹ incœpit, cùm indiget respõsione. i. & quasi diceret, & quia Antiqui determinabant animam per motum & comprehensionem. & existimatum est ꝙ comprehensio per intellectum & sensum est eadem, cùm vtraq; sit cõgnitio, & etiam multi Antiquorum credebãt hoc propter hoc, quod opinabantur ꝙ simile cognoscit suum simile: &, quia hoc dicebant, dicamus nos ꝙ sentire non est intelligere per intellectum. Et potest intelligi ita ꝙ responsio sit diminuta, & erit iste sermo principium & quasi d. Et, cùm declaratum est ꝙ necesse est perscrutati de hac intentione, dicamus ꝙ sentire non est intelligere. D. d. & hoc manifestum est, &c. i. & hoc, † ꝙ intellectus est alius à sensu, est manifestum per se. sensus enim existit in omnib⁹ animalibus, intellectus autem in paucis, ſin homine. Et d. paucis, propter quod plura animalia cõmunicant homini in hac virtute. &, quia hoc nõ fuit manifestum in hoc loco, accepit concessum, & est ꝙ nõ possumus dicere ꝙ omnia animalia intelligunt. &, cùm hæ duæ virtutes sint in subiecto diuersæ: necesse est vt sint diuersæ in esse, quæ. n. differunt in subiecto, differunt in esse. D. d. Neq; intelligere, in quo sunt, &c. idest. neq; res intellectæ, in quibus est verum in maiori parte, & non verũ in maiori parte, secundum ꝙ sunt contraria, sunt eadem cum cõtrarijs, quę sunt in sensu, scilicet in quorum altero est verum in maiori parte, & in altero error in maiori parte.* Sensus enim semper dicit verũ in rebus proprijs, & falsum in vniuersalibus: intellectus autem econtrario, verum in vniuersalibus, & falsum in proprijs. Et etiam sensus in rebus proprijs magis durat sua veritas quàm intellectus in rebus vniuersalibus. & ideo dixit semper, cùm d. Sentire enim proprium verum est semper. & dixit post, distinguere autem potest falsari.

† Qđ ſtest ſit alius a ſẽſu, manifeſtũ ẽ per ſe. ſẽſus. n. exiſtit i oĩb⁹ aſalib⁹. intelleſt⁹ vero i paucis. Idẽ. 3. hui⁹ cõ. 1.

* Sẽſus ſp dicit verũ in reb⁹ p. prijs: & falſũ i vnib⁹ ſtelleſt⁹ autẽ econtrario. vid ꝓ hoc. 2. de Aia. cõ. 63 &. 114. &. 161. & 3. de Sẽſu & Sẽſa. & 2. Met. c. 1. & 4. Met. c. 8. de intellectu, quia nõ decipit circa pria & cõia.

Phantasia enim alterũ est & a sensu & ab intellectu: & hæc non sit sine sensu, & sine hac non est opinio. Quod autem non est eadẽ phantasia & opinio manifestum est. hæc quidem enim passio in nobis est quum uolumus: præ oculis enim est facere, sicut in recordatiuis positi, & idolum facientes: opinari autẽ non in nobis est: necesse enim falsum aut verum dicere.

Phantasia nanq; diuersum est tum à sensu, tum à dianœa: atq; hæc eadem sine sensu non fit: & sine ea non est existimatio. Phantasiam autem & existimationem non esse idem, perspicuum est: nã affectio hæc, cum uolumus, in nobis est. licet. n. ob oculos ponere, quemadmodũ qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

in mnemonicis collocant, & imagines effingunt. opinari uero non est D
in nobis: necesse.n. est uel fallamur, uel ueritatem assequamur.

Imaginatio autē est aliud à sensu, & aliud à distinctione. & hæc non fit sine sensu, & sine hoc non fit consilium. Quoniam autē nō est cum intellectu, & consilio idem manifestum est. Ista enim passio est nobis, quando voluerimus. possumus enim ponere in directo nostrorum oculorum, sicut res depositę in cōseruatione, & fingere formas. existimari autem non est nobis. necesse.n. est aut verum aut falsum dicere.

153 Cùm declarauit ꝙ distinctio non est nisi in habentibus rationabilitatem, incepit declarare ꝙ distinctio, quæ in quibusdam animalibus reputatur esse ratio: non est nisi distinctio, quæ fit ab imaginatione, & ꝙ imaginatio non est neque sensus, neque intellectus, & d. Imaginatio .n. aliud est à sensu, &c. i. distinguere non inuenitur nisi in habenti rationem. Imaginari .n. aliud est à sentire, & à distinguere per intellectum: & imaginari non absq; sentire, & absq; imaginari non fit consiliari. Et quasi innuit hic E alietatem istarum trium virtutum ſm prius & posterius in natura. s.n. sensus fuerit, non sequitur vt sit imaginatio: sed, si imaginatio erit, sensus erit. & similiter, si intellectus erit, erit imaginatio, & nō ecōuerso. D. d. Qm autem non est cum intellectu, & consilio idem, &c. i. & iste sermo manifestus est. D. d. Ista enim passio est nobis, &c. i. imaginatio .n. est voluntaria nobis. cùm .n. voluerimus imaginari res depositas in virtute conseruatiua, quas prius sensimus, poterimus facere. & hoc intendebat cùm d. possumus .n. ponere, &c. i. † possumus etiam per hanc virtutem fingere formas imaginabiles, quarum individua nunquàm sensimus. existimare autem non est voluntarium. & hoc intendebat, cùm d. necesse est enim aut verum, aut falsum. idest contingit enim nobis necessario aut existimare verum, aut falsum: & non est sicut in imaginatione. Et ista est vna rationum, ex quibus apparet imaginari aliud esse ab intelligere.

Oppositū hēt cō. 2. hⁱ c. 10. vbi vī velle istas virtutes easde; eē vide-cō ira. Zim. Cōtradictio hic, & supra cō. 60. itel figimⁿ dū volumⁿ. ergo imaginatiua in hoc. ꝙ imaginamur, dum volumus, nō distinguit ab intellectu vi de cō. 21.

† Per istud imaginabile possumus fingere formas imaginabiles quarum individua nō sūt sensata.

Amplius aūt quū opinamur difficile aliquid aut terribile, statim compatimur. similiter aūt est & si confidendū: ſm phantasiā aūt similiter nos habemus, sicut si essemus considerantes in pictura difficilia & confidentia. Sunt aūt & ipsius acceptionis differentię scientia & opinio & prudentia, & contraria horum: de quorū differentia altera sit ratio. F

Præterea cum opinamur rem aliquam atrocem, aut formidolosam, statim commouemur: itemq; siquid fuerit quod fiduciam afferat: at ex phantasia perinde afficimur, atq; qui spectant in pictura terribilia & fiduciam afferentia. Sunt porro & ipsius existimationis differentiæ scientia & opinio & prudentia, & quæ his contraria sunt: de quorum differentia alia sit disputatio.

Et, cùm

A Et, cùm etiā nos existimauerimus aliquod valde timorosum, statim patiemur. & similiter, si existimauerimus aliquod audactiuum per imaginationem. aut dispositio nostra erit, sicut dispositio nostra, si videremus res in formis rerum timorosarum, aut audactiuarū. Et dr̄iæ ipsius consilij sunt scīa, & existimatio, & intellect⁹, & contraria istis. & sermo de dr̄is istorū fiet in alio loco.

154 Hoc, quod dixit, manifestum est. & est alia ratiocinatio, ꝙ imaginatio est alia à consilio, & existimatione. qū, cū nos existimauerimus aliquod timorosum futurum, quoquo modo nos patimur passione, ac si illud timorosum esset prę̄sens. & similiter, cū nos existimauerimus aliquod audactiuum futurum, statim patiemur, sed non passione, quali, illo audacti uo existēti in præsenti. cùm autem imaginati fuerimus illud timorosum, statim patiemur quasi esset præsens. Et intendit hic per consilium, fidem.

B Et locus, in quo promisit loqui de istis differentijs, videtur mihi esse liber de Sensu & sensato. illic enim loquitur de rebus particularibus istarū virtutum, & in omnibus accidentibus earum postremis.

Probatur imaginationem nō esse sensum, nec scientiam, nec intellectum, nec opinionem: traditurq; eius definitio. Cap. 2.

DE eo autem quod est intelligere, quoniam alterum ab eo quod est sentire: huiusmodi autem aliud phantasia: aliud opinio esse videtur: de phantasia determinantes, sic & de altero dicendum est. Si igitur phantasia est ſm quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & si non aliquid ſm metaphoram dicimus, vna quædā est potentia horum aut habitus, ſm quem discernimus, aut verum aut falsum dicimus, huiusmodi autē sunt, sensus, opinio, scientia, & intellectus.

De intelligendo autem, quia diuersum est à sentiendo: huius autē C
aliud esse phantasia uidetur, aliud existimatio: ubi de phantasia disputauerimus, tunc demum de altero dicemus. Si igitur phantasia est, qua phantasma aliquod nobis fieri dicimus (nec loquor nunc, siquid per trāslationem dicere consueumus) profectò una earum potentiarum est aut habituum, quibus iudicamus, uerumq; assequimur, aut fallimur. hæc autem sunt, sensus, opinio, scientia, intellectus.

Et quia intelligere aliud est à sentire, & existimatur ꝙ intellige re aliud est imaginari, aliud consiliari, determinandum est prius de imaginatione, deinde loquemur de alia intentione. Dicam⁹ igitur ꝙ, si imaginatio est, quæ fit, quę dr̄ imaginari non ſm similitudinem, est aliqua virtus istarum virtutum, aut dispositio, per quā innuimus, & experimentamur, & dicimus verum aut falsum. & ex istis est sensus, & existimatio, & scientia, & intellectus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

155 Cùm complesit sermonẽ de sensu, incœpit post loqui de virtute imaginatiua, & d. Et quia intelligere, &c. i. &, quia manifestum est, aut prope ꝙ intelligere est aliud à sentire, sed non est ita manifestum ꝙ intelligere est aliud ab imaginatione: existimatur enim ꝙ actionum intellectus, quædam est imaginari, quædam credere: & ꝙ nulla est differentia inter imaginationem, & intellectum: quapropter determinandum est prius de virtute imaginationis, deinde loquemur postea de virtute rationali. D. d. Dicamus igitur ꝙ, si est imaginatio, &c. i. dicamus igitur ꝙ, si est actio, quæ fit in nobis, quæ dicitur imaginatio non fm similitudinem, sicut dicitur sensus falsus multotiens, necesse est vt sit, aut aliqua istarum virtutũ comprehensiuarum distinctarum, s. aut sensus, aut existimatio, aut scientia, aut intellectus, aut virtus alia ab istis virtutibus, & dispositio alia ab istis dispositionibus, per quam experimentamur entia. i. eligimus ea: & est vnum eorum, per quem debemus dicere verum aut falsum. Deinde incœpit declarare ꝙ non est aliqua istarum virtutum. Et intendit per intellectum, vt mihi videtur, primas propositiones; & per scientiam illud, quod prouenit ab eis.

Nota cã; quare pr9 tractatũ d imagitiua icœpit tractatũ ẽ intellectu. Hic vt uel le Con. & Aris. quatuor cẽ habit9, qbus discernic verũ a falso. s; vide oppositũ. 6. Echi. c. 4. Vid ca. Zim.

D

E

Quodquidem igitur non sit sensus manifestum ex his est. sensus quidem enim aut potentia, aut actus: vt visus & visio: phantasiatur aũt aliquid & nullo horũ existente. ut quę in somnis: postea fm potentiam sensus quidem semper adest viuentibus & nõ orbatis, phantasia autem, non. Si vero ei quod actu idem, omnibus vtiq; contigeret bestiis phantasiam inesse. videtur aũt non, ut formicæ aũt api, aut vermi. Postea hi quidem veri semper: phantasię autem plures falsę. Amplius aũt non dicimus quum operemur certe circa sensibile, quoniam videtur hoc nobis homo. sed magis quum non manifeste sentimus, tunc aũt verus, aut falsus. Et quod quidem diximus, apparent & dormientibus uisiones.

F

SOPH. *Ac phantasiam quidem non esse sensum, ex his perspicuum est. Sensus enim aut potentia est, aut operatio: ut uisus uel uisio: at uero apparet aliquid, etiam cum neutrum horum adsit: ueluti ea quæ in somnis apparent. Deinde sensus semper adest: phantasia non item. Sin autem idem est quod operatio, fieri possit ut in omnibus bestiis phantasia insit: quod tamen nõ uidetur: ut formicæ, aut api, aut uermi. Deinde illi sensus semper ueri sũt, at phantasiæ pleræq; sũt falsæ. Huc adde quod neq; dicimus, cum exquisite circa sensibile operamur, hoc nobis apparere hominem: sed potius cum non expresse sentimus: & tunc aut verus est, aut falsus. Ac denique (quod superius dicebamus) etiam clausis oculis uisa quædam apparere solent.*

Quoniam

A Quoniam autem non est sensus, declaratum est ex istis rebus. Sensus.n. est aut potentia, aut actus, v.g. uisus, aut visio. & quandoq; imaginatur aliquid, quod est neutrum, v.g. quod imaginatur in somno. Et amplius sensus semper est præsens, imaginatio aũt non. Et, si in actu esset idem, tunc esset posibile vt imaginatio esset in omnibus bestijs, & reptibilibus. quod nõ existimatur, v.g. formicis, apibus, & vermibus. Et amplius ille semper est verus, imaginatio autem est falsa in maiori parte. Et amplius, cùm in rei veritate scimus hoc sensibile esse hominem, nõ dicimus nos imaginari hoc esse hominem. hoc.n. non dicimus, nisi quando nõ manifeste fuerit hõ: & tunc erit aut verũ, aut falsum. Et ex eis, quę pr9 diximus, est quia ẽt clausis oculis imaginat imaginationib9.

156 Quoniã aũt imaginatio nõ est sensus, declarabitur ex istis rebus, quas dicemus. Quarum vna est ꝙ, quia sensus est duobus modis, aut in potentia, v.g. visus, qñ nõ agitur: aut in actu, v.g. visio. est.n. aliqua imaginatio, quæ nõ est sensus in actu neq; in potẽtia. Imaginatio, quæ est in somno, manifestum est.n. ꝙ imaginatio, quæ est in somno, fm ꝙ est in actu, non est sensus in potentia: & fm ꝙ iste actus est ei sine præsentia rerum sensibilium, nõ est ẽt sensus in actu. D. d. Et amplius sensus semper est præsens, &c. Hoc est Secdm argumẽtũ. & est ꝙ sensus semper fit cum præsentia sensibilis: imaginatio aũt nõ, sed cũ absentia. D. d. Et, si in actu esset idẽ, &c. i. Hoc est Tertium argumentũ. Existimatur.n. ꝙ nõ oẽ aĩal imaginatur: & est animal, quod non mouetur ad sensibilia, nisi apud præsentiã eorũ in actu: vt vermes, & muscæ. Apes aũt, & formicæ necessario imaginantur. apes vero propter artificiũ: formicę aũt propter depositionẽ. † sed nõ curatur de exemplo. D. d. Et amplius ille semper est verus, &c. Hoc est aliud argumentum: & est ꝙ sensus sunt veri *semper, i. in maiori parte: imaginatio autem falsa est in maiori parte. D. d. Et amplius, cùm in rei veritate, &c. Hoc est Quintum argumentum: & est manifestum per se. non enim dicimus, quando sentimus aliquid esse tale in rei veritate, ꝙ imaginamur eũ: sed qñ sensus vere non cõprehendit ipsum esse talẽ. &, si sensus esset idem cum imaginatione, oporteret ꝙ vbi dr sensus, ibi diceret imaginatio. D. d. Et ex eis, quæ prius diximus, &c. i. & alia ratio est, & propinqua prædictis, s. quòd multotiens imaginantur formæ clausis oculis.

B

C

5 Sẽsus duob9 modis i actu, & in potẽtia, 1. dẽ sẽ te. cõ. 53. 138. 139. 141. & 142.

† De exẽplo nõ curat, an sit verũ, s. ldẽ supra. cõ. 47.

*Sẽsus sũt ỹi in maiori parte. sed oppositum. d. supra. c. 152. ꝙ sensus sũt ỹ. vid cõtra Zim.

At vero neq; semper vera dicentium neq; vna erit, vt scientia, aut intellectus, est.n. phantasia & vera & falsa. Relinquitur ergo videre si opinio sit. fit.n. & opinio vera & falsa: sed opinioni quidem inheret fides. non.n. contingit opinantẽ, de quibus videtur non credere, bestiarum aũt nulli inest fides. phantasia aũt multis. Amplius omnem opinionem sequitur fides: fidem aũt suasum esse: suasionem aũt sequitur ratio: bestiarum aũt quibusdam phãtasia inest quidem: ratio vero non.

SOPH. *Neq; uero eorum qui semper ueri sunt ullus erit, ut scientia, aut intellectus: nam est etiam falsa phantasia. restat igitur spectandum an opinio sit: sit.n. opinio & uera & falsa: sed opinionem quidem, sequitur fides (neque enim fieri potest, ut is qui opinatur, ea quæ opinatur, non credat) atuero bestiarum nulli inest fides: phantasia multis: Præterea omnē opinionem sequitur fides: fidem persuasio: persuasionem ratio. at bestiarū nonnullis phantasia inest, ratio non item.*

Et etiam non est vnum istorum, quę semper iudicant, sicut scīa & intellectus. est.n. imaginatio falsa. Remanet igitur consyderare vtrum sit existimatio: cùm existimatio quandoque est vera, qñq; falsa. Sed existimationem consequitur fides. impossibile .n. est vt qui existimat, non credat, quod existimat. & nullum brutum, & reptilium habet fidem. imaginatio aũt est in pluribus eorũ. Oẽm igitur existimationem consequitur fides. fidem aũt consequitur sufficientia: sufficientiam aũt rationabilitas. & reptilium & brutorum quędam hñt imaginationem, rationem autem non.

157 Cùm destruxit imaginationem esse sensum, incœpit destruere eã esse scientiam, aut intellectum, aut existimationem, & d. Et etiam non est vnum istorum, &c. i. &, si imaginatio esset scientia, aut intellectus, semper veridicaret: sed non est ita: ergo non est scientia, neq; intellectus. D.d. Remanet igitur, &c. i. remanet igitur consyderare vtrum sit existimatio, cũ vtrunque dicatur, veridicans quandoque, & quandoque falsans. & hoc facit existimare eas esse eandem virtutem secundum duas affirmationes in secunda figura. D.d. Sed existimationem consequitur, &c. i. sed existimationem semper consequitur fides. Et, si imaginatio esset existimatio, contingeret ꝙ omne imaginans haberet fidem. sed multa imaginantur, tamen non habent fidem. nullum enim brutorum habet fidem, licet plura eorum imaginentur. D.d. Omnem igitur existimationem, &c. i. &, quia omne existimans est credēs: & omne credens sibi sufficit: & omne, quod sibi sufficit, habet rationem: necesse est vt omne existimans habeat rationem. Et, si imaginatio esset existimatio, tunc omne imaginans haberet rationem. sed multa brutorum & reptilium videntur habere imaginationem, sed non rationem omnino: ergo imaginatio non est existimatio.

Manifestum ergo quoniam neque opinio cũ sensu: neq; per sensũ, neq; copulatio opinionis & sensus, erit phãtasia: & ,ppter hæc & manifestum ꝙ non alia quædam est opinio: sed illa quæ quidē est cuius est & sensus. Dico autem ex albi opinione & sensu copulatio, phantasia est. non enim ex opinione quidem albi est. ex sensu autem boni. Apparere igitur est opinari quod quidem sentitur non secundum accidens.

Constat

Constat ergò nec opinionem cum sensu, neq; per sensum, neq; connexionem opinionis & sensus, esse phantasiam: tum propter hæc, tum certe, quia nõ alia quædam opinio est: sed eiusdē illius, cuius est sensus est: uerbi causa connexio ex albi opinione et sensu, phantasia est: neq; enim ex opinione quidem boni erit, sensu autem albi. Apparere igitur est opinari, quod sentit non per accidens.

Et manifestum est ꝙ imaginatio impossibile est vt etiam sit existimatio cum sensu, neque compositio existimationis & sensus ex istis rebus. Et ex hoc manifestum est ꝙ, existimatio non est alicuius alterius ab eo, cuius est sensus ẽt, s. si compositio, quę fit ex existimatione albi, & sensu eius, qđ est imaginatio. impossibile est. n. vt fit ex existimatione boni, & sensu albi. sed imaginatio est existimatio eius, quod sentitur, non accidentaliter.

Cùm declarauit ꝙ impossibile ẽ vt imaginatio sit existimatio, aut sensus, aut scientia aut intellectus, & vniuersaliter aliqua virtutum rationis, incœpit declarare & ꝙ non est compositum ex existimatione & sensu, vt dicebant quidam Antiquorum, & d. Et manifestũ est, &c. i. manifestum est ꝙ imaginatio non est existimatio coniuncta cum sensu, neque virtus composita ex existimatione & sensu ex sermonibus prædictis, in quibus declarauimus ꝙ imaginatio nõ est aliqua istarum virtutum, quoniã, si esset composita ex eis, contingeret vt vere dicerentur de ea proprietates illarum virtutum, ex quibus componitur modo medio. compositum enim ex aliquibus necesse est vt in eo existant quoquomodo existẽtia in componentibus. Et ex hoc etiam manifestum est ꝙ existimatio vere non esset alicuius, nisi eius, cuius est sensus, sed deberet esse eiusdem rationis, s. si compositio, quæ fit ex existimatione albi & eius sensu, vt quidam dicebant, esset imaginatio. & inuit Platonem opinantem, vt reputo, ꝙ imaginatio est, vt in eodem componantur nobis existimatio, & sensus insimul. D. d. impossibile est enim vt sit, &c. i. existimatio enim est boni, & sensus albi. & impossibile est vt imaginatio sit compositio ex existimatione eius, quod est, idē esse album & bonũ. Existimatio enim, & sensus secundum hunc modum non erunt eiusdem, nisi accidentaliter. imaginatio autem apud eos est existimatio & sensus eiusdem rei, non accidẽtaliter. Et est necessarium vt sit ita. quoniam, si imaginatio est eiusdem rei, & hoc manifestum est: & componitur ex existimatione & sensu: necesse est vt existimatio, & sensus sint eiusdem rei essentialiter.

Cõpositũ ex aliquib⁹ necesse ẽ ut in eo existant quoquomõ existẽtia i cõponentibus. Idẽ 5. 18. 32. idem 10. Meth. 22. Idẽ 2. de Ge. 31. vide de consile 3. Pla. ca. 41.

Apparent autem & falsa de quibus simul acceptionem ueram habent. ut videtur sol vnius pedis, sed creditur maior esse habitatione. Accidit igitur aut abiicere sui ipsius ueram opinionē quã habebat saluatam, salua re, non oblitum, neq; decredentem: aut si adhuc habet, eandem necesse est veram esse vel falsam. sed falsa facta est, quum lateat transcendens res.

Sed

SOPH. *Sed apparent etiam falsa, de quibus simul veram habet existimationem: ut sol apparet pedalis, persuasum est tamen, maiorem eum esse universa terra. uel igitur accidit ut suâ opinionẽ amiserit, quã habebat veram, salua re, non oblitus, neq; de sua depulsus: uel si adhuc hẽt, necesse est eandẽ veram esse et falsam. Atqui tũc falsa fit, cũ res mutata latuerit.*

Et imaginamur etiam res falsas, & cum habemus in eis opinionem veram. v. g. quoniam nos imaginamur quantitatẽ Solis esse pedalem, & credimus ipsum esse maiorem terra. Contingit igitur aut vt homo proiiciat existimationem, quam habebat, & est salua salute rei, sine vigilia, & sine sufficientia econtrario: aut si fuerit pmanẽs adhuc in ipsa, necessario, hoc idẽ erit verũ & falsum. sed non efficitur falsa, nisi qñ res transmutatur, absq; eo q̃ sit pcepta.

159 Et signum eius, quòd existimatio, & sensus non sunt eiusdem rei comphendentis, est quod, multotiens contradicunt sibi in eadem re. sentimus enim res falsas, & cũ hoc habemus in eis opinionem veram. verbi gratiã, quòd uisibiliter sentimus quantitatẽ Solis esse pedalem, & cum hoc opinamur vere Solem esse maiorem terra. D.d. contingit igitur aut vt homo proiiciat, &c. i. contingit, si æstimatio & sensus in talibus rebus sint eiusdem comprehensibilis, aut ut homo proiiciat opinionem veram in istis rebus, licet opinio sit salua, non transmutata propter transmutationem rei, de qua est opiuio ab aliqua dispositione in aliam, neque propter hoc, quòd opinans etiam transmutatur propter aliquam infirmitatem, aut vigiliam, aut argumentum, quod induxit conclusionem contrarii, sed transmutata per se, cùm sensus & existimatio, quasi sint idem, quia sunt eiusdem: dico vt proijciat, aut vt remaneat in ea credendo duo contraria insimul, & erit res in se vera, & falsa insimul in eodem tempore. Deinde d. sed non efficitur falsa, nisi quãdo res transmutantur. i. & impossibile est vt opinio vera reuertatur, & fiat falsa per se: & non sit falsa nisi quando res transmutatur in se, absque eo q̃ illa sit percepta. Et, cùm impossibile est vt eadem res sit vera, & falsa: & est impossibile vt verum transmutetur ex se sine transmutatione rei: ergo impossibile est ut existimatio, & sensus sint eiusdem rei.

Nota ex quot cãs aliqs uerã opionem abilcere pt. vide cõsise 1. Post. te. 16. 49.

Cũ ipossibile sit vt eadẽ res ꝙa sit et falsa, impossibile est vt verũ transmutetur ex se sine trãsmutatõe rei.

Non ergo vnum aliquid horum est neq; ex his phantasia. sed quoniam est, moto hoc moueri alterum ab hoc, phantasia autem videtur motus esse, & non sine sensu fieri, sed in his quæ sentiunt, & quorum sensus est. est autem motum fieri ab actu sensus.

SOPH. *Nec ergo horum unum quidpiam, neq; ex his phantasiam esse perspicuum est. Verum quia fieri potest, ut moto hoc, moueatur aliud ab hoc, phantasia autem quidẽ esse motus uidetur, nec sine sensu fieri, sed sentiẽtibus: eorũq; esse quorũ sensus est, põtq; fieri motus ab actu sensus,*

Imaginatio igitur non est aliqua istarum, neq; ex eis. Sed, sicut aliquid

aliquid mouetur per motum alterius: & imaginatio existimatur esse motus: & impossẽ est vt sit sine sensu, sed in eis, q̃ sentiuntur, & in eis quæ habent sensum: & fit etiam motus ab actione sensus.

Cũm destruxit imaginationem esse aliquam istarum virtutum, aut cõpositum ex eis, incœpit demonstrare substantiam, & essentiã eius, & d. Imaginatio igit, &c. i. declaratũ ẽ igitur ex hoc sermone q̃ imaginatio nõ ẽ aliqua istarũ virtutũ, neq; cõposita ex eis: sed substantia istius virtutis est quod dico. Qũ, si sint quædã, quę mouẽtur ab aliis, & mouent alia: & imaginatio videtur esse virtus mobilis, & passiua ab alia: & impossibile vt sit sine sensu, sed est in rebus sensibilibus, & in animalibus habentibus sensum pfectũ: & possibile est vt motus fiat à sensu, qui ẽ in actu: necesse est vt imaginatio in actu nihil aliud sit, nisi perfectio istius virtutis per intentiones sensibiles existentes in sensu fm modũ, fm quẽ sensus perficiuntur p sensibilia, quæ sunt extra aiam: & q̃ prima perfectio istius partis ẽ sit virtus, quæ innata est se assimilare sensationibus, q̃ sunt in ipso sensu cõmuni. Sed Arist. propalauit in hoc sermone præcedens, & tacuit consequens, quia est manifestum, & post declarabit ipsum modo per fectiori. & ideo dimisit eum in hoc loco.

Et hunc similem necesse est esse sensui, erit utiq; phantasia ipsa motus non sine sensu contingens, neq; non sentientibus inesse. & multa est secundum ipsam facere & pati habens: & esse veram & falsam. hoc autem accidit propter hoc, q̃ propriorũ quidem sensus est verus. aut quampaucissimum habens falsum. Secundo autem accidere hoc. & hic iam contingit mentiri. Quod quidem. n. album, non mentitur. si autem hoc album, aut aliud mentitur. Tertio autem communium & consequentium accidentia quibus insunt propria, Dico autem vt motus & magnitudo quæ accidunt sensibilibus: circa quę est maxime iam decipi fm sensum. q̃ motus aũt ab actu factus differt a sensu, qui ab his tribus sensib⁹. Et primũ quidẽ præsentis sensus verus: alii aũt p̃sentis & absentis erunt vtiq; falsi. & maxime cũ procul sit sensibile. Si qdẽ igit nihil aliud habet quæ dicta sunt, nisi phantasia: hoc aũt est quod dictũ est: phantasia vtiq; erit motus a sensu secundum actum factus.

cúmq; similem esse sensui necesse est, hic sanè motus eiusmodi fuerit, qui neq; sine sensu, neq; non sentientibus inesse posit: atque sit ut id quod eam habeat, complura per ipsam & agat & patiatur, ac uera sit & falsa. quod eò fit quia sensus propriorum uerus est, aut certè quam minimum habet falsitatis. Secundo eius cui accidunt & hæc, atq; hic demum falsus esse potest. album enim esse, non fallitur: sed an illud album, sit hoc, aut aliud quidpiam, fallitur. Tertio cõmunium, et consequentium accidentia, quibus insunt propria: uerbi causa, motus

ac

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac magnitudo, quæ accidunt sensibilibus: in quibus demũ maxime fieri D
potest ex sensu deceptio. Motus igitur qui fit ab actu sensus, differens
erit, videlicet is qui ab his tribus fit sensibus. Ac primus quidem præ
sente sensu uerus est, cæteri uero & præsente & absente fuerint falsi,
præsertim cum procul abest sensibile. Si igitur nihil aliud nisi phan
tasia quæ iã diximus habet: atq; hoc est quod diximus: profectò phan
tasia fuerit motus is, qui fit à sensu qui actu est.

Et oportet vt iste sit similis sensui. iste enim motus impossibile est vt sit extra sensum, aut sit in carẽte sensu: & vt sit illud, quod habet ipsum agens & patiens multas res: & erit verus & falsus. Et contingit hoc propter hoc, quod narrabo. Sensus rerũ propriarum est verus, & ferè non cadit in ipsum falsitas. Deinde post sensus rei, quem sequuntur ista: & in hoc loco potest falsari. v.g. E
hoc esse album, in hoc enim nõ falsat: quoniam autem album est hoc, aut aliud falsatur. Deinde tertius sensus, & est communium consequentium res, quas consequuntur propria, & sunt ea, quorum esse est proprior in eis. & dico motum, & quantitatẽ, & sunt ea quæ contingunt sensibilibus. & in istis propriè cadit error. Sensus igitur, & motus, qui fiunt ab actu, differunt à sensu, & differe ab istis tribus modis sensus. primus igitur quando sensus fuerit præsens, erit verus: & alius falsatur, siue fuerit præsens, siue absens, maxime quãdo sensibile fuerit remotum. Si igitur quod narrauimus, non est alio modo quàm diximus: & illud, quod narratũ ẽ, est imaginatio: Imaginatio igitur & motus à sensu, qui ẽ in actu,

161 Et necesse est, si imaginatio est motus à sensu in actu, vt iste motus, qui est imaginatio, sit similis sensui in eis, quæ contingunt sensui, & quòd sit impossibile vt iste motus sit, extra sensum, aut extra animalia: & sint ea, F
quæ habent hanc virtutem ex animalibus, agentia per illam, & patientia multas res: & si uera & falsa, sicut est de sensu. Deinde dicit. Et contingit hoc, &c. ideſt & contingit vt in imaginatione accidat verum & falsum, cum sit motus à sensu, qui est in actu ex hoc, quod narrabo de hoc, quod accidit in sensu. sensus enim quidam est verus in maiori parte, & est sensus, qui est rerum propriarum, verbi gratia hoc est album, aut nigrum: &

Vide sup. c6.134. quidam est falsus in maiori parte, & est duobus modis, sensus sensibilium accidentalium, v.g. q̃ iste albus est Socrates vel Plato: & sensus sensibilium communium, verbi gratia quantitas & motus: quoniam in his duobus modis sensibilium cadit error. Et, cùm ita sit, necesse est vt imaginationi accidat de hoc illud, quod accidit sensui, & plus. Primo autem, quia motus, qui fit in imaginatione à sensu, qui est in actu, differt à motu, qui est in sensu, à sensibilibus apud absentiam sensibilium. & propter hoc accidit falsitas imaginationi. Secundo uero, quia motus istorũ trium modorum

A dorum sensus ad uirtutem imaginatiuam differunt abinuicem. Imginatio autem, quæ est sensibilium propriorum, quando sensus cõprehendit ea prius, omni modo est vera. imaginatio autem, quæ est aliorum modo rum sensibilium, licet cõprehendat ea, est falsa, cùm sensus erat in eis. Deinde dixit. Sensus igitor, & motus, qui fiunt ab actu, differũt à sensu. ideſt, vt mihi videtur, comprehensio igitur, & motus, qui fit à sensu in actu, quæ sunt imaginatio, differunt à sensu in actu in eo, quod inuenitur de veritate & in sensu. & intendebant per hoc q̃ sensus est verus: &, cùm sensibile absentauerit se, forte transmurabuntur illa signa remanentia ex eo in sensu. & hoc erat causa erroris virtutis imaginatiuæ, licet sensus fuerit vetus. Deinde dicit, & differt ab istis tribus, &c. ideſt & differt iste motus, qui fit ex tribus modis sensus in actu, scilicet qui fit in uirtute imaginatiua ab istis tribus modis sensus. Motus igitur, qui fit à sensu, qui fit à primis sensibilibus propriis, erit uerus, quãdo sensus fuerit præsens, ideſt, quãdo sensus eorum in actu præcedit imaginationem. Duo autem alii motus, qui sunt à duobus aliis modis sensus in actu, qui fit à duobus aliis modis sensibilium, falsatur: licet sit præsens sensus, & senserit illa ante imagi- B
nationem: & maxime, quando* tempus comprehensionis sensibilis à sen- *a l. locus Epilogus cõmentatoris.
su fuerit remotum. Et, quia necesse est, si imaginatio est motus à sensu in actu, vt imaginatio sit similis sensui in omnibus dispositionibus, & vt sit possibile reddere causas omnium apparentium in ea per sensum: &, si fuerit similis sensui in omnibus dispositionibus, vt si motus à sensu in actu. & apparet q̃ est similis. & iam apparuit etiam ex hoc sermone q̃ causas omnium apparentium in ea possumus reddere fm q̃ est motus à sensu, & q̃ est impossibile reddere eas per aliam virtutem. Et tunc, quia necesse est hoc totum, congregauit omnia, quæ dixit & dedit conclusionẽ, quã intendebat, & dixit. Si igitur quod narrauimus, &c. ideſt si igitur, hoc qđ narrauimus de hac parte animæ, videtur esse, & omnia, quæ contingunt in ea, non contingunt in ea, nisi secundũ q̃ est motus à sensu, qui est in actu tantum, non per aliam virtutẽ animæ. sed, si posuerimus ipsam esse aliam virtutem virtutum animæ comprehensiuarum, aut cõpositum ex pluribus vna earum, contingeret impossibile: ut declaratum est ex hoc sermone: illud autẽ, quod narrauimus, est illud, quod dicitur imaginatio in ea veritate: ergo imaginatio est motus à sensu, qui est in actu. Et debet esse q̃ imaginatio videtur esse motus à sensu in actu per alterũ duorum. Quorum vnum est q̃, cum fuerit positum q̃ nõ est modus, quem possibile est dicere nisi modi prædicti, scilicet aut scientia, aut intellectus, aut existimatio, aut sensus, aut compositum ex eis, aut motus factus à sensu: & vt omnibus accidit impossibile, nisi ab eo q̃ sit motus à sensu: ex hoc. n. quidem accidit impossibile: necesse est vt imaginatio sit motus: à sensu in actu. Secundum autem est q̃, cum fuerit positum ipsam esse cum sensibilis & insensibili, & similem eis in omnibus suis dispositionibus, poterimus reddere causas omnium apparentium in ea ex hoc modo. vnde necesse est vt sit motus à sensu in actu. & Aristo. congregauit ambo, & cõclusit

Epilogus iuxta literam.

Documentum.

Prima cõ.

Secũda cõ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

clusit q̄ necesse est ut substantia imaginationis sit ista substantia. Et sic debemus intelligere sermonem Arist. in hoc loco. D

Quoniam autem visus maxime sensus est, & nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine non est videre: & quoniam immanent & similes sunt sensib⁹, multas ecām ipsas operantur animalia. alia quidem quia non habent intellectum, ut bestiæ: alia vero ex velamento intellectus, aut passione, aut ægritudine, aut somno, vt homines. De phantasia quidem igitur quid est, & propter quid est, dictum sit intantum.

SOPH. *Porrò autem quia visus præcipue sensus est, ideo etiam nomen duxit ἀπὸ τοῦ φάους .i. a lumine: nimirum quia sine lumine videre non possumus: Ac quoniam immanent, similesq; sunt sensibus, multa per ipsas agunt animalia alia, quòd non habeant intellectum, videlicet bestiæ: alia, quòd interdum intellectus obruitur, aut perturbatione, aut morbo, aut somno: ut homines. Ac de phantasia quidem quid sit, & quamobrem sit, tot exposita sint.* E

Et, quia visus est proprie sensus, deriuatum fuit ei nomen à luce. impossibile enim est videre sine luce. Et, quia sensationes figūtur in eo, & ipse est eodem modo, ideo animal agit per ipsum multa. quorum quædam sunt, quia non habent intellectum, ut bruta: & quædā, quia forte intellectus in eo sincopizatur ab aliquo accidente, aut infirmitate, aut somno, vt homines. Hoc igitur sit finis nostri sermonis, quid est, & quare.

162. Et, qa visus ꝓprie é illud, qđ dr̄ sēsus primo, eū ē nobilissimū sensuū, & ñ ꝓficit nisi à luce, ideo nomē istī⁹ virtutis deriuat'a nosse locis ligua Greca. Deinde incēpit narrare vtilitatē istī⁹ virtutis ī alīb⁹, scām finalē, & dixit. Et, qa sensationes figunt'in eo. i. &, quia sensationes figūt, & remanēt in alī imaginati post absentiā sensibiliū in eo mō, sm quē erāt apud præsentiā sensibiliū, ideo alī mouet' ab istis sensationibus per hanc uirtutē apud absentiā sensibiliū, multis motibus ad sensibilia & nō sensibilia, ḡrendo vtile, & fugiēdo nociuū, quēadmodū mouebat' p sensus à sensibilibus: ita ꝙ animal non caret vtilitate in præsentia sensibilium apud absentiam eorum: sed ista virtus remanet in eo modo, sm quem erat apud præsentiā sensibilium. & vt utilitas apud præsentiā sensibilium data est huic virtuti apud absentiā sensibiliū, ita ꝙ alī p hoc habet esse nobilissimū in habendo salutē. D. d. quorū quædā sunt, quia nō habēt intellectū, &c. i. quædā alīa agunt p hāc virtutē, quia nō habēt intellectū, & habēt istā virtutē, loco intellectus in acquirendo salutē: & quædā agunt p illā, quando intellectus fuerit sincopizatus ab infirmitate, aut alio, & sunt animalia habētia intellectus, vt homines. tunc n. est eis loco intellectus. Hic igitur est sermo de imaginatione, quid, & quare. & hæc duo naliter sunt desyderata. F

3. de aia 63

Aristotelis

ARISTOTELIS DE ANIMA

LIBER TERTIVS,

Cum Auerrois Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In prima agitur de potentia Animæ intellectiua.
In secunda de potentia Animæ motiua.
In tertia, quæ Animæ potentiæ quibus animalia sint necessariæ declaratur.

SVMMAE PRIMAE Cap. 1.

De intellectus possibilis essentia. Ipsius impassibilitatem non esse similem ei, quæ sensus. Et quando intellectus hic in actu esse dicatur.

A DE parte autem animæ qua cognoscit anima & sapit, siue separabilis existente, siue non separabilis secundū magnitudnem, sed secundum rationem, considerandum quam habet differentiam, & quomodo quidē fit ipsum intelligere.

B *DE ea autem parte animæ, qua anima cognoscit & sapit, siue ea sit separabilis, siue etiam non separabilis magnitudine, sed ratione, considerandum est quam habeat differentiam, & quonam pacto fiat intelligere.*

C DE parte autem animæ perserutandum est per quam anima cognoscit & intelligit. vtrum est pars differens: aut nō differens in magnitudine, sed in intentione. Et perserutandum est, differentia quæ sit, & qūo est formare per intellectū,

1 CVm cōpleuit sermonem de virtute imaginatiua, quæ sit, & quate, incœpit perserutari de rationabili, & quærere in quo differt ab aliis virtutibus comprehensiuis, scilicet virtute sensus & imaginationis. & hoc in prima & vltima perfectione, & in actione & in passione propria: cùm necesse est vt uirtutes diuersæ diuersentur in his duobus. Et, cùm in his duobus fuerint diuersæ, manifestum est ꝙ necesse est vt, diuersentur in qualitate actionis, si fuerint actiuæ: aut passionis, si passiuæ: aut in vtroq;, si vtrunq;. Et, quia intentio eius est talis, incœpit primo demonstrare quòd esse istius virtutis, scilicet ipsam esse diuersam ab aliis virtutibus animæ, manifestum est per se: cùm per hanc virtutem differat hōmo ab aliis animalibus, vt dictum est in multis locis. & ꝙ hoc, quod est dubium, vtrum differat ab aliis virtutibus in subiecto, sicut in intentione, aut tantum

Intentio particularis.
Idē. 2. huius cō. 152
Per virtutē rōnalē differt hō ab aliis aialibꝫ
& simile 12. Met. cōm. 38. & 10. Ethica 9.

tum differat in intentione, non est necessarium ad prę- D
scrutatione: sed forte ex hac perscrutatione declarabitur quomodo. Et
dixit. De parte autem animæ, &c. idest pars autem animæ, qua compre-
hendimus comprehensione, quæ dicitur cognoscere & intelligere, cùm
manifestum est esse diuersa ab aliis virtutibus, & ignorare primo vtrũ
differat ab alijs virtutibus animæ subiecto, & intentione, ut Plato, & alij
dicebant quòd subiectum istius virtutis in corpore aliud est à subiecto
aliarum: aut non differt ab aliis in subiecto, sed tantum in intentione,
non nocet in hac perscrutatione, quam intendimus, modo perscrutandũ
est de differentia, qua ista virtus differt ab aliis. Deinde dixit & quomo-
do est formare per intellectum. idest & prius perscrutandum est, quomo
do est formare per intellectum, vtrum sit actio, aut receptio. scire enim
actiones animæ prius est apud nos quàm scire eius substantiam. Et uide-
tur ꝙ intendebat hic per cognitionem, cognitionem speculatiuam: &
per intellectum cognitionem operatiuam: cùm intellectus sit communis E
omnibus, cognitio autem non.

Si igitur est intelligere sicut sentire, aut pati aliquid vtiq; erit ab intelligibili, aut aliquid huiusmodi alterum.

SOPH. *Si igitur intelligere est quemadmodum sentire, aut pati quoddam fuerit ab intelligibili, aut aliquid eius generis aliud.*

Dicamus igitur quòd, si formare per intellectum est sicut senti re, aut patietur aliquo modo ab intellecto, aut aliud simile.

2 Cùm narrauit quòd principiũ perscrutationis de substantia huius vir-
Continua tio. tutis est perscritari de genere huius actionis, quæ est formare per intelle-
ctum, & scire genus quod præcedit differentiam, incœpit primo dubi-
tare in hoc, vtrum formare per intellectũ sit de virtutibus passiuis, sicut é
sensus, aut de actiuis. Et, si est de passiuis: vtrum est passiuũ propter hoc,
quod est materiale quoquo modo, & mixtum cum corpore, idest virtus
in corpore, sicut sensus est passiuus, aut nullo modo est passiuum, quia nõ F
est materiale, neque mixtum corpore omnino, sed de intentione passio-
Expõ lię. nis tantum habet receptionem. Et dicit. Dicamus igitur quòd, si forma-
re, &c. idest dicamus igitur quòd, si posuerimus ꝙ formare per intelle-
ctum est sicut sentire, scilicet ex virtutibus passiuis, adeo quòd prima vir-
tus intellectiua recipiat intellecta, & comprehendat ea: quemadmodum
virtus sentiens recipit sensibilia, & comprehendit ea: necesse est alterum
duorum, aut ut accidat ei aliqua transmutatio, & passio ab intellecto si-
milis transmutationi, quæ accidit sensui à sensato, quia perfectio sensus
est virtus in corpore: aut vt non accidat ei transmutatio similis transmu
tationi sensuum, & passioni eorum à sensato, quia prima perfectio intel-
lectus non est virtus in corpore, immo non accidit ei omnino. Et hoc
intendebat, cùm dixit. aliud simile. idest aut nõ patiatur passione æqua
li passioni sensus, scilicet non accidit ei transmutatio similis transmuta-
tioni,

A tioni, quæ accidit sensui: sed solum assimilatur sensui in receptione: quia
non est virtus in corpore.
Impassibile ergo oportet esse: susceptiuum autem speciei, & po-
tentia huiusmodi, sed nõ hoc: & similiter se habere sicut sensitiuũ
ad sensibilia, sic intellectiuum ad intelligibilia.

*Ergo impatibile ipsum esse oportet: receptiuum uero speciei, & po-
tentia tale, sed nõ hoc: & similiter habere, ut sensitiuum ad sensibilia,
sic intellectum ad intelligibilia.*

Oportet igitur vt sit nõ passiuum, sed recipit formam: & est in
potentia, sicut illud, non illud. & erit dispõ eius ſm similitudinẽ, * a.l. sen-
sicut sẽnsus apud sensibilia, sic intellectus apud intelligibilia. tiens

3 Cùm narrauit quòd primo necesse est perscrutari de hac actione, quæ
est formare per intellectum, vtrum est passiua, aut actiua, incœpit pone- Continua
B re illud, quod vult declarare, scilicet ipsum esse de virtute passiua quoquo tio.
modo, & ꝙ est non transmutabile, quia non est corpus, neque virtus in cor Expositio
pore. Et dixit. Oportet igitur vt sit non passiuum, &c. idest &, cum bene
fuerit perscrutatum de hoc, apparebit quòd necesse est quòd ista pars ani
mæ per quam fit formare, est virtus non transmutabilis à forma, quam
comprehendit, sed non habet de intentione passionis, nisi hoc tantum, ꝙ
recipit formam, quam comprehendit: & quia est in potentia illud, quod
comprehendit, sicut sentiens: non quia est aliquid hoc in actu corpus,
aut virtus in corpore, sicut est sentiens. Et hoc intendebat, cùm dixit. & ẽ
in potentia, sicut illud, nõ illud. i. & ẽ in potentia sicut sensus: non quia illa
virtus est aliquid hoc, aut corpus, aut virtus in corpore. Deinde dicit. & Pria expõ
erit dispositio eius secundũ similitudinẽ, sicut sensus apud sensibilia, &c.
potest intelligit sic. & necesse est vt sit de virtutibus passiuis: ita quòd pro
C portio sensus ad sensibilia sit sicut proportio intellectus ad intelligibilia.
& secundum hoc in ordine sermonis erit transpositio, & tunc debet legi
sic. oportet igitur ut, dispositio eius sit secundũ similitudinem, sicut sen-
sus apud sensibilia, sic intellectus apud intelligibilia: & vt sit non passiuũ
passione, sicut passione sensuum: sed recipit formam, & est in potentia, Secũa expõ
sicut illud, non illud. Et potest intelligi, & dispositio eius erit secundum
hunc modum, sicut sentiens apud sensibilia, sic intellectus apud intelligi-
bilia. idest quòd ponere ipsum non passiuum nõ contradicit huic, quòd
proportio eius ad intellectum sit sicut proportio sentientis ad sensatum.
sed forte concedendo ipsum habere hanc proptionem, erit necesse vt sit Rõ primę
non transmutabile. Et coegit nos ad illam expositionem hoc, ꝙ intelle- expõnis
ctum habere hãc proportionem manifestum est per se, aut propè, cũ hoc
ꝙ est quasi principiũ ad sciendũ ipsum esse nõ passiuũ, neq; trãsmutabile.

Necesse itaq; quoniam omnia intelligit immistum esse sicut di
cit Anaxagoras, ut imperet, hoc autem est ut cognoscat, intus ap
parens enim prohibet extrancum & obstruit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOPH. *Necesse igitur est cũ omnia intelligat, non mixtũ esse, ut ait Anaxagoras, ut dominetur siue superet, ideſt, ut cognoscat: nam [species] ſe offerens impedimento est alieno & obsepit.* 19

Necesse est igitur, si intelligit omnia, vt sit non mixtum, sicut dixit Anaxagoras vt appareat, scilicet vt cognoscat. si enim apparuerit in eo, apparens impediet alienum, quia est aliud.

4 Cùm posuit quod intellectus materialis recipiens debet esse de genere virtutum passiuarum, & cùm hoc non transmutatur apud receptionem, quia neq; est corpus, neq; virtus in corpore, dedit demõstrationem super hoc, & dixit. Necesse est igitur, si intelligit, &c. ideſt necesse est, si comprehendit omnia existentia extra animam, vt ante comprehensionem sit nominatus ex hoc modo in genere virtutum passiuarum non actiuarum: & vt sit non mixtus cum corporibus, scilicet neque corpus, neq; E
virtus in corpore naturalis, aut animalis, sicut dixit Anaxagoras. Deinde dixit vt cognoscat, &c. ideſt necesse esse vt sit non mixtus, ut comprehendat omnia, & recipiat ea. Si enim fuerit mixtus, tunc erit aut corpus, aut virtus in corpore. &, si fuerit alterum istorum, habebit formam propriam, quæ forma impediet eum recipere aliquã formam alienam.

Et hoc intendebat, cùm dixit. si enim apparuerit in eo, &c. ideſt si. n. habuerit formam propriam rerum, tunc illa forma impediet eum à recipiendo formas diuersas extraneas, quia sunt aliæ ab ea. Sed modo consyderandum est in his propositionibus, quibus Aristo. declarauit hæc duo Digressio
de intellectu, scilicet ipsum esse in genere virtutum passiuarum, & ipsum esse non transmutabile: quia neq; est corpus, neq; virtus in corpore. nam hæc duo sunt principium omnium, quæ dicuntur de intellectu. Et, F
sicut Plato dicit, maximus sermo debet esse in principio. minimus enim error in principio est causa maximi erroris in fine, sicut dicit Aristoteles.

Primo Cç. tex. cõ. 31. Dicamus igitur quoniam, cum formare per intellectum est aliquo modo de virtutibus receptiuis, sicut est de virtute sensus, manifestum est ex hoc. Virtutes enim passiuæ, sunt mobiles ab eo, cui attribuũtur: actiuæ autem & mouent illud, cui attribuuntur. Et, quia res non mouet nisi
Res non mouet, nisi fm q̃ ẽ in actu. Idẽ 3. phy. 17. & 9. Meta. 20. secundum quòd est in actu, & mouetur secundum quòd est in potentia, necesse est inquantum rerum formæ sunt in actu extra animam, vt moueant animã rationalẽ fm q̃ comprehendit eas: quemadmodũ sensibilia inquantum sunt entia in actu, necesse est ut moueãt sensus ideſt, vt sensus moueantur ab eis. Et ideo anima rationalis indiget consyderare intentiones, quæ sunt in virtute imaginatiua, sicut sensus indiget inspicere sensibilia. Sed tamen videtur q̃ formæ rerum extrinsecarum mouent hanc
Obiectio. virtutem: ita quòd mens aufert eas à materiis, & facit eas primo intellecta in actu, postquam erant intellecta in potentia. & hoc modo videtur
Solutio. quòd ista anima est actiua, non passiua. Secundum igitur quòd intellecta mouent eã, est passiua: & secundũ quòd mouentur ab ea, est actiua. &

& ideo dicit Aristoteles post, q̃ necesse est ponere in anima rationali has duas differentias, scilicet virtutem actionis & virtutem: passionis. & dicit Infra tex. cõ. 17.
aperte q̃ utraq; pars eius est neq, generabilis, neq; corruptibilis, vt post apparebit. sed hic incæpit notificare substantiam virtutis passiuæ, cũ hoc sit necesse in doctrina. ex hoc igitur declaratur quòd hæc differentia, scilicet passionis, & receptionis existit in virtute rationali. Quòd autem substantia recipiens has formas, necesse est vt non sit corpus, neque uirtus in corpore, manifestum est ex propositionibus, quibus Aristoteles vsus est in hoc sermone. Quarum vna est, quòd ista substantia recipit omnes formas materiales. & hoc notum est de hoc intellectu. Secunda autem est, Recipiente dẽ ee denudatũ a nã recepti
quòd omne recipiens aliquid, necesse est vt sit denudatũ à natura recepti: & vt sua substantia non sit substantia recepti in specie. Si enim recipiens esset de natura recepti, tunc res reciperet se, & tunc mouens esset motum. Idẽ 2. de aĩa 67. & 71. & 83.
vnde necesse est vt sensus recipiens colorem careat colore: & recipiens sonũ careat sono. & hæc propositio est * vera, & sine dubio. Et ex his duabus sequitur quòd ista substantia, quæ dicitur intellectus materialis, nul & 3. Cçũ 67.
lam habeat in sui natura de formis materialibus istis. Et, quia formæ materiales sunt aut corpus, aut formæ in corpore, manifestum est q̃ ista substantia, quæ dicitur intellectus materialis, non est corpus, neq; forma in corpore: est igitur non mixtum cum materia omnino. Et debes scire q̃ illud, quod dedit hoc, necessario est: quia ista substantia est, & quia recipiens formas rerum materialium vel materiales non habet in se formam materialẽ, scilicet † cõpositam ex materia & forma. Et neq; est etiam aliqua forma formarum materialium. formæ enim materiales nõ sunt separabiles. Neque ẽ etiam ex formis primis simplicibus. illæ enim non sunt separabiles, & nõ recipiunt formas, nisi diuersas, & fm q̃ sunt intellectę in potentia, nõ in actu. est igitẽ aliud ens à forma, & à materia, & cõgregato ex eis. Vtrũ autem hæc substantia habeat formam diuersam in esse à formis * materialibus, adhuc non declaratur ex hoc sermone. Propositio. n. diceus q̃ recipiens debet esse denudatum à natura recepti, intelligitur à natura speciei illius recepti, nõ à natura sui generis, & maxime remoti, & maxime eius, quòd dictũ est per æquiuocationem. Et ideo diximus q̃ in sensu tactus inuenitur medium inter contraria, quæ comprehendit, eõ 2. de aĩa 118. 119.
trariа enim alia sunt in specie à mediis. Et, cum talis est dispositio intellectus materialis, scilicet q̃ est unum entium, & q̃ potentia est abstracta, & non habet formam materialem, manifestum est ipsum esse non passum: cùm passiua, scilicet transmutabilia sint forme materiales, & q̃ est simplex, sicut dicit Aristote. & separabilis. & sic intelligitur natura intellectus materialis apud Arist. q̃ post loquemur de eius dubiis.

† a l. quã sit cõpositũ.

* a l. simma terialibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIQVA TRANSL.

Quare neq; ipſius eſt eſſe naturâ neq; vnâ, ſed aut hoc, q̃ poſſibilis ſit. vocat⁹ vtiq; animę intellectus, dico autẽ intellectum, quo opinat & intelligit anima, nihil eſt actu eorũ quę ſunt ante intelligere.

SOPH. *Ita ut nulla ſit eius natura niſi hæc, quòd poſſibilis. ergo qui uocatur animæ intellectus, uoco autem intellectũ quo διανοεῖται & exiſtimat anima, nihil eſt actu eorum quæ ſunt, antequã intelligat.*

Et ſic nullam habet naturam niſi iſtã, ſcilicet q̃ eſt poſſibilis. Illud igitur de anima, quod dicitur intellectus: & dico intellectum illud, per quod diſtinguimus & cogitamus: non eſt in actu aliquod entium, antequam intelligat.

5 Cùm declarauit q̃ intellectus materialis non habet aliquam formã materialium, incœpit definire ipsũ hoc modo, &c. Et ſic nullam habet naturam ſecundum hoc, niſi naturam poſsibibilitatis ad recipiendum formas intellectas materiales, Et d. Et ſic nullam habet naturam, &c. i. illud igitur ex anima, quod dicitur intellectus materialis, nullam habet naturam, & eſſentiam, qua conſtituatur ſecundum quòd eſt materialis, niſi naturam poſsibilitatis, cùm denudetur ab omnibus materialibus, & intelligibilibus.

Quid p̃ intel'm vid 3.cõ.20. & 5.cõ.2.

D.d. & dico intellectum, &c. ideſt & intende per intellectum hic virtutem animæ, quæ dicitur intellectus vere

MANTINI TRANSL.

Commentum hoc Quintum à viro illo doctiſsimo Iacob Mantino translatum, vnà cum Antiqua translatione hic apposuimus, ut clarior ipsius redderetur intelligentia.

Sic ergo nullã habet naturam, niſi hanc, ſcilicet q̃ eſt quid poſſibile. Ipſe igitur intellectus animæ vocatus: dico autem intellectum, quo anima intelligit (ſeu diſcurrit) & opinat̃ ipſa anima: nihil actu eſt ipſorum entium, antequam intelligat.

Poſteaq̃; Ariſt. expoſuit intellectũ materialẽ nullã obtinere formã materialẽ. incipit nũc definire eũ eo pacto, dicens. Sic ergo nullã hẽc naturã, niſi naturã poſſibilitaris, vt poſſit recipere formas intelligibiles materiales. Cũ itaq; ſquit. Sic ergo nullam haber naturam, intelligit eam partẽ animæ, quæ intellectus materialis nuncupatur, nullam utiq; obtinere naturã, neq; eſſentiam, quæ ipſe conſiſtat, ea ratione, ſ. qua materialis exiſtit, niſi naturã potentialitatis (ſeu promptitudinis, vt ita loquar) cùm ſit expers omniũ formarũ materialiũ, atq; intelligibilium.

Mox cùm inquit, dico autẽ intellectum, &c. hoc eſt, intelligo autẽ, cũm dico intellectum, eam aĩæ vim, ſeu

ANTIQVA TRANSL.

A vere: non virtutem, quæ dicitur intellectus large. ſ. uirtutem imaginatiuã in lingua Græca: ſed uirtutem qua diſtinguimus res ſpeculatiuas & cogitamus in rebus operationis futuris. D. dixit, non eſt in actu aliquod entium, anteq̃ intelligat, ideſt definitio igitur intellectus materialis eſt illud, quod eſt in potentia omnes intentiones formarum materialium vniuerſalium, & non eſt in actu aliquod entium. antequam intelligat ipſum.

B

Et, cùm iſta eſt definitio intellectus materialis, manifeſtum eſt q̃ differt apud ipſum à prima materia in hoc, quòd iſte eſt in potentia omnes intentiones formarum vniuerſalium materialium: prima autem materia eſt in potentia omnes iſtæ formæ ſenſibiles, non cognoſcens, neque comprehendens. Et cauſa, propter quam iſta natura eſt diſtinguens & cognoſcens, prima autem materia neque cognoſcens, neque diſtinguens eſt, quia prima materia recipit formas diuerſas, ſcilicet indiuiduales, & iſtas, iſte autem recipit formas vniuerſales. Et ex hoc apparet quòd iſta natura non eſt aliquod hoc, neque corpus, neque virtus in corpore. quoniam, ſi ita eſſet, tunc reciperet formas ſecundum quòd ſunt diuerſa. & iſta. &, ſi ita eſſet tunc formæ exiſtentes in ipſa, eſſent intellectæ in potẽtia: & ſic nõ diſtingueret naturã formarũ ſecundum quod ſunt formæ: ſicut eſt diſpoſitio in formis ĩdiuidualibus, ſiue ſpiritualibus, ſiue corporalibus.

Et

MANTINI TRANSL.

ſeu facultatem, quæ vere nominatur intellectus, non eam vim, quã largo vocabulo, ſeu figuraliter Græci intellectũ vocãt, q̃ eſt ipſa potẽtia imaginaria, ſed intelligo eã facultatẽ, quã diſcernimus, ac dignoſcimus res ipſas cõtẽplatiuas, excogitamuſque factiuas, ſeu practicas, q̃ ſunt faciundæ. D.d. nihil actu eſt ipſorum entiũ, anteq̃ intelligat, ac ſi dixerit ergo definitio ipſius intellectus materialis hæc vtiq; eſt. nẽpe q̃ eſt id, quod eſt in potẽtia ad omnes conceptus formarũ materialium vniuerſalium: & non eſt actu aliquid entium, antequam intelligat ipſas.

Et, ſi hæc eſt definitio ipſius intellectus materialis, ſequitur ergo intellectũ ipſum differre inq̃; ab ipſa materia prima, atq; diſtingui, iuxta Ariſtotelis ſententiã. Primo quidẽ, propterea quia intellectus eſt in potẽtia ad oẽs cõceptus formarũ vſium materialium. ſed materia prima eſt in potentia ad oẽs has formas, ſenſibiles. Secũdo vero, quia intell's mãlis dignoſcit formas, quas recipit, ſed ipſa materia prima nihil dignoſcit vel apprehendit. Cauſa aũt, ob quã hæc natura dignoſcit atq; diſcernit, materia vero prima nihil cognoſcit vel diſcernit, eſt quidẽ, quia prima materia recipit formas diuerſas ſingulares atq; indiuiduas, intellectus vero vſes recipit formas. Hinc colligit põt hãc naturã nihil ſingulare, vel indiuiduũ eſſe, tũ corpus, tũ ẽt aliquã potentiã in corpore. q̃m, ſi id fieri poſſet, tunc reciperet formas, quatenus ſunt ſingulares diuerſæ, atque indiuiduæ formæ, ergo, que in eo exiſtunt, fuiſſent vtiq; potẽtia intelligibiles: & ſic nũ dignoſcere neq;

ANTIQVA TRANSL.

Secũdum correctũ.

Et ideo necesse est vt ista natura, q̃ dicitur intellectus, recipiat formas modo alio ab eo, secundum quem istæ materiæ recipiunt formas receptionis: quarum conclusio à materia est terminatio primæ materiæ in eis. Et ideo non est necesse vt sit de genere materierum istarum, in quibus prima est inclusa, neque ipsa prima materia, quoniam, si ita esset, tunc receptio in eis esset eiusdem generis. diuersitas enim naturæ recepti, facit diuersitatem naturæ recipientis. Hoc igitur mouit Aristotelem ad imponendum hanc naturam, quæ est alia à natura materiæ, & à natura formæ, & à natura congregati.

Idē. 1. c. p. de anīa oibs & 1. Phy. 69.

Secõda pte The opio de intell. posts immortalitate ca. 54.

Et hoc idem induxit Theophrastum, & Themistium, & plures expositores ad opinandum quòd intellectus materialis est substantia, neque generabilis neq; corruptibilis. omne enim generabile & corruptibile est hoc. sed iam demonstratum est q̃ iste non est hoc, neq; forma in corpore. Et induxit eos ad opinandum eũ hoc, q̃ ista est sententia Aristo. Ista enim intentio, scilicet q̃ iste intellectus est talis, bene apparet intuentibus demonstrationem Aristo. & sua uerba. De demonstratione autem secundum q̃ exposuimus: de uerbis vero, quia dixit ipsum esse non passiuum, & dixit ipsum esse separabile, & simplex. Hæc enim tria verba vsitatur in eo ab Aristote. & non est rectum, immo est

Intellt nõ passiuus, & simplex 3. d̃ Aīa. 12 & 6. Intellect⁹ separabilis 3. d̃ Aīa 20. 1. de Aīa. 31. 65. & 2. d̃ Aīa. 22. 12. Met. 17. q̃ ipassibilis ẽt hẽs 1. de Aīa. 66. vi de hoc in The. ca. 23. 24. 25. 26. 27.

MANTINI TRANSL.

distingueret naturas formarũ, quatenus sunt formæ: sicut in particularibus formis fieri solet, siue sint spũales, siue materiales. necessium ergo ẽ hãc naturã, q̃ intellectus noĩatur, recipe ipsas formas, mõ quidẽ diuerso ab illo, quo istæ materiæ recipũt illas formas, quas recipiunt: quæ quidẽ ideo cõtinẽtur, ac retinẽtur in ipsa materia, quia materia ipsa prima terminat̃ p eas. Et ideirco nõ oportet ipsũ eẽ ex gñe illarũ materierũ, q̃bus materia prima cõtinetur, seu terminatur, neq; vt sit ipsamet materia prima. nã, si ita res se haberet, tũc *eius generis esset res eas recipere. qm̃ diuersitas naturæ rei receptæ facit diuersitatẽ in natura recipientis. Hoc igit̃ coegit Aristotelẽ ponere hãc naturã distinctã a natura materiæ, atque à natura formæ, atque à natura compositi ex ipsis.

*a. l. receptio siue ipsũ susceptũ eẽ ex gñe receptibilis formarũ materiæ.

Et hac eadem rõne inducti sunt Theophrastus, ac Themistius, aliiq; plures expositores credere ĩtellectũ materiale esse substãtiã ingenitã & incorruptibilẽ, ꝓpterea quia oẽ genitũ & corruptibile est singulare indiuiduũ. sed neminẽ latet ipsum intellectũ nõ esse quid indiuiduũ & singulare, & neq; corpus, neq; posẽtiã in corpore. Immo ex hoc etiã inducti sunt, ut credant hãc esse Aris. sententiã. Hanc autẽ sniam, nẽpe q̃ intellect⁹ ita se habeat, affirmãt illi, qui demonstrationẽ Aristo. intelligũt, atq; eius uerba. Demonstrationẽ autẽ, eo mõ, quo nostã exposuimus: verba vero eius: quia dixit ipsum eẽ ipassibilẽ, & immixtum, atq; siplicẽ. Tribus n. his vt Ari. denominare intellectũ atq; describere, quod quidẽ non videtur esse recte dictũ, immo

ANTIQVA TRANSL.

est remotum vti aliquo eorum in doctrina demonstratiua de generabili & corruptibili.

Sed, cum post viderũt Arist. dicere q̃ necesse est, si intellectus in potẽtia est, ut etiã intellectus in actu sit, scilicet agens, & est illud, quod extrahit illud, quod est in potentia, de potentia ad actũ: & vt sit intellectus extractus de potentia in actum, & est ille, quẽ intellectus agens ponit in intellectum materialem, secũdum q̃ artifex ponit formas artificiales in materia artificii. Et cum post hoc viderunt, opinati sunt q̃ iste tertius intellectus, quem ponit intellectus agens in intellectum recipientem materialem, & est intellectus speculatiuus, necesse est vt sit æternus. cum enim recipiens fuerit æternum, & agens fuerit æternum, necesse est ut factum sit æternum necessario.

Et, quia opinati sunt hoc, contingit vt in rei veritate non sit intellectus agens, neque factum: cum agens† & factum non intelligãtur, nisi cũ generatione, & tempore. Aut dicatur q̃ dicere hoc agens, & hoc factum non est nisi secundum similitudinem. & q̃ intellectus speculatiuus nihil aliud est, nisi perfectio intellectus materialis per intellectũ agentem: ita q̃ speculatiuus sit aliquod compositum ex intellectu materiali, & intellectu, qui est in actu.

Et

MANTINI TRANSL.

immo videtur absũdum describere his descriptionibus, ac denominare ipsum generabile & corruptibile in scientia demonstratiua.

At, quoniam viderũt post hoc Aristotelem dicere q̃, si datur intellectus in potentia, oportet etiam vt detur intellectus in actu, qui scilicet est ipse intellectus agens, qui quidem est, qui extrahit illum intellectum, qui est in potentia de ipsa potentia ad actum: & vt detur intellectus eductus de potentia ad actum, qui quidem est ille scilicet, quem intellectus agens* ponit intellectum materialẽ esse intellectum in actu, ea ratione, qua ipsa ars ponit formas artificiales in materiam ipsius artis. Ex hoc præterea inducti quoque sunt, vt credant hunc tertium intellectum, quem intellectus agens efficit, atq; reddit intellectum recipientem materialem, qui quidem est ipse intellectus speculatiuus, necessario esse æternum. quoniam, cum ipsum recipiens sit æternum, agens quoque æternum, necessario id, quod ex eis effectum est, erit quoq; æternũ. Sed ex huiusmodi opinione eorũ sequeretur reuera ut nullus reperiretur intellectus agẽs, vel intellectus factus, seu adeptus, cũ & agẽs ipse, atq; adeptus, & ꝓductus nõ possint intelligi nisi cũ ipsa generatione, & tẽpore. Vel q̃ dicatur, q̃ noĩare illũ agentẽ, illũ uero factum & adeptũ, non nisi similitudine quadam ita nominetur. & q̃ intellectus speculatiuus nihil aliud sit quã pfectio, siue actus ipsius intellectus materialis per ipsum intellectum agentẽ habita: ita vt intellectus agẽs sit quid cõpositum ex intellectu mãli

*a. l. facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIQVA TRANSL.

*Vide pro hoc The. 1. de aīa cap. 30. & 39.

Et hoc, quod* videtur, ꝙ intellectus agens quãdoq; intelligit quãdo fuerit copulatus nobis, & quandoq; nõ intelligit, accidit ei propter mixtionem, ſ. propter mixtionem eius cum intellectu materiali, & ꝙ ex hoc modo tantum fuit coactus Ariſto. ad ponendum intellectum materialem, non quia intelligibilia ſpeculatiue ſint generata & facta.

Et confirmauerunt hoc per hoc, ꝙ propalauit Ariſt. ꝙ quando intellectus agens exiſtit in anima nobiſcum, videmur denudare vniuerſaliter formas à materiis primo, deinde intelligere eas. & denudare eas nihil aliud eſt niſi facere eas intellectas in actu, poſtquam erant in potentia. quemadmodum comprehẽdere eas nihil aliud eſt quàm recipere eas.

Et, cùm viderunt hanc actionẽ, quæ eſt creare intellecta, & generare ea, eſſe reuerſam ad noſtram voluntatem, & augumentabilẽ in nobis ſecundum augumentationẽ intellectus, ſcilicet qui eſt in nobis, ſcilicet ſpeculatiui: & iam fuit declaratum ꝙ intellectus, qui creat, & generat intelligibilia & intellecta, eſt intelligentia agens, ideo dixerunt ꝙ intellectus, qui eſt in habitu, eſt ipſe intellectus. ſed accidit debilitas quãdoque, quandoque additio propter mixtionẽ. Hoc igitur mouit Theophraſtum, & Themiſtium, & alios ad opinandum hoc de intellectu ſpeculatiuo, & ad dicendum ꝙ hęc erat opinio Ariſtotelis.

Impugnatio Them. & Theophraſti.

Et

MANTINI TRANSL.

D

& intellectu actu exiſtente. Et ꝙ intellectus agens cũ videatur qñq; intelligere videlicet qũ ẽ coniunctus nobis, qñq; vero nõ intelligat, id qui dẽ contingere propterea quod ẽ immixtus: nempe quia ipſi intellectui materiali immixtus ẽ. & ꝙ ob hanc tm rõnẽ fuit coactus Ariſtoteles ponere intellectũ mãlẽ: nõ propterea, qđ ipſa intelligibilia ſpeculatiua ſint nouiter genita & facta. Quã ſnĩam, ſ. ꝙ intellectus ſpeculatiuus nihil aliud ſit q̃; intellectus in actu, ideo cõfirmant, quia inueniunt Ariſtotelẽ aſſimare intellectũ agentẽ reperiri in anima nãa* cũ videamur expoliare primo formas ab ipſis materiis, mox eas intelligere, q̃ expoliano nihil aliud eſt, q̃; efficere eas intelligibiles actu, poſtquã erãt intelligibiles in potẽtia. quẽadmodũ & cognoſcere eas nihil aliud eſt q̃; recipere eas.

E

*a. 1 mate riat

Et, cùm viderint huiuſcemodi actionem, videlicet creandi, ac generandi ipſa intelligibilia, reuerti ac reduci ad noſtram uoluntatem, oririq;, ac augeri in nobis ad ortũ, atq; incrementũ ipſius intellectus, qui in nobis exiſtit, hoc eſt intellectus ſpeculatiui: &, cùm iam ſit notum ꝙ intellectus, qui creat, ac generat illa intelligibilia, q̃ ſunt in potentia, ita ut ea actu intelligibilia reddat, ſit intellectus agens: ideo dixerũt ꝙ intellectus, qui habitu exiſtit (ſeu adeptus) eſt illemet intellectus. ſed efficitur quandoque imbecillior, quandoque vero ualidior propter ipſam mixtionem. Hoc itaque eſt, quod induxit Theophraſtum, & Themiſtiũ, & alios opinari hæc de intellectu ſpeculatiuo, affirmareque hanc eſſe Ariſtotelis ſententiã.

Sed

ANTIQVA TRANSL.

A

Et ſuper hoc ſunt quæſtiones nõ paucæ. Quarum prima eſt, quòd hæc poſitio contradicit huic, quod Ariſto. poſuit, ſcilicet quòd proportio intellecti in actu ad intellectum materialem eſt ſicut proportio ſenſati ad ſentiens. Et contradicit veritati in ſe. Si enim formare per intellectum eſſet æternum, oporteret vt formatum per intellectum eſſet æternum: quapropter neceſſe eſſet vt formæ ſenſibiles eſſent intellectæ in actu extra animam, & non materiales omnino. & hoc eſt contra hoc, quod inuenitur in iſtis formis.

B

Et etiam Ariſtot. aperte dicit in hoc libro quòd proportio iſtius virtutis diſtinguentis rationalis ad intentiones formarũ imaginatarum eſt ſicut proportio ſenſuum ad ſenſata. & ideo anima nihil intelligit ſine imaginatione: quemadmodũ ſenſus nihil ſentit ſine præſentia ſenſibilis. Si igitur intentiones, quas intellectus comprehendit ex virtutibus imaginatiuis, eſſent æternæ, tunc intentiones virtutum imaginatiuarum eſſent æternæ. &, ſi eſſent æternæ, tunc ſenſationes eſſent æternæ: ſenſationes enim ſunt de hac virtute, ſicut intentiones imaginabiles de virtute rationabili. &, ſi ſenſationes eſſent æternę, tunc ſenſata eſſent æterna: aut ſenſationes eſſent intentiones aliæ ab intẽtionibus rerum exiſtentium extra animam in materia. impoſſibile enim eſt ponere

C

F

MANTINI. TRANSL.

Sed contra hoc non pauca inſurgunt dubia. Primũ, ꝙ hæc poſitio, & ſententia contradicit dictis Ariſt. qui dicit ꝙ eadẽ eſt rõ ipſius intelligibilis actu exiſtẽtis ad intellectum materialẽ, quæ eſt ipſius ſenſibilis ad ipſum ſenſitiuũ, (ſeu ſentiens.) Contradicit quoque id ipſi veritati. Nã, ſi ipſa cõceptio, quę p intellectũ fit, eſſet æterna, tunc oporteret vt id quoq;, quod ab intellectu conceptũ eſt, eſſet æternũ, & ob hoc oporteret ipſas formas ſenſibiles eſſe actu intelligibiles extra aĩam, atq; penitus immateriales. quod quidẽ eſt cõtra id, quod de huiuſcemodi formis apparet. Ariſtoteles præterea expreſſe d. in hoc lib. ꝙ eadẽ eſt rõ huius virturis diſtinctiuæ rõnalis ad conceptus, ſeu imagines, ſeu intentiones formarum imaginatarum, quæ eſt ipſorũ ſenſoriorũ ad ſenſibilia, & ideo aĩa nihil ĩtelligit ſine ipſa imaginatiua vi. quem admodũ ipſi ſenſus, ſeu ſenſoria nihil ſentiunt, niſi res ſenſatæ, ſeu ſenſibiles reperiãtur corã ſenſu. Si igitẽ illę imagines (ſeu intentiones) quas intellectus ipſe adipiſcitur ab ipſis* virtutib⁹ imaginatiuis eẽnt æternæ, tunc intentiones illæ, ſeu imagines ipſarũ virtutũ imaginatiuarũ eẽnt æternæ. &, ſi hæ eſſent æternæ, ipſæ quoq; ſenſationes eẽnt æternę. quia ita ſe hñt ſenſationes ipſæ ad hãc virtutẽ, ſicut intentiones ſeu imagines imaginatæ ad virtutẽ rõnalem. ꝙ ſi ſenſationes eẽnt æternæ, & ipſa quoq; ſenſibilia eſſent æterna: vel ipſæ ſenſationes eſſent aliæ intẽtiones q̃ ſint imagines rerum extra aĩam exiſtẽtium in ipſa mã. quia impoſſe eſt ponere eaſdem met intentiones, vel imagines qñq; eſſe æternas & incorruptibiles,

*a. 1. formis imaginis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIQVA TRANSL.

re eas esse intentiones quandoque æternas, & quandoq; corruptibiles: nisi esset possibile quòd natura corruptilis transmutaretur, & reuertere tur æterna. Et ideo necesse est, si istæ intentiones, quæ sunt in anima, fuerint generabilium & corruptibiliū. vt illæ etiam sint generales & corruptibiles. & in hoc fuit prolixus sermo in aliquo loco.

Hoc igitur est vnum impossibilium, quæ videntur contradicere huic opinioni, scilicet huic, quod posuimus, ꝙ intellectus materialis est virtus non facta de nouo. Existimatur enim ꝙ impossibile est imaginari quomodo intellecta erunt facta, & ista non erunt facta. quando enim agens fuerit æternum, & patiēs fuerit æternum necesse est vt factum sit æternum. Et etiam, si posuerimus factum esse generatum: & est intellectus, qui est in habitu, quomodo possumus dicere in eo quòd generat, & creat intellecta?

9a Ia qō.

Et est secunda quæstiō magis difficilis valde, & est quod, si intellectus materialis est prima perfectio hominis, vt declaratur in definitione animæ: & intellectus speculatiuus est postrema perfectio: homo autem est generabilis & corruptibilis, vnus in numero per suam postremam perfectionem ab intellectu: necesse est vt ita sit per suam primā perfectionē, ſ ꝙ per postremā perfectionem de intellectis sum alius à te, & tu alius à me. Et, si non, tu esses per esse mei, & ego per esse tui. & vniuersaliter homo eēt eus, antequam

MANTINI TRANSL.

ruptibiles, qñq; vero corruptibiles. nisi forte esse posse vt nā ipsius rei corruptibilis trāsmutaret, & efficeretur æterna, & incorruptibilis. Etiō, si huiusce modi intētiones in aīa existētes, sint intētiones (seu imagines) rerū gñabilium & corruptibiliū, necessum erit vt ipsæ quoq; sint generabiles & corruptibiles. sed de hoc iam alibi factus fuit longus sermo.

Hoc igr̄ est vnū ex īpossibilibus & incōmodis, q̄ videnē cōtradicere illi suīæ, q̄ asserebat intellectū mālē esse virtutē nō factā. Qm̄ impossi videē imaginari ipsa intelligibilia eē nouiter facta ac* genita, & ipse, ſ intellectus mālis, non sit nouiter factus. cū necesse sit, si agens sit æternū, & recipiēs æternū, vt id, qđ nouiter factū est, sit quoq; æternum. Ad hæc, si ponamus ꝙ id, quod est factū, sit genitū de nouo, quod quidē est ipse intellectus in habitu existēs (seu adeptus) quo pacto ergo poterimus dicere ipm gñare & creare ipsa intelligibilia? Sēm argumētum, & dubiū difficilius valde est. Qm̄, si intellectus materialis est actus primus ipsius hoīs, vt ex definitione animæ declaratū fuit: intellectus vero speculatiuus est vtiq; vltimus actus: hō aūt est gñabilis & corruptibilis, & vnus numero propter vltimū actum eius, quē ab ipso intellectu obtinet: ergo oportet ipm iterum repetiri propter eius actum primū: nēpe ꝙ pp vltimū actum (seu perfectionē) vltimā ipsius īntellectus ego sū aliquid, qđ nō es tu, & tu quoq; es aliquid aliud, qđ nō sū ego. Alis enim tu esses pp esse meū, & ego essem pp tuū esse. & tandem hō erit, anteq̄ sit. Hac ergo ratione hō esset

ingenitus

ANTIQVA TRANSL.

quam esset. Et sic homo non esset generabilis & corruptibilis in eo ꝙ homo: sed, si fuerit, erit in eo ꝙ animal Existimatur enim ꝙ quemadmodum necesse est quòd, si prima perfectio fuerit aliquid hoc, & numerabilis per numerationem indiuiduorum, vt postrema perfectio sit huiusmodi: ita etiam necesse est econuerso, scilicet ꝙ, si postrema perfectio est numerata per numerationem indiuiduorum hominum, vt prima perfectio sit huiusmodi.

Et alia sunt multa contingentia impossibilia huic positioni. Quoniam, si prima perfectio esset eadē omnium hominum, & non numerata per numerationem eorum, cōtingeret ꝙ, cùm ego acquirerem aliquod intellectum, vt tu etiam acquireres illud idem: & quando ego obliuiscerer aliquod intellectum, vt etiam tu. Et multa impossibilia essent contingentia huic. Existimatur enim ꝙ nulla differentia est inter vtranque positionē in hoc, ꝙ contingit de impossibilibus, scilicet ex hoc, quod ponimus ꝙ postrema, & prima perfectio sunt huiusmodi, ſ non numeratæ per numerationem indiuiduorum. Et, cùm nos finxerimus omnia ista impossibilia, continget nobis ponere ꝙ prima perfectio est hæc intentio, scilicet indiuidualis in materia numerata per numerationem indiuiduorum hominis, & generabilis & corruptilis. Et iam declaratum est ex demonstratione Arist. prædicta ꝙ non est aliquid hoc, neque corpus, neq; virtus in corpore. quomodo igitur possumus euadere ab hoc errore: aut quālis est via dissolutionis istius qōnis?

Alex.

MANTINI TRANSL.

ingenitus & incorruptibilis quatenus est hō: sed, si eēt gñabilis & corruptibilis, id qđ dē, rōne, qua est aīal, fiet. Nā existimari posset, ꝙ quēad modū vī esse necessariū, si primus actus sit aliqd singulare, & indiuidū, ac numerabile ad nūerationē Idiuiduorū, vt actus quoq; vltimus ita se habeat, sic quoq; sit necessariū huīo oppositum, nēpe ꝙ, si vltimus actus cōnumeretur ad cōnumerationē indiuiduorū hoīs, vt actus ēt primus ita quoq; se habeat. Multaque alia incōmoda insurgūt cōtra hanc positionē, inter cæteraq; hoc vnum est. Qm̄, si primus actus esset vnicus in oībus indiuiduis, & nō cōnumerare tur ad cōnumerationē eorum, tunc sequeretur ꝙ, si ego assequerer aliqđ intelligibile, tu quoq; illud idē assequaris: &, si ego obliuiscerer alicuius īntelligibilis, tu quoq; illiusmet ītelligibilis nō eēs memor. Multaq; ī cōueniēta sequerent ad hāc pōnē. Nā existimari pōt, ꝙ hæc duę pōnes cōicāt īter se circa illa impossīa, q̄ cōtra ipsas īsurgūt, nihilq; circa id īter se differāt, nēpe si ponam* primū atq; vltimū actū ita se hāe, ſ ꝙ non cōnumerent ad numerationē indiuiduorū. At, si voluerim* euitare oīa hæc incōmoda, erimus vtiq; coacti dicere ipsū actū primū ita se habere, videlicet vt sit quid singulare indiuiduū, existēs in ipsa mā, numerabileq; ad numerationē indiuiduorū hoīs, ac gñabile & corruptibile. Sed ex demōstratione ipsius Arist. prædicta tā probatū fuit ipsū nō eē qđ indiuiduū singulare, neq; corp* aut potētiā in corpore. Quo igr̄ pacto poterim* euitar hoc dubiū: aut qua via vel rōne posset hmōi dubiū solui?

Alex.

ANTIQVA TRANSL.

Tertia pars digressionis Ob. Alex. vult p ea ēt prīo de Aīa.cō. 88.

Alexander autem sustentatur super hunc sermonem postremum, & dicit quòd magis conuenit naturalibus, scilicet sermonem concludentem, scilicet quòd intellectus materialis est virtus generata, ita quòd existimamus de eo quòd opinatur in eo, & in alijs virtutibus animæ esse præparationes factas in corpore per se a mixtione, & complexione, & dicit hoc non esse impossibile, scilicet vt mixtione elementorum fiat tale esse nobile mirabile: licet sit remotum à substantia elementorum propter maximam mixtionem.

Et dat testimonium super hoc esse possibile, ex hoc, ꝙ apparet quòd compositio, quæ primo cecidit in elementis, scilicet compositio quatuor qualitatum simplicium, cùm hoc ꝙ est parua illa compositio, est causa maxime diuersitatis in tantū, ꝙ vnum est ignis, & aliud est aer.

2. de Gñatione .16.

Et, cùm ita sit non est remotum vt per multitudinem compositionis, quæ est in homine, & in animalibus, fiant illic virtutes diuersæ in tantum à subiectis elementorum.

Et hoc aperte, & vniuersaliter ꝓpalauit in initio sui libri de Anima, & præcepit vt consyderans de anima, primo debet præscire mirabilia compositionis corporis hominis. Et dixit etiam in tractatu, quem fecit de intellectu secundum opinionem Arist. ꝙ intellectus materialis est virtus facta à complexione. & hæc sunt verba eius.

Cùm

MANTINI TRANSL.

D

Alexander tñ adhæret huic vltimæ rōni & dicit ipsā magis cōuenire rebus nālibus, s. eā rōnem, quæ affirmat intellectū mālem esse quādam vim genitā, ita vt idē existimemus de hac virtute, qđ de reliquis aīæ facultatibus existimaꝝ, nēpe ꝙ reperiātur quædā præparationes, ac dispōnes in ipsis materijs ꝓ se à tēperatura, & mixtiōe effectæ. Inquitq; hoc facile existimari, ac imaginari posse nēpe vt ex hmōi elementorū mistella, oriatur hmōi ens nobile, atq; admirabile. licet enī huiuscemodi substātia admodū distet à substātia E elementorū, tñ pp maximā elemētorū mixtionē, nihil prohibet id fieri posse. Quòd aūt id fieri possit, ipse conaꝝ probare testimonio eoꝝ, quæ ex cōpositione elementorū, prima inuicē oriri solent, nēpe ex cōpositiōe quatuor qualitatū simpliciū. quę quidē cōpositio, licet sit exigua, nihilo secius illa ꝓfecto cōstitutio est causa diuersitatis maximæ, ita vt eius gratia factum est vnum elementorum ignis, alterum vero aer.

Si ergo ita res se habet, nihil profecto prohibet quin oriantꝰ virtutes F tā diuersæ ac variæ ex substantia elementorū pp multas cōpositiones, ꝙ in homine atq; in aīantibꝰ reperiūtur. Hanc aūt expositionē tradidit ipse Alex. in initio sui libri de Aīa, vbi præcipit vt ille, qui de aīa tractare, ac contēplare aggreditur, primo debeat præscire & cognoscere mirabilē illā humani corporis constitutionē. Inquit insuper in eo tractatu, quē edidit, de Intellectu. iuxta sententiā Arist. ꝙ intellectus materialis est quædam virtus orta ex ipsa temperatura, in his verbis.

Ex

ANTIQVA TRANSL.

A

Cùm igitur ex hoc corpore, quā do fuerit mixtum aliqua mixtione, generabitꝰ aliquid ex vniuersō mixti, ita ꝙ sit aptum vt sit instrumentum istius intellectus, qui est in hoc mixto, cum sic existit in omni corpore, & istud instrumentum est etiam corpus, tunc dicetur esse intellectus in potētia: & est virtus facta à mixtione, quæ cecidit in corporibꝰ, præparata ad recipiendum intellectum, qui est in actu.

B

Et ista opinio in substantia intellectus materialis maxime distat à verbis Arist. & ab eius demonstratione. A verbis autem, vbi dicit ꝙ intellectus materialis est separabilis, & ꝙ non habet instrumentum corporale, & ꝙ est simplex, & non patiēs, idest non transmutabilis, † & vbi laudat Anaxagoram in hoc, quod d. ꝙ est non mixtus cū corpore. A demonstratione vero, sicut scitum C est in hoc, ꝙ scripsimus.

Alexan. aut exponit demonstrationem Arist. à qua concluſit intellectum materialem esse non passiuum, neq; aliquid hoc, neque corpus, neque virtutē in corpore, ita ꝙ intendebat ipsā præparationē, non subiectum præparationis. Et ideo dicit in suo libro de Anima ꝙ intellectus materialis magis assimilatur præparationi, quæ est in tabula non scripta, quàm tabulæ præparatæ: & dicit quòd ista præparatio potest dici vere quòd non est aliquid hoc, neque corpus, neque virtus in corpore, & ꝙ non est passiua.

Sed

MANTINI TRANSL.

Ex hoc itaq; corpore, cum fuerit aliqua mixtione ĩmixtum, orietur quidē ex vniuersā illa temperatura, vel constitutione aliquid, quod erit prōptum, aptumq; vt sit instrumentū huius intellectus, qui in huiuscemodi mixto existit, quēadmodū reperiꝰ in quolibet corpore, & hmōdi instrumētū est quoq; corpus, & tūc dicetur esse intellectus in potētia: & est quædam potētia orta ex ipsa cō positione, facta in illis corporibus, ꝙ sunt parata, ac prōpta recipere intellectum illum, qui actu existit.

Hæc tñ sententia, quæ habeꝰ dę essentia intellectus mālis, est vtique aliena valde à verbis Arist. ac abeꝰ demōne. A verbis aūt eius, quia ipse dicit intellectū mālē eē seperabilē, nullūq; habere corporeū instrm, esseq; simplicem, & impassibilē, hoc est inalterabilē, seu ĩmutabilē cum laudet quoq; Anaxagorā dicentē ipsum non esse mixtum cū corpore. Deuiat vero ab Arist. demonstratione, vt ex his, quæ superius diximus, perspicuū est. Sed Alex. cum exponit demonstrationē Aristo. ex qua concludit intellectum mālem esse impassibilem, & non esse quid indiuiduū, neq; corpus, neq; potentiam in corpore, vult ꝙ Arist. intelligat hoc de essētia ipsius aptitudinis & prōptitudinis, nō de subiecto illiꝰ aptitudinis. Et ideo dixit in suo libello de Aīa ꝙ intellectus materialis similatur magis illi aptitudini, ꝙ ineſt tabulæ rasæ, quàm similaꝝ ipsi tabulæ aptæ ac prōptæ: & dicit ꝙ huiusmodi aptitudo pōt vere dici ꝙ non est aliquod indiuiduū singulare nec corpus, neque potētia in corpore, neque passibilis quidem est.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIQVA TRANSL.

Sed hoc, quod dicit Alexan. nihil est. hoc enim vere dicitur de omni præparatione, ſ. q̃ neque eſt corpus neque forma hæc in corpore. Quare igitur appropriauit Ariſt. hoc præparationi, quæ eſt in intellectu, inter alias præparationes, ſi non intendebat demonſtrare nobis ſubſtantiam præparati, ſed ſubſtantiã præparationis? ſi poſſibile eſt dicere q̃ præparatio eſt ſubſtantia, cum hoc, quod dicimus, quòd ſubiectũ iſtius præparationis neq; eſt corpus, neq; virtus in corpore. & illud, quod concluſit demõſtratio Ariſtot. alia intẽtio eſt abea, ſecundum quam dicitur quòd præparatio neque eſt corpus, neque virtus in corpore.

Inpu. eiuſdem.

Et hoc manifeſtum eſt ex demõſtratione Ariſto. Propoſitio enim dicens q̃ omne recipiẽs aliquid neceſſe eſt vt in eo non exiſtat in actu aliquid ex natura recepti, manifeſta eſt, ex eo q̃ ſubſtãtia præparati, & natura eius quærit habere hoc prædicatum, ſecundum q̃ eſt præparatũ. præparatio enim non eſt recipiens, ſed eſſe præparationis à recipiente eſt ſicut accidentis proprij, & ideo, cùm fuerit receptio, non erit præparatio, & remanebit recipiens. Et hoc manifeſtum eſt, & intellectum ab omnibus expoſitoribus ex demonſtratione Ariſt.

Scda 26.

Aliquid

MANTINI TRANSL.

Hoc tamen, quod dicit Alex. nihil veri vtiq; habet. q̃m illud idem, qđ de hac aptitudine dicit, poteſt vtiq; dici de qualibet aptitudine. nẽpe q̃ de qualibet aptitudine poteſt dici, ſ. q̃ ipſa non eſt corpus, neque forma individua ſeu ſingularis, in corpore exiſtens. Cur igitur Ariſtoteles voluit hoc eſſe proprium huic aptitudini, quæ in intellectu exiſtit potius quàm reliquis aptitudinibus, ſi ipſe Ariſt. his verbis ſuis nolebat declarare nobis ſubſtantiam ipſius rei, quæ eſt ſubiectum ipſius aptitudinis, ſed eſſentiam ipſius aptitudinis, atque ſubſtantiam ei⁹? ſi ipſam aptitudinẽ liceat ſubſtãtiã nominare. eunq; ergo dicit, ſubiectum huius aptitudinis non eſſe corpus, neq; virtutẽ in corpore, quod quidem concludebat demonſtratio Ariſt. aliud quidem ſignificat q̃ dicere, aptitudinem ipſam nõ eſſe corpus, neq; virtutem, ſeu potentiam in corpore.

Et hoc ex demõſtratione Ariſt. aperte dignoſci poteſt. Nam illa ꝓpoſitio, quæ dicit q̃ quicquid recipit aliquid, non debet habere in ſe actu aliquid naturæ ipſius rei receptæ, eſt vtique manifeſta, propterea quia ſubſtantia ac eſſentia ipſius rei aptæ, & promptæ, atq; eius nã expoſcit, vt in reperiatur illud prędicatũ, ea ratione, qua eſt apta, & parata. nã ipſa aptitudo, non eſt iſm recipiẽs, ſed natura ipſius aptitudinis ſe habet ad ipſum recipiens veluti accidens proprium. idcirco, dum ipſa receptio reperitur, nõ reperietur ipſa aptitudo, cum tamẽ remaneat ipſum recipiens. Et hoc quidem perſpicuũ eſt, ac maxime cõſtans apud expoſitores demõſtrationis Ariſto.

At, cum

ANTIQVA TRANSL.

Aliquid enim eſſe non corpus, neque virtutem in corpore dicitur quatuor modis diuerſis. Quorum vnus eſt ſubiectum intellectorum, & eſt intellectus materialis, cuius eſſe demonſtratum eſt quòd ſit. Secundus eſt ipſa præparatio exiſtens in materijs. & eſt propinquus modo, ſecundum quem dicitur q̃ priuatio ſimpliciter neque eſt corpus, neq; virtus in corpore. Tertius autem eſt prima, materia, cuius etiam eſſe demonſtratum eſt. Quartus eſt formæ abſtractæ: quarum eſſe eſt etiam demonſtratum. & omnia iſta ſunt diuerſa.

Et induxit Alexan. ad hanc expoſitionem remotam manifeſti erroris fugere, ſ. à quæſtionibus prædictis. Et etiam videmus Alexan. ſuſtentari in hoc, q̃ prima perfectio intellectus debet eſſe virtus generata ſup vniuerſales ſermones dictos in definitione animæ, ſcilicet quia eſt prima perfectio corporis naturalis organici. Et dicit q̃ iſta definitio eſt vera de omnibus partibus animæ eadem intentione. & dat rationem ſuper hoc: quoniam dicere quòd omnes partes animę ſunt formæ, eſt vniuocum, aut propẽ &, quia forma, in eo, quod eſt finis habentis formam, impoſſibile eſt vt ſeparetur, neceſſe eſt, cũ primæ perfectiones animæ ſint formæ, q̃ non ſeparentur. & per hoc deſtruit vt in primis perfectionibus animæ ſit perfectio ſeparata: ſicut dicitur de nauta cũ naue. aut niuerſaliter erit in ea aliqua pars, quæ dicitur perfectio intẽtione diuerſa ab intẽtione, q̃ dr in alijs. Et hoc quod ipſe fingit, q̃ ma-

MANTINI TRANSL.

At, cũ dicimus aliquid eẽ nõ corpus, neq; potẽtiã in corpore, id quidem quatuor dr̃ modis diuerſis. Primo qdẽ mõ dr̃ de ſubiecto ipſorũ ĩtelligibilũ, qđ quidẽ eſt ipſe intellectus mãlis, cuius eẽ iã fuit declaratũ quale nã ſit. Secõ dr̃ de ipſa aptitudine, & prõptitudine, q̃ in materijs exiſtit. & is modus nõ ẽ abſimilis valde ab eo mõ, quo dicim⁹ ipſã priuationẽ abſolutã nõ eſſe corp⁹, neq; potẽtiã in corpore. Tertio mõ dr̃ de mã prima: q̃ quidẽ q̃ ſit iã probatũ fuit. Quarto mõ dr̃ de formis ſeparatis: quæ ẽt q̃ ſint iã probatũ fuit. & itaq; quatuor modi oẽs inter ſe differũt.

Lapſus tñ fuit Alex. in hmõi expoſitionẽ diſſonã, atq; manifeſte falſam, ut euitaret illa dubia prætacta. Adde ẽt q̃ ipſe Alex. vr̃ poſſe ſe meri, ac ſibi ipſi faueri per id, quod dr̃, q̃ actus primus ipſius intellect⁹ debet eſſe virtus, atq; facultas genita, ac nouiter orta, iuxta illa, quę vſr in definitione aiæ dicta ſunt. nẽpe q̃ ipſa eſt actus primus corporis phyſici organici. Et d. hanc definitionẽ vere dici de oĩbus partib⁹ aiæ ſm eãdẽ rõnẽ. qđ quidẽ hac rõne probat, videlicet, qa, cũ dicimus oẽs partes aiæ eẽ formas, id quidẽ eſt vniuoce, vel ꝓprię dictũ: ſed, cũ ipſa forma, ea rõne, qua ẽ finis rei, cui⁹ ẽ forma, nõ poſſit ſeparari, ergo & ipſi actus primi ipſius aiæ, cũ ſint formæ non pñt vtiq; ſeparari. & ex hoc affirmat nõ poſſe reperiri inter ipſos primos actus, ſeu pfectiones aiæ aliquẽ actũ ſeparabilẽ, vt dr̃ ã nauta reſpectu nauis. vel vt poſſit reperiri ĩ ipſa aĩa in vlr vna pars, quę poſſit dici actus ſeu perfectio vario modo ab eo, quo dr̃ act⁹ vel perfectio de reliqs partibus.

Id

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIQVA TRANSL.

2. de aïa. 8. c. 111.

ꝙ manifestum est de sermonibus vniuersalibus in anima, manifeste. d. Aristo. ꝙ non est manifestum in omnibus partibus animæ. dicere. n. formam, & primam perfectionem est dicere æquiuoce de anima rationali. & de alijs partibus animæ.

Quarta ps digressiõis. Op. Auẽpa. & Abubacher.

Abubacher autem, & Auempace videtur intendere in manifestò sui sermonis, ꝙ intellectus materialis ẽ virtus imaginatiua, secundum ꝙ est ꝓparata ad hoc, ꝙ intentiones, quæ sunt in ea, sint intellectæ in actu: & ꝙ nõ est alia virtus substantia intellectus præter istam virtutem. Abubacher autem videtur intendere istud, fugiendo impossibilia contingentia Alex. scilicet quòd subiectum recipiens formas intellectas est corpus factum ab elemẽtis, aut virtus in corpore. quoniam, si ita fuerit, continget aut ut esse formarum in anima sit esse earum extra animam, & sic anima erit non comprehensiua: aut vt intellectus habeat instrumentum corporale, si subiectum ad intellecta sit virtus in corpore, sicut est de sensibus.

Vid. n illo 2. de aïa cap. 121. & hic in prici. istius cõ. Cõtra Alexã. priæ ꝓparatiões ad intellecta, & ad alĩ postremas per fectiones d aïa sunt a motor extrinsecus fm Arist. sed vid op positũ 7. Meta. c. 31. cõtra Th. & Aue. po nẽte alas produci a motor extrifeco vide cõc. 71.

Et magis inopinabile de opinione Alexan. est hoc, quod dixit, ꝙ primę ꝓparationes ad intellecta, & ad alias postremas perfectiones de anima sunt res factæ à complexione, non virtutes factæ à motore extrinseco, vt est famosum ex † opinione. Arist. & omnium Peripatetiorum. Ista enim opinio in virtutibus animæ cõmprẽhensiuis, si est secundum quòd nos intellexerimus, est falsa. à substantia enim elementorum, & à natura eorum non potest

† Opõ Arist. reqre sup hoc in. 2. de Generatione animalium. c. 3.

MANTINI TRANSL.

D

Id vero, quod ipse imaginatur esse manifestũ ex definitionibus ipsius aïæ Arist. expresse dicit non esse manifestũ in oĩbus partibus aïæ. qm̃, cùm dicimus formã, & primũ actũ, id quidẽ æquiuoce dr̃ de rationali anima, & de reliquis animę partib⁹,

Auempace aũt, vt ex eius verborũ apparentia colligi põt, vr̃ opinari intellectũ materialẽ esse virtutẽ imaginatiuã, quatenus est apta vt cõcipiat, qui in ea existunt, sint actu intelligibiles: & ꝙ nõ datur alia virt⁹, quæ sit subiectũ ipsorũ intelligibiliũ, præter hanc virtutẽ. Auempace E aũt vr̃ eé ita imaginatus, vt euitaret illa impossibilia, quæ contra Alexã. insurgebãt, nẽpe ꝙ subiectum recipiens formas intelligibiles esset corpus factum ex elemẽtis, aut vis & potẽtia in corpore, nam, si ita res se haberet, tũc sequeretur vt vel ipsæ formæ ita se haberẽt in aïa, sicut se hãt extra aïam, & sic aïa nihil cõprehẽderet: vel ipsę intellect⁹ haberet organũ corporeũ, si subiectũ ipsorũ intelligibiliũ esset potẽtia in corpore, vt sit in ipsis sensibus. Maius autẽ incõueniẽs, quod sequitur ex opinione Alexandri, est id, quod dixit F primas aptitudines ad ipsa intelligibilia, atq; ad vltimos actus ipsius animæ eé res ortas ab ipsa tẽperatura, & non vires factas ab ipso motore extrinseco, vt ex sentẽtia Aristo. & omniũ sectatorũ eius manifeste habetur. Hæc tũ opinio, quæ d vir tutibus aïæ apprehensiuis habetur, si ita se habeat, vt vr̃ intelligi, esset vtiq; falsa. quia ex substantia elemẽtorum, ac ex eorum natura non potest oriri virtus discernens, seu diudẽs, atq; dignoscẽs. qm̃, si ex natura elemen-

ANTIQVA TRANSL.

test fieri virtus distinguens, aut comprehẽsiua. quoniam, si esset possibile vt à natura eorũ, & sine extrinseco motore fierent tales virtutes, tũc esset possibile vt postrema ꝓfectio, quæ est intellecta, esset aliquod factũ à substantia eorũ elemẽtorum, vt color, & sapor fiunt. Et ista opinio est similis * opinioni negãtium causas agentes, & non cõcedentium, nisi causas materiales tantum: & sũt illi, qui dicunt casum. Sed Alexan. est maioris nobilitatis, quàm vt credat hoc. sed quæstiones, quæ obponebantur ei de intellectu materiali, ẽ coegerunt ipsum ad hoc.

Quoniam ille intellectus, quem in ea epistola probauit esse vnum, quãdo conatur soluere hoc dubiũ, est vtique alius intellectus, quàm sit ille, quem probauit ibidem esse plura. nam ille intellectus, quem probauit esse vnum, est ipse intellect* agens, ea ratione, qua est omnino forma ipsius intellect* speculatiui. sed ille intellectus, quem probauit esse plura specie, est intellectus speculatiuus. Hoc autem nomen intellectus æquiuoce dicitur, de intellectu speculatiuo, & de intellectu agẽte. Et idcirco, si id, quod significatur per hoc nomen intellectus in vtraque oratione contraria, nempe in illa, in qua concluditur quod intellectus est quid vnum, & in qua concluditur q̃ sit plura, nõ sit quid æquiuoce dictum, tunc, cũ dicit intellectum agentem esse vnum, & intellectum speculatiuum esse plura, non solueret hoc dubium. Et, si in illis duabus orationibus oppositis id, quod significatur per hoc nomen intellectus, sit æquiuoce dictũ tunc illud dubium erit sophisticũ, non dialecticum. Et ideo existimandum est q̃ illa argumẽta, quæ Auẽpace attulit in illo tractatu suo, non soluantur nisi hoc modo dicto, si illæ rationes seu argumẽtationes nõ fuerint sophisticæ: sed dialecticæ. Et hac quoq; ratione soluetur illud dubium, quo dubitabatur vtrum intellectus materialis* sit exterus vel cõnexus. His itaque sic expositis reuertamur ad expositionem nostrã in verba Aristotelis.

*a. l. siue ã fortis ne niat aut sit nobis copulatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde neq; miſceri rationabile eſt ipſum corpori: qualis enim D
aliquis utiq; fiet, calidus aut frigidus, ſi organum aliquod erit, ſi-
cut ſenſitiuo: nunc autem nullum eſt. Et bene iam dicentes ſunt
animam eſſe locum ſpecierũ: niſi q̃ non tota ſed intellectiua: neq;
actu ſed potentia ſpecies.

SOPH. *Itaq; nec admixtum corpore eum eſſe, rationi conſentaneum eſt: fie-*
ret enim cuiuſdammodi, nimirũ calidus aut frigidus: atq; etiam inſtru-
mentum aliquod adeſſet, quemadmodum ſenſitiuo: nunc uero nullum
eſt. Atque præclare ſane cenſent qui dicunt animam eſſe locum ſpe-
cierũ: niſi quod neq; tota, ſed intellectiua: neq; actu, ſed potẽtia ſpecies.

Et ideo fuit neceſſe vt non ſit mixtus cum corpore. ſi enim eſ-
ſet amixtus cum corpore, tunc eſſet in aliqua diſpoſitione, aut ca-
lidus, aut frigidus, aut haberet aliquod inſtrumentum ſicut ha- g
bet ſentiens. ſed non eſt ita. Recte igitur dixerunt dicentes ani-
mam eſſe locum formarum. ſed non vniuerſa, ſed intelligens. &
formæ non in perfectione, ſed in potentia.

e Hæc eſt alia demonſtratio q̃ intellectus materialis nõ eſt aliquid hoc,
neque corpus, neque virtus in corpore. Et d. Et ideo fuit neceſſe, &c. i. &,
quia natura eius eſt iſta, quam narrauimus recte, & neceſſe fuit vt non
admiſceretur cum corpore. i. quòd non eſt virtus in eo ſm q̃ admiſcetur
cum corpore, vt declaratum eſt. D. d. ſecundam rationem ſup hoc, & d. ſi
n. eſſet admixtus, &c. i. ſi. n. eſſet virtus in corpore, tunc eſſet aliqua diſpo
ſitio & aliqua qualitas. &, ſi haberet qualitatem, tunc illa qualitas, aut attri
bueretur calido, aut frigido, ſcilicet complexioni in eo q̃ eſt complexio:
aut eſſet qualitas exiſtens in complexione tantum addita complexioni,
ſicut eſt de aĩa ſenſibili, & ſibi ſimilibus: & ſic haberet inſtrumentum cor
porale. D. d. ſed non eſt ita. i. ſed non habet qualitatem attributam calido F
& frigido neq; hẽt inſtrm: ergo non eſt mixtum cum corpore. Et con-
ſyderare debemus in conſecutione, & deſtructione, vtrum indigeant de-
monſtratione, aut non. Dicamus igitur. qm̃ conſecutio conſequentis ad
præcedens eſt vera, manifeſtum eſt ex prædictis. Declaratum enim eſt q̃
omnis virtus in corpore compoſito, aut attribuitur primis qualitatibus, i.
formæ complexionis, aut erit virtus exiſtẽs in forma complexionali, &
ſic neceſſario erit anima organica. Deſtructio uero manifeſta eſt ex præ
dictis etiam. Declaratum eſt enim q̃ nullum eſt inſtrumentum aliud ab
inſtrumentis quinq; ſenſuũ, vbi fuit declaratum q̃ nullus eſt ſenſus ſex-
tus, & vtr, ſi intellectus eſſet virtus animalis in corpore, tunc aut eſſet
ſextus ſenſus, aut conſequens ſextum ſenſum, ſcilicet aliquid, cuius pro-
portio ad ſextum ſenſum eſſet ſicut imaginatio ad communem ſentẽtem. Quoniam autem intellectus materialis non eſt uirtus attributa com-

A complexioni, manifeſtum eſt ex prædictis. quoniam, cum anima ſenſi
bilis non eſt virtus attributa complexioni, quanto magis intellectus. Et
ſi eſſet attributa complexioni, tunc, ſicut dicit Ariſtot. eſſe formæ lapi- Dubiũ an
dis in anima, eſſet idem cum eis eſſe extra animam, & ſic lapis eſſet com- intellꝰ ſit
prehendens. & alia multa impoſſibilia contigentia huic poſitioni. Et virtus or-
quidam dubitabit in hoc, quod fuit dictum, ſcilicet quòd intellectus ganica.
non habet inſtrumentum, ex hoc, quod dicitur, quòd virtus imagina-
tiua eſt in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, & rememoratiua in
poſteriori. & hoc non tantum dictum eſt à Medicis, ſed dictum eſt in Sen
ſu & ſenſato, Galenus autem, & alij Medici raciocinantur ſuper hoc, q̃ Solutio vi
iſtæ virtutes ſunt in iſtis locis per locum concomitantiæ. & eſt locus fa- de q̃ illa
ciens exiſtimare, non verus. Sed declaratum eſt in libro de ſenſu, & Sen- demtone
ſato, quòd talis eſt ordo iſtarum virtutum in cerebro per demonſtratio- dãte etiã
nem dantem eſſe & cauſam. Sed iſtud non contradicit illi, quod dictum & eſſe ꝛ-
eſt hic. † Virtus enim cogitatiua apud Ariſto. eſt virtus diſtinctiua indi uer. ſuper
B uidualis, ſcilicet q̃ non diſtinguit niſi indiuidualiter, non vniuerſaliter. cõ. lib. de
Declaratum eſt enim illic quòd virtus cogitatiua non eſt niſi virtus, quæ Memoria
diſtinguit intentionem rei ſenſibilis à ſuo idolo imaginato. & iſta vir- & remini
tus eſt illa, cuius proportio ad has duas intentiones, ſcilicet ad idolum ſcentia.
rei, & ad intentionem ſui idoli, eſt ſicut proportio ſenſus communis ad †Virtꝰ co
intentiones quinque ſenſuum. virtus enim cogitatiua eſt de genere vir- gitatiua
tutum exiſtentium in corpore. Et hoc aperte dixit Ariſto. in illo libro, diſtinguit
cùm poſuit virtutes indiuiduales diſtinctas in quatuor ordinibus. In indiuidualꝫ
primo poſuit ſenſum communem, deinde virtutem imaginatiuã, de- ter. Idẽ ꝫ
inde cogitatiuam, & poſtea rememoratiuam. Et poſuit rememora- cõ. 20. &
tiuam magis ſpiritualem, deinde cogitatiuam, deinde imaginatiuam, 33. Idẽ ꝫ d
& poſtea ſenſibilem. Licet igitur homo proprie habeat virtutem co- aia cõ. 63.
gitatiuam, tamen hoc non facit hanc virtutem eſſe rationabilem diſtin-
C ctiuam. illa enim diſtinguit intentiones vniuerſales non indiuiduales. &
hoc fuit apertè dictum ab Ariſto. in illo libro. Virtus igitur diſtinctiua
rationalis, ſi eſſet virtus in corpore, contingeret vt eſſet vna iſtarum vir
tutum quatuor, quapropter haberet inſtrumentum corporale: aut eſ- Error Gal.
ſet alia virtus indiuidualis diſtincta ab iſtis quatuor. ſed iam declaratum
eſt illic hoc eſſe impoſſibile. Et, quia Galenus exiſtimauit quòd virtus
cogitatiua eſt rationalis materialis, fecit ipſum errare in hoc locus con-
ſequentis. quia enim virtus rationalis appropriatur homini: & cogitati-
ua appropriatur ei: exiſtimatur propter conuerſionem affirmatiuæ vni- Secta pars
uerſalis quòd cogitatiua eſt rationalis. & vnus eorum, qui errauerunt expoſitu-
in hoc, eſt Albelfarag Babylonienſis, in ſuo commento in lib. de Senſu & ra tex.
ſenſato. Deinde dicit. Recte igitur dixerunt dicentes animam eſſe locum
formarum ideſt cùm declaratum ſit q̃ nõ eſt mixtus alicui corpori, tunc
recte dixerunt deſcribentes animam eſſe locum formarum, eũ non acce-
perunt in notificando ſubſtantiam eius propinquam, iſtam conſimilitu-
dinem, & conuenientiã, quæ eſt inter ipſam ad ſpẽs, & locũ ad locatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D.d.sed non vniuersa, sed intelligens.i. sed ista cōsimilitudo non debet accipi in intelligendo oēs partes animæ, sed tm̄ in anima rationali.alię.n. partes animæ sunt formæ in materijs,rationalis aūt non. D. d. & Formæ non in perfectione,sed in potentia. sed locus differt ab anima distinctiua intelligente in hoc,q̄ locus nihil est eorum, quæ sunt in eo:anima autem rōnalis materialis est formæ existentes in ea non actu,sed potentia. Et fecit hoc, ne aliquis intelligat ex hac descriptione q̄ genus acceptū in ea sit genus verū,non Rhetoricū. sed cogetur hō in talibus rebus, quæ non intelligūtur nisi per cōsimilitudinē, vt notificet ea per talia gña Rhetorica.

Res q̄ non itelliguntur nisi p cōsimilitudinē, notificari pāt p gña Rhetorica. cōsiliū cō. 14 & 1. Ph. &. Idē. 4. Ph. cō. 84. &. 2. de anima. 149

Quoniam autem non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui, manifestum est ex organis & sensu:sensus enim non potest sentire ex valde sensibili:vt sonum ex magnis sonis: neq; ex fortibus odoribus & coloribus neq; videre, neq; adorare. sed intellectū quum intelligat aliquid valde intelligibile,nō minus intelligit in fima,sed & magis. Sensitiuum quidem enim non sine corpore est: hic autem separatus.

Non esse autem similem impatibilitatem sensitiui & intellectiui, perspicuum est in sensuum instrumentis, & in sensu.nam sensus post uehemens sensibile sentire non potest:uerbi causa, sonum post magnos sonos:nec etiam post uehementes colores & odores, uidere aut olfacere: at uero intellectus ubi aliquid intellexerit uehementer intelligibile, nihilo minus inferiora inteligit, imo etiam magis.nam sensitiuum non est sine corpore: hic uero separabilis est.

Quoniam autem priuatio passionis in sentiente, & in formatione per intellectum non est consimilis, manifestum inest sensui. Sensus.n.non potest sentire e post forte sensatum: ver.g.post sonos maximos,aut post colores fortes,aut post odores fortes. Sed intellectus,quando intellexerit aliquod forte intelligibilium, tunc nō minus intelliget illud,quod est sub primo,imo magis.sentiens,ii. non est extra corpus:iste autem est abstractus.

Hęc ē cōditio necessaria ad motū intrauōib⁹ necessarijs,vt apparētia sēsiliū nō dīant ab eo, q̄d vt p rōnē. Idē. 1. Cœ. cō. 22. &. 8. Phy. 22. & 26.

Cūm declarauit q̄ intellectus materialis non admiscetur materiæ, incœpit notificare q̄ hoc conuenit apparentibus. Hæc enim est conditio necessaria necessarijs demonstrationibus,s. vt apparentia sensu non differant ab eo,quod videtur per rationem. Et dixit. Qm̄ autem priuatio passionis,&c.i. qm̄ priuatio transmutationis existentis in sensu non est similis priuationi transmutationis existentis in intellectu, vt demonstratum fuit ratione,manifestum est ex apparentibus. Priuatio enim transmutationis in intellectu debet esse pura.& non est ita priuatio transmutationis in sensu,cùm sensus sit virtus materialis.D.d.sensus enim non potest sentire, &c.idest & signum eius est,quoniam sensus nō potest sentire sua sensibilia

A sibilia conuenientia sibi,quando senserit aliquod forte,& recesserit ab eo subito ad illud aliud sensibile. v.g.quando sensus auditus recesserit à magno sono,aut visus à forti colore,& olfactus à forti odore. Et causa in hoc est passio,& transmutatio, quæ accidunt sentienti à forti sensato. Et causa huius transmutationis est,quia est virtus in corpore. Et,cùm demonstrauit hoc, quod videtur de transmutatione in sensu, incœpit notificare q̄ contrarium est de intellectu,& dixit,Sed intellectus, quando intellexerit aliquod forte, &c.i. intellectus, quando intellexerit aliquod forte intelligibile,tunc facilius intelliget intelligibile non forte. vnde scimus q̄ non patitur, neque transmutatur à forti intelligibili. Et, cùm demonstrauit eos esse diuersos,in hoc dedit causam,& d. sentiens enim nō est extra corpus:iste autem est abstractus.ideſt & causa in hoc est,q̄ prius fuit declaratum,scilicet q̄ sentiens non est extra corpus, intellectus autem est abstractus. Et possumus ponere hunc sermonem demonstrationem tertiā per se, scilicet demonstrationem,quòd, cùm diximus quòd,si intellectus trāsmutatur essentialiter,non accidentaliter, & mediante alio:hoc enim con

B cessum est in intellectu: necesse est vt transmutatio contingat ei apud suam actionem propriam, quę est intelligere,sicut est in sensu. Et, si non transmutatur per se & essentialiter, necesse est vt nō sit virtus in corpore ōmnino.oīs.n. virtus recipiens in aliquo corpore, debet transmutari fm q̄ est recipiens. Et ideo non oportet obijcere huic argumento ex eo, q̄d accidit in intellectu de transmutatione propter transmutationem virtutum imaginationis,& maxime cogitatione. in intellectu enim existimatur accidere fatigatio hoc modo. Et non est ita,nisi accidentaliter. Virtus enim cogitatiua est de genere virtutum sensibilium. Imaginatiua autem, & cogitatiua,& rememoratiua non sunt nisi in loco virtutis sensibilis,& ideo non indigetur eis nisi in absentia sensibilis. & omnes iuuant se ad representandum imaginem rei sensibilis, vt aspiciat eam virtus rationalis abstracta, & extrahat intentionem vniuersalem, & postea recipiat

C eam,ideſt comprehendat eam. Et forte,sicut diximus,iducit hunc sermonem ad verificandum prædictas demonstrationes.

Oīs virtus recipiēs in aliquo corpore, debet trāsmutari fm q̄ ē recipiens. Idē. 2. de ala. tex. 6. 125.143.

Quū autem sic singula fiat ut sciens dicitur qui secundū actū, Hoc autem confestim accidit cum possit operari per se ipsum, est igitur & tunc potentia quodammodo,non tamen similiter & ante addiscere,aut inuenire.& ip'e autem se ipsum potest intelligere.

Vbi autem eo modo singula factus fuerit, quo qui actu est sciens appellari solet (quod tum accidit cum per se ipsum potest operari) est quidem tunc etiam quodammodo potentia, non tamen æque ac prius quam didicisset, aut inuenisset: atq; tunc etiā ipse se potest intelligere.

Et, cum quodlibet eorum fuerit sic, s. sicut dicitur scientia in actu:& hoc continget, quando poterit intelligere per se:tunc etiā

erit in potentia quoquo modo, sed non eodem modo, quo ante erat antequã sciuit, aut inuenit. Et ipse tunc potest intelligere p se. D

8 Et cùm in eo fuerit vnumquodque intellectorum tali modo, sicut dicitur in sciente quòd est sciens in actu, idest quando intellecta fuerint in eo entia in actu. & hoc continget intellectui, quando poterit intelligere per se, non quando intellexerit per aliud. Et hoc, quod dixit. est differentia inter virtutes agentes propinquas & remotas. Propinquæ enim actui sunt, quæ agunt per se: & non indigent extrahente eas de potentia in actum: remotæ autem indigent & ideo dixit ꝙ, cùm intellectus fuerit in hac dispositione, tunc erit potentia quoquo modo, idest tunc dicetur de eo hoc nomẽ potentia non vere, sed modo simili. Deinde dicit. Et ipse tunc potest intelligere per se. idest &, cùm intellectus fuerit in hac dispositione, tũc intelliget se, secundum quòd ipse non est aliud nisi formæ rerum, inquantum extrahit eas à materia. quasi igitur se intelligit ipse modo accidentali, vt dicit Alexan. i. secundum ꝙ accidit intellectis rerum ꝙ fuerint ipse, i. essentia eius. Et hoc est ecõtrario dispositioni informis abstractis. illæ. n. cùm intellectus earũ non est aliud ab eis in intentione, per quã sunt intellecta isti⁹ intellectus, ideo intelligũt se essentialiter, & nõ accidẽtaliter. & hoc perfectius inuenitur in primo intelligente, quod nihil intelligit extra se. Et possumus exponere istum locum, secundum quod Alfarabius dicit in suo tractatu de intellectu, & intellecto. & est ꝙ, cùm intellectus fuerit in actu, erit unũ entiũ, & poterit intelligere seipsum per intentionẽ, quam abstrahet à se, secundum ꝙ abstrahit intentiones rerum, quæ sunt extra animam. & sic intellectum habebit intellecta. & nos perscrutabimur de hoc, vtrum sit possibile, aut non.

Dfia inter virtutes agẽtes ppinquas & remotas

Intellect⁹ intelligit seipm mõ accidẽtali vid ꝙ hoc cõ. 51. 12. Met.

Vide ifra cõ. 15. & 56.

Quo pacto intellectus potestatis materialis, ac eorum formas, similiter & ea, quæ sunt in abstractione intelligat. Quo etiam pacto intelligat, si est impassibilis. Quomodo se ipsum intelligit. Et cur non semper intelligat.

Cap. 2. E

QVoniam autem aliud est magnitudo & magnitudinis esse, & aqua & aquæ esse: & sic in multis aliis, non autem in omnibus. in quibusdam enim idẽ est esse carnis, & carnem. aut ergo alio, aut aliter habente discernit. Caro. n. non sine materia, sed sicut simum, hoc in hoc.

SOPH. *Cum autem aliud sit magnitudo, & magnitudini esse: & aqua, & aquæ esse: & sic in multis alys, sed non in omnibus: in nonnullis. n. idem est carni esse & carnem: aut alio, aut aliter se habente iudicat intellectus. caro enim non est sine materia: sed sicut simum, hoc in hoc.*

Et, quia

A Et quia magnitudo est aliquid & esse magnitudinis aliud, & aqua, est aliquid & esse aquæ aliud, & sic in multis alijs: sed non in omnibus, in quibusdam enim esse carnis idem est cum carne: necesse est vt experimentetur aut per duo, aut per diuersam dispositionem. Caro enim non est extra materiam, sicut simitas est aliquid hoc, & in aliquo hoc.

9 Cum compleuit sermonem de notificatione substantiæ intellectus materialis, & dedit differentiam ĩter ipsam & substantiam sentientis materialis, incœpit dare etiam differentiam inter intellectum in actu, & imaginationem in actu. Existimatur enim quòd imaginatio ipsa est intellectus: & precipue, cùm dicimus quòd proportio eius ad intellectũ est sicut proportio sensibilis ad sensum, scilicet quòd mouet ipsum: & existimatur ꝙ motor & motum debent esse eiusdem speciei. Et incœpit dicere, Et, quia magnitudo est aliquid, &c. idest &, quia hoc indiuiduum est aliquid, & intentio per quam hoc indiuiduum est ens, scilicet quiditas, & forma eius est aliud. verbi graria quòd hæc aqua est aliquid, & intentio, idest forma, per quam hæc acqua est ens, aliud est ab aqua. D. d. & sic in multis alijs. i. & hoc accidit similiter in multis rebus, scilicet in omnibus compositis ex materia & forma. & dixit. sed non in omnibus ad excipiendum res abstractas, & quæ sunt res simplices, & non compositæ. Deinde dicit in quibusdam enim esse carnis idem est cum carne. i. & causa, propter quam hę duę intentiones non inueniuntur in omnibus entibus, est ꝙ quiditas & esse essentia in entibus simplicibus est idem verbi gratia ꝙ esse carnis idem est cum carne: quia intentio carnis in eis non est in materia. Et, cùm induxit præcedens in hoc sermone, dedit consequens, & dixit, necesse est vt experimentetur, &c. idest &, cùm fuerit declaratum quòd entia sensibilia diuiduntur in duplex esse, scilicet in hoc singulare, & suam formam, necesse est vt virtus experimentatiua, idest comprehensiua comprehendat eã, aut per duas virtutes, aut per vnam, sed duabus dispositionibus diuersis. cum duabus autem virtutibus erit, quando comprehenderit vtrunq; per se, scilicet formam singulariter, & indiuiduum singulariter: per vnam vero virtutem & dispositionem diuersam erit, quando comprehenderit alietatem, quæ est inter has duas intentiones. † Quod enim comprehendit alietatem inter duo, necesse est, vt declaratum est, vt sit vnũ vno modo, & multa alio modo. * & ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietatem, quæ est inter formam & indiuiduum. comprehendit enim formam per se, & comprehendit indiuiduum mediante sensu. Comprehendit igitur alietatem inter ea per dispositionem, quæ diuersatur. quemadmodum sensus communis comprehendit alietatem inter sensibilia per dispositionem diuersam, scilicet sensus, pluralitatem. sed quia istas formas non comprehendit intellectus nisi cum materijs, ideo comprehendit eas per dispositionem, quæ diuersatur. Et, cum notificauit quòd necesse est vt anima comprehendat has duas intentiones per virtutem diuersam,

B

C

† Q̃ cõprehẽdit alietatẽ inter duo, necesse ẽ vt sit vnũ vno modo, & multa alio mõ. Idẽ 2. de aĩa. 149

* aduerte hic quia vt cõ. dicere ꝙ intellect⁹ non cõprehendit singulare, nisi p cõparatione ad vis.

& comprehendat alietatem earum per vnicam virtutem, sed secundum D
diuersam dispositionem, dedit causam, propter quam indiget anima in
comprehendendo has duas intentiones diuersa dispositione, & dixit. Ca-
ro enim non est extra materiam. i. causa, propter quam forma non com-
prehenditur ab intellectu nisi cum materia, q̃ facit ipsum intellectum cõ
prehendere eam diuersa dispositone, est q̃ formæ non sunt extra mate-
riam. Forma enim carnis non denudatur à materia, sed semper intelligit
cum materia: sicut simitas cum naso, cũ simitas sit aliquid hoc in aliquo
hoc, & sic est de formis sensibilibus, s. q̃ sunt aliquid hoc in aliquo hoc.

Sensitiuo quidem igitur calidum & frigidum iudicat: & quo-
rum ratio quædam caro. alio autem aut separato, aut sicut circun
flexa se habet ad se ipsam, quum extensa sit, carnis esse discernit.

SOPH. *Calidum igitur & frigidum sensitiua parte iudicat, & quorum*
ratio quædam est caro. alio autem, uel separabili: uel ut flexa se habet
ad se ipsam cum extensa fuerit, carnis esse iudicat. E

Ipsa igitur per sentiens experimentatur calidum & frigidum,
& res, quæ sunt in carne, assimilantur eis, quæ sunt illius. Et expe
rimentatur per aliud. aut secundum dispositionem lineæ sphæra-
lis q̃ diu durat quid est esse carnis.

10 Dicit. Ipsa igitur, &c. i. & cum necesse est experimentare res diuersas
per virtutes diuersas, & per sentiens autem, & per sibi similia experimẽtat
ãa calidum & frigidum, & sibi similia, necesse est secundum exemplum
vt res existens in carne, per quam caro est quod est, & non illud, per quod
est calida aut frigida, sit similis virtuti comprehendenti eam & vt experi-
mentetur per aliam virtutem. Et dixit, assimilantur eis, quæ sunt illius,
quia necesse est vt proportio, quæ est intentionis ad intentionem, s. indi-
vidualis ad vniuersalem, sit sicut proportio virtutis comprehendentis al-
teram earum ad uirtutem comprehendentem alteram. Et, cũ necesse est
Cũ duæ intentiones sint diuersæ, necesse é vt virtutes sint diuersæ. Idé 2. de ala. t. cõ. 33. vt duæ intentiones sint diuersæ, necesse est vt virtutes sint diuersæ. Intelli F
gens igitur non est imaginatiua: cum iam declaratum est q̃ comprehen-
sio virtutis imaginatiuæ & sensibilis idem est. D.d. Et experimentatur p
aliud, aut fm dispositionem lineæ, &c. i. & necesse est vt forma experimẽ
tetur per aliquam virtutem. & hoc erit ex hac virtute, aut per dispositio-
nem similem lineæ rectæ, cùm intellexerit primam formam existentem
in hac re singulari: aut fm dispositionem similem lineæ sphæræli, quando
fuerit reuersa, quærendo intelligere etiam quiditatem illius formæ, dein-
de quiditatem illius quiditatis, quousque perueniat ad simplicem quidi-
tatem in illa re. v.g. q̃ primo intelligit quiditatem carnis, deinde quærit
intelligere quiditatẽ istiꝰ quiditatis, deinde quiditatẽ istius quiditatis: &
hoc erit, dũ fueniet quiditatẽ in q̃ditate, & nõ cessãbit quousq; perueniat
ad formã simplicẽ. Et hoc intẽdebat, cũ dixit, q̃ diu durat. i. q̃ istud intelli
gẽs intellectũ erit fixũ i carne, dũ erit posẽ i carne q̃ q̃ditas eiꝰ hẽat q̃ditatẽ.

Iterum

A Iterum autem in his quæ in abstractione sunt, rectum sicut si-
mum: cum continuo enim est. quod autem quid erat esse, si est al-
terum recto esse & rectum, alio: sit enim dualitas: altero itaq; aut
aliter se habente iudicat. Omnino ergo sicut separabiles res à ma-
teria, sic & quę circa intellectum sunt.

Rursus in iis quæ in abstractione consistunt, rectum est ut simum: cũ
continuo enim est. ipsum autem quid erat esse, si diuersum est recto esse
& rectum, aliud est: sit enim dualitas: alio ergo aut aliter se habente a Lalio
iudicat. Omnino ut res separabiles sunt à materia, sic etiã intellectus.

Et etiam in rebus existentibus in Matheſi, rectum est sicut simi
tas. est enim cum quanto continuo. Secundum autem esse, esse re-
cti aliud est ab eo. Si igitur experimentatur, tunc igitur per aliud,
B & quia dispositio eius sit alia. Et vniuersaliter dispositio rerũ, quę
sunt in intellectu, currit sicut res abstractæ à materia.

11 D. Et istud intelligere intellectus non tñ inuenitur in rebus † materia
libus, sed io mathematicis. Rectum enim quia est in continuo, sicut in si- *a. l. natu
mitas in naso, necesse est quemadmodum intellectus intelligat simitatẽ ralibus.
cõpositam ex naso, ita intelligat quiditatem recti compositã cum conti-
nuo. Et dixit. Et etiã in rebus, &c. i. & rectum, & esse eius similis ex rebus
mathematicis est simile ad esse simitatis in naso. rectum enim est in con
tinuo, sicut simitas in naso. Deinde dixit. Secundum autem esse, esse
in recto est aliud à quiditate continui: licet alterum eorum non inue-
niatur nisi in alio. D.d. Si igitur, &c. ideſt, cũ igitur posuerimus q̃ in ma-
thematicis etiam sunt duo, quorũ vnum est in altero, tunc anima nõ ex-
perimentat ea, nisi per aliam virtutem: aut per eandem, sed tamen per di-
spositionem, quæ diuersatur, cum non intelligit ea nisi cum re: licet non
intelligat ea cum materia sensibili. Sciendum est enim, q̃ dispositio habi
ta ab intellectu, quæ diuersatur in eo, quando comprehendit formas re-
C rum primas sensibiles, est ei per sensum & dispositio, quæ diuersatur in eo
per comprehensionem quiditatis & formæ, est ei dispositio diuersa in se
non per sensus. Et ideo assimilat Arist. ipsum lineæ sphæræli in hac dispo-
sitione: Plato autem lineæ gyratiuæ. & per hanc dispositionem intelligit
formas rerum mathematicarum, cum non accepit intelligendo eas* ma- *a l. mate
gnitudinem sensibilem. D. dixit. Et vniuersaliter dispositio rerum, &c. riam.
ideſt, vt mihi videtur, & vniuersaliter dispositio rerum, quas comprehẽ
dit intellectus, inuenitur in eo iñ modo, fm quem sunt in se in propinqui
tate, & distantia, ab abstractione à materia. Quod igitur eorũ fuerit remo Quod fue
tum à materia, poterit abstrahi ab intellectu absq; materia: licet non ha- rit motũ a
beat esse nisi in materia: sicut est in mathematicis. & quod eorum fuerit mã, pote
propinquum materiæ non potetit. cum igitur dixit secundum q̃ res ab- rit abstra
stractæ à materia, intendit fm modum essendi in rebus abstractis à mã in hi ab intel
ordine, in quo sunt de abstractione, si iste sermo sit completus in scripto. lectu a mã
licet non
hẽat esse

Dubitabit

nisi f mẽ, sicut est f mathema ticis. & qđ fuerit pro pinqu m materiæ nõ poterit

Dubitabit autem vtiq; aliquis, si intellectus simplex est & impassibilis, & nulli nihil habet commune, sicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget: si intelligere pati aliquid est? Inquantum enim aliquid commune vtrisque est, hoc quidem agere, illud vero pati videtur. D

SOPH. *Sed quærat quispiam, si intellectus est simplex & impatibilis, nec cum ullo quidquam habet commune, ut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati quoddam est? nam quatenus commune quidpiam utrisq; inest, alterum agere, alterum pati uidetur.*

Et dubitat homo cp intellectus est simplex, non patiens, & cp impossibile est vt habeat aliquam communicationem cũ alia re, sicut dixit Anaxa. quomodo igitur intelligitur cp formare per intellectum est aliqua passio. qm̃ pp hoc, cp aliquid est commune vtriq;, existimatur cp alterum eorum agit, & alterum patitur. E

12 Cùm dedit differentiam inter intelligere & imaginari, reuersus est ad dubitandum de intellectu passibili, & dixit. Et dubitat homo, &c. ideſt & dubitat homo in hoc, quod dictum est, cp intellectus materialis est simplex & non passibilis: quia non existimatur ipsum habere communicationem aliquam cum re materiali, sicut dixit Anaxa. & sicut declaratum fuit prius. Quæstio autem est: quomodo intelligatur cp formare per intellectum fit passio, ideſt de genere virtutum passiuarum, & nullam habeat cõmunicationem cum re, à qua patitur: quoniam per aliquod commune agenti & patienti existimatur hoc agere, & hoc pati. Nisi enim esset materia non esset passio. &, cum posuerimus intellectum non esse materiam neq; in materia: quomodo igitur intelligemus cũ hoc cp intelligere est passio, non actio. Sumus igitur inter duo, aut ut non ponamus cp intelligere est in capitulo passionis: aut ponamus quòd intellectus materialis communicat corpori, quemadmodum forma imaginationis mouens ipsum communis est corpori. F

Nisi esset mm̃ nõ esset passio. sed qũo hoc nt intelligẽtũ vide infra c. 28. & in cõ. 14.

Amplius autem si intelligibilis & ipse: aut enim aliis inerit intellectus: si non secundum aliud ipse intelligibilis est, vnum autẽ aliquid intelligibile est specie: si autem sit mistum, aliquid habebit quod facit intelligibilem ipsum, sicut alia.

SOPH. *Præterea an ipse quoq; intelligibilis sit: uel enim cæteris etiam inerit intellectus, si nõ ipse per aliud est intelligibilis, ac intelligibile unũ quoddam est specie: uel aliquod mixtum habebit, quod cum ut reliqua reddat intelligibilem.*

Et etiam vtrum est in se intelligibile. qm̃ autem intellectus erit aliarum rerum, si non est intellectum alio modo, sed illud formarum

tum per intellectum fuerit vnum in sua forma, aut erit mixtio in eo ab aliquo, quod ipsum fecit intellectum, sicut est de aliis.

13 Ista est secunda dubitatio de intellectu materiali: & est vtrum est in se intelligibilis, non per naturam existentem in eo, adeo quòd intellectus & intellectum in eo idem erit omnibus modis, sicut est dispositio in rebus abstractis: aut intellectum ex eo est aliud quoquo modo ab ipso. Et dixit. Et etiam vtrum est in se, &c. i. & etiam vtrum ipsum est illud, quod est intellectum ex eo. necesse est enim alterum duorũ, aut vt aliæ res, quæ sunt extra animam, habeant intellectum, si intellectus est intellectum ex eo omnibus modis, & non est alius modus de intelligere res, sed intellige re est idẽ in omnibus rebus: aut vt non sit intellectum per se, sed per intentionem in eo, quæ fecit ipsum intelligibilem: sicut est dispositio in rebus, quæ sunt extra animã. & tacuit, vt videtur, illud, quod consequitur hanc positionem: & est quòd intellectus in se est non intelligens. Et abbreuiatio dubitationis est talis, vt videtur, aut enim erit intellectũ sicut aliæ res abstractæ intellectę: & sic res, quæ sunt extra animam, erunt intelligentes: aut erit intellectum, sicut aliæ res, quæ sunt extra animam: & sic erit in se non intelligens, neq; comprehendens.

Intelligẽ & ideſm sunt idẽ f abstractis oib⁹ modis. Idem 11. Me. 35. 51.

Aut pati quidem secũdum cõmune aliquid diuisum est prius: quoniam potentia quodammodo est intelligibilia intellectus: sed actu nihil, ante quam intelligat. oportet autem sic, sicut in tabula nihil est actu scriptum: quod quidem accidit in intellectu.

14 *An ipsum quidem pati communi quadam notione superius explicatum est, quòd intellectus potentia quodammodo est intelligibilia, actu uero nullum, antequam intelligat. oportet autem ueluti in codice nihil esse actu descriptum: quæ res accidit in intellectu.*

⁹a.l. pindet aũt oportet atq; in codice in qua nihil actu descriptum est.

Dicamus igitur cp passio, secundum cp prius vtebatur, est vniuersalis: & quòd intellectus est in potentia quoquo modo intellecta, perfectione autem non est, quousq; intelligat. Et cp accidit in intellectu, debet currere tali cursu, s. sicut tabula est aptata picturæ, non picta in actu omnino.

15 Cùm dedit has duas quæstiones de intellectu materiali, incœpit dissoluere eas, & primo primã dicens, quomodo intelligimus quòd intellectus materialis est aliquid simplex, & non mixtum cum aliquo, opinando cp intelligere est aliqua passio: & iam declaratum est in vniuersalibus sermonibus quòd ea, quæ agunt, & patiũtur, communicant in subiecto. Et dixit. Dicamus igitur quòd passio, &c. ideſt ista quęstio dissoluetur in sciendo quòd passio, qua prius vtebamur in quæstione, est magis vniuersalis quàm aliquod dictum in rebus naturalibus quòd sit passiuum. Deinde exposuit quid significat hoc nomen passio in intellectu, & dixit quòd, intellectus

2. de Gñone t. cõ. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tellectus est in potentia, &c. ideſt & iſta intentio vniuerſalis de paſſione in intellectu nihil aliud eſt, niſi quod eſt in potẽtia intellectum, nõ in actu, quousque intelligat. Et dicere etiam ipſum eſſe in potẽtia, eſt alio modo ab eis, ſecundum quos dicitur q̃ res materiales ſunt in potentia. & hoc eſt quod diximus prius, quod intelligendum eſt hic quòd hæc nomina, ſcilicet potentia, & receptio, & perfectio modo æquiuoco dicuntur cum eis in rebus materialibus. Diuerſitas enim iſtius intentionis, ſcilicet receptionis, quæ eſt in intellectu, à receptione, quæ eſt in rebus materialibus res eſt, ad quam ducit ratio. Vnde non eſt opinandum q̃ prima materia eſt cauſa receptionis, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis: & eſt receptio huius ſingularis. cauſa autem receptionis ſimpliciter eſt iſta natura. Et ex hoc modo fuit poſſibile q̃ corpora cœleſtia reciperent formas abſtractas, & intelligerent eas: & fuit poſſibile vt intelligentiæ abſtractæ ꝑfficerentur per ſe ad inuicem. Et, ſi non, non eſſet poſſibile vt illic intelligeretur recipiens, neque receptibile. unde videmus q̃ illud q̃ eſt liberatũ ab hac natura eſt, primum intelligens. Et ponendo iſtam naturam, diſſoluuetur quæſtio dicens, quomodo intelligitur multitudo, & quomodo intelliguntur multæ ex formis abſtractis, & intellectus idem eſt eis cum intellecto. Et, cum notificauit modum paſſionis in intellectu & q̃ æquiuoce dicitur in intellectu in rebus materialibus, incœpit dare ex rebus ſenſibilibus exemplum, per quod intelligitur iſta intentio in intellectu materiali. &, licet non ſit verum, tñ eſt via ad intelligendum. Et iſte modus doctrinæ neceſſarius ẽ in talibus rebus, licet ſi thetoricus. Et dixit. Et quod accidit in intellectu, &c. i. & intelligendũ eſt hoc, quod diximus de hac intentione vniuerſali, ſcilicet paſſione, quæ eſt in intellectu, quæ eſt tantũ receptio ſine tranſmutatione, ſicut receptio picturæ in tabula. Quẽadmodum. n. tabula nõ patitur à pictura, neq; accidit ei ab hac tranſmutatio: ſed tñ inuenitur in ea de intẽtione paſſionis, quod perficitur per picturã, poſtquã erat in potentia picta, ita eſt diſpoſitio in intellectu materiali. Et hoc exemplũ, quod induxit, valde eſt ſimile diſpoſitioni intellectus, qui eſt in potentia, cum intellectu, qui eſt in actu. Quẽadmodum. n. tabula nullam picturam habet in actu, neq; in potẽtia propinqua actui: ita in intellectu materiali nõ eſt aliqua formarum intellectarum, quas recipit, neq; in actu, neq; in potentia propinqua actui. Et voco hic potentiã propinquam actui, diſpoſitionem mediam inter remotã potentiã & poſtremam perfectionem, & hoc eſt vt non ſit in eo intentio, quæ ſit in potentia intellecta. & hoc eſt propriũ ſoli intellectui. Perfectio enim primæ ſentientis eſt aliquid in actu reſpectu potentiæ remotæ: & eſt aliquid in potentia reſpectu poſtremæ perfectionis. Et ideo aſſimilauit Ariſt. primam perfectionem ſenſus Geometræ, quando non vtitur Geometria. ſcimus enim certe q̃ habemus uirtutem ſenſibilem exiſtentem in actu, licet tũc nihil ſentiamus. Declaratus eſt igitur modus conſimilitudinis iſtius exẽpli huic, quod dictũ fuit ab Ariſt. in intellectu materiali. Dicere autem quod intellectus materialis eſt ſimilis præparationi, quæ eſt in tabula, nõ

tabulæ

Potẽtia, receptiuus, & perfectio æquiuoce dicit rebꝰ mãlibus, & abſtractis.

Nõ ẽ opinandum q̃ prima mã ẽ cã receptionis, ſed cauſa receptionis tranſmutabilis: & eſt receptio huius ſingularis, ſed cã receptionis ſimpliciter ẽ iſta nã.

Idẽ ſupra c. 5. idẽ in 11. c. 28.

a Quoniõ formæ abſtractæ ad inuicẽ ꝑficiantur, Vid c. 44 12. Meta.

Digreſſio cõtra Alexandrum de eo q̃ intellectus nõ ſit ꝓparatio ul-

Tabulæ ſecundum q̃ eſt præparata, vt expoſuit Alexand. hunc ſermonẽ, falſum eſt. Præparatio enim eſt priuatio aliqua, & nullam habet naturã propriam niſi propter naturam ſubiecti. & propter hoc fuit poſſibile vt præparationes diuerſentur in vnoquoque ente. O Alex. reputas Ariſto. intendere demonſtrare nobis naturam præparationis tantùm, non naturam præparati: & non eſt natura iſtius præparationis, propria ei, ſi fuerit poſſibile cognoſci ſine cognitione naturæ præparati: ſed naturam præparationis ſimpliciter in quocunque ſit. Ego autem verecundor ex hoc ſermone, & ex hac mirabili expoſitione. Si enim Ariſto. intendebat demonſtrare naturam ꝓparationis, quæ eſt in intellectu per omnes ſermones ꝓcedentes in intellectu materiali, neceſſe eſt aut vt intendat demonſtrare per eos naturam præparationis ſimpliciter, aut naturã præparationis proprie. Natura autem præparationis proprie in intellectu impoſsibile eſt demonſtrare ſine natura ſubiecti: cùm præparatio propria vnicuiq; ſubiecto curritur curſu perfectionis, & formæ ex eo: ſed oportet neceſſario per cognitionem nãæ præparationis ſcire nãm ꝓparati. Et, ſi intendebat per illos ſermones demonſtrare naturam præparationis ſimpliciter, tunc illud non eſt id proprium intellectui. & omne hoc eſt perturbatio. Omnis enim præparatio in eo quod eſt præparatio, vere dicitur nihil eſſe in actu ex eis quæ recipit: & quod eſt non paſsibile: & vere dicitur eſſe non corpus, neque virtus in corpore: quomodo igitur poſſumus exponere illud, q̃d Ariſtoteles intendebat hic demonſtrare nobis de natura intellectus materialis, illud, quod eſt commune omnibus recipientibus, ſcilicet in quibus eſt ꝓparatio ad recipiendum vnumquodque genus formarum, & nõ ad demonſtrandum naturam præparati per cognitionem naturæ præparationis proprie ei, ' niſi intellectus materialis eſſe ſolum modo præparatio ſine aliquo ſubiecto: quod eſt impoſsibile. præparatio enim oſtendit præparatum. Vnde Ariſtote. cum inuenit præparationem, quæ eſt in intellectu eſſe diuerſam ab aliis, iudicauit præciſe quòd natura ſubiecta ei differt ab aliis naturis præparatis: & quod eſt proprium iſti ſubiecto ꝓparationis, ſcilicet intellectui, eſt quòd non eſt in eo alia intentionum intellectorum in potentia, aut in actu. Vnde neceſſe fuit ipſum non eſſe corpus, neq; formam in corpore. &, cùm non fuerit corpus, neq; virtus in corpore, non erit ẽt formæ imaginationis. illæ. n. ſunt virtutes in corporibus, & ſunt intentiones intellectæ in potentia. Et, cùm ſubiectum iſtius præparationis neq; eſt forma imaginationis, neq; muxtum ex elementis, vt Alex. intendit: neque poſſumus dicere quòd alia præparatio denudetur à ſubiecto, recte videmus q̃ Theophraſtus, & Themiſtius, & Nicolaus, & alii Antiquorum Peripateticorum magis retinent demonſtrationẽ Ariſt. & magis conſeruant verba eius. Cum enim intuerentur ſermones Ariſt. & eius verba, nullus potuit ferre ea ſuper ipſam præparationem tantum, neque ſuper rem ſubiectam præparationi: ſi poſuerimus ipſam eſſe virtutem in corpore, dicendo eam eſſe ſimplicem, & abſtractam, & non paſsibilem, & non mixtam corpori. Et, ſi iſtud non eſſet opinio Ariſtote.

oporteret

' al. ſi. n. intellectus mãlis eſſe ſolum modo præparatio, eſſet ſine aliquo ſubiecto.

oporteret opinanari eam esse opinionem veram, sed propter hoc, quod D
dico, nullus debet dubitare quin ista sit opinio Arist. Omnes n. hoc opinã
Laus magna de Aristo. uide cõsise i. p. œmio Auer. sup. 1. ph & 1. de Gen. c. 38. & 3. Meteoro. ca. de Iride.
res non credunt nisi propter hoc, quod dixit Arist. qm̃ ita est difficile hoc; adeo q̃, si sermo Arist. non inueniretur in eo, tunc valde esset difficile cadere super ipsum, aut forte impossibile, nisi inueniretur aliquis talis, vt Arist. credo. n. q̃ iste homo fuerit regula in natura, & exẽplar, quod natura inuenit ad demonstrandum vltimam perfectionem humanam in materiis. Et forte opinio attributa Alex. fuit ficta ab eo solo: & in tempore eius erat inopinabilis, & abiecta ab omnibus. Et ideo videmus Themistiũ dimittentem eam omnino, & fugere eam, sicut cauentur inopinabilia. Et est contrarium ei, quod contigit modernis. nullus enim est sciens, & perfectus apud eos, nisi qui est Alexandreus. & causa in hoc est famositas illi⁹ viri & quia credimus, & vere scimus q̃ fuit vnus de bonis expositoribus. licet Alfarabius, cum hoc q̃ maximus erat in istis, sequitur Alexã. in hac intentione: & addidit huic opinioni quoddam inopinabile. In li. enim de Nichomachia videtur negare continuationem esse cum intelligentris abE
De opinione alfarabii uide. c. 16. d Auẽpace et ibidem & 9. Met. cõ. 22.
stractis: & dicit hanc esse opinionem Alex. & quòd non est opinandum q̃ finis humanus sit aliud quã perfectio speculativa. Auempace autem ex posuit sermonem eius, & dixit q̃ opinio eius est opinio omnium Peripateticorum, s. q̃ continuatio est possibilis, & q̃ est huius. Et forte hæc est vna cãrum, pp quam videmus q̃ consuetudo, & mos plurium dantiũ se Philosophiæ in hoc tempore sunt corrupti. & hoc habet alias causas non latentes consyderantes in Philosophia operativa.

Et ipse autem intelligibilis est sicut intelligibilia. In his quidẽ enim quæ sunt sine materia, idem est intelligens, & qd̃ intelligit. Scientia autem speculativa & scibile, idem est.

SOPH. *Atq; etiam ipse intelligibilis est, quemadmodum intelligibilia. in* F
iis enim quæ sine materia sunt, idem est id quod intelligit, & quod intelligitur: nam contemplativa scientia & quod ita scibile est, idẽ sunt.

Et est etiam intellectum, sicut intellecta. Formare enim per intellectum, & formatum per intellectum, quæ sunt extra materiã, idem sunt. Scientia enim speculativa, & scitum secundum hunc modum idem sunt.

15 Cũ dubitauit de intellectu materiali, vtrum intellectum ex eo est ipse intellectus, aut aliud aliquo modo, & oportet, si intellectus ex eo est ipsum intellectum, vt sit intell'm per se non per intentionẽ in eo, &, si fuerit aliud aliquo modo vt sit intell'm per intentionẽ in eo, incepit declarare q̃ est intellectum per intentionem in eo, sicut aliæ res intellectæ: sed differt ab eis in hoc, q̃ illa intentio est in se intellectus in actu, & in aliis rebus est intellectus in potentia. Et dixit. Et est etiam intellectum, sicut intellecta. i. & est intellectum per intentionem in eo, sicut res aliæ intellectæ. D. dedit demon-

A demonstrationem super hoc, & dixit Formare enim per intellectum, &c. i. & necesse est vt intellectum sit per intentionem in eo; quia formare per intellectum, & formatum idem sunt in rebus non materialibus. Et, si iste intellectus esset intellectus per se, contingeret vt scientia speculativa, & scitum essent idem: quod est impossibile.

Non autem semper intelligendi causa consideranda est. In habentibus autem materiam, potentia solum vnumquodq; intelligibilium. Quare quidem illis non inerit intellectus: sine materia n. potentia est intellectus talium. Illud autem intelligibile erit.

Causa porrò cur non semper intelligat consideranda est. in iis autem
quæ habent materiã potentia est vnumquodq; intelligibilium. quare illis
quidem non inerit intellectus: nam intellectus horum talium potentia
B *est sine materia: illis autem intelligibile inerit.*

Et perscrutanda est causa, propter quam non semper intelligit. In eo autem, quod habet materiam, quodliber intellectorum est in potentia tantum. Istis igitur nõ est intellectus. intellectus enim ad ista, non est nisi potentia istorum abstracta à materia. isti autẽ quia est intellectum.

17 Et oportet perscrutari de causa, pp quam non semper intelligit, ita q̃ intellecta eius sint in se. Et cã in hoc est, q̃ illud ex intellectis, quod nõ habet materiam, suum intellectum est intellectus in se, & ipse semper intelligit: q̃ autem habet materiam, vnumquodq; intellectorũ est in ipso in potentia: & ideo res intellectæ materiales non intelligunt. Et hoc intendebat, cum dixit. Istis igitur non est intellectus. i. & ideo intellecta materialia non habent intellectum, & quod diminuitur à sermone intelligit per suum oppositum, & per hanc partẽ iculã, aũt, quæ notat diuisionẽ. &. q. d. & cã in hoc est, quia intellectum eius, qd̃ non habet materiam est semper, & in actu. intellectũ aũt eius, qd̃ habet materiã, est in potentia. D. d. Istis igitur non est intellectus &c. i. ista igit̃ intellecta pp hoc, s. quia sunt intellecta in potentia, non habent intell'm. Intell's enim attributus istis nõ est nisi formæ istorum abstractæ à materia, & ideo istæ formæ respectu eorum non erunt intellectæ in actu. i. non comprehensæ ab eis, neq; per eas erunt intelligentia: & in respectu illius, quod abstrahat ea à materiis suis, erunt intellecta in actu, & per ea erit intelligens, & illa per illam eandẽ intentionem erunt non intelligentia. Et hoc est complementum sermonis in dissolutione prædictæ quæstionis. Ille enim sermo coegit nos ad alterũ duorũ. Si. n. intell's fuerit idem cũ intellecto in intellectu materiali, necesse est vt sint aliæ res, quæ sunt extra aiam intelligentes. Si vero aliud, vt fit intell'm per intentionem in eo. quapp indiget in essendo intellectũ intellectu. & hoc procedit in infinitum. Dissolutio igitur istius qõnis est, ꝑsũ intentio, per quã intellectus materialis fit intellectus in actu, est quia est

Resumit qõné ꝓpositã 1. t. cõ. 13.

Solutio eiusdem.

est intellectum in actu. Intentio vero, per quam res, quæ sunt extra animam, sunt entia, est quia sunt intellectæ in potentia. &, si essent in actu, tunc essent intelligentes. D

De intellectu agente. Cap. 3.

QVoniam autem sicut in omni natura est aliquid, hoc quidem materia vnicuiq; generi, hoc autem est potentia omnia illa: alterum autem causa & factiuum, q; in faciendo omnia, ut ars ad materiam sustinuit: necesse & in anima has esse differentias.

10 P H. *Quoniam autem ut in uniuersa natura est aliquid, alterum materia cuiq; generi: quod ideo sic est, quod potentia est illa omnia: alterum causa & effectiuum, eo quod omnia efficiat: quæ res usu uenit in arte* E *si cum materia comparetur: ita etiam in anima hæc adsint differentiæ necesse est.*

Et quia, quemadmodum in natura est aliquid in vnoquoque genere, quod est materia, & est illud, quod est illa omnia in potentia: & aliud, quod est causa, & agēs, & hoc est illud, propter quod agit quidlibet, sicut dispositio artificii apud materiam: necesse est vt in anima existant hæ differentiæ.

17 Cùm declarauit naturam intellectus, qui est in potentia, & qui est in actu, & dedit differentiam inter ipsum & virtutem imaginationis, incepit declarare q; necessariū est tertium genus intellectus esse: & est intelligentia agens, quæ facit intellectum, qui est in potentia, esse intellectū in actu. Et dixit, q; ita est in ponendo intelligentiam agentem in hoc genere entium sicut est dispositio in omnibus rebus naturalibus. quemadmodum F enim necesse est in unoquoque genere rerum naturalium generabilium & corruptibilium esse tria ex natura illius generis, & ei attributa, agens, & patiens, & factum, ita debet esse in intellectu. Et dixit. Et quia, quemodmodum in natura. i. & quia ita est hoc sicut in rebus naturalibus. i. & quia consyderatio de aīa ē cōsyderatio naturalis, quia anima est vnum entium naturalium: rebus autem naturalibus commune est vt habeant in vnoquoq; genere materiam, & est illud, quod est in potētia omnia, quæ sunt in illo genere, & aliud, q; est causa & agens, & est illud, propter quod generatur omne, quod est illius generis, sicut est artificium apud materiā necesse est, vt hæ tres differentiæ sint in anima.

Et est intellectus, hic quidem talis, in omnia fieri: ille vero, in omnia facere: sicut habitus quidam, sicut lumen. quodam. n. modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.

Atq;

18. A *Atq; est quidam intellectus talis, quòd omnia fiat: quidam, quòd omnia faciat, uelut habitus quidam; perinde ac lumen: nam lumen quoque quodammodo facit actu colores, eos qui sunt potentia colores.*

Oportet igitur vt in ea sit intellectus, qui est intellectus, secundum quòd efficitur omne: & intellectus, qui est intellectus, secundum quod facit ipsum intelligere omne. & intellectus, secundum q; intelligit omne, est quasi habitus, qui est quasi lux. lux. n. quo quo modo etiā facit colores, qui sunt in potentia: colores in actu.

Intell' pos fibilis effi cit' ola mō similimdi nis, & recep tiōis: idē 3. t. c. 6. & 7. 38.

18. B D. Et, cùm necesse est inueniri in parte aīæ, quæ dī intellectus, istas tres differentias, necesse est vt in eo sit pars, quæ dicitur intellectus, fm q; efficitur omne, modo similitudinis, & recepuonis: & q; in ea sit etiam secunda pars, quæ dicit intellectus, secundū quòd facit istum intellectum; qui est in potētia, intelligere omnia in actu. Causa. n. propter quā facit intellectū, qui est in potentia, intelligere omnia in actu, nihil aliud ē nisi q; sit ī actu. hoc enim, quia est in actu, est causa vt intelligat in actu omnia: & q; in ea etiam sit tertia pars, quæ dī intellectus fm q; facit oē intell'm in potētia eē intell'm in actu. Et dixit. Oportet igit, &c. & intendit per istum intellectū materialem hęc igit est sua descriptio prædicta. D. d. & intellectus secundū q; facit ipsum intelligere oē. & intendit per istum, illud quod fit, quod est in habitu. Et hoc pronomē, ipsum, potest referri ad intellectum materialem, sicut diximus: & potest referri ad hominē intelligentē. & oportet addere in sermone secundū q; facit ipsum intelligere omne ex se, & quando voluerit. hæc enim est definitio huius habitus. i. vt habens habitum intelligat per ipsum illud, quod est sibi propriū ex se: & quando voluerit, absq; eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco. D. d. & intellectus, secundum q; intelligit, &c. & intendit per istū intelligentiā agentē. & per hoc, quod dixit intelligit omne, quasi aliquis habitus, intendit q; facit oēm rem intellectā in actu, postquā erat in potentia, quasi habitus & forma. D. d. qui est quasi lux, &c. modo dat modū, ex quo oportuit ponere in aīa intelligentiā agentē. nō enim possumus dicere q; proportio intellectus agentis in aīa ad intellectū generatū est, sicut proportio artificij ad artificiatum omnibus modis, ars enim imponit formā in tota materia absq; eo q; in materia sit aliquid existens de intentione formæ, antequā artificium fecerit eam. & non est ita in intellectu. q'm, si ita esset in intellectu tunc homo non indigeret in cōprehendēdo intelligibilia sensu, neq; imaginatione: immo intellecta peruenirēt in intellectū materialē ab intellectu agente, absq; eo q; itellectus materialis idigeret aspicere formas sensibiles. † Neq; etiā possumus dicere q; intentiones imaginatæ sint solæ mouētes intellectū materialē, & extrahentes eū de potentia in actū. Quoniā, si ita esset, tunc nulla differentia esset inter vle, & individuum: & tunc intellectus esset de genere virtutis imaginatiuæ. Vnde necesse est cū hoc, quod posuimus quod proportio intentionum imaginatarum ad intellectum materialē

derit ad illā formā, tunc vocabitur intellectus adeptus. quoniam in huiusce modi dispositione erimus, tūc intelligentes per ipsum, cùm sit forma in nobis: tunc enim est vltima forma in nobis. Huius autem opinionis fundamentum sumitur ex hoc, ꝙ intellectus agens est prima causa efficiens ipsius intellectus materialis, atq; ipsius intellectus adepti, seu in habitu: & ideo non copulatur nobis ab initio: ſ intelligimusq; per ipsum res abstractas. Cùm igit intellectus materialis perfectus euadet, tunc ipse intellectus agens efficietur forma materialis, & coniunget nobis, & intelligemus p ipsum reliquas res abstractas, non ea rōne vt ipse intellectus, qui habitu existit seu q adeptus est, intelligat hunc intellectum. ſ agentē: cū intellect⁹ habitu existens sit generabilis & corruptibilis, is autem intellectus ingenitus quidem ē, atq; incorruptibilis.

Verūtamen idē dubiū prædictū, insurget contra hoc dictum, qm̄ id, quod est nunc forma ipsius intellectus habitu existentis, postquā non fuerat eius forma, ꝓueniet ꝓfecto ab aliqua dispōne de nouo, facta in ipso intellectu adepto, habituq; existēte, quæ quidē est cā, ob quā ille intellectus sit forma ipsi intellectui habitu existenti, postea quā non fuerat. Et, si hmōi dispō non est receptio ipsius intellectus habitu existentis, in quo ſ. recipiatur intellectus agens, quid igitur erit hmōi dispositio? nam, si est receptio, tunc sequeretur ꝙ id, quod est genitum, reciperet æternitatem, similareturq; ipsi æterno. & sic genitum efficeretur æternum: quod est impossibile.

Et

ANTIQVA TRANSL.

Et ideo videmus Alfar. in postremo, cùm credidit opinionem Alex. esse veram in generatione intellus materialis, ꝙ fuit neteſſe apud ipm fm hanc opinionem opinari ꝙ intelligentia agens non est nisi causa agens nō tm̄. & hoc manifeste dixit in Nicomachia. Et est contra suam opinionem in epistola de Intellu. il lic enim dixit esse possibile, vt intellect⁹ materialis intelligat res abstractas: & est opinio Auē pace. Istæ igitur sunt quæstiones ponentibus intellectum materialem esse generatum: & ꝙ finis est continuari cum abstractis.

Et videmus etiam ꝙ sequuntur ponentibus ipsam esse virtutem abstractā qōnes nō minores istis, Qm̄ si natura istius intellectus materialis est ꝙ intelligat res abstractas, necesse est vt semp in futuro, & in præterito sit intelligens eas. Existimat igitur ꝙ sequitur hanc positionem, ꝙ statim, cùm intellectus materialis continuatur nobiscum, statim continuabitur nobis intellectus agens: quod est impossibile, & cōtrarium ei, ꝙ homines ponunt.

Sed ista qō pōt dissolui per illud, quod ante posuimus, ſ. ꝙ intell⁹ materialis nō copulat nobiscū per se, & primo: sed nō copulat nobiscū nisi per suā copulationē cū formis imaginalibus. Et, cùm ita sit possibile est dicere ꝙ modus, fm quē copulatur nobiscum intell⁹ materialis, est ali⁹ à modo, fm quē copulatur ipse cū intellu agēte. Et, si est alius mod⁹, tunc nulla est cōtinuatio oīno. Et, si idē sed primo ē ī aliqua dispōne, & post in alia, quid igitur est illa dispo-

MANTINI TRANSL.

Et ob hoc Alfara. tandem, cū existimaret sniam Alexandri esse verā de generatione intell⁹ materialis, iō conatus fuit opinari iuxta eā sniam ꝙ intell⁹ agens nihil aliud est quām eā efficiens in nobis tantum. & hoc idem dixit manifeste in Nicomachia. Et hoc quidem est cōtrarium suæ soīæ, quam profitetur in illo tractatu de Intellectu. nam ibidem affirmat intell⁹m materialem posse intelligere res separatas. & hæc est sententia Auen pace. Hæc itaq; dubia insurgunt contra ponentes intell⁹m materialem generabilem & corruptibilem, eiusq; finem esse, vt copuletur cum rebus separatis seu intelligentiis abstractis. Contra eos vero, qui affirmant huiusce modi virtutem eē abstractā, insurgūt quoq; dubia, & argumenta non inferiora his dictis. Nam, si de natura huius intellectus materialis esset, vt intelligeret res abstractas, tunc ex hac positione videtur sequi, ꝙ ipse ſemp intelligat eas tam in præterito, quā in futuro. qm̄ statim ꝙ intell⁹ materialis coniungeret⁹ nobis, coniungeret⁹ quoque nobis statim intell⁹ agens: quod est impoſſ, & contra id, quod oēs hoīes asserunt. At hoc dubiū potest solui per ea, quæ paulo ante diximus, nēpe ꝙ intell⁹ materialis non copulatur nobis primo, & per se, immo nō copulatur nobis, nisi ꝓpterea quod copulatur formis imaginariis. Si ergo res ita se hēat, possumus vtiq; dicere ꝙ ea rō, qua intellectus materialis cōiūgit⁹ nobis, ē quidem diuersa ab ea, qua coniungitur cū intellectu agēte. Et, si est alia rō, & modus, tūc nulla daret⁹ copulatio omnino. Sed, si fuerit idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANTIQVA TRANSL.

positio? Si autem posuerimus ꝙ intellectus materialis abstractus non habet naturam intelligendi res abstractas, tunc ambiguitas erit maior. Istæ igitur sunt omnes quæstiones contingentes ponentibus ꝙ perfectio humana est intelligere res abstractas.

Et oportet nos ét narrare sermones, ex quibus existimatur nos consequi ꝙ habemus naturã intelligendi in vltimo res abstractas. isti. n. sermones sunt valde oppositi illis: & forte per hoc poterimus videre veritatẽ. Causa autem istius ambiguitatis, & laboris est, quia nullum sermonem ab Arist. inuenimus in hac intentione; sed tamen Arist. promisit declarare hoc.

Decimo Eth. ca. 8. 9. 10.

Dicamus igit̃ ꝙ Auẽpace multũ perscrutabat in hac qõne, & laborauit declarando hanc continuationẽ esse possibilem in sua epistola, quã vocauit Continuationis intellectus cum hoſe, & in lib. de Anima, & in aliis multis libris videbatur ꝙ ista qõ non receſſit ab eius cogitatione, neq; per tempus nutus vnius oculi. Et nos iam exposuimus illam epistolam secundum nostrum posse. hoc. n. quæsitum valde est difficile. Et, cùm talis fuerit dispositio Auẽpace in hac quæstione, quanto magis alterius hominis. Et verbũ Auẽpace in hoc est firmius verbis aliorum: sed tamen occurrunt ei qõnes quas narrauim⁹. & oportet nos narrare hic vias istius hominis: sed primo ꝙd expositores dixerũt in hoc.

Dicamus

MANTINI TRANSL.

modus, & ratio, sed primo sit sub vna dispositione, & postea sub alia, quid igitur erit illa dispositio? Et, si ponamus intellectum materialem abstractum, non habere naturã, vt intelligat res separatas, tunc maior oriẽ dubietas. Hęc igitur sunt oia dubia, quæ insurgunt cõtra eos, qui asserunt humanã perfectionẽ consistere in hoc, scilicet vt intelligat in vltimo res abstractas.

Sed cogimur quoque afferre eas rõnes, ex quibus vr̃ sequi ꝙ natura huius intellectus est intelligere in vltimo res abstractas. sed hæc verba videntur esse valde contraria illis: sed fortasse per hoc poterimus assequi veritatem. Huius autem ambiguitatis, & laboris causa est, quia nõ inuenimus Aristotelem fecisse verbum de hoc quæsito: licet ipse promiserit exponere hoc.

Auen pace tamen multum elaborauit in hoc dubio, & discussit ipm, i eo tractatu suo, quem vocauit tractatum de Copulatione intellectus cum homine, & in lib. de Anima, & in multis aliis libris eius. videtur. n. hoc quæsitum nunquã decessisse ab eius mente ictu oculi. Nos autem iam exposuimus illum tractatũ suũ pro viribus nostra. est enim hoc quæsitum perdifficile. Et, si Auenpace fuit ita perplexus in hoc quæsito, lõge magis erunt perplexi reliqui homines. Sententia vero Auen pace ẽ cæteris aliis firmior circa hoc, & si contra ipsum etiam occurrant, atq; insurgant dubia illa, iam superius narrata. conabimur igitur narrare hic methodos ac vias, quibus vsus ẽ hic vir: sed primo quid expositores dixerint circa hoc.

Sententia

ANTIQVA TRANSL.

Dicamus igitur ꝙ Themistius sustentatur in hoc per locum à minori. Dicit enim ꝙ, cùm intellectus materialis habeat potentiam ad abstrahendũ formas à materiis, & intelligẽdi eas, quãto magis hẽt i actu intelligẽdi ea, quæ sunt primo denudata à materia. Et iste sermo aut fictita, ꝙ intellectus materialis ẽ corruptibilis, aut nõ corruptibilis. s. separabilis, aut non separabilis. Secundum autem opinionem dicentium ꝙ intellectus materialis est virtus ī corpore & generatus, iste sermo erit sufficiens quoquomodo, nõ probabilis. Non enim sequitur vt illud, quod est visibile in se, sit magis visibile apud nos. v. g. color, & lumen Solis. Color enim minus habet de intentione visibilitatis quàm Sol, cùm color non sit visibilis nisi per Solem: sed non possumus ita aspicere Solem sicut colorem. & hoc accidit vi sui ꝓpter mixtionẽ materiæ.

Si vero posuerimus ꝙ intellect⁹ materialis non est admixtus materiæ, tunc ille sermo erit verus. s. ꝙ illud, quod est magis visibile, magis comprehenditur. †quoniam quod comprehendit minus perfectũ ex eis comprehendentibus, quæ sunt non admixta materiæ, necesse est vt comprehendat perfectius: & non e contrario. Sed, si hoc est necessariũ de natura eius & substantia, contineret quæstio prædicta, quæ est, quomodo non continuatur nobiscum

MANTINI TRANSL.

Sententia Themistij de Intellectu.

Dicamus itaq; ꝙ sententia Themistii de hoc, est fundata super locũ à fortiori, seu à maiori, & conueniẽtiori. Inquit. n. ipse. si intellectus materialis habet vim abstrahendi formas à materiis & intelligendi eas, lõge magis debet habere naturam vt intelligat res de se primo abstractas à materia. Hoc itaq, dictũ idẽ significabit, quod significat dicere intellectũ materialẽ esse corruptibilem vel incorruptibilẽ, hoc est abstractũ vel non abstractum. Sed iuxta sentẽtiam illorum, qui asserunt intellm materialem esse virtutẽ in materia existentẽ, atq; genitũ, tunc hoc dictũ esset aliquo pacto apparens, seu sufficiens, & famosum, sed nõ ꝓbabile. Qm̃, si aliquid vr̃ esse euidens & constare sm se, non propterea sequit, ut idem debeat esse euidentius & magis constare apud nos: vt exẽpli gratia color & lumen Solis. Nã color videtur esse minus visibilis, q̃ sit Sol, cùm ipse color nõ videat, nisi ꝑ Solem: tamen non possumus inspicere Solem, quemadmodũ inspicimus colorem. hoc aũt accidit ipsi visui. propterea quia est mixtus materiç. Sed, si concedamus intellm materialem non esse mixtũ cũ materia, tũc illa sententia esset omnino vera: nempe quæ dicit, ꝙ quicquid ẽ magis⁹ intelligibile, magis cognoscat. q̃m inter oĩa cognoscẽtia, q̃ nõ sunt admixta materiæ, illud quidem, quod cognoscit aliquid minus pfectũ, oportet vt cognoscat quod est magis pfectũ: sed nõ cõuertitur res. Nisi forte hoc sit necessariũ ex nã illius rei, atq; eius essentia, & subã, & tunc sequet iterũ illud dubium pau

⁹a. L. visibile.

ANTIQVA TRANSL.

phēdentibus:quæ ſi ſunt aſſimixta materiæ, quod cōprehendit minus perfectū, neceſſe ē vt cōprehēdat perfectius: ſed nō ecōtrario.

in principio, vt ſtatim quando intellectus materialis continuatur nobiſcum. Si igitur poſuerimus q̄ in poſtremo continuatur nobiſcum, non in primo, debemus reddere cām.

Alex. autem ſuſtentatur in hoc q̄ ſito ſuper hoc, quod dico. & eſt q̄ oē eus, quod generatur, quando peruenerit ad finē in generatione, & ad vltimam perfectionem, tunc peruenier ad complementum, & ad finē in ſua actione, ſi fuerit ex entibus agentibus: aut in ſua paſſione, ſi fuerit ex entibus paſſibilibus: aut in vtroq;, ſi fuerit vtriuſq;. v.g. non venit ad finem in actionem eius, quæ eſt ambulare, niſi quādo venerit ad finem in generatione. Et, quia intellectus, qui eſt in habitu, eſt vnum entium generabilium, neceſſe eſt vt quando venerit ad finem in generatione, veniat ad finem in ſua actione. &, quia actio eius eſt creare intellecta, & intelligere ea, neceſſe eſt vt cum fuerit in vltima perfectione, vt habeat has duas actiones perfecte & perfectio in creādo intellecta eſt facere omnia intellecta in potentia eſſe intellecta in actu: & complementum in intelligendo eſt intelligere omnia abſtracta, & non abſtracta: neceſſe igitur eſt q̄, quando intellectus, qui eſt in habitu, venerit ad cō plementum in ſua generatione, vt habeat has duas actiones.

Et

MANTINI TRANSL.

lo ante poſitum, quod erat, cur nam non copulatur nobis in initio, ſtatiſ. cum copulatur nobis intellectus materialis. Et, ſi dicamus ipſum coniungi nobis in vltimo, & nō in principio rei. tūc erimus coacti reddere huius rei cām. Alexādri vero rō, cui ipſe annectitur circa hoc quæſitum, hæc eſt. nempe, qm̄ quodlibet ens gn̄abile, cū peruenerit ad finem ipſius gn̄ationis, & ad vltimū eius actū & perfectionē, tūc profectō peruenier ad finē, ac perfectionē ſui officii, vel actionis ſuæ, ſi ſit ex genere entiū agentium: aut ſuæ paſſionis, ſi fuerit de gn̄e entiū patiētiū: aut vtriuſq;, ſi fuerit vtriuſq; illorū duorū generis. vt exēpli gr̄a id, cuius actio eſt ambulare, nō pueniet profecto ad illius finē, niſi cū puenerit ad finē gn̄ationis. Cū igitur intellect⁹ adeptus, habituq; exñs ſit vnū ex entibus gn̄abilibus, & corruptibilibus, idcirco oportet vt, cū peruenerit ad finē gn̄ationis, peruenīat quoque ad finē ſui muneris, & actionis. &, cum munus atq; officiū, & actio h⁹ intellect⁹ ſit gn̄are, & creare ipſa intelligibilia, ac intelligere ea, iō oportet vt, cùm ipſe fuerit ī ſuo vltimo actu & perfectione, obtineat quidē integre & perfecte hæc duo munera, atque duas actiones: illa itaq; pfectio, quæ ad creanda intelligibilia attinet, conſiſtit quidē in hoc, vt oīa, q̄ ſunt potentia intelligibilia, efficiantur actu intelligibilia: illa vero pfectio, q̄ ad ipſam intellectionē ſpectat, cōſiſtit in hoc, q̄ intelligat oīa entia, ſiue abſtracta & ſeparata, ſiue nō ſeparata: neceſſum igr̄ē cū intellīs adept⁹ puenerit ad perfectam ſui gn̄ationē q̄ obtineat illa duo munera.

Contrā

ANTIQVA TRANSL.

Et in hoc ſunt qōnes non paruæ. Non. n. eſt manifeſtum per ſe q̄ cō plementum actionis eius, quę eſt in telligere, eſt intelligere res abſtractas: niſi hoc nomen, quod eſt imaginari, diceretur de eis & rebus materialibus vniuoce: ſicut dicitur hoc nomen ambulare de imperfectiori, & perfectiori.

Et etiam qūo attribuitur actio propria intellectui agenti, quæ eſt facere intellecta intellectui generabili & corruptibili. ſ. qui eſt in habitu: niſi quis ponat q̄ intellectus, qui eſt in habitu, ſit intellectus agens cōpoſitus cum intellectu materiali, vt dicit Themiſtius: aut ponat q̄ forma poſtrema nobis, qua abſtrahimus intellecta & intelligimus ea, eſt compoſita ex intellectu, qui eſt ī habitu, & intellectu agente: vt Alex. & Auēpace ponunt: ſicut nos reputamus etiam eſſe apparens ex ſermone Ariſto.

Et, ſi etiam hoc poſuiſſemus eſſe ita, non contingeret ex complemēto actionis eius, quæ eſt creare intellecta, niſi complementum actionis eius, quæ eſt in intelligendo ea, nō intelligendo res abſtractas: cū intelligere eas impoſſibile ē vt attribuat generationi, aut fieri ab aliquo ente generato. v.g. ab intellectu, qui ē in habitu, niſi per accidens. & ſi nō, tunc generabile efficietur æternum ſicut diximus.

†Et cōtingit etiam ſermoni dicenti q̄ forma, qua extrahimus intellecta, eſt intellīs, qui ē in habitu cōpoſitus cū intellectu agente, magna

MANTINI TRANSL.

Contra hoc tamen non pauca inſurgunt dubia. Qm̄ non eſt hoc de ſe notū, videlicet q̄ perfectio actionis ipſius intellectionis conſiſtat in intelligendo res abſtractas: niſi forte nomen conceptus, ſeu imaginationis dicaē de ipſis, & de rebus materialibus vniuoce: ſicut hoc nomē ambulatio dicitur de imperfecta & de perfecta aliquo modo. Præterea, quo nā pacto illa actio, quæ eſt propria ipſi intellectui agēti, q̄ qui dē eſt creare intelligibilia, poterit referri ad ipſum intellm gn̄abilem & corruptibilem, qui eſt vtiq; ipſe intellīs adeptus: niſi quis affirmet q̄ intellectus adeptus, ſeu habitu exñs ſit ipſemet intellectus agens, compoſitus cum intellectu materiali, vt dicit Themiſtius, vel affirmet illam vltimam formam in nobis exiſtentem, qua abſtrahimus ipſa intelligibilia, atq; intelligimus ea, ſit quædā forma, quæ ex intellu adepto, & intellu agente conſtet: quemadmodū affirmant Alex. & Auen pace: & eo modo, quo nos redimus ex verbis Ariſt. apparere. Et, ſi nos quoq; idē affirmaremus, nō propterea ſequeē ex perfectione actionis huius intellectus, quę eſt gn̄are ipſa intelligibilia, niſi perfectio illius actionis, quæ eſt intelligere ea, nō intelligere res abſtractas: cū illorū intellectio ſit ī poſis ea rōne, qua referuntur ad ipſam gn̄ationem, vel habeāt ortum ab aliqua re gn̄ata, exempli gr̄a ab intellu adepto, niſi per accidēs. alias n. ipſum genitū efficereē æternū, vt diximus. Inſurgeret quoq; contra eos, q affirmant formā, qua abſtrahimus intelligibilia, eē intellm adeptū compoſitum cum intellectu

ANTIQVA TRANSL.

Hic uidet Cō. negari q̄ æternū indigeat corruptibili, ad hoc vt ex eis fiat vna actio. Sed uide opp. 2.ph.t. cō. 26.&. 8. phy. 15. 1. Cę. 22. 7. Met. 31.& 3. de Aīa 18. de intellu agēte, & phātasmatib⁹

gna quæstio. æternum enim nō indiget in sua actione generabili & corruptibili. quomodo igitur componitur æternum cum corruptibili ita q̄ ex eis fiat vna actio? sed post loquemur de hoc. Videtur. n. q̄ ista positio ē quasi pricipiū, & fundamētum eius, quod volumus dicere de possibilitate continuationis cum rebus abstractis ſm Arist. ſ. positio, q̄ forma postrema nobis, qua extrahimus intellecta, & facimus ea per volūtatem nostram, est composita ex intellectu agente & intellectu, qui ē i habitu. Hoc igitur vidimus de sermone expositorum Peripateticorū in hunc finem esse possibile. ſ. intelligere in postremo res abstractas.

Tertia p⁹ digressionis, in qua ponit opinio Auen pacis & primo prima eius rō.

Auen pace autem multum loquebatur in hoc, & maxime in epistola, quam appellauit Continuationem intellectus cum homine. Et illud, super quod sustentatus est in hac quæstione est hoc. Primo enim posuit quòd intellecta speculatiua sunt facta. Deinde posuit quòd omne factum habet quiditatem. Deinde posuit quòd omne habens quiditatem, intellectus innatus est extrahere illam quiditatem. Ex quibus concluditur quòd intellectus innatus est extrahere formas intellectorum, & quiditates eorum. & in hoc conuenit cum ipso Alfarabio in libro de Intellectu & intellecto. & inde extraxit hoc Auen pace & cum hoc conclusit quòd intellectus

MANTINI TRANSL.

agente, maximū dubiū. quod est. ſ. q̄ æternū nō indiget p̄ sua actione aliquo gñabili & corruptibili. quo pacto ergo cōponit æternū cū gñabili & corruptibili, ita vt ex eis resultet vna actio? nos tū loquemur de hoc posthac. Vī. n. q̄ hæc ſnīa sit veluti principiū, & fundamentum eorū, quę volumus determinare circa positatem cōiunctionis intellus nostri cū rebus abstractis iuxta sententiam Arist. videlicet ea sententia quæ affirmat q̄ vltima forma, quæ in nobis exiſtit, qua denudamus ipſa intelligibilia, eaq; efficimus pro arbitrio ac voluntate nostra, est vtique forma cōposita ex intellectu agēte & intellu adepto habitu, ſ. existēte. Hoc itaq; ē id, quod nos vidimus ex verbis expositorū ſectātiū ipsum Aristo. circa possibilitatē huius finis, hoc est q̄ sit possibile intellegere in vltimo res abstractas.

Snīa Auen pace de Intellectu.

Auen pace autē laborauit multū in hoc negocio, & præsertim in eo tractatu, cui titulus est de Copulatione inteīs cum hoīe Et eius fundamentum in hoc quæsito tale ē. Primo q̄ dē ipse supponit, ipsa intelligibilia speculabilia eē gñata, ac de nouo facta. Scdo supponit, oē gñatum hre aliquam quiditatē. Tertio supponit, q̄ quicquid habet aliquā quiditatē, ipse intellus est natura prō ptus abstrahere illā quiditatem, ac denudare. Ex oībus ergo his, ipse cōcluditipsum intellus esse natura aptū abstrahere formas ipsorum intelligibiliū, eorūq; q̄ditates. & I hoc cōuenit etiam cū ipso Alfarabio in suo lib. de Intellectu, & intelligibili. & hinc pronunciauit Auen pace, &

ANTIQVA TRANSL.

ctus innatus est extrahere formas intellectorum, & quiditates eorum.

Et iuit in hoc per duas vias. quarum vna est in epistola secunda aūt in libro de Anima. & sunt vicinantes se, in libro autem de Anima cōiūxit huic q̄ intellectis rerum non cōtingit multitudo, nisi per multiplicationem formarum ſpiritualium, cū quibus sustinebunt in vnoquo; indiuiduo: & per hoc fuit intellectū equi apud me aliud, quàm itellectū eius apud te. Ex quo consequitur secundum conuerhonem oppositi q̄ omne intellectum non habens formam ſpiritualem, à qua ſustentatur illud intellectum, est vnū apud me, & apud te. Deinde coniungit huic q̄ quiditas intellecti, & forma eius non habet formam ſpiritualem, neque indiuidualem, cui ſustentatur: cum quiditas intellecti non est quiditas indiuidui ſingularis, neq; ſpiritualis, neque corporalis. intellectum enim declaratum est quòd non est indiuiduum. Ex quo consequitur vt intellectus ſit innatus intelligere quiditatem intellecti, cuius intellectus est vnus omnibus hominibus: & quòd est tale est ſubstantia abſtracta.

In libro vero de Aīa posuit primo quòd quiditas intellecti, secundum quòd est intellectum, ſi non fuerit conceſſum nobis quòd non habet quiditatem, & quòd non est ſimplex ſed composita, sicut diſpoſitio in omnibus quiditatibus factis, & fuerit dictum quòd quiditas illius in-

MANTINI TRANSL.

& conclusit, intellectum esse aptum abſtrahere formas intelligibiliū, & eorum quiditates. Et circa hoc us⁹ est duabus rationibus. quarū vna in ſuo tractatu, ad hoc negociū ꝓprie edito continetur. altera vero in ſuo lib. de Aīa habetur. quę quidem rōnes ſunt inter ſe ſatis cōformes. Verum in lib. de Aīa adiecit ad hoc, & ſubiūxit q̄ in intelligibilibus entiū, non accidit pluralitas, niſi propter pluralitatē formarū ſpiritualiū, quibus extant, & conſiſtunt in quolibet indiuiduorū. & iō intelligibile equi, atq; aſini in me, est diuersum ab eodem intelligibili in te. Ex hoc ergo ſequitur oppoſitum contradictorij, videlicet q̄ oē intelligibile, qd⁹ non habeat formā ſpūalem, ſuper quem ſuſtētet illud intelligibile, erit vtiq; idem in me, & in te, Subiūxit inſuper, & addidit huic ſententiæ hoc, videlicet q̄ quiditas ipſius intelligibilis, eiuſq; forma non habet formam ſpiritualē, neq; indiuiduā, cui innitatur, & ſulciatur: cū quiditas ipſius intelligibilis nō ſit quiditas ipſius indiuidui ſingularis, tū ſpiritualis, tum ē corporalis. nā iam ſatis conſtat ipſum intelligibile nō esse indiuiduū. Sequitur igitur ex hoc ipſum intellectum esse aptum vt intelligat quiditatem ipſius intelligibilis, ꝓ quo ip ſe intellus est vnicus m oībus, hoīb⁹ id autem, quod ita ſe habet, est vtiq; ſubſtantia ſeparata. In lib. ramen de Anima dixit primo q̄ quiditas ipſi⁹ intelligibilis, quaten⁹ est intelligibile, ſi non concedat nobis aduerſarius ipſum nō habere quiditatem, neq; esse ſimplex ſed compoſitum, vt res ſe habet in cunctis quiditatibus gñatis, & iā fuit dictum q̄ quiditas huius

ius

ANTIQVA TRANSL.

intellecti, ſecundum quòd eſt intellectum habet etiam quiditatem, ſcilicet intellectum iſtius quiditatis, tunc iſte intellectus etiam erit innatus reuerti, & extrahere illam quiditatem.

Et, ſi nõ fuerit cõceſſum nobis ꝙ iſta quiditas eſt ſimplex, & ꝙ eos ex ea eſt idẽ cũ intellectu, continget in ea ꝙ cõtingit in primo, & eſt ꝙ etiã habeat quiditatem factã. Et neceſſe eſt tũc, aut vt hoc procedat in infinitũ, aut vt intellect⁹ ſecetur ibi. Sed impoſſe eſt hoc ꝓcedere in infinitũ: quia faceret quiditates, & intellectus infinitos diuerſos in ſpe eſſe. ſ. ſm ꝙ quã eorũ ſunt magis liberati à mã q̃ quidã: neceſſe eſt igr vt intellectus ſecet. Et, cũ ſecabitur, tunc, aut pueniet ad quiditatẽ, quæ non habet quiditatẽ, aut ad aliquid hñs quiditatẽ, ſed intellectus nõ habet naturã extrahẽdi illã: aut ad aliquid nõ habens quiditatẽ, neq; eſt quiditas. Sed impoſſe ẽ inuenire quiditatẽ, quã intellect⁹ nõ eſt innatus extrahere à quiditate: qm̃ iſte intellectus tunc non dicere tur intellectus, niſi æquiuoce: cũ ſit poſitum ꝙ intellectus innatus eſt abſtrahere quiditatem, in eo ꝙ eſt quiditas: & impoſſibile eſt etiam vt intellectus perueniat ad aliquid non habẽs quiditatẽ, & non ſit quiditas: quia qd⁹ nõ eſt quiditas, neq; habet quiditatẽ, hoc eſt priuatio ſimpliciter. Remanet igr̃ tertia diuiſio: & eſt ꝙ intellectus peruenit ad quiditatem non habentem quiditatem. & quòd eſt tale eſt forma abſtracta.

Qđ nõ eſt qditas nec quiditatẽ hñs ẽ pura priuatio.

Et

MANTINI TRANSL.

ius intelligibilis, quatenus eſt intelligibile. hẽt vtiq; quiditatẽ, i. intelligibile illius quiditatis, tunc is quoq; intellectus erit aptus cõuerti, & abſtrahere illã quiditatẽ. At, ſi aduerſarius nõ cõcederet nobis illã quiditatẽ eſſe ſimplicẽ, & ꝙ id, qđ de ipſa reperit, ſit idẽ cũ ipſo intelligibili, tũc idẽ cõtinget huic qđ cõtingebat priori, nẽpe vt hẽat ẽt qditatẽ nouiter genitã & factã. Et ſequet tũc ex hoc, vel rẽ in ĩfinitũ proceſſurã, vel ꝙ intellꝰ ibi ſiſtatur. ſed procedere rem in infinitum eſt impoſſe, propterea quia efficeret quiditates, atq; intellꝰ in finitos diuerſos gñe eſſendi, eò quia alij, vel alia eorũ alijs ſint magis exptes materiæ: relinquit igr̃ vt oporteat intellectũ tunc ſiſti. Et, ſi ſiſtat, tunc uel perueniet ad quiditatẽ, quę nõ habet quiditatem, vel ad quiditatẽ habentẽ quoq; quiditatẽ, attamẽ ipſe intellectus nõ habeat naturã denudãdi atq; abſtrahẽdi illã quiditatẽ: aut ad aliquid nõ habens quiditatẽ, neq; eſt & ipſum quiditas aliqua. Sed impoſſe eſt reperiri aliquã quiditatẽ, quam intellectus non ſit aptus abſtrahere ab habente eã. nã tunc is intellectus non vocaretur intellect⁹, niſi æquiuoce: cũ iam ſit ſancitũ ipſum intellectũ eſſe aptũ abſtrahere quiditatẽ, quatenus eſt quiditas: impoſſe quoq; eſt vt ipſe intellect⁹ perueniat ad aliquid, quod non habeat quiditatẽ, neq; ſit quoque quiditas: quia id, quod nõ eſt quiditas, neque hẽt quiditatẽ, eſt quidẽ mera priuatio. Relinquitur igr̃ tertia pars diuiſionis, quæ eſt videlicet ꝙ intellꝰ perueniat ad quiditatẽ non habẽtẽ quiditatẽ. id vero, quod ita ſe hẽt, eſt vtiq; forma ſeparata. Hãc aũt rationem

E *a.l. intellectus ſi finita ſit ria.

F

ANTIQVA TRANSL.

Et confirmauit hoc per illud, quod conſuetus eſt Ariſt. dicere in talibus demonſtrationibus, ſcqm̃ qm̃ neceſſe eſt abſcindere in infinitum, melius eſt abſcindere eum in principio.

Erit igitur concluſio iſtius demõſtrationis eadẽ cum concluſione demonſtrationis prædictæ. Qm̃, ſi nõ addiderit hoc, poterit aliquis dicere multos intellectus eſſe medios inter intellꝰm, qui eſt in habitu, & inter intellectũ agentem: aut vnũ, vt intendit Alfarab. in ſuo tractatu de Intellectu & intellecto, quẽ vocauit illic adeptum: aut plures vno. Et exiſtimatur ꝙ Alfarabius concedit hoc in ſuo lib. de Gñatione & Corruptione, ubi d. qũo conſumentur iſti intellectus medij. ſ. quorum eſſe poſuimus inter intellectum ſpeculatiuũ, & inter intellectũ agentẽ. Iſtæ igr̃ ſunt viæ magis firmæ, per quas iuit iſte homo in hac intentione.

Nos autem dicamus, ſi hoc nomen quiditas dicatur de quiditatibus rerum materialiũ, & de quiditatibus intellectuũ abſtractorum modo vniuoco, tunc propoſitio dicens ꝙ intellect⁹ natus eſt abſtrahere quiditates in eo ꝙ ſunt quiditates, erit vera: & ſimiliter dicere quòd intellecta eſſe compoſita, & indiuidua eſſe compoſita fuerit vniuocum. ſi autem æquiuocum, tunc demonſtratio non erit vera. Quomodo autẽ, eſt valde difficile. manifeſtum eſt. n. per ſe ꝙ hoc nomen quiditas nõ dicitur de eis pure vniuoce, neq; pure æquiuoce. Vtrum autẽ dicatur multipliciter quòd eſt medium, indiget conſyderatione.

Sed

MANTINI TRANSL.

nẽ confirmauit per id, quod Ariſt. ẽ aſſuetus dicere ĩ huiuſuſcemodi demõſtrationibus, nẽpe ꝙ, cùm cogimur ſiſti, ne in infinitũ procedamus, melius eſt ſiſti in principio rei. Sic igr̃ cõcluſio huius demõſtrationis erit vtiq; eadẽ cũ cõcluſione præcedẽtis demõnis. Nã, ſi non addat hoc ei, tũc poterit quis dicere multos intercedere intellectus inter intellectum adeptũ, & intellectũ agentẽ: vel tm̃ vnũ, vt voluit Alfarabius in ſuo tractatu de Intellectu, & intelligibili, quẽ intellectũ vocauit ibi adeptum, ſeu influxũ. vel erũt plures vno, qui intercedũt. Et vr̃ ꝙ Alfarabius concedat hoc in ſuo lib. de Gñatione & Corruptiõe, cũ ibi ponat modũ, quo diſſoluant hmõi intellect⁹ medij, quorũ eſſe diximus intercedere inter intellectum ſpeculatiuũ, & intellꝰm agentẽ. Hæ itaq; rõnes, ſeu viæ ſunt ualidiores circa hoc quæſitũ, de quibus fecit mentionẽ hic Vir. Nos aũt dicimus ꝙ, ſi quiditas dicat vniuoce de quiditatibus rerũ materialiũ, & de quiditatibus* intelligentiarũ ſeparatarũ, tunc illa propõ, quæ dicit ꝙ intellectus eſt nã aptus abſtrahere quiditates quatenus ſunt quiditates, eſſet utiq; vera: ſil'r̃q; illa propõ, quæ dicit ꝙ ipſa intelligibilia sũt cõpoſita, & ꝙ indiuidua ſunt cõpoſita, ſi vniuoce dicatur, erit quoq; vera. ſed ſi æquiuoce dicat, tunc demſtratio non erit vera. Sed vtcũq; reſſe hẽat, tandẽ hoc negociũ eſt admodũ difficile. ſed maxime de ſe cõſtat hoc nomẽ. ſ. quiditatẽ nec mere æquiuoce, neq; mer vniuoce dici. At vtrũ dicat ſm prius & poſterius, qui quidẽ modus ẽ medius iter vniuocũ & æquocũ modũ, ĩdiget vtiq; aliqua cõſyderatione.

*a.l. intellectuũ ſi paratorũ

Sed,

ANTIQVA TRANSL.

Sed, si concesserimus hoc dici vnioce, hic continget prædicta quæstio: & est quomodo corruptibile intelligit ꝙ non est corruptibile secũdum opinionem dicentium quòd intellectus materialis est corruptibilis, & est opinio Auẽpace: aut quomodo intelligit intellectione noua, & quòd innatum est semper intelligere ea in futuro & in præterito, secundum opinionem dicentium ꝙ intellectus materialis non est generabilis neque corruptibilis. Et etiã, si posuerimus ꝙ intelligere res abstractas est in substantia, & in natura intellectus materialis, quare igitur ista intellectio nõ currit cursu intellectionum materialiũ nobis? ita ꝙ hoc intelligere sit pars partiũ scietiarum speculatiuarum: & erit vnũ quæsitorum in scientia speculatiua.

Et Auen pace videtur ambigere in hoc loco. D. enim in epistola, quã uocauit Expeditionis, quòd impossibilitas est duobus modis, naturalis', & diuina: id est ꝙ intellectio illius intellectus est de possibilitate diuina, non de possibilitate naturæ. In epistola autem Continuationis d.
Et, cũm Philosophus ascenderit alia ascensione, consyderando in intellectio inquantum intellectũ, tunc intelliget substantiam abstractam. Et manifestum est ex hoc ꝙ intelligere intellectum secundum illũ, est pars scientiarum speculatiuarum, s. scientia Naturali & hoc apparuit ẽt in illa perscrutatione ab eo.
Et, cùm ita sit, nos omnes homines, quod accidit nobis de ignorantia istius sciẽtiæ, aut erit quia adhuc non scimus propositiones, quæ inducunt

MANTINI TRANSL.

Sed, si concedamus eã dici vnioce, tunc sequetur illud dubiũ supius dictum: nẽpe quo pacto, id quod est corruptibile, possit intelligere ipsũ incorruptibile iuxta sententiam illorũ, qui asserunt intellectũ materiale esse gñabilẽ & corruptibilẽ, & est sententia ipsius Auen pace: vel quo pacto id, quod est nã aptũ intelligere illa sẽper tã in præterito q̃ in futuro, iuxta sententiã illorũ, qui affirmãt intellectũ materialẽ esse ingenitũ & incorruptibilẽ, possit intelligere nouã intellectionẽ. Præterea, si affirmem' ꝙ de essentia ac nã ipsius Intellectus materialis sit intelligere res abstractas, cur ergo hmõi intellectio non se hẽt vt se hãt aliæ intellectiones materiales in nobis? ita vt hmõi intellectio sit vna ex partibus sciarũ speculatiuarũ: & sit quoq; vnum ex quæsitis scientiæ speculatiuæ.
Auẽ pace aũt vĩ esse valde perplexus in hoc negotio. Nã, in sua epistola, cui titulus est de perfectione, dixit ipsum pse bilitatiã dici, nẽpe nãle, & diuinũ: & vult ꝙ intellectio huius intellectus sit quoddã pse diuinũ, non aũt naturale. Sed in sua epistola de Copulatione nõata, dixit hæc verba. Et, cũ Philosophus ascendit alio ascẽsu, dũ cõsyderat ipsã Intelligibilia, quatenꝰ sunt intelligibilia, tũc intelligit substantiã intelligẽtia rũ separatarũ. Ex hoc aũt satis patet ipsum credere, ꝙ intellectio ipsius intellectus est pars sciarum speculatiuarũ, videlicet pars sciæ Naturalis, & hoc etiam satis apparet ex verbis eius in illa inquisitione. Si ergo ita res habet, sequeret ꝙ nos oẽs homines si ignorauerimus hãc sciam, id quidẽ iõ cõtinget, vel quia nondũ sciuimꝰ illas

ANTIQVA TRANSL.

ducunt nos ad hanc scientiam, vt dicitur de multis artificijs, quæ videntur esse possibilia, sed sunt causarum ignoratarum, verbi gratia Archymiæ: aut hoc intelligere hoc, acquiritur per exercitium, & vsum in rebus naturalibus, sed nondum habemus de exercitio & vsu tantum, per quod possumus hoc acquirere hãc intellectionem: aut erit hoc propter diminutionem nostræ naturæ naturaliter.

Si igitur hoc acciderit propter diminutionem in natura, tunc nos, & omnes, qui innati sunt acquirere hanc scientiam, dicimur homines æquinoce. Et, si hoc accidat propter ignorantiam propositionum inducentium in hanc scientiam, tunc scietia speculatiua nõdum est perfecta. Et forte Auẽpace dicit hoc esse inopinabile. sed non impossibile. Et, si hoc accidit propter consuetudinem tunc sermo erit propinquus sermoni dicẽti quòd causa in hoc est ignorantia propositionum inducentium in hanc scientiã. & omne hoc, quod dẽ vĩ esse remotum, licet non impossibile, quomodo igitur potest euadere ab illis quæstionibus prædictis?

Hæ igitur oẽs quæstiones sunt contingentes huic quæsito: & sunt ita difficiles sicut tu vides. & oportet nos dicere ꝙ apparuit nobis in hoc. Dicamus igitur quoniam intellectus existẽs nobis habet duas actiones,

MANTINI TRANSL.

illas ꝓpõnes, quæ ducunt nos in hãc sciam, vt dr̃ ẽt de multis artibus, quæ vñr posse addisci, cũm' eñ adhuc sint incognitæ, & occultæ, ꝓpea, quia cognitio cãrum earũ est vtiq; occulta vt gra exempli in arte Fusoria, quæ vulgo Archymia vocatur, euenire solet: vel illud cõtinget, quia hmõi intellectio acquirit̃ per exercitationẽ & vsum factũ in rebus naturalib⁹. sed nondum deuenimus ad tantam exercitationẽ, & vsum, qui sit satis ꝓ huiusce modi intellectione acq̃renda: vel hoc idem continget, quia natura nostra est naturaliter impotens arq; imbecillis vt possit ita adipisci.
Si hoc itaq; proueniat ob nr̃am naturalẽ impotentiã: naturaléq; defectũ, tunc nos, & oẽs homines qui sunt natura apti adipisci hmõi sciam, vocaremur homines æquoce. At, si hoc eueniat, propterea quia ignorantur ꝓpõnes, quæ in hãc ducunt sciam, sic scia speculatiua nondum esset cõpleta & pfecta. Et fortasse dixit Auẽpace hoc nõ esse verisimile, neq; opinabile. sed re vera non est inopinabile. Quod, si hoc eueniat propter ipsam exercitationẽ & vsũ, tunc hmõi sententia nõ erit absimilis ab illa, q̃ affirmat huius rei causam eẽ ipsam ignorantiã propositionũ, quæ ducunt ad hãc scientiam. Hoc aũt põt dici esse remotũ, seu dissonum, sed non impossibile, quo pacto ergo potuit euitare illa dubia prædicta?
Sententia Auerois de Intellectu.
Hæc igit̃ sunt oĩa dubia, quæ possunt asserri in hoc quæsito, quę tu vides esse valde difficilia. nos itaq; cogimur dicere id, quod nobis videtur circa hoc. Dicamus ergo ꝙ, cũ intellectus, q̃ in nobis existit, duas habeat

ANTIQVA TRANSL.

posit opinio Auer. de vltima hois beatitudine.

nes, secundum q̃ attribuitur nobis: Quarũ vna est de genere passionis, & est intelligere: Et alia in genere actionis, & extrahere formas & denudare eas à materijs: quod nihil ẽ aliud nisi facere eas intellectas in actu, postquam erant in potẽtia: manifestum est quoniam in uoluntate nostra est, cùm habuerimus intellectum, qui est in habitu, intelligere quodcunque intellectum voluerimus, & extrahere quamcunq; formam voluerimus.

Hic cõ. attribuit extractionẽ eiusmodi formę intellectui in habitu. & ĩ oppositum d. cõ ira Alex. supra. Vide contra. Zim.

Et ista actio, scilicet creare Itellecta, & facere ea est prior in nobis q̃ actio, quæ est intelligere: sicut dicit Alexan. Et ideo dicit quòd dignius est describere intellectum per hanc actionem, non per passionem: cùm in passione communicet ei aliud ex uirtutibus animalibus. Sed hoc est de opinione dicentium quòd passio in eis non dicitur æquiuoce.

Et propter istam actionem, scilicet extrahere quodcunque intellectum voluerimus, & facere ipsum in actu, postquam fuit in potentia, opinatus est Themistius q̃ intellectus, qui est in habitu, est compositus ex intellectu materiali & agẽte. Et hoc idem fecit Alexan. credere quòd intellectus, qui est in nobis, aut est cõpositus, aut quasi compositus ex intellectu agente, & ex eo, qui est in habitu: cũ opinetur q̃ substantia eius, quæ est in habitu, debet esse alia à substantia intellectus agentis.

Et cũ hæc duo fundamenta sint posita, scilicet quòd intellectus qui est nobis, habet has duas actiones, scilicet comprehendere intellecta, &

MANTINI TRANSL.

beat actiones, ea, s. ratione, qua est relatus ad nos: quarũ. Vna est gñis passionis, & illa quidẽ est ipsa ĩtellectio (seu ipsum intelligere:) Altera vero est gñis actionis nẽpe quę est abstrahere formas, easq; denudare ab ipsis materiis: quod quidẽ officiũ, nihil aliud est q̃ efficere eas intelligibiles actu, postq̃ erant intelligibiles potẽtia: manifestum est q̃, qñ habemus intellectum adeptũ, ex nra vtiq; voluntate pẽdet intelligere quodcũq; intelligibile voluerimus, & abstrahere quãcunq; formã voluerimus.

Hæc aũt actio, quæ est gñare intelligibilia, eaq; efficere, prior existit in nobis, q̃ actio Itellectionis, eo pacto, quo Alex. dicebat. Et ideo dicebat q̃ conuenientius erat describere intellectũ hac actione, & nõ aliqua passione: cũ ipse intellectus cõcret in ipsa passione cũ aliqua ex virtutibus animantiũ. Veruntamen hoc vt ẽ verũ, iuxta sentẽtiã illorũ, qui affirmant ipsam passionẽ non dici de eis æquiuoce. Et propter huiusmodi actionẽ, quæ est abstrahere q̃ cũq; intelligibile voluerimus, & illud efficere actu existens, postquã erat potentia, est opinatus Themist. intellectũ adeptũ cõstare ex intellectu materiali, & intellectu agente. Et hoc idem induxit Alex. vt crederet intellectũ in nobis existentẽ esse vtiq; cõpositũ, aut veluti cõpositũ ex intellectu agẽte & intellectu adepto: postq̃ ipse putat substantiã intellectus adepti debere esse diuersã à substantia intellectus agentis. His igr duobus fundamẽtis ita positis, nempe q̃ intellectus, qui in nobis existit, duas obtineat actiones, quę. s. sunt cognoscere intelligibilia, & efficere intelligibilia

ANTIQVA TRANSL.

& facere ea: Intellecta autem duobus modis fiũt in nobis, aut naturaliter, & sunt primæ propositiones, quas nescimus quando extiterunt, & vnde, aut quomodo: aut voluntarie, & sunt intellecta acquisita ex primis propositionibus: Et fuit declaratum q̃ necesse est vt intellecta habita à nobis naturaliter sint ab aliquo quod est in se intellectus liberatus à materia, & est intellectus agens: Et, cum hoc declaratum est, necesse est vt intellecta, habita à nobis à primis propositionibus sint aliquod factũ ex congregato ex propositionibus notis, & intellectu agente. Nõ enim possumus dicere q̃ ꝓpositiones nõ habent intuitum in esse intellectorum acquisitorum. Neque etiam possumus dicere q̃ propositiones ipsæ solæ sint agentes eas, iam enim declaratum est agens esse vnum, & æternum, vt intendebant quidam Antiquorum, & opinati sunt quòd eas intendebat Aristo, per intellectum agentem.

Et, cũ ita sit, necesse est vt intellectus speculatiuus sit aliquid gñatum ab intellectu agẽte, & in primis propositionibus. & cõtingit q̃ iste modus intellectorũ sit voluntarie: econuerso intellectus primis nãlibus. Et ois actio facta ex congregato duorũ diuersorũ, necesse est vt alterũ duorum illorum sit quasi materia & instrumentũ, & aliud sit quasi forma, aut agens. Intellectus igitur, qui est in nobis, cõponitur ex Itellectu, qui est in habitu, & intellectu agẽte: aut ita, q̃ propõnes sint quasi materia, & in-

MANTINI TRANSL.

gibilia: Fiũt aũt in nobis ipsa intelligibilia bifariã: nempe uel nã, & sunt illæ primæ propõnes (seu prima ptcipia) q̃ quidẽ sũt nobis ignotæ, qũ scilicet & vñ, vel qua rõne nobis euenerint: aut sunt intelligibilia volũtate acquisita, q̃ quidẽ sũt illa intelligibilia, q̃ ex illis primis propõnibus, seu principijs acquiruntur: Iã autẽ fuit probatũ ipsa intelligibilia, quæ natura adipiscimur, esse necessariũ, vt reperiãtur & proueniant à re, quę est de seipsa intellectus denudatus, & abstractus à mã, qui quidẽ est ipse intellectus agens: Cũ ergo sit probatũ ipsa intelligibilia, quæ sunt in nobis adepta ex primis propositionibus, seu primis principijs, oportere esse quid factum aggregatũ ex propositionibus veris per se notis, & ex intellectu agente, non possumus igitur dicere primas propõnes nihil facere ad inuentionẽ intelligibilium acquisitorum & adeptoꝝ. Sed non possumus quoq; dicere illas tm̃ propositiones efficere illa intelligibilia: nã iã probatũ fuit ipsum agens esse vnum, & æternũ, vt opinati sũt aliq Antiquorũ, qui quidẽ putarũt Arist. innuere eas, dũ dicebat intellectum agẽtem. Oportet itaq; intellectum speculatiuũ esse quid genitũ ex intellectu agẽte, & primis ꝓpõnib', oportetq; hoc genus intelligibiliũ cẽ volũtariũ: intelligibilia vero prima naturalia cõtrario mõ se hñt. Quælibet aũt actio, quæ ex aggregato duarũ rerũ diuersarum resultat, oportet vtiq; vt vna illarũ duarũ rerũ se hẽat veluti mã, & instrm: altera vero veluti forma, aut agens. Intellectus ergo, q̃ in nobis existit, constabit vtiq; ex intellectu adepto, & ex intellectu

agente

ANTIQVA TRANSL.

intellectus agẽs est quasi forma: aut ita, quód propositiones sint quasi instrumentum, & intellectus agens est quasi efficiens. dispositio .n. in hoc est consimilis.

Sed, si posuerimus ꝙ propositiones sunt quasi instrumentum, contingit vt actio æterna proueniat à duobus, quorũ vnum est ẽternũ, & aliud nõ æternũ, aut ponat ꝙ instrm sit ẽternum: & sic intellã speculatiua erunt æterna. Et hoc ẽt magis cõtingit, si posuerimus eas propositiones quasi materiã. impossẽ est .n. ut aliqđ generabile & corruptibile sit materia æterni. Quomodo igitur poterimus euadere ab hac quæstione?

Impossẽ ẽt a'liquid gñabile & corruptibile sit mãterni.

Dicamus igit' ꝙ, si hoc, quod dicimus qđ necesse est ꝙ propõnes sint de intellu agẽte, aut quasi mã, aut q̃si instrm, si hñt ingressum in esse intellectorũ speculatiuorum, non fuit sermo necessariæ consequentiæ, fm ꝙ mã est materia & instrm est instrumentũ, sed fm ꝙ necesse est hic esse proportionẽ, & dispõnem inter intellectũ agentẽ, & propositiones, q̃ assimilant materiæ, & instrm aliquod, nó quia est mã vera, aut instrumentũ veꝝ, & tunc vẽ nobis ꝙ possumus scire modũ, fm qué est intellus, qui est in habitu quasi mã, & subiectum agentis. Et, cũ iste modus fuerit positus nobis, forte facile poterimus scire modum, fm quem continuatur cum intellectis separabilib⁹.

Dicamus igitur, sermo autem dicentis ꝙ, si conclusiones acquirũtur à nobis ab intellectu agente, & propositionibus, necesse est vt propositiones sint de intellectu agente quasi materia & verum instrumentũ, ille inq̃ sermo non est necessarius: sed tamen

MANTINI TRANSL. D

agẽte. & hoc quidem fiet, vel cũ ipsæ propositiones se habuerint veluti instrm, & intellectus agens se habuerit ueluti effitiẽs: aut cũ ipsæ propõnes se habuerint veluti mã, & intellect⁹ agens veluti forma. & in hoc res est satis similis. Verũ, si cõcedamus ipsas propõnes se hñe vt instrm, tũc sequetur vt actio ẽterna, oriat' ex duabus reb⁹, quaꝝ vna é ẽterna, & altera nõ ẽterna: aut cõcedamus instrm eé æternũ: & sic ipsa intelligibilia speculatiua, seu cõtemplatiua erũt vtiq; æterna. Et hoc quidẽ potius cõtingeret, si ponamus illas propõnes se hñe E ueluti mã. qm̃ qđ' gñabile est atque corruptibile, non põt esse materia ipsius rei æternæ. Quo pacto ergo põterimus euitare hoc dubium? Nos aũt dicimus ꝙ, si id, qđ' dicebam⁹, ſ. oportere ipsas propõnes se hñe ad intellectũ agentẽ veluti mã, aut veluti instrm, * si habeant ingressum in eã ipsorũ intelligibiliũ speculabilium, tũc hoc dictũ nõ esset necessario inferẽs conclusionẽ, ea rõne, qua mã é mã, & instrm instrm, sed quatenus est necessarium vt reperiat' aliqua proportio, & rõ inter intellectũ agẽtẽ, & ipsas propõnes, quæ similant' cuidã materię & alicui instrõ, nõ ꝙ F sit veꝝ materia, aut vere instrm. & ex hoc vẽ nobis poste nos scire modũ, quo intellectus adeptus se habeat ve lut materia, & subiectũ ipsius agẽtis. Hac itaq; via sic nobis posita, fortasse poterimus facile scire modũ, quo copulatur cũ intelligentiis separatis. Et idcirco, cũ dr ꝙ, si propõnes sint nobis acquisitæ & traditæ p intellm agẽtẽ, & per propõnes, tunc oporteret ipsas propõnes se hñe ad intellectum agentẽ veluti vera materia & ueluti

* a.l. ẽ ingrediat

ANTIQVA TRNSL. A

tamen necesse est illic esse respectũ, fm quem ītellectus, qui est in habitu assimiletur materiæ, & intellect⁹ agẽs assimiletur formæ. Quid igitur est iste respectus, & ex quo accidit intellectui agenti habere hũc respectum cum intellectu, qui est in habitu, cùm vnus est æternus, & alius generabilis & corruptibilis? Omnes enim horum cõcedunt hunc respectum esse. & quasi coget eos hoc, ꝙ intellecta speculatiua sunt existentia in nobis ex his duobus intellectibus, scilicet qui est in habitu, & intellectu agente.

B

Sed Alexan. & omnes opinantes intellectum materialem esse generabilẽ & corruptibilem, nõ possunt reddere causam huius respectus. Ponentes autem ꝙ intellectus operans est intellectus, qui est in habitu, cõtinget vt intellecta speculatiua sint æterna: & alia multa īpossibilia consequentia hanc positionem.

Nos aũt cũ posuerimus intellm mãlem esse æternũ, & intellecta speculatiua esse gñabilia & corruptibilia eo mõ, quo dixim⁹: & ꝙ intellus materialis cõprehendit vtrũque, ſ. formas materiales, & formas abstractas: manifestũ est ꝙ subiectũ intellectorũ speculatiuorum, & intellus agentis fm hunc modũ est idem & vnũ, ſ. mãlis. Et simile huic est diaphanũ, quod recipit colorem, & lucẽ insimul: & lux ẽ efficiens colorẽ.

C

Et, cũ fuerit verificata nobis hæc continuatio, quæ est inter intellectum agentem, & intellectum* materialẽ, poterimus reperire modũ, secundum quem dicimus ꝙ intellectus

Nota.

* a.l. materialem.

ANTIQVA TRNSL.

veluti verũ instrm, dico ꝙ hmõi dictum nõ est necessariũ: sed hoc tantũ est necessariũ, nẽpe vt det' aliqua proportio & ratio, qua intellectus adeptus similet' materiæ, & intellus agens similet' formæ. Quæ nã ergo est hmõi proportio & rõ pp quã cõtingat intellectũ agentẽ hñe illũ respectũ, & cõparationẽ cũ intellu adepto, cũ vnus eorum sit æternus, & alter sit gñabilis & corruptibilis? Oẽs aũt illi cõcedunt reperiri hmõi ꝓportionẽ & cõparationem. Et forte hoc cogit eos dicere ꝙ intelligibilia speculabilia ĩsint nobis pp hos duos intellectus, nẽpe intellum adeptum, & intellum agentem. Sed Ale. & quicunq; putant intellum mãlem esse gñabilẽ & corruptibilem, non poterunt reddeꝛ cãm illius cõparationis atq; respectus. Sed qui asserũt intellectũ practicum esse ipsum intellectũ habitu exñtem (seu adeptũ) tũc seq̃ret ex hoc ipsa intelligibilia speculatiua esse æterna: & multa alia īpossibilia sequerẽtur ex hac sẽtẽtia.

Nos vero, cũ affirmemus intellectũ mãlem esse æternũ, & intelligibilia speculatiua esse genita eo mõ, quo diximus: & ꝙ ītellus materialis intelligat vtrunq;, videlicet formas materiales & formas abstractas: tũc perspicuũ erit ꝙ subiectũ intelligibiliũ speculatiuoꝝ & intellus agẽtis hac quidẽ rõne erit vtiq; idẽ atque vnũ, ſ. ipse materialis. In hoc .n. ita se hẽt res sicut in ipso trãsparẽte, qđ' quidẽ recipit colores, & lumẽ simul: lumẽ autem colores efficit. Cũ aũt verificata fuerit nobis copulatio illa, quæ inter intellum agẽtẽ & intellectum* adeptũ habitu exñtem extat, poterimus vtiq; inuenire illum

* a.l. materialem.

ANTIQVA TRANSL.

ngens est similis formæ, & q intellectus in habitu similis est materiæ. Omnia enim duo, quorum subiectum est vnū, & quorum alterū est perfectius alio, necesse est vt respectus perfectioris ad imperfectius sit sicut respectus formę ad materiam, Et fm hanc intērionem dicimus q proportio primæ perfectionis virtutis imaginatiuæ ad primam perfectionem communis sensus est, sicut proportio formæ ad materiam.

Oīa duo, quorū subiectū est vnum, & quorū vnū ē perfectius alio, necesse est vt respectus perfectionis ad iperfectius sit sicut respectus formæ ad mām. Cōfirm. 2 hū. c. 24. & 4. Cœ. t. c6. 34.

Iam igitur inuenimus modum, fm quem possibile est vt iste intellectus continuetur nobiscū in postremo: & causam, quare non copulatur nobiscum in principio. quoniā hoc posito, continget necessario vt intellectus, qui est in nobis in actu, sit compositus ex intellectis speculatiuis & intellectu agente: ita q intellectus agens sit quasi forma intellectorum speculatiuorum, & intellecta speculativa sint quasi materia. Et per hunc modum poterimus generare intellecta cùm voluerimus. Quoniam illud, per quod agit aliquid suam propriam actionem, est forma: nos autem, quia agimus per intellum agentem nostram actionē propriam, necesse est vt intellectus agens sit forma in nobis.

3. Phy. 17. 2. de Gña. t. c6. 53.

Et nullus modus est, fm quē gña tur forma in nobis nisi iste. Qm, cū intellecta speculativa copulant nobiscū per formas imaginabiles: & Intellectus agens copulatur cum intellectis speculatiuis: illud n. quod cōprehēdit eas, est idē. s. intellus materialis: necesse est vt intellectus agēs copuletur nobiscum per continuationem intellectorū speculatiuorū.

Et manifestum est, quando omnia

MANTINI TRANSL.

modum, quo possumus dicere intellectū agentem esse similem formæ, & intellectum adeptum sil'em materiæ. Nā quæcunque dœ res, quarū subiectū est vnū, & vna earū est perfectior altera, oportet quidē vt ita se habeat perfectior ad imperfectior tē, sicut se habet forma ad materiā. Et hac ratione dicimus ēt ita se hre primū actū ipsius virtutis imaginatiuæ ad primū actū ipsius sensus cōmunis, sicut se habet forā ad mām.

2. de aſa. com. 4. Octaua contradi. eſt in cō. 4. Dicit Cōm. ſubiectum accidens eſſe ens in actu. Hoc tamen oppoſitum ſentit ipſe primo exp. de ſubſtan. orbis. vbi ponit dimenſiones interminatas fundari in materia prima, quæ eſt ens in pura potentia. Dicendum, q̄ aliqui ex iſta authoritate non ponere conati ſunt de intentione Auer. formam corporeitatis ſubſtantialem materiæ primæ coeternam, quia volunt ſubiectum eminibiter accidentis eſſe ens in actu. Et iſta poſitio bene fuit Auic. vnde Cōmen. 4. cœli cō. 20. expreſſe habet iſta verba. & ſimiliter eſt de tribus dimenſionibus cum prima materia. ſ. q̄ ſunt primæ formarum exiſtētium in ea in actu. & ideo putauerunt quidam q̄ corporeitas eſt ſubſtantia. Ecce q̄ ex intentione aliorū.

Cōmen.

Commen. dicit primam formam materiæ esse corporeitatem subſtantialem: ſed ſm ipſum prima forma eſt corporeitas, quæ eſt trina dimenſio. Dicamus igitur q̃ accidentia duplicia ſunt, terminata & interminata. tunc dico q̃ dictum Auerro. hic habet locum de terminatis: dictum verum ſuum in primo capitulo de ſubſtantia orbis eſt de interminatis. conueniens enim eſt, q̃ terminata non haberent conſimile ſubiectum, quale habent interminata, niſi actus heret potẽtia, & forma eſſet materia: quod impoſſibile eſt. nam terminatio conſequitur formam & actum. 7. meta. 49. ſed

Inſtantia. interminatio potentiam & materiam. Sed magnificentia ua fecit replicam ſubtilem meo iudicio hic, quia tunc ſaltem forma ſubſtantialis non differret ab accidentibus interminatis: quia, ſicut ſubiectum formæ ſubſtantialis eſt ens in potentia, ita per te accidentium interminatorum eſt ens in potẽtia. Et ſic differentia, quam ponit Commẽ. inter formam ſubſtantialem & accidentalem, eſt vniuerſaliter vera tam de accidentibus terminatis, quàm de accidentibus po

Solutio. tentialibus, & interminatis. Soluitur. nam Auerro. non ſolum ponit differentiam inter formam ſubſtantialem & accidentalẽ penes hoc, verum etiam penes aliud, quod eſt quòd forma ſubſtantialis eſt pars ſubſtantiæ, non autem forma accidentalis, per fundari igitur in ſubiecto, quod eſt pura potentia, diſtinguitur ab accidentalibus terminatis forma ſubſtantialis: & per eſſe partem ſubſtantiæ, vniuerſaliter ab omnibus diſtinguitur: ſiue terminata, ſiue interminata fuerint.

2. de aſa. tex. 6. Nona contradictio eſt in tex. 6. Ariſt. declarans quomodo plantæ habent inſtrumẽta, dicit q̃ folia ſunt coopertmentum eius, quod eſt circa fructum. Sed in 2. phyſi. tex. commen. 80. expreſſe dicit folia eſſe regmẽ

Soluto. fructus. Facilis eſt ſolutio. nam Ariſt. hic loquitur de illo, cui immediate deſeruit foliũ & eſt id, quod eſt circa fructum, ſed in. 2. de anima de illo, ad quod principaliter & mediate, & eſt fructus ipſe. quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis eſt. Vnde volui notare tibi hac propter duo. Primum, vt ſcias intentionem naturæ in generatione plantarum & animalium maxime ſolertem eſſe de ſeminibus, in quibus conſiſtunt virtutes influxæ diuinæ, ex quibus fit perpetuatio in ſpecie ſecundum ſucceſſionem, & omnia ad illa videtur natura dirigere. nam & herbæ, & ſtipula, & gluma, vt inquit Themiſt. in ſecundo phyſicorum, cæteræque id genus multa ſuper formæ, quæ antequã matureſceret triticum, ſubinde alteræ poſt alteras creabantur, videntur adeo omnes ad triticum proculdubio intendiſſe id ſimul atq; confecerint ſunes, quies quærdã. & velut ſtatus innaſcitur, vt manifeſtum ſit ea omnia tritici gratia præceſſiſſe. Et idẽ contingit in multis animalibus inſectis, vbi eſt varia formarum ſucceſſio, tendens ad vnum finem, vt videre poteſ in. 5. de natura animalium, cap. 18. vbi etiam vide exemplum de bombyce, ex quo fit ſericum. Secundum eſt, vt ſcias apud Ariſto & Græcos differentiam eſſe inter carpon & pericarpion. quia carpos eſt ſemen ipſum, ſed pericarpion eſt id, quod eſt immediate circũfuſum & complectens ipſum ſemen verbi gratia in fico, parua illa ſemina, quæ ſunt inſtar grani milij, ſunt fructus ſm Ariſt. qui carpos græce dicitur. ſed totam illud humidum, circunſtans illa ſemina vna cum pelle illa extrinſeca appellatur pericarpion, quod Latini pulpam appellant. & Plin. plerunque dicit carnem, vt caro mali cotonei, & id g̃ nus.

2. de aſa. com. 7. Decima contradictio eſt in cõmento. 7. Scribitur q̃ non eſt dubium, quò ex anima & corpore fiat vnum. Sed oppoſitum fuit per tex. cõ. 92. vbi contra Platonem fuit dubitatum, quo ex anima & corpore vnum fiat. Soluitur. dubium eſſet quo ex anima & corpore vnum fiat, ſi animæ plures eſſent in eodem diſtincte loco & ſubiecto, ſicut imponitur Platoni dubium iterum eſſet, ſi anima ipſa eſſet corpus. ſed apud tenentẽ animam eſſe formam non compoſitam ex materia & forma, & per cõſequens actum, & tenendo corpus eſſe potentiam, nullum eſt dubium, quo ex materia & forma vna fiat. quia hoc eſt, quia hoc actus, illud vero potentia. 8. meta. tex. cõm. 15.

Soluitur.

2. de aſa. com. 7. Vndecima contradi. eſt in eodem cõ. dicit. Cũm q̃ ens & vnum per prius de forma dicitur, q̃ de congregato. Huius oppoſitum dixit ſupra cõ. 4. Soluitur. compoſita ſunt magis entia ſm famoſitatem, quia omnibus nota ſunt ſed ſm veritatem forma eſt per prius ens, & vnum, q̃ compoſitũ. 7. meta. tex. cõ. 7. Nec videatur tibi hoc mirabile, quia in ſimili cõ. 2. meta. cõ. 16. dicit q̃ iſta inferiora ſunt magis naturalia ſm famoſitatem. cũm tamen clarum ſit q̃ ſecundum naturam ſuperiora ſint naturalia magis

Soluitur.

2. de aſa. com. 8. Duodecima contradi. eſt in cõm. 8. Scribit Commenta. q̃, cũm auferuntur formæ naturales

naturales, auferuntur materiæ. oppoſitum primo phy. 82. vbi dicitur q̃ eſt æterna, & non deſtruitur duſtructis formis, quarum nulla eſt ibi perpetua, de ſubſtantialibus loquendo. Soluitur. intelligitur de materia ſecunda, quæ rectius ſubiectum quàm materia dicitur. talis enim eſt habens formam & ideo talis non eſt natura, ſed habens naturam. 2. phyſico. commen. 10. materia autem prima, quæ vere materia dicitur, non corrumpitur corruptis formis particularibus, quia non dependet in eſſe ab hac forma vel illa, ſed a forma ſecundum ſpeciem ſucceſſiue in ea ſuccedente. ſemper enim ſtat cum aliqua & ſi eſſet ſine omni forma, tunc non ens actu eſſet ens actu ſm viã eius. 2. phyſicorum commen. 12. Vnde. 12. metaphyſi. commen. 14. materia ab omni forma ſeparata non eſt ens extra animam, ſed eſt entis rationis.

Soluitur.

de aſa. com. 8. Decimatertia contradi. eſt ibidem. Dicit Commen. q̃ nomen in rebus artificialibus primo dicitur de materia, ſecundo de congregato ex materia & forma. Oppoſitum huius habetur. 5. metaphyſi. cõmen. 14. contra Auic. vbi vult quòd denominatiua per prius ſignificant formas, & ſecundario ſubiectum. cuius oppoſitum Auicen. docebat. Aliqui dixerunt ſuper hoc, quòd ibi loquitur de prima ſignificatione ex primo modo ſignificandi. vnde concretum accidentale ex primo modo ſignificandi importat formam. ex ſecundo modo ſignificandi importat ſubiectum. & hic loquitur de primo ſignificato: quia primum ſignificatum eſt congregatum, vel ipſum ſubiectum. Iſta ſolutionem non intelligo. quia non eſt modus ſignificandi, niſi reſpectu rei ſignificatæ. & ideo reſponſio iſta ſeipſam interimit, ſicut videt, quia nihil diuerſum dicit, niſi quantum ad verba. Iohannes autem de Iandano multa etiam dicit in. 5. metaphyſi. quæ quia confuſa, & ſine fundamento ex maiori ſui parte dicuntur, omitto. Dico autem ego q̃, ſi volumus videre quid nomen ſignificet, oportet nos cognoſcere actum & diſtinctionem actus. Nam vt ſcribitur. 9. metaphyſi. tex. commen. 7. Nomen vero actus, qui ad perfectionem annectitur, adue nit etiam in alijs, maxime ex moribus. & 8 meta. cõmen. 7. nomen imponitur rei ſm q̃ eſt in actu. Actus autem duplex eſt, & accidentalis, & ſubſtantialis. primus dat eſſe ſimpliciter, ſecundus dat eſſe ſm quid. accidentalis iterum duplex, quidam a natura inductus, & quidam ab arte. Nam ſecundũ Auer. 2. phyſi. 14. omnes formæ artificiales ſunt accidentia. in rebus igitur compoſitis ex materia & forma ſubſtantiali nomen primo ſignificat formam ſubſtantialem. compoſitum eſt in actu ſimpliciter. ſecundario autem ſignificat compoſitum. Nomina autem compoſitorum ex materia, & forma accidentali a natura producta videntur primo ſignificare formam, ſecundario materiam; quia talia compoſita vt ſic non habent eſſe, niſi per formam accidentalem. nam licet Socrates ſimpliciter habeat eſſe per formam ſubſtantialem, tamen eſſe album habetur ab albedine. quæ eſt actus ſecundum quid perficiens. Et ideo nomina denominatiua talium accidentium, cùm important talem compoſitionem ex ſubiecto & accidente, ſicut patet primo phyſico. commen. 25. album ſignificat albedinem & recipiens albedinem, ideo primo ſignificat albedinem, ſecundario ſubiectum, ſicut patet contra Auicen. 5. metaphyſi. in cõm. 15. Sed in nominibus rerum artificialium dubium eſt quid primo ſignificent talia nomina. Nam, ſi hoc fundamentum imitari voluerimus, q̃ nomen imponitur rei ſecundum q̃ eſt in actu, videtur q̃ nomina artificialium primo importent formam, & ſecundario materiam. Nam, ſicut ſcribit Cõmen. in ſecundo phyſico. ſuper tex. com. 14. formæ artificiales, licet ſint accidentia in corporibus naturalibus, tamen conſtituũt res artificiales, ſecundum q̃ ſunt artificiales: quemadmodum formæ naturales conſtituunt res naturales. & ſubdit. Si igitur naturalia ſunt ſubſtantiæ, neceſſe eſt, vt formæ naturales ſint ſubſtantiæ. quemadmodũ artificialia ſm q̃ artificialia ſunt accidentia, ideo formæ artificiales ſunt accidentia. & hoc apud me cõcludit. Quicquid dicant alij, dico de intentione Auer. artificiale duobus modis concipi poſſe, vno modo, vt eſt individuum ſubſtantiæ, & vt habet eſſe in actu ſimpliciter & abſolute. Nam hoc nomen ens non videtur importare ex communi horum acceptione aliquid in actu, ſicut hoc nomen lignum & lapis. alio modo poteſt ſumi ens, vt eſt res artis, & primo quidem modo loquitur Cõ. 2. de anima. cõ. 8. qũ dicit q̃ nomina rerum artificialium primo ſignificant materiam. & ſecundario formam artificialem, nam talia actualitatem habent de ſe vt quod, licet vt quo, ratione formæ ſubſtantialis. & quia tale individuum ſubſtantiæ comparatur ad formam artificialem, vt materia

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad aſſum, quia formæ artis ſundantur in compoſito ex materia & forma à natura producto, ideo nomina talium artificialiũ, vt ſunt nomina individuorum ſubſtantiæ primo ſignificant ſubſtantiam quàm accidens, quæ per ſubſtantiã talia ſunt in actu ſimpliciter, non per accidens. ſed, ſi talia nomina ſignantur vt ſunt nomina rerum artis, quia vt ſic quidditatiue ſunt accidentia, ſic talia primo ſignificant formam, à qua habent tale eſſe ſm quid, quàm ſubſtantiam. non enim video quomodo formæ artificiales, cum ſint de qualitate rerum artificialium, quas non importabunt primo eas. Et dictum Auer. non contradicit huic ſententiæ, ſi bene aduertis. Nam hic dicit in rebus igitur artificialibus ſignificat nomen individuum ſubſtantiæ ſm ſuam primam ſignificationem, quia ſignificat materiam, & in rebus naturalibus demonſtrat ipſum ſecundum ſuam primam ſignificationem, quoniam ſignificat formam. ecce q⁹ conſyderat nomen rei artificialis, vt eſt individuum ſubſtantiæ, cui forma artis inhæret. & ita eſt ſyncera veritas, nec aliter dicere poſſet ipſe Auer. ſi vellet à contradictione re moueri, etiam ſi ab inferis reuiuiſceret. Dicta autem Modernorum hic nullam proſſus vim habent, ſicut tu poteris ex dictis noſtris in dicare. Recto enim & ipſum, & obliquum cognoſcimus, ſicut dicit Philoſoph⁹.

2. de aſa. tex. 10. Decimaquarta contradi. eſt in te. 10 Ari. dicit q⁹ animal eſt corpus & anima, ſicut oculus pupilla & viſus. Sed huius oppoſitũ habetur in. 7. primæ philoſophiæ in tex. cõ. 60. vbi dicitur q⁹ ſyllaba Ba non eſt B & A, nec ęraro ignis & terra. Et confirmatur per rationem, quia ratio vtriuſcunq; & ſubſtãtia eſt id quod ſemel: quia omne per ſe vnũ eſt vnum per vnam formam. 5 metaphyſi. tex. commen. 19. vbi dicitur q⁹ ſex non eſt bis tria, neque ter duo. Niſi eſſet q⁹ totum dicitur eſſe ſuæ partes ſimul ſumptæ integrantiue. Vnde per cõparationẽ ad cauſas, prin quas, alia non eſt niſi corpus & anima, quia iſtæ ſunt duæ cauſæ propinquæ adequatæ, ex quibus componitur, tamen ratio animæ ſic formaliter eſt diſtincta à ratione corporis & animæ, etiam ſimul iunctarum quia animal formaliter non eſt corpus & anima propter iam aſſignatam rationem. Si enim totum quantitatiuum dicit rationem formalem diſtinctam à partibus etiam ſimul iunctis, multo fortius eſt de toto eſſentiali.

Solutio.

2. de aſa. tex. 13. Decimaquinta cõtradict. eſt ſuper tex. 13. Ariſt. ibi enumerans virtutes, ſeu poteſtates animæ, non enumerant appetitum: & tamen tertio de anima tex. cõ. 52. Appetitus eſt potentia animæ. & concurrit vt efficiẽs in animalibus vnà cum imaginatione ad cauſandum motum progreſſiuum, vt ibi dicitur. & ſimiliter in. 2. de anima tex. cõ. 27. enumeratur. Niſi eſſet q⁹ ad intellectũ debet reduci appetitus intellectiuus, qui eſt voluntas, & ad ſenſum debet reduci appetitus ſenſitiuus. nã vbi eſt ſenſus, ibi etiã eſt dolor, & voluptas. vbi autem hæc ſunt neceſſario eſt de ſyderium. 2. de anima. tex. commen. 20. Enim Peripateticorum ſententia eſt, q⁹ virtus cognoſcens & appetitiua eſt vna ſecundum rem. & differunt ſm qđ quid erat eſſe, i. ſecundum rationes formales. Vnde lucidiſſimus Themiſtius in tertio de anima cap. 48. ſuper tex. cõmen. 29. expreſſe dicit quod appetitio, ſenſus concupiſcentia, & deſyderium dicitur appetitio intellectus voluntas. ac ſubiecto quidem idem eſt ſenſus & appetitio eius, ſed ratione cogitationeque diſtrepant. Eodem modo intellectus & voluntas idem ſunt, ſed diuerſitatem eſſentiæ & definitiones emarrãt. Idem tenet Commen. in. 3. de anima, in cõ. 49. Et aduertẽdum hic, vt notat Ammo. q⁹ in iſto tex. 13. Ariſtot. diuidit animam in ſuas poteſtates, cuius argumento eſt, quia dicit vt intellectus & ſenſus. & licet dicat de motu ſm locum, & ſtatu, & motu alimenti. per hoc debet exponi, ideſt principia illorũ motuum. & licet Cõmen. in com. videatur dicere q⁹ iſta diuiſio eſt de operationibus virtutum animæ, ab ipſa tamen veritate coactus in principio cõm. 5. vbi ponit continuationem, expreſſe teſtatur diuiſionem iſtã eſſe de virtutibus animæ quod nota.

2. de aſa. com. 16. Solutio. Decimaſexta contradictio eſt in cõmẽ. 16. Viuere dicitur ſic nutrimento & augmento ſolum. Sed oppoſitum dixit ſupra tex. commen. 13. Solutio. hic ſumitur nomen viuæ perfectius, ibi vero latius.

2. de aſa. tex. 20. Solutio. Decimaſeptima contradict. eſt ſuper tex. 20. Ariſto & Commen. aſſerunt, q⁹ vbi eſt ſenſus, ibi eſt imaginatio, & appetit⁹. quod probant, quia vbi ſenſus, ibi dolor, & voluptas conſequitur, vbi autem hæc ſunt, neceſſario & deſyderium eſt. & ita videtur q⁹ nõ poſſit eſſe ſenſus ſine appetitu. Huius tamẽ oppoſitum memini me legiſſe apud Alexin paraphraſi de anima, in cap. de impulſu, & vi impulſoria, vbi inter alias dñas, quas ponit inter appetitũ & vim ſenſualem, hæc eſt vna, q⁹ oino ante appetitum ſenſus ſemper eſt

Solutio. eſt, non ſemper autem poſt ſenſum eſt appetitus. quod ſi ita ſe habet, non vbicũque altera harum poteſtatum eſt, ibidem ſemper alteram eſſe contingit, & eſt expreſſa contradictio, ſicut vides. Niſi eſſet q⁹ Alex. loquitur de appetitu, qui eſt principii motus localis determinati in animalibus perfectis inuenti. Vnde iſta ſe habent per ordinẽ, imaginatio, aſſenſus, impulſio, actio. ſtat. n. eſſe imaginationem ſine aſſenſu, vt imaginemur Solem eſſe pedalem, & tamen non aſſentimus. Similiter non omnem aſſenſum ſequitur impulſio. nam, qui cupiam, quod album ſit, aſſentit, non continuo in id impulſu trahitur. & ſi Socratem eſſe eũ, qui obuiet progredi, aſſentimus, nõ proinde ad rem quapiam appetitione & impulſu trahimur. Accidit etiam vt plerunque impulſione, atque appetitu parati nihil agamus, quoties appetitui neque conſilium, neque deliberatio ſuffragatur, vt aſſerit idem Alexan. in cap. de phantaſia, in para. de anima. & ita patet q⁹ loquitur de appetitu determinato & perfecto. Ariſ. autem loquitur de appetitu imperfecto, & imaginatione imperfecta, quæ eſt reſpectu obiecti præſentis, vt notat Cõmen. ibi in commen. & omnes expoſitores.

3. de aſa. com. 20. Solutio. Decimaoctaua contradictio eſt in cõm. 20. dicit q⁹ omne animal habet imaginatiuam. Oppoſitum infra. 156. Soluitur. lo quẽ hic de imaginatiua abſolute, ſiue perfecta, ſiue imperfecta: ibi vero de imaginatiua perfecta tantum.

3. de aſa. com. 21. Solutio. Decimanona contradictio eſt in cõ. 22. Dicit q⁹ ſentire eſt actio. Oppoſitum infra. com. 52. vbi dicitur q⁹ eſt pati. Niſi eſſet q⁹ ſumpſit actionem pro paſſione. aut ſi verũ dicamus, non eſt formaliter actio, neq; formaliter paſſio, ſed aſſimilatur illis, & hoc Deo duce in. 3. de anima declarabim⁹, vbi videbimus in ſimili quomodo intelligere ſit pati. ſed pro nunc recurre ad. 13. quæſtionem quolibetorum Scoti artic. 3. & ibi videbis veritatem.

3. de aſa. tex. 24. Solutio. Vigeſima contradi. eſt in tex. 24. Ariſto. & Commen. videntur dicere formam eſſe actum agentis in patiente & diſpoſito. Sed huius oppoſitum habetur in. 7. meta. tex. commen. 26. vbi dicitur q⁹ agens non facit in aliud aliud, non enim facit in materia formam, ſed ex materia formatum. Solutio. generatio. & omnis motus dupliciter poteſt conſyderari. Vno modo, vt eſt extra animam in effectu. & ſic quod per ſe generat, eſt compoſitum ex materia & forma, iſtud enim terminat in eſſe reali actionem agentis. & iſto modo Ariſt. loquitur in. 7. primę philoſophiæ. Alio modo conſyderatur vt eſt in abſtractione animæ, vt refert ad ſua principia ex quibus conſtat, & ſic ſunt materia, forma, & priuatio, quorum duo ſunt per ſe, & vnum per accidens. vnde ſic in ratione genetationis iſta tria apparent, & termini, & ſubiectum. nam generatio eſt trãſmutatio ex non eſſe ad eſſe. nam ex hoc, q⁹ eſt tranſmutatio, apparet ſubiectum, & ex tranſmutatio eſt actus tranſmutabilis, & non eſſe eſt priuatio, & eſſe eſt ipſa forma. & ſic intelligitur dictum Philoſophorum, dum dicunt formam eſſe actum agentis, ſm rationem conſyderatã generationẽ. Aut dico q⁹ compoſitum eſt terminus totalis, ſed forma partialis.

2. de aſa. com. 24. Solutio. Vigeſimaprima contradi. eſt in cõ. 24. Habetur q⁹ actio attribuit primitus formę, oppoſitum eſt. 1. de anima. cõ. 3. vbi dicit aliqua accidentia primitus attribui corpori q̃ animæ. Soluitur, q⁹ illa accidentia, quæ dixit Cõmẽ. primitus attribui corpori quàm animæ, non intellexit de corpore in quo eſt anima, ſicut forma in materia. ſed de corpore extrinſeco, ſicut eſt vapor reſpectu ſomni aut aliquid huiuſmodi, & ſic nõ eſt ad propoſitum. Sed adhuc dubitarur. quia actio videtur primo compoſito attribui in proœmio met. & primo de anima. 64. Soluitur. compoſito vt quod, formæ vt quo. & hoc non negat hic Commen. quia dicit q⁹ actio attribuitur primitus enti propter formam.

2. de aſa. tex. 26. Vigeſima ſecunda contrad. eſt in tex. 26. Ariſto in preſenti loco laudat illos, qui opinati ſunt animam ſine corpore nõ eſſe. Sed hoc videtur inferre animam intellectiuam ſine corpore non eſſe. Sed huius oppoſitum videtur ex. 2. de anima, vbi dicitur, q⁹ ſeparatur, ſicut perpetuum à corruptibili. & eſt contra id, quod demonſtratur in. 3. de anima, q⁹ nullius corporis eſt actus. Niſi eſſet, q⁹ hoc dictum locum habet de anima vegetatiua, & ſenſitiua, quæ ſunt formæ organicæ conſtituæ, ſicut formæ, quæ conſtituuntur per ſubiecta. tales enim ſunt inſeparabiles, & ſeparatio earũ à materia eſt corruptio earũ, vt dicit Commen. 4. phy. cõ. 18. Fallit autem de intellectiua, quia Ariſtote. de illa ſuperius dixit q⁹ eſt aliud genus animæ, & q⁹ ſeparatio eius non eſt per corruptionem, ſed ſicut perpetuum à corruptibili, quia eſt ſeparatio ſm maximam diſtantiam in eſſentia & natura. Sed contra iſtam ſolutionem, quæ licet ſit Ammo. in preſenti loco,

Universidad de Deusto
Biblioteca

d loco. est replica. quia Aristo. hoc infert ex his, quæ in ter. 24. & 25. demonstrata sunt videlicet quòd anima est actus corporis. sed hoc est commune omni animæ, vt patet per Aristote. supra tex. commen. 5. vbi dicit q̃, si quid igitur commune est omni animæ, anima vtique erit actus corporis instrumentalis potentia vitam habentis. Et confirmatur, quia actus, & perfectio dicitur in relatione ad id cuius est. & relatiua non possunt absolui nec in esse, nec intellectu. ideo aliter soluo q̃ anima rationalis dupliciter concipi potest, vt anima, & vt intellectus. Magna enim differentia est inter animam & intellectum, vt patet per Aristo. in primo de anima. tex. commen. 23. vbi impugnat Democritum non distinguentem inter animam & intellectum. vnde anima cum definiatur per corpus; nulla anima quatenus anima, potest esse sine corpore, quia est actus corporis. Sed in hoc est differentia inter animam intellectiuam, & animam plantæ, & sensitiuam, quia iste sunt actus corporis cõstituti in esse per corpus, & dependent à corpore, & quò ad essentiã, & quò ad operationem, sed anima intellectiua solum est actus dans operari, & vt sic non est separabilis à corpore. vnde Commenta. dicit expresse primo de anima commen. 17. quod ista est sententia Aristote. de intellecto materiali quòd est abstractus secundum essentiam. quia non est virtus organica, & q̃ nihil intelligit sine imaginatione, & per consequens quò ad operationem est coniunctus. Et hoc intellige vt intellectus consyderatur vt est pars animæ. si vero consyderetur vt intellectus, sic non dependet à phantasia. nec concernit corpus: immo sic est intellecta, quæ intelligit abstracta. sicut aliæ intelligentiæ. vnde sicut natura dupliciter consyderari potest, vt natura videlicet. & sic dicit respectum ad naturã. & non potest subsilla ratione sine nani esse. & vt homo. & sic separatur à nam. ita intellectiua anima, vt anima est, importat respectum ad corpus, sed vt est intellectiua, est separabilis. Et ex ista solutione patet solutio ad Achillem illorum, qui credunt demonstrare secundum Aristote animam intellectiuam esse inseparabilem à corpore. quia, si esset separabilis, haberet aliquam operationem sibi propriã, sed propria operatio, si qua est, quæ attribui potest animæ intellectiuæ, maxime videtur intelligere, si autem intelligere est imaginari, aut non est sine imaginatione, nec ipsum sine corpore esse potest. frustra autem est essentia, quæ non habet operationem sibi propriam. Et istud est argumentum, in quo isti Alexandrei sonant campanas. & dicunt secundum Aristote. Animæ intellectiuæ essentiam esse mortalem secundum Aristote. & inseparabilem. Diximus nos quòd æquiuocatio decepit eos. & locus communis, quia non distinxerunt inter animam intellectiuam in ratione animæ, & in ratione intellectus. Vnde licet argumentum eorum concludat animam intellectiuam inquantum anima est, non esse sine corpore, non sequitur aũt simpliciter, igitur essentia animæ est insequalibus simpliciter. nam, vt inquit Auicen. in. 6. naturalium. cap. 1 nomen animæ non est nomen essentiæ. Et licet Aristo. in. 3. de anima locutus sit de intellectu, vt est pars animæ. & sic dicit nihil ipsum intelligere sine imaginatione. inquit tamen Aristo. intellectum etiam habere aliam consyderationem, vt intellectus in se consyderatur, vt patet in tertio de anima, vbi mouet quæstionem, & licet non absolueris eam, tamen Peripatetici, & sequaces eius dicunt illud esse de intentione eius.

2. de ala. com. 27.

Vigesimatertia contradi. est in cõm. 27. Artifex non potest probare subiectum esse, neque species subiecti. Oppositum primus patet primo elementorum, vbi probatur syllogismum elenchum esse. Oppositum secũdi patet. 4. cœli. commen. 32. Solutio. diffuse pertractata. ista in speciali quæstione, quam feci de hac materia. pro nunc dico breuiter q̃ ab illa subiecta adeo nota sunt, q̃ scientiæ despectum ea, nullam prorsus mentionem facientem de ipsis. aliqua vero subiecta non sunt adeo ignota, quòd demonstrari queant. quia, sicut diximus supernus in. 4. cœli. super. 32. commen. implicat, quòd aliquod subiectum demonstretur in scientia, in qua est subiectum. tamen si fiue sit aliquod subiectum, quod indigeat aliqua modicula declaratione, tale bene superscientens à scientia illa, in qua est subiectũ, potest notificari & persuaderi: sicut est syllogismus hypotheticus per materiam, & sicut est via inductionis vel exempli, vnde Auerro. primo priorum. cap. de syllogismo hypothetico inquit quòd per syllogismos hypotheticos per naturam ostenduntur ea, quæ sunt minus occulta, quàm sint occulta per naturam, sicut esse animæ per suas operationes. sicut fecit Auicenna in. 6. naturalium, qui ex operationibus animæ notificauit esse animæ. non quòd illa sit ratio demonstrationis, sed est syllogismus hypotheticus per naturam, in quo antecedens est notum per se, & consequens etiam est per se notum, & sequela est per se nota. & talis syllogismus nihil simpliciter probat. sed est sola persuasio quædam, & superficialis notificatio. Et ideo dixit bene Commentator. in. 4. cœli in commen. 22. vbi dixit, quòd alia est latentia, quæ indiget syllogismo, videlicet cathegoricos & alia est latentia, quæ indiget inductione. vnde hoc idem sentit Themist. super secundo poste. cap. 11. in sua paraphrasi. Et sic dico, quòd ratio illa Philosophi in libro elenchorum non est ratio demonstratiua ad probandum esse subiecti illius libri. sed est quædam persuasio exemplaris & similitudinaria. De partibus vero subiectiuis, an in scientia possint demonstrari. nec ne, iam diximus commen. trigesimosecundo: quarto de cœlo diffuse: & tu illuc recurras.

Contra ponentes mortalitatem animæ.

Solutio.

Vide ala. tex. 29.

Vigesimaquarta contradictio est in tex. 29. Aristote. dicit quòd in animalibus habentibus tactum, manifestum est, q̃ inest etiam appetitus. De imaginatione autem immanifestum, posterius autem consyderandum. Sed huius oppositum dixit supra in tex. commen. vigesimo. vbi inquit quòd vbi sensus, ibi est imaginatio & appetitus. Solutio est, vt inquit Simplicius, non est immanifestum si per imaginationem intelligamus indeterminatam, & quæ est respectu tangibilium præsentium, quia hoc est clarum. sed per per imaginationem hic intelligitur determinata, quæ est respectu absentium, & cum memoria est coniuncta. vnde animalia imperfecta bene sentiunt iucundũ, & triste, sed non per imaginationem. liquidem imaginatio est nobilior & altior sensibus, vt notat Ammo. in præsenti loco. Pro quo nota quòd secundm Aristote. in secundo de anima in tex. commen. 156. Sensus ab imaginatione distinguitur, quia sensus inest omnibus animalibus. non autem imaginatio. Et ex hoc scire potes quòd animalia imperfecta si sentiunt & appetunt. hoc non est per virtutem altiorem quàm sit sensus, sicut est in perfectis habentibus imaginationem distinctam à sensu, & nobiliorem & determinatam. & ideo spongia marina, & id genus appetunt, & delectantur, & contristantur circa iucundum, & triste. per sensum, & non per imaginationem, quæ sit virtus superior quàm sit sensus. & hoc censeo.

Vide ala. tex. 2.

Vigesimaquinta contradict. est in com. 31. Dicit Commenta. quòd intellectus speculatiuus non est anima, nec pars animæ, sed commento primo. tertij de anima dicit oppositum. Soluitur. intellectus speculatiuus secundum ipsum quandoque supponit pro operatione animæ, quæ est intellectio: & talis nec anima est, nec pars animæ, sed est accidens maxime de nona intellectione. quandoque sumitur pro intellectu potentiæ, qui est pars animæ nostræ, quo mediante intelligimus, & sapimus. primo modo hic. secũdo modo sumit ibi.

Solutio.

Vigesimasexta contradict. est in tex. 37. Aristote. & Commen. in commẽ. dicunt, q̃ anima est causa efficiẽs corporis. vbi Com. inquit quòd est causa omnium motuum, tam verorum, quàm existimatorum. Sed huius oppositum inuenimus apud Alexan. in paraphrasi de anima in cap. de impulsu. & vi impulsoria, vbi dicit q̃ non proprie moueri corpus ab anima dixeris. Soluitur. formæ sunt in duplici differentia. quædam sunt formæ abstractæ à corpore, & per se subsistentes, sicut sunt intelligentiæ separatæ. & tales per se mouere dicuntur, quia in mouendo non mouentur, neque per se, neque per accidens, tales enim habent esse perfectum in se & cõpletum in specie, quæ tota saluatur in vno supposito. Vm Peripateticos. & habent vnitatem numeralem perfectam, & natura priorem suo corpore. Et ideo Commen. in primo cœli. in com. 22. dicit q̃ cœlum est semper mobile per principium extrinsecum, quod non est corpus, neque virtus in corpore. Sunt iterum aliæ formæ, quæ sunt actus corporis, sicut anima quæ est corporis actus, quæ in mouendo mouentur per accidens. & tales formæ non proprie dicantur mouere corpus, quia non habent subsistentiam separatam extra corpus. vnde, si anima dicitur mouere corpus, est propterea, quia anima intercedente mouetur corpus est enim ratio, quia corpus mouetur. sed non est id, quod proprie per se mouet. motus enim & generationes sunt suppositorum. anima autem, quæ est forma dans esse corpori, non est suppositum, sed est ratio, propter quam suppositum est in actu. vnde forma est actus, sed suppositum est in actu propter formam. & ista est mens Alexandri ibi, inquit enim omnis entelechia, & actus per se immobilis est. animam autem entelechiam siue actum monstrauimus est, quapropter neque corpus ab anima moueri proprie dixeris: id enim proprium

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in his duntaxat rebus, in quib⁹ id quod mouetur, ab eo quod mouetur, abiunctum, est, velut à bob⁹ moueri plaustra dicuntur. sed quia communius dicitur ab aliquo moueri id, quod intercedente aliquo mouetur: sic enim artifex ab arte mouetur, quia per artem, sic ignis à leuitate, sic ipsum animal ab anima moueri dicitur, quia per animam, siue intercedēte anima mouetur. motio enim eiusmodi animali ex parte eō petit, quà animatum est. non autē qua grue, aut leue, aut calidum, aut frigidum, album, aut nigrum. Sic igitur intellexisti, q⁹ supposita sunt, quæ vere mouentur, & quæ proprie mouent. sed formæ suppositorum sunt ratio, per quam fit motus sicut artifex est, qui proprie mouet materiam artis, sed an est ratio mouendi.

1. de aſa. com. 38. Vigesimaseptima contradi. est in cō 38. Dicit Cō. q⁹ caput est principium sensationis. Huius oppositum habetur in libro de sensu & sensi. vbi dicitur q⁹ cor. Soluitur. quicquid dicant alij, veritas est ista, cor est principium omnis sensationis, cerebrū nullius sensationis principium est, sed natura produxit ipsum ad contra operandum cordi per sui frigiditatē in contemperando cordis calorem. ista est Aristo. via, istud sentit Cō. in cō. suo super libro de somno & vigilia in secunda colūna, vbi declarat q⁹ sensus communis organice est in corde, & q⁹ cerebrum non concurrit, nisi tanquam instrumentum ad contemperandum calorē cordis, vt sit proportionatus pro operationi bus sensitiuis. Sed Medici instant ratione sensata q⁹ sensus sint organice i cerebro. q⁹ stante nocumento in prima parte cerebri, sit nocumentum in virtute imaginatiua, & in sensu communi, sicut illo, qui præcipiebat q⁹ tibicines deberent excludi à domo propter impedimentum, quod sibi inferebant. stante nocumento in medio fit nocumentum in virtute cogitatiua: sicut fuit ille, qui proijciebat vasa argētea per fenestrā. quidam autem habent nocumentum in parte posteriori cerebri: & illi non possunt memorari alicuius rei præteritæ. ergo videtur q⁹ ista instrumenta talium sensationū sunt in cerebro, & non in corde. hoc est argūmentum contra philosophos. Nos dicimus pro Philosophis q⁹ hoc nihil mouet. Nam ista contingunt propter impedimentum, quod est in corde. nam facta lesione in cerebro in aliqua sui parte, impedit mensura illa caloris deferentis tali virtuti in corde organice existentis, vnde cerebrum

Instantia Medicorū

Solutio.

frm diuersas sui partes contemperat calorē cordis tali, vel tali virtuti deferentem. & inde est q⁹ facto nocumento in parte media cerebri impeditur temperamentum, & mensura caloris naturalis existentis in corde. quod temperamentum, & quæ mensura est instrumentum virtutis cogitatiuæ in corde organice existentis. & ista est sententia Philosophi in. 2. de partibus animalium cap. 7. & sic de aliis dicas consequenter. ista sunt ex præcordijs Antiquorum Peripateticorum, & à truffatoribus minime intellecta, quorum doctrina non consilia, nisi in multitudine verborum, volunt, n. facere nouas sectas, & miscere Græca Latinis, & medicinalia, & Platonica cum Aristo. & neutrū attingunt. sicut cuilibet parum exercitato in Philosophia Arist. patere potest.

2. de aſa. tex. 40. Vigesimaoctaua contradi. est in tex. 40. Arist. & Cō. volunt solum ignem videri ex elementis nutriri & augeri. Sed huius oppositum habetur in. 1. cœli. tex. cō. 22. vbi dicit q⁹ omnia corpora physica, quæ alterantur frm passiones, videntur habere augmentum & decrementum, puta animalium corpora, & partes ipsorum, & plantarum, & similiter elementorum. Et confirmatur. quia certum est q⁹ augmentum ignis est improprie dictum, cum augmētum verum sit animatorum, vt patet. 1. de genera. & corrup. tex. cō. 33. & 2. de anima. & per consequens augmentum improprie dictum ita competit terræ & aquæ, sicut igni. non igitur solus ignis maxime videtur augeri & nutriri. Nisi esset q⁹ tametsi augmentum in rebus sim plicibus, sicut sunt elementa, sit improprie dictum, in hoc tamen est differentia inter ignem & alia elementa. quia ignis, aut est alterans alia, aut in eo magis dominatur alterare, quàm in cæteris. est n. formalissimū inter omnia elementa, vt dicitur in. 2. de gene. & corru. tex. cō. 50. solus. n. & maxime speciei est ignis, &. 4. meteo. tex. cō. 5. ola putrescunt elementa, excepto igne. ex sua autem acuitate contingit, q⁹ ea, quæ non sunt eiusdem speciei, transmutat in sui naturam, vt ligna. & in hoc augmentum eius videtur magis assimilari vero augmento, quod fit in viuentibus, vbi etiam nutrimentum mutator in substantiam alti. & istud est motuum vltorum in præsenti tex. In secunda figura ex duabus affirmatiuis, vt dicit Cō. Sed augmentum aquæ, & terræ manifeste fit per iuxta positionem consimilis in specie: quia aqua addita aquæ, & terra terræ reddunt aliquid maius. Licet igitur ignis

ignis non sit verum augmentum, vt dicitur in. 1. de gene. & corrup. propter defectum illarum trium conditionum positarum in. 1. de gene. & corru. tex. cō. 33. tamen magis assimilatur maioratio eius augmento viuentium, quàm maioratio aliorum elementorum propter causam prædictam. Vnde licet ignis etiam augeri potest per iuxta positionem alterius ignis, vt dicitur in. 2. de gene. & corru. tex. cō. 18. Ignis. n. augetur igne & æther æthere, & in hoc conuenit cū aug mēto per iuxta positionem facto cum aliis elementis, tamen etiam habet alium modum, vbi per appositionem plurium lignorum videtur resultare maior ignis, quod nō habent cætera elementa, quæ non sunt ita actiua & actiua. & hac ratione solum ignis videtur inter alia elementa nutriri & augeri, cum tamen vere neque nutritio sit, neque augmentum, quia non permanet, vt dicitur in. 2. de gene. & corrup.

de aſa. tex. 41. Vigesimanona contradi. est in tex. 41. Arist. in paruo spatio sibi contradicit hic. Nam vult omnium naturā constantium terminum esse magnitudinis & augmenti, & postea immediate subdit, ignis augmentum in infinitum protendi, quousque combustibile fuerit. & cum ignis sit vnum eorum, quæ natura constant, & animalia, & partes ipsorum, vt dicitur in principio. 2. phy. eius debet esse terminus magnitudinis & augmenti. & sic vniuersalis interimitur per instantiam particularis aperte, vt dicitur in libro priorum. Hanc autem contra dictionem Egidius Roma. conatur sedare, dicens sermonem Philosophi esse de naturā augmentabilibus, sicut sunt ea, quæ proprie augentur, sicut sunt animata. Vnde iste motus est finitus & terminatus, qui est in corporibus animatis, quę vere augentur: sed augmentum ignis non est terminatum: igitur in figura secunda sequitur q⁹ motus augmenti veri non est ab igne. Vnde Cōm. per terminos exponit vltima naturalia, quę inueniuntur in corporibus augmentabilibus, i. animatis. Et postea præfatus doctor inquirens resolute causam augmenti in rebus naturalibus, dicit, q⁹ potest esse triplex, forma, materia, & ordo vniuersi. De forma patet, & est concessum ab omnibus Peripateticis. sed de materia, inquit, q⁹, cum aliquid constat ex tota sua materia, tale non potest esse nisi vnum in vna specie, vt colligitur. 1. cœli. tex. cōmen. 93. vbi dicitur q⁹ mūdus, quia constat ex tota sua materia, vnus est numero. quia autem materia affirmorū & actiuorum terminata est, ideo etiam nō crescit de facto ignis in infinitū. vnde Aristo. vult magis terminationem ignis esse à materia quàm à forma. inanimatis autem est econtra. quia est propter animam magis quàm propter materiā. Tertio dicit terminatum imponi ex vniuersi. nam, quia elementa continentur à cœlo, inde est q⁹ sibi imponitur terminus, quia quibusdam temporibus dominantur sydera calida, quandoque frigida: motus. n. Solis in obliquo circulo est causa istius vicissitudinis, vt dicitur in. 2. de genera. & corrup. ista sunt dicta eius. Videtur in. 2. dicto esse contradictio, quia Commen. in. 3. phy. an cō. 60. dicit expresse q⁹ infinitas est à materia, & finitas est à forma. & per consequens non videtur q⁹ naturaliter terminatio sit à materia. Et qđ dicit, q⁹ in rebus constantibus ex tota sua materia vnum individuum est in vna specie, & in illo non potest esse augmentum, patet q⁹ æquiuocatio est in sermone. quia per te sermo est de augmento, quod est in quantitate continua. sic. n. augmentum animatorum est ad terminatum, & augmentum ignis non est ad terminatum. sed modo loqueris de augmento in quantitate discreta. Amplius licet res constantes ex sua materia sint terminatæ in numero, tamen non est illud principaliter, sed per viam signi & causæ secundarię, vt alias declarauit quia potiꝰ forma limitat materiam, quàm materia formam, vt alibi demonstrauit. Dico cum distinctione in hoc quæsito, præsupponendo primo q⁹ Philosophi deuenerunt ad hoc, vt asserant in rebus generabilibus, & corruptibilibꝰ dari extrema & media, s. maximum & minimum ex duobus. Primo ex operationibus formarum, quia inuenerunt eas esse terminatas, & requirere dispositiones terminatas quantitatiue & qualitatiue, & frm terminatum tempus, & hoc experientia docuit. Vnde Medici de causis sterilitatis loquentes, dicunt quando quę prouenire propter magnitudinem virgæ. & Aristo. dicit hoc in libris de generatione animalium, q⁹ habentes penem immoderatum sunt infecundi. & etiam propter paruitatem. & ideo datur maximum & minimum. cum latitudine th quadam in illis. Et similiter deuenerūt ad hoc ex cognitione gradationum, quæ sunt in determinatis temporibus. vnde. 2. cœli. tex. com. 58 datur tempus minimum in non excedere, ita de qualitatuis dispositionibus, vt pulchre dicit Commen. in. 6. phyſi. cōmen. 91.

Impugnatio.

Solutio propria. De maximo & minimo.

de embryonibus habentibus quantitatem maximam & minimam, & de quantitatibus hominum, & vniuersaliter dicit quòd actio cuiuslibet entis perficitur per quantitatem & qualitatem terminatam. vnde primo cap. de substantia orbis datur exẽplum de aqua, dum conuertitur in aerem, & ecõtra. Secundo deuenerunt ad istud ex rebus artis. ars enim est æmula naturæ, & naturam imitatur. & viderunt in arte, quòd ipsa est, quæ imponit terminum rebus in mensura & figura, non instrumenta, vt patet inductiue in omnibus. Et ita etiam discerunt quòd sit in natura, quòd forma naturalis est, quæ imponit terminum & figuram rebus non instrumenta. Nota tamen quòd est distinctio in istis formis, quia quædam sunt propinquæ primæ materiæ, sicut sunt formæ elementares, quæ secundum viam Auer. ex hoc habent vt sint quodammodo media inter substantiam & accidentia. Et ex hac ratione com. laudat, q. istæ multum participant de proprietate materiæ. vnde nullam sibi requirunt terminationem, & figuram, vt est demonstratum in tertio cœli. tex. commen. 67. Figura enim, vt scribit Commen. in cõm. 67. associatur in hoc formis substantialibus perfectis in hoc, q. non recipit diuisionem. & ideo caret motu alterationis, vt dictum est in septimo physicorum, & ideo elementa in sua natura cõsyderata infigurata sunt, & interminata per consequens. & ideo, quia sunt primæ materiæ formæ eorum propinquissimæ. & ideo sic habent proprietatem materiæ, quæ est radix interminationis & infinitudinis. vnde etiam propter sui imperfectionem recipiũt quandam penetrationem in suis partibus, vt notat Commenta. in octauo physicorum cõ. 82. Et propterea concluditur q. possunt esse simul in eodem puncto, vel parte materiæ in mixto, quod non possunt facere formæ mixtorum perfectæ, quæ appropriant sibi certam quantitatem terminatam, & figuram: sed bene tales formæ recipiunt terminationem insequentem formam mixti, & per illam terminantur, & non per proprios terminos, quibus carent ex se, & qui corrumpuntur in mixtione, si quos habuerunt, dum existebant separata. Et ideo animaduerte, frater mi, quòd elementa aliter se habent, vt in sua natura consyderantur, aliter, vt iam existunt & sunt partes mundi, primo modo termino carent & figura, sed secundo modo habent terminum, quia vniuersum terminatum est & non infinitum, vt est demonstratum in tertio physicorum & magis in speciali adhuc in primo de cœlo. vnde sic figurantur à continente. Ista igitur ratione ignis augmẽtum in natura sua consyderatum simpliciter vt est agens principale, & non instrumentum animæ infinitum est, appositio combustibili, quia vt sic, vbi desinat, non habet. Si autem consyderetur vt est pars mundi, vt sic terminum habet. maxima enim dimensio, quam recipit materia, est illa, quã habet sub forma ignis, & minima illa, cum qua stat forma terræ, vt dicit Commenta. in secundo de anima. commento 97. & sic ignis in existentia naturæ est determinatus per maximum & minimũ. Sed in hoc est differentia inter ignẽ & alia simplicia ex vna parte, & reliqua mixta perfecta. quia illa habent terminationem extrinsecus derivatam propter contrarios, & ratione qua sunt partes. sed mixta vltra rationem generalem habent intrinsecam causam suæ terminationis, & est sua forma, & quæ ex sui perfectione, cùm sit eleuata magis à materia, & accedat magis ad actum & formam, est terminata, & imponens causam terminationis in entibus. vnde secundum quòd magis & magis eleuantur, sic sunt perfectiores & magis ad vnitatem accedentes. Vnde quidam viri magni tenuere animas perfectorum animalium esse indiuisibiles, tamen via Auer. licet diuisibiles sint omnes formæ eductæ de potentia materiæ, sunt tamen magis vnitæ perfectiorum animæ. vnde in animalibus perfectioribus propter istam causam partes diuisæ non mouentur neque viuunt. & ideo licet detur ignis maximus & minimus, & aqua, hoc est secundum quòd existit in natura, sed in se non habet terminum. Et ideo in hoc bene dicit Egidius Romanus, quòd terminatio in igne non est à forma sua, sicut est in animatis, si ipse respexit ad istam differentiam originatam ex propinquitate materiæ & distantia. 2. cœli. commento trigesimo secundo esse elementorum propinquum materiæ: sed non est absolute concedendum terminationem esse à materia, sed à forma principaliter. vnde magis est rationis & formæ, quam materiæ. quia, si materia est terminationis causa, non est ratione suæ essentiæ, sed quatenus est formata, & actuata per formam. Et ideo nota bene differentiam inter generabilia simplicia & maxima perfecta, quia licet de facto omnia terminata sint maximo & minimo, tamen secus est in simplicibus & secus in mixtis. quia in simplicibus est anima ex remissa, in mixtis vltra extremissã est causa intrinseca, & est ratio formæ suæ, quæ perfecta est, & requirit figuram & terminationem terminatam, cuiusmodi non sunt formæ simplices. Et ex hac ratione scire potes quare formæ elementariæ in mixto possint se penetrare & simul esse in eadem parte materiæ, quod non possunt formæ mixtorum perfectorum. assimilantur enim accidentibus & qualitatibus in hoc, sicut sapor, odor, & color, qui sunt in eodẽ subiecto, quia non habent diuersos terminos, sed vna quantitas terminata subiectum insequente terminationem vnius aliud, tanta est albedo quanta est superficies, ex prædicamentis. ita formæ elementariæ in mixtis habentes esse ligatum, habent excedi & terminari per quietem & terminatam insequentem mixtum & formam eius, & non habent diuersas terminationes, sicut sunt formæ mixtorum. Ideo Cõmen. 8. physi. cõ. 82. expresse dicit q. elementa recipiunt quãdam penetrationem in suis partibus.

Trigesima contradi. est in cõm. 41. Dicit Cõm. q. ignis dominatur in corporibus natribilibus. Sed oppositum patet. 2. de generatione. in te. cõ. 49. & in. 4. meteo. vbi scribitur q. omnia residentia circa medium à prædominio sunt terrea. Soluitur. Im molem terra dominatur: ignis aũt Im virutẽ, & præcipue in nutribilibus: nam generatio est prima participatio animæ in calido naturali, & vita est eius permansio. Et ideo dixerunt sapienter q. frigiditas non ingreditur opus naturæ igneæ. namque anima omnia operatur. 2. de anima. tex. cõ. 41. & 130. Replicari potest. in maiori quanto est maior virtus. si igitur terra dominatur quantum ad molem: igitur quantum ad virutem. Soluitur. intelligitur proposito in his, quæ sunt eiusdem speciei, sicut plus ponderat gleba terræ, & velocius descendit quam media glebæ. fallit in his, quæ sunt diuersarum rationum. similiter intelligitur propositio illa, quòd ad virtutem insequentem talem molem, non autem quo ad alias virtutes, quæ illam molem non insequuntur, sic dico, quòd, cum terra quò ad molem dominetur in mixtis, talia mouent ad motum eius. Et ideo canis protectus de turri descendit virtute elementi dominantis in eo, sed quo ad suum motum, qui est ab anima, & quo ad alias operationes virtutis nutritiuæ & sensitiuæ ignis dominatur, sicut communiter concessum est ab omnibus sani capitis.

Trigesimaprima contradi. est in cõ. 43. Dicit Commen. virtutes corporum cœlestium conseruant esse secundum omnem dispositionem. & Im omnes partes. Oppositum videtur in vltimo cap. de substantia orbis. vbi dicit q. cœli permanentia non est à virtute. Soluitur, negat ibi virtutem extentam ad extentionem subiecti, concedit hic virtutem abstractam à tali. n. est permanentia cœli & motus æternitas. 1. capit. de substantia orbis. & 8. physico. commen. 15. æterna enim habent causam necessariam conseruantem, & dantem esse. 1. de aïa. com. 43. Solutio

Trigesimasecunda contradict. est super tex. 51. Aristote. in. 2. de anima tex. commen. 51. scribit quòd sensus in ipso moueri & pati aliquid accidit, sicut dictum est: videtur enim quædam alteratio esse. Et Cõmen. in cõmen. dicit q. hoc est primum consyderandum de sensu, virum sit de virtutibus actiuis vel passiuis. & q. Aristote. posuit sensum in genere virtutum passiuarũ. Sed huius oppositum habetur per Alexand. in sua paraphrasi de anima. in capitulo de intellectu practico & speculatiuo, vbi dicit q. sentire non est pati, sed iudicare, atque discernere. Nisi esset, quòd, vt scribit Aristot. in septimo physicę auscultatio. tex. cõm. 12. Sensus ipsi alterantur, patiuntur enim. actus enim ipsorum motus est per corpus, patiente aliquid sensu. pro quanto igitur sensatio non fit nisi per impressionem speciei rum sine materia in sensorio resultantem, sic sentire consistit in quodã motu, & in quadam passione. sed illa receptio & passio nõ est sensatio formaliter, sed iudicium & cõprehensio sensilis in specie relucẽtis. Et ideo bene loquitur Alexand. quòd sentire, non est pati, sed iudicare, atq. discernere. Quod etiam ratione fulcitur. quia potest esse pati & receptio speciei in sensorio, & tamen non erit sentire, dicit enim Philosophus ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmur. Amplius sequeretur virutes sensitiuas, in genere potentiæ esse viliores simpliciter virtutibus vegetatiuæ, vt est nutritiua actiua, & generatiua, quia istæ sunt actiuæ & illæ passiuæ, & agens est nobilius passo. Et ideo non est credendum operationem sensus esse passionem, formaliter loquendo, licet sine passione quadam fieri non possit. Nec est credendum sensum formalitèr esse de virtutibus passiuis inquantum sensus, sed vt est operatiuus per organum. sic enim Aristote. dicit in septimo patiente aliquid sensu per corpus. &

isto modo sunt glosanda dicta Auer. & reducenda in bonum intellectum. Et qui nó vult illo modo intelligere, vadat via sua. at birrij enim nostri non est q, quisque loquatur. Subtilis doctor in quolibeticis quæstione. 14. in arti. 3. in responsione ad secundú. dicit q, licet esse album est habere formaliter albedinem, sic sentire est habere formaliter sensationem. sed hoc non est vniuersaliter verum. quia stat aliquid formaliter denominari ab aliqua forma, dicet illa formaliter nó inhæreat. vt communiter dr de his principijs ab extrinseco denominantibus.

2. de aïa. cóm. 31. Trigesimatertia contradictio est in com. 31. dicitur sensum esse de virtutibus passiuis. Videtur autem oppositum probasse Philosophus superius in tex. cóm 57. vbi declarat animam effectiue concurrere ad omnes motus tam veros quàm existimatos, vt dicit ibi Commen in commento. Solutur.

Soluto. Dico q, opinio illa Alberti Magni in. 2. de anima iudicio meo est multum rationi cónsona, q, sensus, licet vt est in potentia ad recipiendum speciem sit passiuus, sit autem actiuus, postea quàm specie illa informatus fuit respectu sensationis. illi autem, qui posuerunt motorem separatum concurrere immediate ad sensationem causandam aliqua speciali influentia. multum, vt mihi videtur, excedunt limites istius artis. Et licet Commen. 2. de anima. cómen. 60. moneat istam quæstionem, quæ omnino dubia est, & ab eo cum difficultate apparet solutio, tamen talem motorem separatú non ponit, sicut expositores eius dicunt. impossibile enim est q, sensatio effectiue sit ab intelligentia, tanquam a causa efficiente, propinqua aliqua speciali influentia concurrente. Nam secundum Auer. 7. meta. có. 31. ad finem, quod mouit Aristo. ad ponendú mouens separatum à materia fuit factio virtutum intelligendum: quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cú materia. omne. n. nó mixtú cú materia fit à mixto cú materia simpliciquemadmodú omne mixtum cú materia generatur à mixto cum materia. & primo meta. có. 11. materiale non transmutatur nisi à materiali. Et confirmatur. Aristo in plerisque locis damnat Antiquos, quia effectum sensibilium ponebant causas insensibiles, sicut patet primo meta. 19. 11. 23. 25. & 26. modo, si Commen. ponat intelligentiam esse immediatam causam sensationis, tunc ipse incidit in foueam quam fecit. quia effectus sensibilis erit immediate ab insensibili & & abstracta causa. Amplius. quomodo euader quin aliquid nouum immediate prouenat ab antiquo? Forte dices q, hoc facit mediante obiecto, quod concurrit dispositiue & non effectiue. Contra. quianunc solumtur argumenta Aristote. contra Platonem de Ideis, & Auer. contra Auicen. qui ponebat darorem formarum: quia tales etiam ponebant ista agentia inferiora concurrere dispositiue. Ampli? quomodo causa vniuersalis erit effectus particularis causa intermediata non video. hoc autem sequitur cui denter, si intelligentia concurrat solum vt efficiens, & obiectú vt disponens. Amplius. Aristo. in secundo de anima. 52. 59. & 60. reddit causam, quare non sentimus sensus se, & quare non sentimus dum volumus, reducit hoc ad istam causam, quia sensus non possunt sentire sine motore extrinseco tale autem est obiectum, vt omnes dicunt. Amplius. 59. & super commento libri de somno & vigilia habetur q, prima perfectio sensuum fit ab intelligentia agente, quæ declaratur in libro de animalibus, sed ista postrema perfectio fit à sensibilibus. hæc & alia adduci possunt. quæ gratia brevitatis omitto. Dico igitur. siue species sensibilis idem sit cùm sensatione, siue non idem, quæstionem istam ab Auer. motam esse propter speciem, non propter sensationem. quia miratur ipse, vnde habet obiectú producere spiritualius esse quàm sit suum esse, non à medio, vel ab organo posset esse ista maior spiritualitas in specie quàm in obiecto. quia medium concurrit vt materia tantum in receptione speciei. effectus autê potius insequitur agens, quàm materiam. Et ideo videtur esse ponendus extrinsecus motor. & hoc non potest negari. sed non modo, quo Moderni ponunt. Nam intelligentia ipsa secundum Aristo. concurrit ad omne opus mundi huius. ideo enim mundum hunc oportet superiocibus lationib⁹ continuum esse, vt omnis virtus eius gubernetur inde, meteoro. primo. vnde, sicut in generatione animalis virtus informatiua existens in semine in virtute animari, scilicet cœlestis corporis & intelligentiæ non est ratio, à qua gubernatur, producit animal, sic obiectum sensibile extra quantumcúque materiale esse habeat in virtute intelligentiæ, cuius ipsum est quasi instrumentum, producit speciem sensibilem habentem spiritualius esse quàm habeat ipsa. sensus autem specie informat⁹ virtute obiecti primi fit actiu⁹ ad sensationis productionem.

sensibile enim sensum agere facit ex mente Philosophi in libro de sensu ex obiecto enim & potentia patitur notitia. Et hoc videtur velle Commentat. secundo de anima commen trigesimoseptimo, vbi dicit animam esse causam effectuam omnium motuum tam verorum quàm existimatorum existentium in animato. Et ista etiam sententia est eiusdem. 2. de anima cómen. 149. & non habeo pro inconuenienti hoc, quod idem sit actiuum ratione alterius. & sit passiuum ratione propria. vnde sicut intellectus, possibilis est actiuus & passiuus teste Auer. 3. de anima. commen. 19. sic imaginor de ipso sensu. Et in hoc iudicio meo recte dixit Albertus, nec rectius dici potuit. Et hoc fuit in causa, sicut mihi videtur, qua re Aristote. non potuit expresse motorem istum extrinsecum in sensu, sed bene in intellectu. quia motor iste concurrit vniuersali influentia vná cum obiecto, quod est causa proxima non dispositiua, sed effectiua particularis respectu speciei sensibilis. in intellectione autem, in qua fit transitus de ordine in ordinem, & fiunt potentia intellecta actu intellecta, fuit necessarium ponere istum intellectum agentem: quia ibi manifestum erat quòd productio speciei intelligibilis non poterat reduci ad phantasma, cùm exeat ordinê & latitudinem sensibilium. sed in sensu, vbi manet confimilis ordo, non videtur aliquem motorem separatum appropriatum ponere: sed vniuersalis eius influxus sufficit, sicut etiam in alijs est. Et hoc voluit dicere Commen. vt mihi videtur, dum dixit, sed Aristote tacuit motorem istum extrinsecum in sensu, & propalauit in intellectu. quia in sensu latet, & in intellectu manifestum est. Sic cognouisti iam quomodo sensus est de virtutibus passiuis, & quomodo de actiuis, & respectu cuius, & qualiter.

vide aïa. tex. 52. Trigesimaquarta contradictio est super tex. 52. Aristote. & Commen. videntur tenere in hoc loco quòd sensus non sentiunt se. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexand. in suo tracta. de intellectu. capitulo quarto, vbi agit de intellectu in habitu, vbi inquit quòd eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quæ actu sibi eadem fiunt. nam, vt dixim⁹, sensus in actu est ipsum sensibil, cum & sensus & intellectus formarú receptione absq; materia, quæ sibi propria sunt participant.

Solutio. Dicimus nos quòd intellectus & sensus in aliquibus conueniunt, & in aliquibus differunt. Conueniunt quidem, quia vterque percipit per speciem, tertio de anima texta commen. 2. intelligere est sicut sentire conuenit etiam. quia sicut sensus & sensilis est vnus & idé actus secundo de anima. te. commen. 141. sic & intellectus & intelligibilis secundum actum est vnus & idem actus. & quo ad istam similitudinem sensus potest dici quòd sentiat se, sicut intellectus, pro quanto est vnus actus virtusque, scilicet obiecti & potentiæ actu operantis. Differunt autem, quia licet sensus percipiat recipiendo species sine materia, non tamen sicut intellectus. quia intellectus recipit species sine materia. & sine conditionibus materiæ: quia obiectum relucent in specie intelligibili est abstractum à materia & à præsentia materiæ, & ab omnibus circumstantijs & appendrijs materiæ. secus autem est de sensu, quia sentit cum his & nunc. & ideo intellectus est communiter vnus supra suam essentiam per verum circulum, vt dicitur in primo de anima, quod non potest facere sensus, cùm virtus organica sit, & illo modo sensus non potest sentire seipsum. Et istud est ex mente Alexand. in paraphrasi de anima. in capitulo de intellectu secúdum actum, vbi formaliter isto modo dicit. Iccirco intellectus in actu, qui idem sit cum intellectu specie, non immerito sese intelligere dicitur. ergo sese intelligit, quia hoc idem, quod intelligitur, sit. species enim abiunctas à materia intelligit: nó enim singulariter apprehendit hoc, sed in singulari id, quod est, esse intelligit, sicut retro dictú est. Neque tamen ex pari ratione sensum seipsum sentire dixeris, licet ipse quoque species sensilium rerum excipiat, ea de causa, quia sentit quæcunque sentit, velut addita materiæ huius enim & singularis functio sensus est. non fit autem idem sensus cùm rei sensili specie, quàuis nó more materiæ species excipiat. materiales enim formæ sensiles, quæ secus à sensu, secus ab intellectu pensitantur. & vide cætera, quæ sequuntur.

2. de aïa. ex. 52. Trigesimaquinta contradictio est super eodem tex. Aristoteles quærit quare sensus non sentiunt se. & solut, quia sensitiuú est in potentia & non actu ipsum sensibile, & nihil mouetur de potentia ad actum, nisi à motore extrinseco. & est locus allegat⁹, q, uod sensus seipsos non sentiunt. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexandrum in tractatu de intellectu, cap. 4. vbi agit quomodo intellectus in habitu

seipsum intelligit. vbi expresse dicit, quòd eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quamuis hæc sentit, quæ actu eadem sibi sunt. Dico quòd in præsenti textu Commen. aliter legit textum, quàm Græci expositores. Vult enim Aristot. adducere rationem, per quam probat sensum esse de virtutibus passiuis & non actiuis. Nam, si sensus esset de virtutibus actiuis, cum virtutes actiuæ ex se absque extrinseco motore possint operari, sequeretur quòd sensus sine sensibilib⁹ possent sentire se, & sua organa, & elementa ipsa sensoria componentia. Sed secundum Græcos, dubitauo Aristote. est, quia, si sensus est de virtutibus passiuis, nã sentire in quodam pati & moueri consistit secundum omnes, vt dicitur in primo de anima. te. commen. 79. vbi dicit sentire autem & moueri & pati aliquid ponunt: tũc contra hoc suppositum ab omnibus concessum insurgit ista dubitatio. cum sensus sint passiui, & habent sensibilia secum iuncta: nam organa constant ex elementis, quę secundum seipsa sensibilia sunt, aut secundum accidentia ipsis: quare igitur, sicut sensus patiuntur à sensibilibus remotis, à coniunctis non patiuntur? cur oculus ipsos nõ cernimus & oculorum colores, sicut per oculos cætera cernimus? Et soluuo Aristo. consistit in hoc, quòd sensorium est in potentia ad sensibile, & non in actu, sicut cremabile est in potentia combustibile, & non actu. quia si actu esset, non indigeret eo, qui est extra, igne in actu, vt dicit, ad hoc vt comburatur. Et est locus satis ardum & difficilis sicut videt. intantum quòd Plutarchus, vt refert Simplicius, voluit hanc dubitationem protendere contra Empedoclem, & non contra sententiam Aristotelis, & in hanc sententiam est diuus Thomas in præsenti loco. Et in veritate, qui tenent in via Aristotelis elementa formaliter non remanere in mixto, illo modo habent necessario exponere locum istum. Sed istis aduersatur Simplicius, & Themistius, & Alexand. & Ammonius, & Commenta. vnde volunt illa intelligi secundum viam Aristotelis. Sed quomodo ex hac solutione patet responsio clare ad obiectionem, difficile est videre. Dicit Ammonius in hoc loco tres causas. Prima est quòd sensus secus se habet circa sensibile, & secus circa intelligibile se habet intellectus. quia intellectus in intelligendo intelligibile non indiget organo, & seipso sufficit, nec aliquid ad hoc habet impedimentum, sed sensus indiget organo, & ideo non potest conuerti supra suum organum, nec supra se. Secunda causa, quia sensus cognoscit spiritualiter & indiget medio, puta aere, vel aqua, vt patet in rebus sensibus, & etiam medio debito disposito, & ideo est ratio, quare visus non potest videre colorem sui organi, & tamen colorem extrinsecum potest. Terra causa, quę est vera: nimet omnes, quia id, quod sentit, est totum compositum ex virtute & organo, & totum hoc concurrit vt patiens, & quia nihil à seipso pati potest, ideo indiget sensibili extrinseco. Vnde dato quòd elementa sint in organo, quia tamen organum componitur ex elementis, sicut ex materiali causa, & totum organum virtutem sentiente virtute fit passum, omnia, quæ in organo sunt concurrunt etiam vt materia, non vt agens. & ideo necesse est quòd deducantur ad actum ab extrinseco motore. Accedit, vt dicit Themistius in hoc loco, quòd à iunctis innexisque nulli ictus eueniunt. Vnde forma existens in subiecto non alterat subiectum, quia alteratio fit per contactum. & ideo oportet quòd alteratus sit distinctum loco, & subiecto ab ipso alterato. Vnde Aristote. in primo de generatione & corruptione in tex. com. 76 continuum quidem igitur vnumquodque, & vnum eius impassibile, similiter autem & non appropinquantia. Et illa est ratio, quare cthica febre laborantes non sentiũt febrem suam, licet calor ille extraneus sit intensior quàm sit calor in alijs febribus dependentibus ab humoribus, vt sunt putridæ, vel à spiritibus, vt sunt ephimeræ: quia humor & spiritus sunt corpora distincta à membris sentientibus. sed caliditas febrilis hæc est formaliter & subiectiue in ipsis membris. Sed quòd ad authoritatem Alexand. qui videtur contradicere huic sententiæ, respondetur q⁹ nõ est intenti o Alexand. dicere quod sensus sentiant se, aut organa sua quæ alibi ipse opposituin tenet. sicut est rei veritas. sed dicit similitudinem inter intellectum in actu & sensum f actu, penes hoc quia, sicut intellectus in actu & intelligibile in actu vnum sunt, quia vnus & idem est actus vtriusque: sicut in simili dicitur in tertio physic. quòd vnus & idem est actus motoris actu mouentis, & mobilis actu moti: sic etiam est de sensu in actu & sensibili in actu. & sic dicunt verba eius, quia dicit. Similiter autem sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quę actu sibi eadem fiunt: & non dicit q⁹ sensus sit conuer-

Solutio.

Quare cthici febre laborantes nõ sentiũt se febrire.

conuertitur supra suam essentiam, aut supra organum suum. Vnde Auicen. dicit in 6. naturalium q⁹ virtus imaginatiua, quæ est spiritualior, quàm sensus exterior, & quàm sensus communis, non potest imaginari organum suum.

de aĩa. com. 52.

Trigesimasexta contradictio est in cõm. 52. Scribitur sensationem exterioris sensus non posse fieri sine præsentia obiecti. Huius tamen oppositum meminimus nos inuenisse in dictis eius super commento. libri de somno & vigilia, vbi dicit in somno visionem, & gustus sensationem, vel aliquid huiusmodi posse fieri. Soluitur, quòd talis sensatio non sensus est exterioris, sed est sensus communis, qui vitur intentionibus pro rebus, vnde illa sensatio non est sine præsentia obiecti: obiectum enim præsens est species in organo sensus exterioris, quã apprehendit sensus communis, & non sensus exterior: quia sensus exteriores in somno sunt ligati. nam secundum Auer. in præ dicto tractatu somnus est ligamentum sensuum exteriorum. Et ista est solutio Gregorii Arimunensis in primo sententiarum. 5. distin. primi, quæst. prima arti. 2. in solutione secundæ expetentiæ Auteoli. & dicit istam solutionem esse de mente Cõmenta. prædicto loco. Miror maxime de tanto doctore quomodo plerunque allegat tot, & tantas Commen. authoritates, quas aut nõ intelligit, aut fingit se non intelligere. ipse dicit in primis sensationes istas non posse fieri à sensibus exterioribus, quia sensus exteriores sunt ligati: & allegat Cõmen. ibi. sed contra sensus communis etiam in somno ligatus est & ligamentum non attribuitur sensibus exterioribus, nisi propter ligamentum prius existere in sensu communi. nam, vt dicit Philosophus, somnus est passio primi sensitiui: primum autem sensitiuum appellat sensum communem. Dicamus igitur pro nobis & pro ipso q⁹ sensationes dupliciter fiunt, quandoque per lineam rectam: & ista incipit à sensibilibus extrinsecis, & terminatur ad virtutem rememorativam. alia est per lineam reflexam & retrogradam: & ista incipit à virtute rememorativa, & terminatur ad sensus exteriores. In somno autem potest fieri retrograda sensatio, nam virtus imaginatiua per intentionẽ, quam recepit ab obiecto extrinseco, vel à virtute rememorativa, mouebit sensum communem, et sensus communis mouebit sensum particularem, & sic fit talis sensatio. vnde ista sensatio est sensus particularis tanquam subiecti, & non est sensus communis, nisi tanquã agentis. Sed illud, quod decepit Gregoriũ, fuit, quia non potuit imaginari quomodo sensatio ista possit esse sensus exterioris, cùm ipsi sint ligati, sed, vt dixi, ipse incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim, nam quomodo potest esse sensus communis, cùm ipse sit primo ligatus? Soluimus igitur quod in somno perfecto ligati sunt sensus isti, & sensus communis, & præcipue à sensibilibus communiter occurrentibus: & in tali somno nõ sunt istæ sensationes. est & alter somnus imperfectus, & in tali sunt istæ sensationes, & licet sensus exteriores in tali somno ligati sunt respectu sensibilium exteriorum communiter occurrentium ab extrinseco, tamen respectu alterius fenestræ, vt ita dicam, per quam itur ad sensum communem, non sunt ligati, & respectu illi⁹ imitari possunt. istud sentit Auerr. ubi in litera. Et ne videar ista fundo contradicenda dixisse, adduco verba eius formaliter. inquit, quomodo autem accidit quòd homo in somno videt, quòd sentiat per quinque sensus absque eo, quòd ibi sit aliquod sensibile extrinsecum. & soluit dicens. Hoc accidit per contrariũ motũ ei, qui fit in vigilia. in vigilia n. sensibilia extrinseca mouent sensus, & sensus cõmunis mouent virtutem imaginatiuam: in somno autem quando virtus imaginatiua imaginata fuerit intentionem, quam accepit ab extrinseco, aut ex virtute rememorativa, reuertetur & mouebit sensum communem, & sensus communis mouebit virtutem particularem: & sic accidit quòd homo cõprehendit sensibilia, licet non sint extrinsecus, quia intentiones eorum sunt in instrumentis sensuum. hæc illæ formaliter. Vide etiam pro hoc ipsum tertio colliget capit. 58.

Solutio.

Trigesimaseptima contradictio est in cõmen 60. Dicit Cõment. q⁹ melius est q⁹ diuersitas formæ sit causa diuersitatis materiæ, quam econtra. Sed huius oppositum habemus ab ipso octauo physico. commen. 46. vbi ex diuersitate materiæ probat diuersitatem formarum. Soluitur, diuersitas materiæ est causa diuersitatis formæ: sed diuersitas materiæ est signum diuersitatis formæ, non causa. Ratio igitur quam facit 8. physi. 46. est à signo, non à causa.

2. de aĩa. com. 60.

Trigesimaoctaua contradictio est super tex. 61. Aristoteles definiens sensitiuum dicit, esse tale potestate, quale sensibile est tum actu. & subdit, quòd patitur non

2. de aĩa. tex. 61.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simile ens, passum autem assimilatum est. videtur igitur sensibile in principio esse contrarium sensitiuo, & in fine simile. Ex hoc igitur sequitur sensationem esse alterationem in contrarietate fundatam. Huius tamen oppositum Aristote. supra iam dixerat in tex. commen. 57. vbi distinxit ipsum pati & alterari, asserens aliud esse corruptionem quandam, aliud autem salutem potius. & ita finaliter concludebat, quòd alteratio, qua secunda potentia deducitur ad actum, est ex secundo genere alterationis. sic quãdo sciens in habitu exit ad actum considerandi: & similiter quando sensus exit in

Solutio. actum sentiendi. Solutur. vt dicit Aristote. quia non habemus propria nomina, quibꝰ nominare possumus huiusmodi intentiones factas à sensibilibus in sensus, oportuit vti nominibus istis tanquam propriis, scilicet ipso pati & alterari. Sed aduerte quòd in alteratione proprie sumpta, quæ est corruptio quædam, talis est inter terminos cõtrarios sicut est in vero motu, qui est de cõtrario in contrarium. Sed huiusmodi contrarietas non inuenitur in sensitiuo, quia non mutatur de forma contraria in formã contrariam nec sic assimilatur sensibili vt fiat eius materia. ex hoc enim, quòd sentitiuum visus mouetur à colore, non albescit, neque nigrescit, sicut tam fit in alteratione vera, vbi passum est materia agentis, sed solum formam eius recipit: hoc enim est vnusquisque sensus proprium, susceptiuum esse specierum sine materia. & propter ea neque pati, nec alterari proprie dicitur. Sed istud est aliud alterationis genus, quod in perfectionem desinit, pro quanto ista receptio est solius formæ, quæ tandem terminatur in iudicium & cognitionem. quemadmodum enim dicimꝰ ceram excipere sigillum, & imaginem auream, non tamen quatenus aurea est, cera enim sine auro, aut ære symbolum excipit, vt dicit lucidissimꝰ Themistius. Et subdit quòd nulla materia de forma sibi accidente, hæreuteque iudicium ferre potest, quoniam materia suapte ingenio incipiens bruta irrationabilisque efficatio vero tum de alijs iudicat, tum ratione & forma rationem & formam apprehendit: sensus vero species, & ratio ea est, quæ sedem in primo instrumento sentiendi habet. Et hinc scire poteris propter quam

Quasi ethicus febrẽ suam non sentiat. causam ethicus non sentiat febrem suam, quia febrilis ille calor realiter est, & materialiter in membris. & ideo membra, cùm sint caloris illius materia, non possunt de illo afferre iudicium, sed bene de calore, quod est in humoribus, aut spiritibus indicare poterunt, quia ab illis possunt decidi species sine materia in organo tactus, sed à proprio calore nihil patitur, sicut combusti bile à seipso non comburitur, vt dicit Arist: in secundo de anima. in tex. commen. 52. Et hoc pulchre notauit Themist. in. 2. de anima in tex. 62. vbi inquit quòd sensum proprie pati & alterari à sensibilibus, cum patet quod. si visus exalbuit, alba non percipit, si manus recaluit, calida non sentit: si palatum induruit, dulcia non dignoscit, autes strepitũ familiarem obaudiunt. Ad formam igitur contradictionis dic quòd in alteratione & passione vera passum mutatur de habitu contrario in habitum contrarium. & passum fit materia agentis. sed in alteratione perfectiua. qualis est sensitiui, non est de contrario habitu in contrarium nec id, quod patitur fit materia formæ agẽtis, sed solum definit in iudicium & cognitionem mediante receptione solius formæ circũscripta materia. forma enim sola sensibilis est, quæ sensorium percutit. Solunt igitur hic est falsa, quia sensitiuũ, antequã patiatur à sensibili, non habet formam secundum quam fit assimilatio, sed facta passione habet. vnde ex non formato fit forma tum, & ex non cognoscente in actu fit cognoscens. sensibilia enim extra actiua sunt huius operationis, vt dicit Aristote. in. 2. de anima. in tex. commen. 59. quod qualiter sit intelligendum superius declarauimus. non valet autem quòd, si sensitiuum ante pati non est simile, igitur est contrarium, q ia negatio affirmationem non infert. Vel dic quòd est priuatiua contrarietas, ex quo exiliens simili fit similis, sed non positiua, sicut est in vera.

Trigesimanona contradi. est super eodẽ tex. Aristo. inquit q̃ sensitiuum est tale in potentia, quale est sensibile actu, & passum est tale, quale est illud. Sed huius oppositũ sequitur ex his, quæ scribuntur infra ab eodem in tex. commen. 121. vbi dicitur, quòd proprium est vnusquisque sensus susceptiuum esse specierum sine materia. Manifestum est autem q̃ sensibile actu, quod mouet sensum, est forma in materia, sed sensus, seu sensitiuũ nunquã actu, vbi passum fuerit, habebit formã sensibilis in materiali & naturali esse. Et tũc iterũ concesso q̃ista receptio fit secundum speciem, restat quomodo sit facta assimilatio inter sensibile habens esse materiale, & ipsum sensum.

2. de asa. tex. 62.

Solutur.

Solutio. Solutur, vt tradit Aristo. in tex. cõmen 57. extractio potentiæ secundæ ad actum secũdum fit ab eo quod est actu, & simili sic, sicut potentia ad actum. non est enim necesse vt passum assimiletur agenti in natura, aut in forma, aut in modo essendi simpliciter. non in natura, alioquin cœlum nõ posset agere in ista inferiora, quæ sunt distantis naturæ nec in forma, alioquin Sol non posset generare hominem nec in modo essendi, sicut est in casu nostro. sed vt scribit etiam Com. 12. meta. c. 18. ista similitudo debet esse talis, qualis est inter potentiam & actum, potentia enim est ordo & habitudo ad actum. quomodo igitur currit inter agens & passum talis proportio, vt tale sit passum in potentia, quã pati possit ab agẽte, qualis est in actu agens, vt possit agere, tunc semper proueniret potest actio, nisi aliquid impediat. Et hoc precipue etiam verificatur in casu nostro. vt allegatum est ex mente Philosophi. licet igitur sensibile extra habeat esse materiale, & sensus recipiat secundum esse spirituale, est tamen talis proportio, vt sensus à sensibili sic pati possit, sicut sensibile potest agere. Vtrum autẽ sensibile virtute propria adæquate, an etiã concurrẽte extrinseco motore causet illud esse spirituale, dubitatio ardua est, & mota per Auer. in commen. 60. quæ indiget perscrutatione separata, de qua infra dicam. Sic igitur intelligere potuisti, qualis similitudo currit inter sensibile & sensitiuum, quia est talis, qualis est inter potentiam & actum. Sed, quia intellectus adhuc nõ quieuit, dicamus, altius quædam repetentes, q̃ forma rerum sensibilium habet duplex esse, naturale, & extraneum, naturale in materia, extraneum vero in medio, vel in anima sicut scribit Commen. in. 2. de anima in cõmen. 97. Et, quia anima est primo diuersa à materia, est alter modus recepuonis animæ & alter materiæ. vt scribit Commen. 3. de anima. commen. 5. in principio. Sic enim anima quodammodo dicitur esse omnia, quia p sensum est omnia sensibilia, & per intellectum est omnia intelligibilia. 3. de anima. tex. commen. 17. vnde Commenta. in libro destructio destructio. disputa. 3. in solu. 28. dubij. dicit. q̃ quælibet forma habet esse duobus modis, videlicet esse intelligibile, quando comprehendit separatum à materia ab intellectu, & esse sensibile, videlicet id, quod habet actualiter in materia. verbi gratia lapis formam habet materialem extra actum, & aliam formam, quæ est intellectio, & comprehensio facta in anima, prout anima rationalis capit eam separatam. qua igitur forma quælibet, dicit, habet duplex esse in anima, & extra animam ex formis sensibilibus istis. sicut materia est in potentia ad talem formam in esse naturali, sic anima est in potentia ad eandẽ formam in esse spirituali, q uia lapis non est in anima, sed forma lapidis, vt dicit in tertio de anima. &, sicut agens transmutans materiã inesse naturali, assimilat sibi passum in tali esse, sic sensibile mouens sensum in esse spirituali assimilat sibi ipsum in tali esse, vel per se, vel concurrente extrinseco motore. Et ad hoc animaduertens Philosophꝰ in. 2. de anima. in tex. commen. 138. dicit q̃ videns quodammodo coloratum est: sensorium enim vtrumquodque susceptiuum est specierum sine materia. Vides igitur clare quomodo sensitiuum fit simile, vbi passum est à sensibili. Et hoc est, quod Commenta. notat in commen. 62. vbi inquit q̃ sentiens innatum est p erfici per intentionem rerum sensibilium, non per ipsas res sensibiles. Et, si non, tunc esse coloris in visu & in corpore esset idem. Et, si ita esset, tunc esse eius in visu nõ esset comprehensio. vbi patet hanc esse differentiam inter esse coloris in visu, & esse eiusdem in corpore colorato, quia in visu est comprehensio, sed in corpore colorato non est comprehensio. Et propterea inquit Commen q̃ Arist. animaduertens ad hanc differentiam dixit q̃ sentiens est illud, quod est in potentia, sicut sensatum est in perfectione. & non dixit q̃ est in potentia sensatum: quoniam, si ita esset, idem esset esse coloris in visu & in sua materia. ex quo patet colorem in visu non esse, sicut forma in materia, sed sicut cognitum in cognoscente.

Quadragesima contradi. est super eodẽ tex. Aristo. dicit q̃ sensitiuum patitur non simile existens, passum autem assimilatum est. Sed ex hoc sequitur, vt sensatio fiat in tempore. quod tamen est falsum. est enim subita mutatio, & in talibus non differt heri à facto esse, nec pati à passo esse, vt demõstratur in. 6. physi. auscultationis. Solutur.

2. de asa. tex. 62.

Solutio. intelligitur isto modo q̃ sensitiuum ante receptionem speciei à sensibili non est assimilatum illi, sed post receptionem. sic. n. anima est omnia fm receptionem, & similitudinem, vt dicit Commenta. in tertio de anima. i. per receptionem similitudinum.

Quadragesimaprima contradi. est in cõ. 62. Sensibile non agit in sensum, nisi quando est

2. de asa. cõ. 62.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Solutio.

do est contrarium. Oppositum secundo de anima. 57. Solvitur secundo de anima. 57. tex. distinguitur de duplici alteratione, perfectiua, & corruptiua. licet igitur in sensatione non fiat vera contrariorum ad agentiū actione corruptiua, est tamen aliqualis, talis qualis requiritur inter mouens & motū, & alterans & alteratum alteratione perfectiua. vide ibi, & intelliges.

1. de aſa. tex. 65.

Quadragesimasecunda contradi. est in tex. 65. Aristote. describens sensibile proprium inquit. Dico autem sensibile proprium quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi. Circa autem hanc secundam conditionem est contradictio, quia Commentatoꝛ dicit hoc esse verum in maiori parte, sed nō expressit in quibus casibus est verus, & in quibus nō, Themistius autem volens hoc specificare in secundo de anima cap. vigesimoprimo, super expositione presentis loci assignat tres conditiones, videlicet quōd organum sit in colume, quod non fit perturbatum medio, & quod sit debita distantia. & cum hac glosa omnes fere Latini intelligunt locum istum. Nos aūt inuenimus Alexan. in paraphrasi de anima in capitulo .12. vbi declarat, quæ sunt sensibilia per se, & quæ per accidens, quod assignat quandoque. inquit. n. In propriis autē sensibilibus sensus potissime veri sunt, vbi sensibus ea seruantur illæsa, quibus eum sensilia suscipi nata sunt. Quorum primum, atque præcipuum est, vti secundum naturam valentia & sana sensoria sint. Deinceps vero rei sensibilis situs. neque enim res retro positas visus cernere potest. Tertio loco æqualis intervalli mēsura necessaria est. nō enim ex omni spatio sensoria rei sensibilis excipere possunt. Præter hæc autem opus est medio, quo interecedente ad sensoriorum ministeria, commoda, & apta sensibilium susceptio præbeatur. neque enim vitio fieri potest, niti colluminato perspicuo. Postremo nihil oporteꝛ, quod sensum impellat & turbet. neque enim audire possumus, cum soni vehementiores obstrepunt, & sensum imurbant. Aut igitur Themistius est diminutus, aut Alexand. superfluit. Dicimus quōd Alexandri Themistius dicitur abbreuiator, vt notat Commenta. duodecimo metaphy. commento secundo, & ideo duæ illæ conditiones expressæ per Alexand. reducuntur & sic tota tres continentur in illis tribus expressis per Themist. nam debita distantia sensilis ad sensum præsupponit etiam debitum situm, & includit illum, quia non dicitur sensibile esse in debita distantia: quando non est in situ conuenienti ad hoc vt sentiatur. sensile etiam dicitur in respectu ad sensum, cuius est mutatiuum. Similiter vltima conditio, vt non sit aliquis motꝰ fortior, qui impediat, reducitur ad illam. videlicet quōd medium non sit perturbatum & ideo quod Alexan. pluribus expressit, Themi. paucis perstrinxit Quod si dicat quis tales conditiones requiri alias, videlicet quod virtus non sit distracta, quia ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus, vt dicit Philosophus in libro de memo. & remini. Dico q̄ continetur in prima illa cōditione Themistij, quia in distractione mentis ad altiora reuocatur sensus communis, & spiritus ad interiora, vt notat Cōmenta. in commento super libro de somno & vigilia. & sm Alexand. reducuntur ad postremā conditionem addoctam per ipsum, quia motus maiores impediunt minores. & ideo, quando virtutes interiores vigorantur in suis actibus, exteriores debilitantur, & econtra.

2. de aſa. com. 65.

Quadragesimatertia contradi. est in cō. 65. Dicit Cōmen. q̄ sensibilia communia sunt propria sensui communi. Huius oppositum patet infra cōmen. 135. vbi dicitur q̄ non sunt propria alicui sensui. Soluitur. per sensum communem non intellexit hic virtutem aliquam distinctam ab alijs sensib⁹. sicut imponit sibi sanctus Doctor hic: sed intellexit cōmunitatem sensuum, quia sensibilia cōmunia possunt sentiri à pluribus, quām ab vno sensu. & ideo dixit quōd sunt propria sensui communi. Et ut vide Themistium in. 2. de anima super. 135. Et sic argumenta Sancti doctoris nulla, & sic etiā patet q̄ nulla sit contradictio.

Solutio.

Quadragesimaquarta contradictio est in com. 72. Dicit q̄ color vnuscuiusque visibilis videtur in luce. siue illud visibile videatur in obscuro, siue videatur in luce. Sed ex verbis instā in eodem cō. videtur oppositū istius sequi. quia ibi habet q̄ color non est visibilis, niti mediante luce. Soluitur. dictū eius verificatur de visibilibus, quæ videntur in obscuro, & in medio illuminato: sicut sunt nocturnæ, & quarcus putrefacta, quæ & die & nocte videri possunt. tñ ratione alterius videntur in die, & ratione alterius videntur in nocte, nā in nocte videntur merito lucis, in die merito coloris, & non merito lucis subiectiue existentis in visibili, quia lumen maius obfuscat minus. cùm hoc tamen

2. de aſa. com. 71.

Solutio.

men fiat q̄ talia videantur, vt colorata in medio actu lucido. & mediante luce continentis. Et sic propositio est vniuersaliter vera, q̄ omnis color in quolibet visibili existens non videtur, nisi mediante luce.

de aſa. com. 72.

Quadragesimaquinta contradi. est in eodem cō. Cō. habet q̄ color non est visibile nisi mediante luce. Oppositū. 2. de anima. cō. 67. vbi habet q̄ color non est visibilis p aliquam formā sibi contingentem, sed est visibilis per se. Solut. visibilis est color mediante luce, quantum ad actum immutandi diaphanū. & organū sensus mediante luce, lux igitur est diaphani dispositio pro formis colorum recipiendis & pro visu. nō. n. colores in obscuro videri possunt, licet sint actu colores etiam in obscuro existentes. vt sibilus igitur competit colori per se in secundo modo: quia forma coloris est causa visibilitatis eius. Sic igitur patet contradictionis sedatio, si recte vides.

Solutio.

de aſa. com. 76 & 79.

Quadragesimasexta contradi. est in cō. 78. & 79. Quia in. 76. dicit q̄ medium in somno est aer, non aqua. sed in 79. dicit oppositum. Soluitur. in aqua non fit sonus realiter, sicut fit in aere, sed solū spiritualiter, & sic etiam intelligitur dictum eius in cō. 81. infra. in prin. commen.

de aſa. com. 84

Quadragesimasepti̇ma contradi. est in cō. 84. Dicit Cōmen aerem in aure semper moueri, & tamen in 85. dixit ip̄ sum quiescere.

Solutio.

Solutio. Quadragesimasepti̇ma contradi. est in cō. 84. Dicit Cōmen aerem in aure semper moueri, & tamen in 85. dixit ip̄ sum quiescere. Soluitur in eodem. 84. quia motus aeris existentis in aure est motus proprius: sed motus in aere extraneo, & non organico est motus extraneus. cum hoc igitur q̄ talis aer organicꝰ moueat motu proprio, fiat ipsum quiescere quiete opposita motu extraneo. sic soluitur, vt video, inflamma. sicut etiā ignis in sphæra propria potest dici motus, & quiescens diuersimode.

de aſa. cō. 91.

Quadragesimaoctaua contradict. est in commen. 91. Dicitur q̄ non habere pulmonem sit causa remota non respirandi. Et tamen primo poller. dicitur q̄ est causa propinqua. Soluitur. dictum eius in posterioribus habet veritatem respectiue, non absoluta. cum quia non habere pulmonem est causa p pinqua respectu non animalis, tamen simpliciter propinqua non est.

Solutio.

de aſa. tex. 91.

Quadragesimanona contradi. est in tex. 91. Aristoteles, & Commenta. videntur dicere, quod differentiæ odorum male, & cū difficultate apprehenduntur ab homine. prauè enim odorat homo. Ex aduerso autem scribit Auerro. in commento libri de Sensu & sensi. in capitulo quinto, quod homo apparet quōd melius distinguit differentias sensibilium olfactus, quām cætera animalia. Soluitur per doctrinam Aristotelis in quinto de generatione animalium capitulo secundo. Nam acute videre, audire. & olfacere bifariam dicitur, aut quia distincte percipiendo differentias istorum sensibilium, aut procul, & à remotis attingendo ipsa, primum prouenit ex syncritate & temperamento organi. & quia complexio humana est magis temperata alijs complexionibus brutorum, sic omnes sensus hominis sunt perfectiores alijs. vnde distinctius percipit omnes differentias sensibilium, quām faciant cætera. sed percipere à remotis obiectum prouenit ex situ organi, vnde qui habent oculos profundos, & palpebras grossas à remotis inspiciunt, illi autem qui habent oculos eminentes, non possunt ad longam distantiam sic animalia multa procul olfaciunt ex situ organi. vnde catelli Laconici, qui habent porrectas nares, eminus olfaciunt. homo igitur in hoc à cæteris pluribus animalibus vincitur. sed non vincitur indistincte iudicando differentias sensibilium. Et hoc etiam fatetur Commentator in libro de sensu & sensi. dicit enim quōd apparet, quōd homo melius distinguit differentias sensibilium olfactus, quām cætera animalia, & tamen multa animalia comprehendunt fortius odores à remotis. Hoc etiam innui in præsenti commento nonanteſimosecundo prope finem.

2. de aſa. com. 94.

Solutio.

Quinquagesima contradictio est in commento, & in proœmio metaphysicorum. Nam hic videtur sensus tactus præcedere alios sensus, & per consequens visibile visui. Soluitur. priora generatione via perfectionis posteriora sunt, sic dicimus prioritatem tactus ad alios sensus esse prioritatem secundum subiectum & materiam, sed prioritas visus ad tactum est prioritas formæ & finis. Et hoc etiam confirmat Commenta. in secundo de anima commento septuagesimoseptimo, vbi dicit quod Aristoteles videtur ordinate considerationem de virtutibus sensus secundum nobilitatem, non autem secundum naturam. prius enim egit de visu, quām de alijs. sed Auicen. sexto naturalium ordinauit talem considerationem secundum naturam: quia prius egit de tactu, quām de alijs. Pro hoc vide secundo de generatione & corruptione textu commenti septimi.

Quinqua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. de aïa. com. 97. Quinquagesimaseptima contrad. est in cō. 97. Dicitur q; raritas ignis est maxima. Oppositum 4. physi. 72. vbi dicit q; etesit in infinitum. Solutur. est maxima fm naturam, prout consequitur formam existentē in materia, terminatio enim est à forma: sed prout in materia absolute est, in infinitum tendit, cùm infinitudo sit à materia. 3. physico. 60.

Solutio.

2. de aïa. com. 58. Quinquagesimasecunda contradi. est in cō. 98. &. 101. Quia hic dicit q; omnes sensus indigent medio etiam gustus, & tactus. tamen de gustu & tactu oppositum apparet in cō. 101. Soluitur. ibi negat requiri medium extrinsecum. & hoc per senam in sensu tactus, & gustus non concurrit medium extrinsecum per se, sed per accidens. vide pro hoc cō. 115. secundi de anima. Et ideo Cōm. in princi. cō. 116. secundi de anima dicit q; aer & aqua in talibus sensibus sunt media, si debent dici media. ex hoc enim apparet q; illa non sunt vere media, sed sunt media per accidens, vt ipse declarauit in cō. 115. Et eodem modo soluitur contradictio iudicis eius super cō. libro de sensu & sensi. vbi dicit q; sensus, tactus, & gustus, non indigent medio. & tamen in hoc. 98. dicit q; indigent medio. Soluitur. ibi negat tales sensus indigere medio extrinseco in ratione per se, & veri mediphic concedit eos indigere vero & per se medio intrinseco. sensibile enim positum supra sensum non causat sensationem, fm Aristo. quicquid dicat Auicen. in hoc.

Solutio.

2. de aïa. cō. 100. Quinquagesimatertia contrad. est in cō. 100. Dicit q; amplitudo venarum & viarū anhelitus est propter necessitatem, & non propter melius. Oppositum in simili scribitur in. 2. physi. 82. & 88. contra Antiquos. Pondera, quia non affertiue, sed dubitatiue loquitur, & cogita.

1. de aïa. cō. 108. Quinquagesimaquarta contradict. est in cō. 108. Dicit graue & leue esse substantias, &. 5. meta. 18. dicit q; sunt quantitates, &. 1. cœli. 17. dicit q; sunt substantiæ. etiam in. 2. de gene & cor. &. 7. phy. 11. &. 2. de partibus animalium. cap. 1. habetur q; sunt qualitates. Vide quæ scripsi super. 7. physi. in cō. 11.

Solutio. Et, si vis curiosius videre, vide Conciliatorē in differentia. 42. in tertio dicendorum.

2. de aïa. cō. 116. Quinquagesimaquinta contradict. est in cō. 116. Dicit carnem esse medium, & non instrumentum tactus. Sed in commento super libro de sensu & sensi. & in secundo colliget. capit. de iuuamentis carnis, & in capitu. de iuuamento tactus, dicit oppositum. Vide Conciliatorem differentia. 42. in. 3. dicendorum de hac materia. quia qñ dicit Cōm. q; caro est organum tactus, intelligitur de carne cordis, quia in corde Fm Philosophum est radix illius sensus, & organum. quando dicit q; est medium, loquitur de alia carne. Alij per carnem intelligunt carnem neruosam esse tactus instrumentum, & ponunt neruos esse partiale instrumentum tactus, sicut ipsemet Conciliator tenet. Et huic opinioni fauere videtur Cōm. 2. de anima cō. 108. vbi dicit q; tempore Aristo. quo scripsit librum de animalibus, non erāt noti nerui, sed post per anatomiam apparuit, illud enim. quod fecuit Aristotes. ratione soluit post per sensum. nā vult q; Philosophus per illud, quod est in carnem, intelligat neruum: & tale est organum tactus partiale. & ista est via Auerr. sine dubio. Sed salua reuerētia Auer. eius posito non videtur esse de intentione Aristo. Nam dicere, quando Aristo. composuit librum de partibus animalium, in quo expresse ponit organum tactus in cor de esse, sicut est videre in. 2. lib. cap. 10. & in lib. de sensu & sensi. q; tunc non fuerimus cogniti sibi nerui, quia scientia sectionis erat tunc ignota, illud in veritate esse videtur vnum magnum mendacium. Nam Philosophus plerunque de neruis loqui videtur in libro illo, sicut in ca. 8. vbi agit de carne, & de his, quæ vice carnis habent. & in libro de historijs animalium plerunque de neruosa carne meminit, vt in. 3. cap. 5. Nec est verisimile q; tantus Philosophus, qui fuit solertissimus naturæ rimator, librum illū sine anatomia conscriberet. quomodo enim de coedis ventriculis, deq; alijs minutissimis membris conscripsisset ita solerter, nisi propriis oculis vidisset singula? Nerui autē non sunt adeo minutissima corpora, quod propter sui paruitatem non possint videri.

Digressio contra Auerr. de instrumento tactus

Præterea sententia Philosophi fuit sensum tactus medietatem contrarietatum obtinere. Et ideo dicit in. 2. de anima in tex. cōm. 124. plantæ non sentiunt, quia non habent medietatem. sunt enim complexionis multum terrestris. &. 3. de anima. tex. com. 66. ait Philosophus. omnium enim tangibilium tactus est, licut medietas & susceptiuus sensus, non solum quæcunque differentiæ terræ sunt, sed calidi & frigidi, & aliorum omnium tangi possibilium. & propter hoc ossibus & capillis, & huiusmodi partibus non sentimus, quia terræ sunt. & plantæ etiam ob hoc neque sensum vnum habent, quia terreæ

terreæ sunt. Arguitur ergo sic. nerui sunt terrestris complexionis, sicut omnes Medici, & Philosophi testantur. ergo talibus nō sentimus. patet consequentia, quia manente causa, manet effectus. quō ergo Auer. exponit q; illud, q; est organum tactus est illud, quod est intus. & per illud quo I est intus exponit neruum cum nullo modo neruo sentiamus? Cōfirmatur authoritate Philosophi, quæ non recipit glosam. 1. de anima. 79. tex. scribit enim ibi Philosophus, quæcūque enim insunt in animalium corporibus simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur. quare dicendum est illud, quod intus est, esse organum sensationis & tale est ipsum cor. Ista est veritas, & ita Simplicius, & Antiqui exposuerūt locum illum. Et in hoc nolo cum Auer. esse quia, vt mihi videtur, in hoc quæsito dimisit præceptorem suum, & imitatus est potius Medicos. Nam, sicut scribit Philosophus 1. ethico. cap. 7. pro defensione veritatis etiā propria impugnare oportere, præsertim Philosophos, magis existimandum est. nā cùm ambo amici sint, prius est veritatem in honore preferre. Excusare ipsum possum, de error defendere non possum. nam litera sua in. 1. de anima non loquitur de neruis, sed de ossibus solum. Similiter sermo Medicorum, in quibus etiam verſabatur, fecerunt ipsum à veritate deuiare. Hæc notauimus hic propter errorem communem imponētium Aristi. illud, quod negat expresse. & illud non prouenit, nisi quia vident expositores, & de tex. nihil.

1. de aïa. cō. 129. Quinquagesimasexta contradi. est in cō. 129. dicit q; demonstratio illa Philosophi fundatur super propositiones quatum vna eli, q; omne, quod sentit animal, aut sentit ipsum per contactum, aut mediante corpore extraneo. si ista disiuncta datur per oppositā, sequitur aliquam sensationem fine contactu fieri: cuius oppositum patet. 7. physi. tex. cōm. 12. vbi habetur q; omnis alteratio perfectiua fit per contactum. si non datur per oppositā, non est disiunctiua, per Boetium in libro diuisionum. Soluitur. per contactum intellexit medium intraneum. & sic sensus est q; omnis sensatio, aut fit per medium intrinsecum, aut per medium extrinsecū. Et ista bene opponunt, sicut vides.

Solutio.

1. de aïa. tex. 130. Quinquagesimaseptima contradi. est in tex. 130. Dicit Aristote. aerem esse auditus, aquā vero visus, ignē aūt aut nullī? aut omnibus communem, quia nihil fine calore sensitiuum est. Sed huius oppositum habetur ab Auer. in. 3. colliget. cap. 36. vbi dicit, q; auditus est aeris, aqua visus, olfactus attribuitur igni. Amplius videtur q; organum olfactus, cùm sit in anteriori parte cerebri, q; sit frigidum & humidum, & ita erit aquæ tantum, & non aeris, aut aquæ. vt Aristote. dicit hic. Solutio est, q; non est intentio Aristo. dicere ibi esse organum alicuius sensus ex vno tantum simplici constans elemento, quia animal & membra eius ex quatuor constant elementis. sed sua intentio est aliqua sensoria elementis simplicibus attribui, in quibus ipsa mixtio non est manifesta. & sic pupilla attribuitur aquæ, auditus, aeri. vnde si pungatur oculus, non exit nisi aqua, & in auribus, appositio cornu, sentitur aer complantatus, vt dicitur in. 1. de anima. Olfactus autem propterea dicitur esse alterius istorum, vt notant Cōmen. & Græci expositores, non ratione organi, sed ratione animalium, quorum quædam olfaciūt per aquam, vt pisces, & quædam per aerem, vt animalia degentia in aere. Ignis autem propterea dicitur, aut nullius esse, aut omnibus communis, quia ignis, qui est feruor, & exustio, corrumpit organa sensitiua & animalia. alter est elementalis, qui regulatur ab anima. & sic calor ille est naturalis, vt ab anima regulatur, & sic est omnibus cōmunis. vnde, pportio cuiuslibet sensus & organi ad ignem sub ratione, qua sunt in actu secundo, est proportio tanquam ad formam, & proportio ad alia elementa præter ignē, vt sic, est sicut ad materiam, quia semper respectus imperfectionis ad perfectius est respectus materiæ ad formam, aut instrumēti ad agens. 3. de anima cō. 56. sed quando Auerro. dicit organum olfactus esse ignis, hoc intelligit ex parte modi, quo multiplicatur intensio odoris, qui aut est tanquam is enaporatio, aut non ht sine ea: & non intelligitur quantum ad organum.

2. de aïa. tex. 133. Quinquagesimaoctaua contradi. est super tex. 133. Arist. & Cōm. dicunt q; numer? cognoscitur negatione continui. Sed hoc videtur esse contra id, q; habetur in. 10. meta. tex. cō. 2. vbi dicitur q; omnis numerus vno cognoscitur, & ibidem tex cō. 4. numerus Fm q; est compositus ex vnitatibus, mē surātur per vnitates. Amplius est dubium, quō numerus est priuatio continui, vt dicit Commen. in cōmento. Paulus Venetus dicit q; sumitur priuatio pro contrario min? perfecto, vt nigredo dicitur priuatio albedinis. & quia in inuitando sensum, vnum est denti? sentitur, & certius quàm multitudo

Ideo

ideo dicitur quòd numerus est primario continui. Sed hoc non potest stare, quia littera dicit q; numerus cognoscitur negatione continui. & Commenta. etiam in commento videtur q; talia se habent vt priuatio & habitus, quia loquitur vniformiter hic, sicut de quiete respectu motus. Et ideo dicimus nos Pm Cõ q; sicut de quiete dicebatur q; sensus non comprehendit quietẽ, nisi post comprehensionem motus, ita etiã sensu non cognosceret numerum, qui causatur ex diuisione continui, nisi prius cognouisset ipsum continuum, quod est vnũ. Et hoc est, quod dicit Cõm. q; comprehẽsio multitudinis, & numeri est per comprehensionem priuationis continui, quod est multitudo. Vbi aduerte, vt habetur in. 4. phy. numerus diuiditur per vnitates, sed non continuatur per vnitates. & ideo in numero est priuatio continuationis. & isto modo sensus cognoscit naturam negatione continui, pro quanto cognoscit multa, quæ non sunt vnita in vno cõtinuo. & si sensus non præcognouisset vnum continuum, non posset illud iudicare in ratione numeri. & sic numerus cognoscitur negatione continui, vnde, vt dicit dominus Albertus hic, sensus oppositorum est idem essentialiter, vbi vt dixi, essentialitas se tenet ex parte potentiæ cognoscentis. Simplicius autem dicit in præsenti loco q; non est intelligendum numerum cognosci negatione continui, sicut tenebra à visu per priuationem lucis, ex hoc q; non mouet visum, quando quidem numerus est per se sensibilis, sicut vnum, sed quoniam opponitur vnum multitudini, & quia multitudo congregat simul vnum continuum secundum vnumquodque eorum, ex quibus multitudo componitur, quoniam in sensibilibus vnum, vt continuum, est vnum, non autem in multitudine manifestatur, & in cõgregatione ipsum continuum, quamuis & vnus sit numerus secundum diuisam collectionem: & vnus est, & cognoscitur, sed non vt continuus, & hoc manifestat continui negatio, videlicet, q; numerus non cognoscitur solum vt vnũ, hoc enim in sensibilibus solum continuum est, sed in collectione istorum talium, collectione recusante continuationem. & est expositio satis subtilis in veritate. & in hoc credo verum esse quod dicit, quia numerus dicit formam positiuam, & non est pura priuatio, sicut quies. Vbi animaduerte, quòd numerus mathematicus, qui ex vnitatibus indiuisibilibus resultat, vt hic, non

eadit sub sensu, sed sub imaginatione. & vt sic, pertinet ad Mathematicum. sed numerus, qui est sensibile commune, resultat ex vnitatibus corporalibus sensibilibus idem enim est dicere res sensibiles & corporales, vt dicit Simplicius in prologo physicorum. Et illa ratione vnitas sensibilis est vnum, quod est continuum, non illud, quod præcise est indiuisibile, & est principium numeri mathematici, quia illud pertinet ad imaginationem. Ita mihi videtur pro nunc dicere. quare licet in istis sensibilibus communibus conueniat Naturalis & Mathematicus, tamen alio & alio modo, quia Naturalis consyderat de istis, vt sunt coniuncta sensibilibus proprijs, & vt mouent sensus aliquo motu, & ipsis proprijs, sed Mathematicus abstrahit ab isto motu istorum, vt coniunctus est proprijs, & sic non pertinet sua consyderatio ad sensus istos, nec est sensibilis, sed imaginabilis tantum. Et per hoc patet solutio ad ea, quæ in oppositum adducebantur. quia Aristoteles in decimo metaphysicorum tractat de numero, vt est quantitas discreta ex vnitatibus indiuisibilibus præcise resultans: & de hoc est verum quòd numeratur per vnitates, vt cõponitur ex eis, & cognoscitur per vnitatis reiteratiõnem. sed iste est numerus formalis, sed numerus sensibilis constat ex vnitatibus sensibilibus, & per illarum iterationem cognoscitur, vt dicit Aristoteles in quarto physicorum tex. commen. 134. & cognoscitur etiam negatione continui secundum alterum dictorum modorum, vel secundum Auer. vnde numerus sensibilis & naturalis est ille, qui causatur ex diuisione continui. & q; ita continuum non componitur ex indiuisibilibus, vnitates istæ sunt res continuæ, sed mathematicus numerus causatur ex vnitatibus indiuisibilibus. Ex hoc patet, solutio ad obiectiones, quæ possunt fieri quomodo numerus dicit priuationem vnitatis & continuationis, & tamen oppositũ habetur, decimo metaphysi. vbi tex. cõmẽ. octauo dicitur, quòd vnum opponitur priuatiue multitudini. & confirmatur, quia vnum dicit indiuisionem secundum Auer. quæ priuatio quædam est, & per consequẽs numerus non est priuatio vnitatis, sed econtra. Solutio. est æquiuocatio in sermone. quia in decimo metaphysic. agitur de vno transcendenter sumpto: & tale opponitur priuatiue multitudini. & cum loquendo de vno, quod est principium numeri dicit in diuisionem, quæ est priuatio multitudinis.

nis. tamen hic est sermo de numero sensibili, qui importat negationem continui, ex cuius diuisione resultat, & non sumitur pro numero mathematico, qui est quantitas discreta ex vnitatibus indiuisibilibus causata: quia talia vt sic sunt separata à sensibus. Vn de potest dari alius intellectus subtilis illius authoritatis in tc. cõm. 133. omnia ista motu sentimus, i. motus contrahit & specificat ista entia ad esse sensibile, & coniungitur ipsi materiæ sensibili, vt dicit dominus Albertus in quæstione de homine. Sed licet hoc sit verum in se, non tamen est ad propositũ quia tunc esset æquiuocatio in paruo spacio de motu. qui Philosophus in tex. habet fluxum, quiescens autem eo quòd non moueretur. & tunc non esset verum omnia sensibilia communia contrahi ad esse sensibile per motum, quia falsũ hoc in quiete. Nisi esset quòd Albertus diceret quietem etiam contrahere ad esse sensibile ista. quia natura est principium motus & quietis. Sed magis placet alter illorum sensuum, videlicet Themistij, & Auerro. per motum, intelligendo motum spiritualem, vel sicut exposuit Simplicius. Et aduerte quod discretio numeri, vt numerus est sensatum commune, communis est ad omnem diuisionem partium continui, secundum quam diuisionem diuersa cognoscũtur sensata, quæ sunt in ipsis, & sic numerus cognoscitur negatione continui ratione illius diuisionis, seu discretionis partium continẽtarum in separatione consistentium, & includentium negationem vnius continui.

de aia. Quinquagesimanona contradi. est in cõ. 133. Dicit Commenta. q; id, quod inuenitur vni accidentaliter, inuenitur alij essentialiter. Vide oppositum secundo physicorum. com. 48. Soluitur. q; id, quod est accidentaliter vni naturæ, est essentiale alteri naturæ: sed id, quod est accidentale vni naturæ non potest esse essentiale alicuius eiusdem rationis cum illa natura. primo modo intelligitur authoritas Commentator hic: secundo modo intelligitur authoritas eiusdem in secundo physicorum, in commento allegato.

de aia. Sexagesima contradi. est in eodem com. Dicit priuationem essentialiter cognosci. sed supra cõmen. 120. dixit quòd accidentaliter cognoscitur. Soluitur. supra dixit hoc comparando ad habitum. hic vero dixit oppositum comparando ad potentiam. eadem enim est potentia respectu priuationis & habitus essentialiter, licet habitus per se cognoscatur, & priuatio illius habitus per accidens.

2. de aia. Sexagesimaprima contradi. est in cõmẽ. 134. Dicit Cõmẽ. q; virtus, comprehendens illum esse Socratem, aut filium hominis est superior virtute sensus. Huius oppositũ scribit ipse in. 2. de aia in cõ. 63. vbi dicit q; cognitiua hominis comprehendit intentiones individuas lex decem prædicamentorum. Nisi esset quod dictum eius hic melligitur completiue: sed dictum eius supra in. 63 intelligit immaine. Aut hic loquit in spectu sensus exteriorum. virtus ista est superior, qua comprehendimus substantiam, aut relationem: & ista virtꝰ est cogitatiua. & hoc non contradicit Auer. in illo loco. Soluitur.

2. de aia. cõ. 134. Sexagesimasecunda contradict. est ibidẽ. Auer. habet q; quando coniunguntur duo sensus ad iudicandum super eandem rem ipsam esse eandem, iudicium est virtusque sensus, & non alterius tantum. Sed vide oppositum infra. cõ. & tex. 146. Soluitur dictũ eius hic procedit de initio, & occasione iudicij, sed dictum eius infra procedit de cõplemento iudicij. vnde sensus exteriores respectu sensus communis sunt sicut testes, qui examinantur à iudice, qui dicitur audire iudicium vtriusque partis, & postea proferre sententiam. Solutio.

2. de aia. tex. 141. Sexagesimatertia contradi. est in tc. 141. Dicit Aristo. q; vnus est actus sensilis & sensitiui. Sed huius oppositũ inuenimus apud Alexan. in paraphrasi de anima in capitu. de intellectu in actu, vbi dicit q; sensus non fit idem cum rei sensilis specie. Soluitur intentio Philosophi est quòd, cùm sensibile concurrat sicut motor, & sensorium sicut motum, & quia idem est actus motiui & mobilis, & motus est in mobili non in motore, sic actus sensibilis & sensorij idem est, & est in sensorio non in sensibili. Intentio autem Alexand. est quòd sensus non sentit se, sicut intellectus seipsum intelligit. post aliorum intellectionem. & illa ratione Alexand. dicit q; sensus non fit idem cum rei sensibilis specie, quia post speciem rei sensibilis non est conuersus supra seipsum, vt seipsum sentiat, sicut est de intellectu. Solutio.

2. de aia. tex. 140. Sexagesimaquarta contradictio est in tc. 146. Aristoteles dicit sensum communem cognoscere alteratim inter sensibilia diuersorum sensuum, & in eodem instanti. vbi Com. dicit in cõ. quòd alietas est quædam relatio, & relatiua infinul existunt in actu. Sed ex hoc sequitur sensum communem apprehendere relationem. Sed huius oppositum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum colligitur ex sententia Commē. in. 2. de anima. commen. 134. vbi dicit q̄ virtus, quæ comprehendit istum esse Socratem, aut filium Socratis, est superior ad virtutem sensuum. & ita videtur quòd relatio non cognoscatur à sensu communi. Soluitur dictum Commenta. intelligitur de sensu exteriori, quia ille non cognoscit substantiam, neque relationem, sed sensus hominis interiores possunt hæc cognoscere, vnde intentio Commenta. est ibi ponere differentiam inter illos modos duos, secundum quos aliquid dicitur sensibile per accidens. vnus est non simpliciter, & est quando sensibile vnius sensus comparatur ad aliū sensum, ex quo accidit vt sit coniunctum cum sensibili proprio illius sensus. vt si pomum fuerit coloratū & dulce, dulce dicitur sensibile per accidens respectu visus. nam hic est accidentalitas duorum sensuum exteriorū, qui sunt in eadem latitudine, quia ambo sunt exteriores, & vnus non est superior altero. Sed secundus modus per accidens sensibilis est, quando aliquod obiectū per accidens est coniunctum sensibili per se alicuius sensus, quod tamen nō est obiectum alicuius sensus eiusdem ordinis, sed superioris sicut si albū accidat vt sit filius Socratis. vnde ista relatio accidit albo, & non pertinet nec ad visum, nec ad alium sensum exteriorem, sed bene potest pertinere ad sensum cōmunem, qui est virtus superior ad visum, & ad reliquos sensus exteriores. immo vt dicit Themi. est princeps aliorum, & alij sunt sicut famuli & ministri eius. Et ne videatur tibi mirum, vt relatio sensibilium rerum sensus percipiatur, vt est sensibilis. nā Arist. hoc expresse dicit in. 2. de anima. in tex. cō. 145. q̄ quia nos vnumquodq; sensibilium ad vnumquodque comparando discernimus & sentimus, & sentimus q̄ differunt, necesse est vtique sensus. sensibilia. n. sunt. vbi Commenta. dicit quòd differentia est sensibilis, quæ est inter sensibilia, licet enim intellectus etiam differentiam inter sensibilia agnoscit, tamen in vniuersali & non signate, & sensibiliter. vnde videtur mihi relationem istam posse agnosci, à sensu communi, & non solum à cogitatiua, vt aliqui voluerunt aliter ratio Aristot. in tex. 146. non procederet, in qua demonstrat virtutem sensus communis in eodem tempore indiuisibili apprehendere, & proferre iudicium de diuersis, vel contrarijs sensibilibus.

Solutio.

2. de aīa. tex. 151.

Sexagesima quinta contradict. est super tex. 151. Arist. in hoc texto dicit q̄ decepsio est magis propria animalibus, & in hoc plus tinuum tempus perficit anima. Sed vtrūq; videtur falsum esse. quia cognitio veritatis, cum sit animæ perfectio, videtur esse magis propria animæ. Secundū etiam falsum esse videtur, quia tēpus dispositionis naturalis, & præter naturam æquale esse non potest, vt patet in. 2. cœli. tex. cō. 38. vbi Cōmenta. dicit in paraphrasi q̄ tempus sanitatis est prolixius tempore ægritudinis. & 1. cœli. te. cō. 15. quæ præter naturam sunt, citissime corrumpuntur. Nisi esset q̄ istud Arist. declarauit quòd sit magis proprium, videlicet ex parte temporis, non quia sit magis naturale. Et quando arguitur q̄ tempus non potest esse æquale dispositionis naturalis, & præter naturam. Respondetur, q̄ hoc socii habet in dispositionibus, quæ immediate insequuntur formam ab agente mediante forma iuxta illud, agens quantum dat de forma, tantum dat de accidentibus consequentibus formam, mediante tamen forma. sed cognitio non datur ab agente dante animam, sed causatur ab obiecto & potentia cognoscente. & licet anima pluri tēpore versetur in ignorantia, quàm in scientia, tempus tamen illud breue eligibilius est, quo versatur in scientia, quàm tempus prolixum in quo versatur in ignorantia. sicut præponendum est tempus breue in felicitate, quàm prolixum in miseria. & ita adhuc non est æqualitas, si bene cōsideras. proprium igitur hic sumitur, quo ad quando, & non aliter. nam multis modis proprium dicitur, vt patet in. 4. topi.

Solutio.

2. de aīa. com. 158.

Sexagesimasexta contrad. est in cō. 158. Dicit virtutem imaginatiuam distingui ab alijs virtutibus. In cō. 20. huius secundi dicit oppositum. Soluitur. hic loquitur de perfecta imaginatiua, quæ est in determinata parte corporis. & quæ est non solum respectu præsentis obiecti, verum etiam respectu absentis, sed ibi loquitur de imaginatiua imperfecta, quæ solum in imperfectis animalibus. & solum circa præsentia obiecta actum habet, quæ disseminata est per totū animalis corpus.

Solutio.

2. de aīa. com. 159.

Sexagesimaseptima contradict. est ibidē. Dicit imaginatiuam differre ab intellectu & cōsilio, quia imaginamur dum volumus. Sed fuit oppositum. q̄ hoc est nihil, quia à pari intelligimus cùm volumus. Soluitur. bene intelligimus dum volumus, sed non intelligimus verum cum volumus, sicut est de sensu & imaginatiua.

Solutio.

Sexagesi-

2. de aīa. tex. 156.

Sexagesimaoctaua contradi. est in te. cō. 155. Ponunt ibi quatuor habitus. Sed oppositum habetur. 6. æthi. cap. 4. vbi sex ponūtur habitus. Soluitur. Philosophus hic distinxit solum habitus, qui non erant ab Anuquis vsq; ad sua tempora: sed in sexto æth. enumerat omnes habitus, quos ipse ex puris naturalibus nouit.

Solutio.

2. de aīa. tex. 156.

Sexagesimanona contradi. est in tex. 156 In eodem cōmen. dicitur sensus esse verus in maiori parte. Et tamen oppositum dixit supra in. 1; 2. vbi habetur q̄ sunt semper veri. Soluitur supra loquebatur de sensu, vt mouetur à sensibili. hic vero loquitur, vt ex se componit. Sed cōtra. nam etiam sensus vt mouetur à sensibili, non est semper verus, sed frequenter, sicut patet. 2. de anima. cō. 63. & ideo forte sumpsit semper supra, idest in maiori parte. Vel si vis q̄ ly semper sumatur, vt distinguitur contra frequenter, dicas q̄ illud est verum, seruatis illis tribus conditionibus positis à Themistio in. 2. de anima. super tex. 63. Et Auer. seipsum glosat consimiliter. 4. metaphy. cōmen. 26. vbi habet hæc verba. Comprehēsio autem, quæ fit vno sensu, & vno modo sensus, & in eadem dispositione est vera semper. Hæc de secundo dicta sufficiant.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Tertio de Anima.

3. de aīa. tex. 1.

Contradictio est in textu primo. Aristotc. in hoc tex. videt dicere q̄ per intellectum materialem, qui possibilis est vocatus, homo intelligat. hic. n. exponit Themi. & Commen. illud, quod dicitur hic. De parte aūt animæ, qua anima intelligit & sapit, idest per quem homo intelligit & sapit. Sed huius oppositum scribit Alexan. in practa. de intellectu cap. 7. vbi habet q̄ intellectus agens est effectiuus intellectionis. & videtur esse etiam de sententia Commen. 3. de anima, com. 19. vbi dicit q̄ comparatio intellectus agentis ad materialem est comparatio quodammodo principij mouentis ad materiam motam. Soluitur intellectus agens, siue Deus sit, vt posuit Alexan. siue sit pars animę nostræ, vt voluit Themist. & Commē. pro tanto dicitur esse effectiuus intellectionis, quia comparatio eius ad intellectum materialem est sicut comparatio lucis ad diaphanum. comparatio autem intentionum imaginatarum ad ipsum est sicut comparatio coloris ad visum. & sicut lux est perfectio diaphani, sic intellectus agens est perfectio intellectꝰ materialis. & sicut diaphanum non mouetur à colore, neque recipit ipsum, nisi quando lucet, ita intellectus materialis non recipit intellecta, quæ sunt hic, nisi fm q̄ perficitur per illum intellectum & illuminatur per ipsum. & sicut lux facit colorem in potentia esse in actu, ita q̄ possit mouere diaphanum, ita intellectus agens facit intentiones intellectas in potentia esse actu intellectas, quas recipit intellectus materialis. Ratione igitur specierum intellectarum intellectus agens dicitur esse effectiuus intellectionis: tamen iudicium ipsum & discrimen, quo de obiecto intellecto iudicamus fit per intellectum possibilem. nam, si sensus habet virtutem, per quam discernit sensibile, multo magis intellectus materialis. Vnde, teneo intellectionem formalem, qua intelligim⁹ & iudicamus, immediate produci ab intellectu materiali illuminato per intellectum agentem, & informato specie intelligibili, sed dicitur ab intellectu agente causari ratione speciei, quia illa est ab intellectu agente effectiue. Et ista videtur esse sententia Auer. in. 3. de anima. in cō. 19. vbi dicit ponendo differentiam inter intellectum agētem & passibilem, q̄ differunt in hoc, q̄ iudicium est aliquid in capitulo perfectionis iudicis, actio autem non est fm illum modum in capitulo perfectionis agētis. Et etiā, si opinio opposita vera esset q̄ intellectio immediate produceretur ab intellectu agēte in nobis, non propterea sequeretur hominem formaliter intelligere per intellectum agentem, sed per intellectum materialem, quia eo formaliter anima intelligit & sapit. nam omnes expositores sunt concordes in hoc, q̄ intellectus, de quo Aristot. loquitur in hoc principio. 3. de anima, est intellectus materialis. vnde, licet motus effectiue sit à motore, non tamen formaliter est in motore, nec formaliter motor denominatur moueri, sed mobile. ita est etiam de intellectione, quæ est quidam motus, licet æquiuoce dictus. & hoc tangit Commen. in præadducta differentia. Et, si replicetur in oppositum per authoritatem Themist. in. 3. de anima. cap. 27. vbi dicit hominis essentiam esse intellectum agentem, & q̄ omnis actio inde deriuatur & dicatur. Sol. Them. vt tradit Commen. 3. de anima. cō. 20. opinatus

Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est intellectum materialem & agentem, & speculatiuum esse vnum subiecto, & differre fm modum. Et licet hoc teneat Them. aduerte tamen q; in via eius iudicium formaliter attribuitur nobis per intellectum materialem, non quatenus ex potestate cō stat, sed quatenus agens est intellectus, quia ille nine omnis actio dicitur, atque deriuatur. Quòd si intellectus materialis non accipit indiuisibiliter ea, quæ intellectus agens era dit indiuisibiliter, nihil est q; miremur, quā do huius rei illud exemplum exploratum habemus, quòd affectiones corporum, candor, nigror, & eius generis extrete, quanquā propria rōne & suapte natura indiuisibiles atque insecabiles sint in materiam, tamen diuisibiliter & secabiliter recipiuntur. Et ex isto capite recte perpenditur secundū Themistium intellectum agentem & materialem esse vnum subiecto: quod bene Commenta. videtur intellexisse. Et sic habes quid in via Alexand. Commenta. & Themi stij sit dicendum in hoc quæsito ardduo, sicut vides.

3. de aīa. tex. 2. Difficultas quo pacto intellectus intelligat. Sofo Scoti

Secunda contradictio est super tex. 2. Aristote. & Commen. videntur dicere intelligere esse sicut sentire, & q; sit pati. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexandrum in tract. de intellectu, vbi cap. 5. dicit, Intellectui peculiare esse actium esse. & intellectio, vt inquit, est ei actio, & non passio. Subtilis doctor persecutans circa hoc in quæstione. 13. quolibetorum in arte. tertio dicit q; non est sensus, quòd intelligere sit pati formaliter, ita quod sit de genere passionis, sed quòd formaliter denominat per hoc, quod recipitur in aliquo subiecto: sit sensus, intelligere est recipere intellectionem, & sic etiam sentire est recipere sensationem. Vnde, si obiectum vel Deus causaret sensationem, non diceretur sentire. similiter, si intellectus causaret effectiue in se intellectionem, non propterea diceretur ex hoc intelligere. sed potius ex

Cōfutatio hoc quòd recipit intellectionem. Sed ista declaratio non bene exprimit sensum Arist. nec aperit aliquid proprium sensationi & intellectioni, in quo differunt ab alijs formis denominantibus. nam hoc est commune omnibus formis denominantibus ab intrinseco, quòd sunt per informationem in re denominata, immo & motus ipse denominat mobile, in quo est formaliter & non denominat motorem. Præterea stat aliquid denominare aliquid, in quo tamen non est per inhærentiam: sicut communiter dicitur de sex principijs. Dicamus igitur, vt alias diximus, q; sensus & intellectus materialis sunt de virtutibus animæ passiuis secundum sententiam Cōmenta. in. 2. de anima. commen. 31. & 4. de anima. commen. 4. potentiarū autem passiuarum proprium est moueri ab obiecto, cui attribuuntur. &, quia sensus mouetur à sensibili, & intellectus ab intelligibili, ideo intelligere est sicut sentire. Nota tamen, q; in passione vera sunt duo. vnum est contrarietas, merito cuius est aliqua corruptio secūdo est receptio formæ. sentire & intelligere de passione non habent nisi receptionem tantū, quia in eis non est vera cōtrarietas, merito cuius concomitetur aliqua corruptio, & ideo est alterum genus alterationis & passionis ipsa sensatio, quàm sint veræ alterationes, quæ fiunt secundum veras passiones & passibiles qualitates, vt dicitur secundo de anima textu commen. 57. &. 58. & in tertio de anima textu commen. 28. In talibus enim est enatio & perfectio, vt dicit Commen. etiam in commen. & Them. in eodem loco super. 2. de anima dicit idē. Vnde, quia sensatio præsupponit receptionem specierum, & intellectio receptionem specierum intelligibilium, sic sentire, & intelligere consistunt in quodam pati, tanquam in necessario præsupposito ad hoc, q; sit sentire & intelligere. Sed intelligere & sentire formaliter non sunt receptio specierum, quia, vt scribit Commenta. in. 2. de anima. commen. 149. recipere aliquid est aliud à iudicare illud. Et Alexand. dixit in paraphrasi de anima, in illo capit. vbi agit de intellectu practico & speculatiuo, quanquam per corporeas affectiones sensuum functio fiat, sentire tamen nō est pati, sed iudicare, atque discernere. Et ideo Alexan. ardduo loquens in via Peripatetiorū voluit potentias animæ distinguī in actiuas & iudicatiuas, appellans actiuas potentias animæ vegetatiuas reliquas vero vt sensus & intellectus in numero potentiarum iudicatiuarū, quia istæ sunt virtutes discernentes & iudicantes. vnde secundo de anima tex. comm. 150. videtur autem intelligere & sapere tanquam quoddam sentire esse, in vtrisque. n. anima iudicat aliquid & cognoscit. Aduerte tamen q; licet secundum Auerr. & Alex. fm in intellectione, quàm in sensatione concurrat specierum receptio, quæ est passio quædam, differenter tamen est ista passio in sensu & in intellectu. quia sensus patitur, patiente aliquid organō, vt dicitur. 7. physi. tex. commē. 12. sed intellectus non patitur pati ente organo, quia nullius organi est actus, tertio de anima. tex. commen. 5. Sed tunc est difficultas apud viam Theo. & Themi. negantium specierum receptionem in intellectu materiali vere, quomodo sit similitudo ista intelligendo, in hoc, quod Aristote. dicit intelligere esse sicut sentire, & quomodo sit quoddam pati. Dicamus nos quòd in via istorum ista sunt in intellectu intelligenda fm similitudinem & nō vere. vnde in substantia intellectus materialis vere non recipitur aliqua species, sicut in sensorio recipit species, sed quia accidit substantiæ intellectus materialis propter mixtionem, inquantum videlicet tangit magnitudinem, vt intelligat ea, quæ sunt hic, sicut sensus in sentiendo per speciem dependet ab obiecto sensibili, sic intellectus à phantasmate, tertio de anima. tex commen. 30. intellectiuæ animæ phantasmata vt sensibilia sunt. sicut igitur sensus, ad hoc q; sentiat, mouetur à sensibili, sic intellectus materialis ad hoc vt intelligat, oportet vt quidditatem enim phantasmatibus speculetur. tertio de anima. tex. commen. 32. species intellectiuas in phantasmatibus speculatur. Sed tunc est difficultas, si intellect⁹ nō intelligit per receptionem speciei suæ sensus, quomodo igitur intelligere est pati fm istā viam? & quo Aristo. dixit intellectum locū esse specierum. 3. de anima. commen. 6. vbi laudat Antiquos? &. 3. de anima. tex. cō. 38. lapis non est in anima, sed species? Soluitur secundum viam similitudinis. Nam intellectus, vt intelligit, sic discernit & iudicat, & intelligere formaliter non est pati, sed iudicare & discernere obiectum intellectum. sed, quia hoc iudicium quod affert de istis, non competit sibi inquantum intellectus est, sed inquantum est tangens magnitudinem nullius. enim intellectus abstractus vere a magnitudine intelligit aliquid eorum, quæ sunt hic, vt dicit Themist. tertio de anima. cap. 45. & est etiam sententia Commē. tertio de anima. commen. 19. sic igitur intelligere intellectus materialis sit de rebus sensibilibus, quæ sunt potentia intellecta pro quanto sit in phantasmatibus, sicut sentire sit respectu sensibilis. &, quia hoc sibi ex passione contingit, vt magnitudini est connexus & iunctus, sic intelligere est quoddam pati, quia huic intellectui vt moueatur ab obiecto, quod est hic in phantasmate relucente hoc sibi accidit. & sic est passiuus non vere, non solum quia non per organum, verum etiam quia neque vere in ilia substantia aliquid recipit per informationem, sed solum modo prædicto per viā similitudinis. Sed tunc est in hoc difficultas, quia intelligere videtur esse actio transiens. & non immanens. Die quòd iudiciū est in iudice. Commenta. tertio de anima commen. 19. iudicium est in capitulo perfectionis. licet igitur actus intelligendi intelligatur quodammodo transire in obiectum, hoc est pro quanto terminatur ad ip sum: tamen iudicium est actus iudicis, & virtutis discernentis. Et hoc voluit Alexan. in prædicta authoritate, quæ in principio contradictionis adducebatur, q; intellectus actiuus est, & intellectio est ei actio & non passio. Scis igitur ex sententia Peripateticorum, quòd intellectio non est passio formaliter, sed iudicium. & quia iudiciū attribuitur formæ & agenti, potius est actio quàm passio. verissime tamen est qualitas, quę est in ipsa virtute iudicante. Et, quia non inconuenit vnam & eandem formam posse spectare ad diuersa prædicata secundum diuersas habitudines, qualitas. n. est fm quam quales esse dicuntur: &, quia ab intellectione dicitur intellectus intelligens, & sensus a sensatione dicitur sentiens. sic sentire & intelligere sunt qualitates. Si hoc intellexerit Scotus ille subtilis, bene dixit. Si vero consyderentur, vt præsupponunt receptionem specierum, quæ receptio est passio quæda, sic sunt in capitulo passionis. Si consyderentur in ordine ad potentiam eliciētem istos actus, sic sunt actiones. Sic concorda dicta sapientum. Si quæratur in via Theophrasti & Themist. cur sensus non potest sentire sine receptione speciei. & intellectus materialis potest. Die, quia intellectus est substantia immaterialis, cui competit receptio vera. sensus vero est materialis, & virtus organica. & licet recipiat sine materia, alteratur tamen quodam modo, & patitur patiente organo. vnde sensibilia excellentia corrumpunt sensum. tertio de anima. tex. commen. 7. sensus enim consistit in quadam consonantia & ratione. 2. de anima. tex. commen. 143. Sed intellectus, cùm nullius organi sit actus, non opus est, vt intellectus fiat per contactum, sicut sensatio. Hac enim ratione ostendit Aristote. in. 7. physico. quòd in sensatione alteran⁹, & alteratum sunt simul, quia alteratio quædam sensus esse videtur. tex. commen. 12. Sed intellectus, cum non sit corpus, neq; virtus i corpore, potest iudicare de obiecto

Propria solutio.

sine receptione vera speciei in sua substantia facta. Vnde, vt dicebatur ex sententia Philosophi. 2. de anima. tex. cō. 150. intelligere & sapere videtur tanquam quoddam sentire esse, propterea quia in vtrisque anima aliquid patitur aliquid, & cognoscit aliquid eorum, quæ sunt. Hoc. n. argumento decepti sunt Antiqui, arguentes in secunda figura ex duab⁹ affirmatiuis. Non est igitur similitudo penes formalem receptionem specierū vtrobique, sed penes iudicium, sicut vider. Sed differt iudicium intellect⁹ à iudicio sensus. quia sensus ad hoc vt iudicet, præsupponit in sensorio passionem à sensibili respectu speciei sine materia. sed intellectus hoc non requirit: imo potest dijudicare sine receptione speciei in sua substantia, sed in parte sensitiua, in qua recipiuntur phātasmata. & sic alteratio est in parte intellectiua, non ratione subiecti, sed ratione virtutis sensitiuæ, quæ est coniuncta ei, cui accidit vt sic, vt tangit eam, ex parte. s. qua intellectus est. Et hoc fuit in causa q⁹ Arist. in. 2. de anima locutus de virtute sensitiua in genere, præmisit sentire in quodam pati & moueri cō sistere, in tex. cō. 51. sicut iā concessum erat ab Antiquis, vt patet. 1. de anima. tex. cō. 79 Et ideo, quia mens eius non erat hoc sane dictum simpliciter, sensum pati & moueri, & ab alio agere, seu in actu esse, ideo ibi in tex. cō. 54. apponit corrigendo hoc dictum, primum quidem tanquam idem sit moueri, & pati, & agere dicimus. & mot⁹ est act⁹ quidam, imperfectus tamen. Vbi, vt notat lucidissimus Themistius, innuit differentiam inter moueri & agere, & inter pati & agere. licet. n. sensus patiatur & moueatur à sensibili, vt dictum fuit, non tamen agit ratione sensibilis in hoc, q⁹ iudicium sumit de sensibili, sed hoc habet ex se & sua ratione formali. in plus enim est agere, vel in actu esse, quàm sit moueri, aut pati. nā vt dicit Themist. ibi, ita actus excedit motum, sicut genus excedit speciem, nam motus est actus quidam. s. imperfectus: ratio autem actus generalior est. Et, si insteteur contra hoc authoritate Philosophi in lib. de sensu & sensi. vbi habet q⁹ sensibile sentiens agere facit & in. 2. de anima. tex. cōm. 59. vbi dicit, q⁹ actiua operationis sensibilis sunt extra. Dic q⁹ facit ipsum esse in actu, quō ad speciei receptionem. pro quanto sensus patitur aliquid patiente organo, vt dictum est: sed non facit ipsum agere in hoc, q⁹ discernit, & iudicat, quia hoc habet ex sua immuneca ratione. sensus. n. & intellectus sunt ex virtutibus animæ, quæ habent discernere & iudicare, sed sensibile solum quō ad hoc habet virtutem sensitiuam excitare, & est sibi occasio non causa principalis ferendi iudicij. organum etiam non patitur à sensibili fm passionem corruptiuam, neq. passiuemō. n. albescit, nec nigrescit, vt patiuntur corpora: immo talis alteratio in perfectionem terminatur, quia est receptio specierum sine materia, & sensitiuum etiam operatur non vt potentiæ factiuæ, sed secundū iudicii & cognitionem.

Tertia contradi. est super cō. 4. &. 5. Cō. tenet intellectum materialem esse abstractum, & immortalem. Sed huius oppositi habetur in. 3. de anima. tex. cōm. 10. vbi loqueus de intellectu agente dicit q⁹ ipse sol⁹ est immot talis. & patet q⁹ hoc non potest absolute intelligi. quia vtra intellectū agentem etiam intelligentiæ mouentes orbes sunt abstractæ, & immortales. igitur hoc intelligitur comparatiue, in ordine videlicet ad cæteras animæ virtutes & potestates, & ita intellectus possibilis non est immortalis. 3. de aīa. cō. 4. &. 5

Soluitur. inter virtutes animæ sunt duæ, quarum vna est omnia fieri, alia est omnia facere. sed illa, quæ est omnia facere, est præstantior ea, quæ est omnia fieri, & sic in supremo gradu abstractionis sola essentia intellect⁹ agentis peruenit: sicut si quis dicat Solem esse magis abstractum, quàm lucem. Ex hoc tamen non sequitur quin intellectus potestatis etiam abstract⁹ sit. quia abstractio & immortalitas non consistit in puncto, sed habet latitudinem magnam, quia distantiæ entium sunt valde diuersæ. 2. cœli. cō. 64. vnde intellectus materialis est in infimo gradu abstractorum. 3. de anima. cōm. 19. concordat Them. 5. de anima ca. 36. & sic elicio solutionem istam. aliter etiam dici potest, vt notaui in tabulis. Solutio.

Quarta contradi. est in cō. 5. Auer. vbi tenuit Alexand. qui, sicut tibi imponit, posuit intellectum materialem causatum ex mixtione elementorum, & vniuersaliter omnes alias virtutes animæ, dicit q⁹ hoc est contra Arist. quia sententia Arist. fuit primas perfectiones animæ esse à motore extrinseco. Sed ipse non recordatur fuisse super. 7. meta. cō. 31. vbi reprehendit Auic. ponentem datorem formarum, & Themistiū ponentem motorem extrinsecum respectu animalium ex putrefactione generatorū. Soluitur, memini me diffuse dixisse de hac materia super quæstione nostra de speciebus intelligibilibus: sed pro nunc dico q⁹ via 3. de aīa. com. 5.

via Auic. & via Alexan. sunt duæ viæ extremæ. sed via Auerro. est media, & partim discrepat ab vtroque, & partim cum vtroque conuenit. Auicen. ponebat, sicut Plato in similibus dicebat, q⁹ motor separatus erat causa adæquata productionis formarū. vnde Cō. ibi contra eos dicit q⁹, si ita esset, non opus esset materia in generatione. nam materia est, ex qua fit aliquid inexistente. si autem tales formæ non educuntur de potētia materiæ, sed totaliter sunt ab extrinseco. videt fm ipsum q⁹ materia superfluat quia sequitur expositione tales formas esse per se subsistentes. Alexand. vero videtur esse in alio extremo, vt sibi imponit Cōm. quia ipse voluit animam intellectiuam hominis, & animas brutorum, & vniuersaliter omnes materiales formas esse causatas ex diuersa mixtione elementorū tanquam ex causa adæquata: sicut est de qualitatibus secundis. vt est color, & sapor, qui causantur ex primis qualitatibus elementorum. vnde dicit Cō. q⁹ ista positio est quasi positio negantium agens, & concedētium materiam tantum: & sunt illi, qui ponunt eatum: sicut patet. 2. physico. Sed via Auer. est in medio. quia ipse tenet q⁹ formæ istæ animatorum, sicut est anima cogitatiua hominis, & omnes inferiores animæ sunt eductæ de potentia materiæ, non tamen insequuntur mixtionem elementorum tanquam causam effectiuā adæquatam, immo elementorum mixtio concurrit in genere causæ materialis. sed illud, quod concurrit effectiue, est virtus informatiua existens in semine, & est motor extrinsecus, qui est intelligentia separata, à qua rememoratur talis virtus. & ita Cōmē medium tenens extrema dimisit, sibijpsi non obuiando.

Quinta contradict. est in eodem com. 5. Dicitur q⁹ in corporibus cœlestibus nō sunt plura individua in eadem specie. Oppositū videtur. 2. cœli. cō. 59. vbi ponit omnia corpora cœlestia esse eiusdem speciei. Soluitur. mouiens dixi tibi speciem aliam vniuocam, aliam analogam esse, sicut est de genere & differentijs. sic in proposito negat hic in corporibus cœlestibus esse plura individua in vna specie vniuoce dicta, concedit tamen in talibus esse plura individua in specie analogice dicta, quę est secundum prius & posterius. 5. de aīa. com. 5. Solutio.

Sexta contradictio est in eodem com. 5. Superius vbi tam diuinus in solutione secundæ quæstionis, ipse declarans quomodo ex intellectu & intelligibili fiat maxime vnum dicit, quia non fit aliud ab eis, sicut est in compositis ex materia & forma. Sed huius oppositum sentire videtur. 12. meta. cō. 51. vbi habet q⁹ in solo intellectu diuino intelligibile & intellectum vnum sunt. Dico, quicquid dicant Moderni, q⁹ intellectus Auer. iste est, q⁹ ex intelligibili & intellectu fit maxime vnum, quia esse intelligibilis & esse intellectus sunt vnum & fiunt vnum. Nam quid melius quàm Auer. per Auer. interpretari? Dicit seipsum declarando. 12. meta. cō. 39. intellectum, cum intelligitur, fit idem cū eo. s. cum intellectu. Et subdit. & intellectus est illud, quod intelligitur. & propter hoc dicitur q⁹ intellectus sit res intellecta. Et hoc est consonum viæ Aristotelicæ. nam ipse. 2. de anima habet q⁹ anima est quodammodo omnia. 37. cognitum. n. fit vnum cum potentia cognoscente, & esse rei cognitæ, vt sic est esse rei cognoscentis. Ista igitur identitas vniuersaliter reperitur in omni potentia cognoscente. & quanto potentia cognoscens abstractior fuerit, tanto maior est identitas cogniti cum natura, quæ cognoscit. Et suprema virtus abstractæ à materia, & à qualibet imperfectione est intellectus primi entis. hinc est q⁹ ibi intellectus & res intellecta sunt idem omnibus modis fm viam Auer. Vnde, cum res intellecta ibi sit diuina essentia, in qua est omnis perfectio, omnis bonitas sine aliqua dependentia vel potentia, vel quasi potentia, illic est mare indeficiens bonitatum, & perfectionum, inde spargūtur flumina & riuuli entibus, fm quod vniuscuiusque dispositio requirit. Et hoc est, qđ dixit Ari. m. 1. eqlf in te. cō. 100. Ideo intellect⁹ diuinus essentiā diuinam aspiciens omnia videt, quia videt illud, quod est omnia eminenter, nam videt illud quod est ens per essentiam. nil aliud videt fm Auer. perfidum, nisi suam essentiam. sicut inquit ipse 12. meta. cō. 51. si quis cognosceret naturam calidi actis existentis in igne, non diceretur ignorare naturam calidi actis in aljs rebus calidis. vnde 4. phys. cō. 102. dicit. Si illud, quod est calidum simpliciter, est ignis simpliciter, illud, quod est aliquod calidum, est aliquis ignis. sic, cum Deus sit ens per essentiam, alia entia sunt entia per participationem, alia entia aliquid diuinitatis participant, sicut patet etiam. 2. de anima. te. cō. 14. &. 2. celi. te. cō. 64. &. 1. phys. 81. Solum igitur in intellectu primi intellectus intelligibile est. idem simpliciter & omnibus modis, quia ibi est entitas per essentiam solum. & in nullo

Universidad de Deusto
Biblioteca

alio intellectu, quia in alijs est participatio entitatis, & non est fontalis pleni tudo solũ enim vnum est ens simpliciter perfectum, & illud Deus est. 5. meta. cõ. 21. Noluit igitur Cõ. absolute q; intelligibile non fiat idem cum intellectu in alijs intelligentijs, sed voluit q; omnimoda, & simpler identitas nõ est nisi in solo primo intellectu. Et ideo dixit. 12. met. 51. q; Deus intelligit enua eo modo, quo non est fas homini: immo eo modo, quo nullius alius intellectus ea potest intelligere, disputatione. 1. in solutione. 58. dubi; contra Algazelem in libro destructionũ. Et ideo fuit opinio eius, sicut ibi patet q; in alijs intellectibus citra primũ quilibet intelligit aliquid extra se, vnde intellectus secundæ intelligentiæ intelligit primum extra se, quia ipsa prima intelligentia non eminenter continetur in essentia secundæ, sed potius econtra. Et quia secunda intelligentia eminenter continet posteriores, immo omnia alia, dicimus q; non intelligit ea fm ipsum extra se: quia videndo seipsam videt illud, quod est omnia infra ipsam. Et ideo voluit solum primum intellectum esse incausatum, in quo intelligibile & intellectus sunt idem per essentiam omnibus modis. sed in alijs intellectibus ex parte est identitas, & ex parte diuersitas: ex parte est actualitas, & ex parte potentialitas. sicut infra declarabimus magis. Nota ista, quia multi cristato capite non potuerunt ascendere ad hoc, vt intelligerent quomodo ex intellectu & intelligibili non fit aliud, sicut ex materia & forma: & quomodo solum in primo intellectu est verum omnibus modis. & in alijs fm quid: & hoc respectu primi. Quia igitur materia nunquam fit forma, neque forma vnquam fit materia, sed ex materia & forma fit aliud, quod non est neque materia, neq; forma, & illud est compositum ex materia & forma. &, quia intelligibile fit intellectus, & intellectus fit intelligibile, ideo nõ fit aliud ab eis. ideo fit maxime vnum ex eis. Et licet in omni intellectu locum habeat, simpliciter de solo intellectu verificatur omnibus modis. Et hoc declarabitur statim, q; declarabimus, q; in oĩbus intelligentijs est potẽtia citra primã.

5. de ala. com. 5. Septima contradi. est in eodem cõ. 5. Scribit Cõm. reddens causam, quare ex intellectu & intelligibili fit maxime vnum, dicit quia illud, quod fit ex eis, non est aliud ab eis, sicut est compositum ex materia, & forma. videtur velle, compositum substantiale dicere tertiam entitatem realiter distinctam à partibus. Cuius tamen oppositũ videtur sentire. 1. phy. 17. Soluitur ibi à me, & illic vide. dico enim q; ibi loquitur de toto integrali, vt patet in littera. sed de composito substantiali non possum videre quomodo non habeat aliquam vnitatem per se, & entitatem distinctam ab entitate partium. Dicant alij quicquid velint, dico q; mẽs Auer. est ista, sicut ibi late probauĩ est.

Solutio.

3. de ala. com. 5. Octaua contradi. est in eodem cõmẽ. 5. est contradictio. Quia dicit intellectum agentem esse quasi formam, & intellectum passiuum esse quasi materiam. Sed oppositum scribit ipse. 12. meta. cõmẽ. 17. vbi dicit q; intellectus possibilis respectu intellectus agentis est quasi locus eius, non quasi materia. Soluitur. in materia duæ sunt conditiones. Vna q; de potentia eius forma materialis deducatur ad actum. Et quantum ad istam conditionem respiciens dixit Cõ. in. 12. met. in cõ. 17. q; est locus, nõ materia intellectus possibilis, respectu agentis intellectus. nã intellectus agens nõ est eductus de potentia intellectus possibilis. Alia est conditio materiæ, q; ipsa sit informabilis per formam, & perfectibilis per eam. & quantum ad istam conditionem intellectus possibilis habet rationem quasi materiæ, non materiæ, quæ formam medij antiquus dimẽsionibus & qualitatibus recipi t. sed habet proportionem materiæ abstractæ. quæ cõparata ad suum actum est sicut potentia, nã via eius fuit ex intellectu potestatis, & ex intellectu agente vnam intelligentiam resultare, quæ merito intellectus possibilis passiua est, & receptiua. sed merito intellectus agentis est productiua.

Soluto.

Soluto.

3. de ala. com. 5. Nona contradi. est in cõ. 5. in solutione. 5 q̃nis. Cõ. dicit q; cũ, eius diuidat in ens sensile & intellectile, & sensile in materiam & formã, ita ens intellectile pariformiter videtur diuidi in aliquid proportionale materiæ, & in aliquid proportionale formę & intellectus materialis est in tali modo, videlicet q; est ens proportionale materiæ. Huius th oppositum scribit Alexã. in tractatu de intellectu cap. 1. vbi declarat quare intellectus materialis dicatur, non quia est subiectum aliquod, vt materia, quæ per præsentiã formæ potest hoc aliquid fieri, sed quia materia habet essentiam suam in potentia, quia omnia potest, ad quæ habet potentiam. id enim, quod est potentia quantus huiusmodi est materiale est. Et parum infra ponens differentiam inter sensum, & intellectum materialem, inquit q; sensus, cum

cum per corpora fiant, non sunt hæc, quæ percipiunt, sunt tamen actu alia quædam. est enim sensus facultas corporis cuiusdã. ideirco & corporis patientis est aliquid sensuum perceptio. & ex hac causa non omnũ omnis sensus est perceptiuus, est enim & ipse iam aliquid actu. intellectus vero cum nec per corpus aliquid percipiat, nec corporea facultas sit, nec patiatur, nullum omnino entium actu est, nec est hoc aliquid potens, sed est simpliciter potestas quædam huius perfectionis & animæ y specierum et notionum susceptiua. Amplius idem Alex. in paraphrasi de anima in cap. de intellectu practico & speculatiuo expresse dicit intellectum rectius comparari agrapho, ideſt in scripturis cæteris, quam ipsi tabellæ. tabella enim est in numero entium. vbi expresse vult intellectum non esse in numero entium, sed privationem quandam. Soluitur opinio Alexan. est multum remota in hoc ab opinione aliorum Peripateticorũ. Theophrastus enim, & Themistius, & Cõ. volunt intellectum esse æternum & immortalem: immo volunt prædicti q; non est potestas animæ, in qua sunt aliæ potestates, sed est substantia superior anima, quam contingit separari, sicut perpetuum à corruptibili. ita notat Themistius in. 2. de anima: commen. 31. & Commenta. comme. 21. &. 31. & in. 3. de anima. commen. 5. Et tunc secundum istos viros intellectus materialis dicitur esse potentia, & nullam dicitur habere naturam, nisi quia possibilis est vocatus. certio de anima. tex. commen. 5. ista ratione, vt refert Themistius in certio de anima. cap. 59. authoritate Theophrasti, inquit enim, cũm intellectus homini extrinsecus accedat, cumque tanquam appositus intellectus; que sit, quæritur quemadmodum cõgenitus nobis dicatur, demum, quæ nam confirmatio natura vt eius sit. Certe id, qd dicitur, nihil actu esse intellectum ad potestatem, omnia recte hactenus dicitur, quatenus & in sensu, non tamen vsque eo ad vnum resecãda res est, neq; tam nihil actu probandus, vt neque ipsemet sit. calumnia hæc esset & oratio contentiosa cauillosque proxima. Sed ita intelligendum, ; vt in animo talis quædam sui generis potentia sit pro subiecto formarum, ac gremio, qualis in rebus materialibus facultas illa est, quæ constitutioni earum, & concretioni substernitur. Vbi patet secundum istos viros intellectum materialem esse in numero enuum, & esse subiectum omnium formarum in esse intelligibili, sicut materia est subiectum omnium formarum in esse sensibili. Et quod dicitur non esse aliquid actu, hoc referendum est ad ipsam privationem. & postea, seu earentiam formarum talium, vbi sic considerandum. Alexander autem tenuit animam intellectuam esse vnam formam dantem esse hominis formaliter, & eductam de potentia materiæ. in qua sunt omnes virtutes, scilicet alitiæ, sensibilis, motiua, appetitiua, intellectus, & voluntas. verũ in hoc est differẽtia, quod omnes animæ humanæ potentiæ sunt organicæ, excepto intellectu materiali qui est suprema animæ humanæ potentia, secundum quam anima transcendit corpus, ita quod huiusmodi potestas non est alligata organo corporali, sicut sunt aliæ potestates. vnde ex alijs potestatibus animę & organo corporeo resultat aliquod in actu, & demonstratum: etenim ex oculo & visu fit aliquod actu videns, & sic de singulis. non sic est de intellectu, quia nullius partis corporis actus est, sed est potestas animæ, & perfectio eius, quæ est gremium formarum & notionum. Alia etiam differentia est inter sensum & intellectum materialem. quia sensus, cùm per corpora fiat, patitur patiente corpore, intellectus autem, per corpus non intelligit, quia nec actus, corporis est, nec patitur patiẽte corpore. Et ideo Alexander omnes demonstrationes Aristotelis, & verba eius interpretatur isto modo, quod videlicet intellectus non est corpus, nec virtus in corpore, quia non est iudicium demonstratum in actu, sicut sunt corpora cõposita ex materia & forma. nec etiam est virtus in corpore, quia non est virtus affixa organo, sicut sensus. nec patitur patiente corpore sicut sensus, quia forma existens in subiecto patitur passione subiecti, cùm autem intellectus non sit virtus organica, ideo non est virtus corporea. Et eadem ratione dicitur simplex, & eadem ratione dicitur immortalis, quia non accidit sibi mors ratione, qua sit virtus organica. & ideo dicit intellectum à principio recte cõparari agrapho, i. carentiæ inscriptionis i tabellæ, q̃ tabellæ non scriptæ. quia tabella dicit aliquod ens in actu cõpositum ex materia & forma per se subsistens, cuiusmodi non est intellectus, vt diximus: quia non est aliquod subiectum, ex quo & forma susceptra possit fieri aliquod per se subsistens in actu, sicut ex prima materia, & forma substantiali fit aliquid per se vnum.

in actu per se subsistens. vnde, si materialis dicitur, est, quia est in potentia ad omnia intelligibilia, quia omnia quæ sunt, intelligi possunt, & potentia reducitur ad materiã, vt testatur etiam Commen. 12. meta. cõ. 26: Vbi animaduertere q; Cõm. non videtur bene habuisse mentem Alex. nec ex consequẽ ei impugnatio Commenta. procedit contra mentem Alex. Nam non vult etiam Alex. intellectum materialem esse formaliter nõ ens & priuationem puram, sicut sibi imponit Commen. alioquin quomodo Alex. fateretur intellectum materialem esse susceptiuum notionum & formarum? Vnde in paraphrasi de anima ita scribit in cap. de intellectu practico & speculatiuo. Nihil igitur est ex his, quæ sunt actu, materialis intellectus, sed omnia potestate. cum enim ante intellectionem nihil sit actu, vbi quid intelligit, id quod intelligitur fit, siquidem illi intellectio. cùm aduenit q; intelligibilis rei speciem habet. Solum igitur intellectus materialis, formalis, & promptitudo quædam est ad formas excipiendas, tabellæ nondũ scriptæ perfimilis, quinimmo ipsius tabellę agrapho, hoc est inscriptionis carẽtiæ, quàm tabellæ similior. tabella enim iam in entiũ numero est. quapropter anima ipsa, & id, quod anima præditum est, tabellæ potius comparari potest, ipsa vero inscriptionis carentia ferè intellectus materialis est promptitudo & facultas quædam, excipiendis inscriptionibus accommodata. sicut igitur in tabella accidit, vt ipsa quidem, in qua aptitudo ipsa, & facultas est inscriptionis excipiendę, vbi quid inscriptum est, pati aliquid videatur, cùm aptitudo ipsa & facultas in actum prompta nihil omnino patiatur. nec enim subiectum vllum est, eodem pacto in tellectus nihil patitur, cùm nihil sit eorum, quæ sunt actu. In libro autem de intellectu cap. de intellectu materiali seipsum melius declarat, quomodo intellectus materialis nihil sit actu. inquit enim. Intellectus, cùm non per corpus aliquod percipiat, nec corporea facultas sit, nec patiatur, nullum omnino entium actu est, nec est hoc aliquid potens, sed est simpliciter potestas quædã harũ perfectionis, & animæ specierum, & notionum susceptiua. vbi patet intellectum materialem non esse actu aliquod entium eorum, quæ recipiuntur in intellectu, nec est aliquod potens, ideſt aliquod subiectum in actu, sed est potentia animæ susceptiua notionum. Sententia igitur Alex. est q; intellectus materialis aliud est ex parte, qua materialis, & aliud ex parte, qua intellectus. nã materialis dicit potentiam, quæ est priuatio ni coniuncta, & sic est priuatio omnium intelligibiliũ actu. sed quia ista priuatio fundatur in essentia, in cuius illa essentia est aliquid ex natura rei, quia est potentia, animæ, quę est gremium formarum, & quia ista potentia, quę est subiectum formatum, non est corpus, nec virtus in corpore, nec ex ipsa, & organo sit aliquid demonstrati, ideo dicitur non pati patiente corpore. Voluit igitur Alexã. intellectum materialem esse simpliciter priuationem, sed quòd ad hoc male dicit priuationem, sed connotat aliquid reale, & est potentia, quæ est gremiũ specierum intelligibilium. nam & Alexan. in paraphrasi de anima ostendit modum, quomodo intellectus materialis potest seipsum intelligere post aliorum intellectionem, quod non faceret, si pura priuatio est apud ipsum.

Decima contradictio est in eodem com. in soluuone tertię quæstionis. Dicit. nullam formam liberatam esse à potentia, nisi primam formam, & per consequens in omnibus intelligentijs citra primam aliqua est potentia. Huius tamen oppositum habetur 3. physi. 32. vbi dicitur q; in æternis non differt posse ab esse, &. 12. meta. com. 30. vbi dicitur q; in ente æterno nulla est potentia omnino. & idem habetur ibidem. 35. 41. & 44. &. 2. coeli. 32. 41. &. 34. vbi habetur q; in ente æternio possibilitas est necessitas. Solutur. potentia duplex pro nunc. quædam realis & physica, q; ista semper cum actu habet compositionem facere. alia est potentia, quæ nihil reale dicit, & ista communi vocabulo potentia logica nuncupatur. Dico autem potentiam logicam entis rationis per actum collatiuum intellectus, causatũ ex non repugnantia terminorum. Fin quod non repugnant. Dico nunc quamliber intelligentiam citra primam dupliciter consyderari posse, & sub ratione generis, & sub ratione speciei. nam intelligentia Saturni potest concipi, & inquantum ens, & inquãtum tale ens. si autem consyderata fuerit inquantum ens est, non repugnat sibi q; maiorem perfectionem habeat, quàm sit illa, quam actu possidet. quia, si sibi latitudo maioris perfectionis repugnaret inquantũ ens, ita quòd ratio formalis entitatis est præcisa causa istius repugnantiæ, tunc cuilibet enti illud repugnaret, & per consequẽs primo enti: quod falsum est, & impossibile. & est simile. si talpæ repugnaret visio, inquantum

3. de ala. cõm. 5.

quantum animal, tunc cuilibet animali repugnaret. & ideo sub ratione generis secunda intelligentia potentia, & priuationem aliquam includit: quæ tamen nihil reale dicit, sed solum non repugnantiam. Si autem consyderata fuerit sub ratione speciei, inquantum sic licet est tale ens in tali gradu entitatis ordinatũ, sic Fm. Philosophos omnis perfectio apta nata sibi competere sub ratione, qua talis ab æterno sibi inest. Et Fm hunc sensum dixerunt in æternis non differre potentiam ab actu. Et, quia sola prima intelligentia & sub ratione generis, & sub ratione speciei consyderata est actus purissimus: omnes aliæ extra primam, aliquã potentiam habent, saltem sub ratione generis. quia igitur ratio in rebus materialibus, per quã quiditas ab essentia differebat, erat potentia annexa cum actu, si in primo sic actus sine potentia solum, sequitur ibi solũ quiditatem, & essentiam idem esse. in alijs autem, cùm sit compositio ex actu & potẽtia, nõn sicut ex positiuo & positiuo, sed sicut expositiuo & priuatiuo. vt supra declaratum fuit, & longe ante nos subtilissimus Doctor in octaua distinctione primi quæstione. 2. pulcherrime declarauit, sequitur ergo q; in talibus quiditas & essentia quoquo modo, vt dicit Com. idem nõ sunt. Sed intellectus subtiliter dubitare posset propter quid dixit, quoquo modo non sunt idem. Soluitur. in rebus compositis ex materia & forma simpliciter, & sine additione aliqua, concedendum est quiditatem, & essentiam non eadem esse. Sed in intelligentijs citra primam absolute illud non concedit Commen. sed cùm ly quoquo modo, quæ est dictio distractiua. Et ratio est ista, quia in istis inferioribus est vera compositio ex potentia vera reali & forma, & in talibus sequitur, quod essentia & quiditas non sunt idem simpliciter. sed in abstractis quia ibi non est physica potentia, sed logica tantum, quæ est ens rationis pro tanto dixit q; quoquo modo in eis quiditas & essentia non sunt idem. Dixit etiam quoquo modo, quia in talibus non est potentia, & nisi sub ratione generis non sub ratione speciei. & ideo aliquo modo ineis quiditas & essentia idem sunt, & aliquo modo non idem. sed in rebus materialibus tam sub ratione generis quàm sub ratione speciei quiditas & essentia non sunt idem. Et, quia in solo primo ente, vt diximus, quiditas & essentia idem sunt, ideo dixit Auer. in libro de structio destructionum disputa. 6. in solutione. 6. dubij q; prima causa est quiditas simpliciter,

3. de ala. cõm. 5.

Vndecima contradictio est ibidẽ. Dicit Auer. q; solum in prima intelligentia quiditas & essentia idem sunt, in alijs autem differt quiditas ab essentia. Sed huius oppositum nos inuenimus in. 1. de anima. tex. commen. 9. vbi absolute Philosophus in abstractis videtur vniuersaliter concedere quiditatem, & essentiam idem esse, &. 7. meta. tex. commen. 41. hoc idem habetur. Debet scire pro solutione Auerro. voluisse quiditatem, & essentiam non esse nomina synonyma, quia talia secundum ipsum non vsitantur in doctrina demonstratiua, nisi forte ad exponendum: tamen in præsenti loco distinguatur, quia sub propriis rationibus sumuntur. Vnde scias quiditatem esse abstractius quàm sit essentia. vnde quiditas solum actum dicit, & ab actu nomen quiditatis est dematum. vnde secundum ipsum. 7. meta. 21. &. 34. tota quiditas est à forma, essentia autem est mationis ambitus, quia competere potest & entibus in actu, & entibus in potentia. Et ideo secundum principia ipsius habemus concedere materiam essentiam esse, seu naturam. quiditatem vero minime. similiter habemus concedere materiam esse de essentia compositi non habemus autem concedere materiã esse de quiditate compositi. vnde. 1. phy. cõ. 5. in fine commen. dicitur q; materia & forma sunt partes qualitatiuæ, ideſt partes essentiales compositi, non tamen tam materia quàm forma sunt partes quiditatis compositi, sed tota cõpositi quiditas forma est. Illud igitur, quod in rebus istis ex materia & forma compositis facit quiditatem ab essentia differre, est materia, quæ est radix potentialitatis. Sic pariformiter manuducam intellectum tuum à simili procedendo, vt intelligas quomodo solum in prima intelligẽtia est quiditas, & essentia vnum & idẽ omnibus modis. Reuoca in memoriam ea, quæ paulante dixi, videlicet quòd sola prima intelligentia & sub ratione generis, & sub ratione speciei consyderata est actus purissimus: omnes aliæ extra primam, aliquã potentiam habent, saltem sub ratione generis. quia igitur ratio in rebus materialibus, per quã quiditas ab essentia differebat, erat potentia annexa cum actu, si in primo sic actus sine potentia solum, sequitur ibi solũ quiditatem, & essentiam idem esse. in alijs autem, cùm sit compositio ex actu & potẽtia, nõn sicut ex positiuo & positiuo, sed sicut expositiuo & priuatiuo. vt supra declaratum fuit, & longe ante nos subtilissimus Doctor in octaua distinctione primi quæstione. 2. pulcherrime declarauit, sequitur ergo q; in talibus quiditas & essentia quoquo modo, vt dicit Com. idem nõ sunt. Sed intellectus subtiliter dubitare posset propter quid dixit, quoquo modo non sunt idem. Soluitur. in rebus compositis ex materia & forma simpliciter, & sine additione aliqua, concedendum est quiditatem, & essentiam non eadem esse. Sed in intelligentijs citra primam absolute illud non concedit Commen. sed cùm ly quoquo modo, quæ est dictio distractiua. Et ratio est ista, quia in istis inferioribus est vera compositio ex potentia vera reali & forma, & in talibus sequitur, quod essentia & quiditas non sunt idem simpliciter. sed in abstractis quia ibi non est physica potentia, sed logica tantum, quæ est ens rationis pro tanto dixit q; quoquo modo in eis quiditas & essentia non sunt idem. Dixit etiam quoquo modo, quia in talibus non est potentia, & nisi sub ratione generis non sub ratione speciei. & ideo aliquo modo ineis quiditas & essentia idem sunt, & aliquo modo non idem. sed in rebus materialibus tam sub ratione generis quàm sub ratione speciei quiditas & essentia non sunt idem. Et, quia in solo primo ente, vt diximus, quiditas & essentia idem sunt, ideo dixit Auer. in libro de structio destructionum disputa. 6. in solutione. 6. dubij q; prima causa est quiditas simpliciter,

simpliciter, & omnia alia entia quidditatē habent ea nectitate. Ex his applica, & solue.

1. de aia. tex. 17. Duodecima contradictio est in tex. 17. Aristo. in illa demonstratione aperte reflator animam intellectiuam esse naturam quandam, vt notat Commen. in com. dum dicit. Et quia consyderatio de anima est cōsyderatio naturalis, quia anima est vnum entium naturalium. Sed huius oppositum habetur in primo de partibus animalium, vbi quærit verum de anima omni sit consyderatio naturalis, & determinat oppositum. Et inter alias rationes adducit istam, quia non omnis anima est natura. Aliqui ad pauca respicientes enuntiauerunt Arist. ibi locutum fuisse superficietenus, & probabiliter, & dicunt rationes eius ibi non tenere. Nam prima ratio reflectitur, dum dicit. si Naturalis consyderat de intellectu, tunc igitur de omni intelligibili consyderaret, & sic tota scientia Naturalis omnia consyderaret, nam oportet Philosophum concedere aliquam scientiam de intellectu consyderare, & tunc idem dicam tibi, sicut ipse dicit de Naturali. Amplius, vt aiunt, ipse assumit propositiones falsas, quia dicunt, q̄ non omnis anima est natura, quia non intellectus. Sed huius oppositum scribit in præsenti demonstratione, vbi probat q̄ oportet ponere intellm agentē, quia in omni natura est aliquid, qđ est oia fieri, & aliquid, qđ est oia facere. patet aūt q̄ minor est, q̄ anima intellectiua est natura quædam. Amplius sua probatio falsa est, dum asserit non omnem animam esse naturam, quia non omnis anima est principium motus, quia non intellectus. Sed huius oppositum scribit Philosophus in tertio de anima. tex. com. 49. vbi dicit quòd ista duo sunt principia motus intellectus & appetitus. & idem dicit in tex. sequenti. Vnde fm viam istorum non solum Arist non fecit rationes demonstratiuas, immo neq; probabiles, cum fundentur super propositionibus falsis. Et ita oportet secundum mirabilem istorum phā talsiam Aristotelis sophisticis rationibus paralogizare. Scribit enim Commen. in. 1. phy. cō. 10. q̄ tales sunt sermones vani, qui peccant in materia & forma. Et sic accidit Philosopho, quia propositiones eius sunt falsæ, & peccant per æquiuocationem, cum natura aliter sumatur, vt patebit. Dicimus nos q̄ non est credendum magistrum primum aliquid dixisse sine forti ratione, & ita est de quolibet verbo eius, vt scribit Commenta. in prima de generatione, & corruptione, commen. 38. Mirum est profecto mirum de tam crassa hominum istorum ignorantia & temeritate, immo materiam confidentia, qui inueniunt locos in Aristote. vbi ex intentione examinat illam quæstionem & satis diffuse, & in loco proprio, attinebat enim illa quæstio illi libro, vt clarum est, & dicunt Aristotelē non esse tenendum, immo, quod plus est, asserunt ipsum fundari in propositionibus falsis. Sed videant ipsum in omnibus libris eius, quòd doctrina est consona in dictis eius. Vnde. 6. primæ philosophiæ, vbi ponit distinctionem scientiarum speculatiuarum penes quidditatiuam consyderationem, ex triplici modo definiendi & abstrahendi, dum asserit naturalem definire per materiam secundum esse, & definitionē, intulit in tex. secundo ibidem quòd Physici est de quadā anima consyderare, & non de omni. Patet autem q̄ hoc dicit propter intellectum, de quo dixit. 2. de quo anima q̄ videtur esse genus aliud animæ, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuum à corruptibili. & 6. primæ philosophiæ dicit q̄ non omnis forma, de qua Naturalis consyderat, cum materia est. & Cōm. dicit, q̄ illud fuit dictū propter intellectum. & 7. meta. tex. 66. 35. idem habet Philosophus, q̄ Physici non interest de omni anima disserere. Dicamus igitur q̄ differentia est inter animam & intellectum. in hoc enim taxauit Arist. Antiquos in. 1. de anima. Anima. n. in propria significatione dicitur quicunque corporis actus, seu perfectio prima est, & sine corpore esse non potens. Vnde Arist. in. 2. de anima. tex. cō. 26. laudat Antiquos, qui dixerūt animam non esse corpus, nec sine corpore esse. Intellectus autem dicitur, qui nullius corporis actus est. vnde sine corpore esse potest, cum sua essentia non dependeat à corpore. Vnde illæ animæ propriè sunt quidditatiuæ consyderationis a Naturali, quæcūq; que propriè sunt animæ. Scribit. n. Aristote. illam vniuersalem propositionem in principio. 3. de cœlo, q̄ oēs naturales substātiæ aut corpora sunt, aut cum corporibus generantur & corrumpuntur. si ergo intellectus cū corpore non generatur, neq; corrumpitur: non igit intellectus erit substātia naturalis. substātiæ. n. naturales intelliguntur, quæcūq; que quidditatiue à Naturali consyderantur, non fm esse alio quin, nec primus motor a Naturali consyderaretur. Dico igitur Arist. istam fuisse inuisibilem sententiam de anima intellectiua, q̄ sit æterna & abstracta, & quæ extrinsecus aduenit nobis, vt patet in 2. de gene. animalium. cap. 3. & tunc à Naturali non consyderatur, nisi inquantum est principium, per quod homo intelligit & apperit appetito intellectiuo. Vnde rectè dicit Cō. q̄ illa animæ definitio non vniuoce cōperit intellectiuæ, & alijs. Vnde, sicut intelligentia consyderatur à Naturali, inquantū est anima orbis, pro quanto dat sibi motū. & sic, vt scribit Commen. assimilatur formæ naturali, pro quanto autem non diuiditur ad eius diuisionem, assimilatur abstractæ formæ. propter hoc tamen non dicitur intelligentia quidditatiue a Naturali cōsyderari. Eodem modo intellectus, vt est anima hominis videlicet vt per ipsum homo intelligit, quodámodo assimilatur formæ naturali, & sic intellectus natura dici potest: pro quanto autem non diuiditur ad diuisionem hominis, dicitur assimilari formis abstractis, propter hoc tñ non sequit intellectū quidditatiue à Naturali consydera ri, sicut neq; sequebatur de intelligētia. Sed replicabis q̄ est ratio diuersitatis. quia intelligentia habet aliam operationem naturaliorem, in qua non dependet à corpore, videlicet intelligere & velle, sed anima intellectiua non habet, quia Aristoteles dicit in primo de anima. Intelligere, siue sit imaginari, siue non fieri possit sine imaginatione, non contingit absque corpore esse. & ita cùm anima intellectiua non habeat aliquam operationem sibi propriam, non potest à corpore separari, & ita quidditatiue à Naturali consyderabitur, intelligentia vero solum quò ad quia est. Sed, si hoc argumentum demonstrat, tunc igitur non est differentia inter intellectum & animam. & ita male Aristoteles taxauit Antiquos in hoc, & male asseruit ipsum solum à corpore separari. Dicamus igitur quòd tenendo, sicut tenendum est secundum Aristotelē q̄ intellectus sit virtus abstracta à materia, vt fuit opinio etiam Theophrasti, qui fuit auditor Aristotelis, & opinio Themistij. & Cōmenta. q̄ de necessitate habet intellectionē perpetuam, per quam intelligit in se consyderatus substantias sempiternas: & est sem per fœlix in se. Vult enim Commenta. q̄, si nollet intellectus non posset intelligere substantias abstractas, q̄ nullus intellectus posset etiam intelligere: quia in talibus, vt dicit. 3. de anima. cō. 36. quicquid intelligit vilius intelligit nobilius, & non econtra. Licet igitur intelligere in nobis, quod cōmuniter experimur, & de quo Aristoteles egit in tertio de anima, cum imaginatione fiat & sic talis intellectus dicitur anima & natura, quia assimilatur animæ & formæ naturali, quia vt sic est motor coniunctus tangens hominem, sicut intelligētia orbem, tamen in se consyderatus, cum non diuidatur ad hominis diuisionem, sed sit substantia abstracta, sic habet intelligere æternum supra tempus, & supra omne corpus. Et de taliter consyderato intellectu & intellectione non pertinet ad Naturalē cuius argumēto est quòd Aristoteles mouens hanc quæstionem in tertio de anima, non soluit ibi, sed dixit quòd de hoc erit posterius consyderandum, quia videbat hoc spectare ad scientiam Diuinam, quæ est posterior via doctrinæ exteris scientijs. Vnde &. 9. primæ philosophiæ de tali intuitiua cognitione intellectus respectu substantiarum separatarum dicit q̄ non est in nobis, sicut exercitas. Et beatus Thomas ab ipsa veritate coactus concessit ibi, & notauit illud de mente Philosophi. videlicet q̄ intellectus hominis habet quoddam intelligere, non dependens ab imaginatione, sicut est intuitiua cognitio intelligentiarum. quod quidem intelligere homini secundum Peripateticos, licet non contingat nisi in postremo, in se tamen consyderatus intellectus semper habet illud. Et hoc etiam notauit Commen. in primo de anima, commen. 12. si bene animaduertis. Dic igitur resolute intellectum consyderari à Naturali quò ad quòd est modo prædicto, quidditatiue vero a scientia Diuina. Et ita non est contradictio in dictis Aristotelis alicuius momenti. Ad rationes respondetur, quòd bene ratio procedit de Philosopho Naturali, & non de Diuino, quia scientia Naturalis est scientia specialis, ad quam spectat consyderare quidditates rerum sensibilium in particulari, & sub particulari ratione formali, quia inquantū sensibiles sunt. sed scientia Diuina est scientia communis, ad quam spectat omnia cōsyderare in ratione communi & transcendenti, vt dicit Philosophus in prœmio Metaphysi. & clarissime in. 11. metaphysi. ca. 2. vel. 3. ad finem. Si igitur Naturalis qui ditatiue consyderares intellectum, igitur omnem intellectum abstractum consyderaret quidditatiue, quia non est maior ratio de vno, quàm de alio, in eo quod est intellectum & abstractum, & ex alia parte consyderaret quidditatiue omne sensibile: illa autem sunt extrema, quia vnum est secundū esse & rationē, in materia, aliud vtroque modo

Solo quorundam.

Solutio ppria.

Reſutatio ſolutionis

modo abstrahit. sed qui consyderat quidditatiue extrema, debet etiam & media consyderare. & ita etiam Naturalis quidditatiue consyderaret entia imaginabilia quia si de quo minus ergo & de quo magis. Si enim Naturalis per te abstracta vtroque modo quidditatiue consyderat, multo magis minus abstracta consyderabit. Sed non valet de Diuino, quia licet Diuinum omne abstractum & intellectum quidditatiue consyderat, non tamen omne intelligibile consyderat quidditatiue, nisi sub ratione transcendenti. sed vltra illam rationem remanet specialis, quæ est scientijs specialibus propria. Dices, scientia Naturalis & Diuina consyderant de omni anima: igitur nulla alia remanebit scientia. quia Naturalis per te cõsyderat vegetatiuam & sensitiuam, & Diuinus intellectiuã. & qui consyderat de omni tali, consyderat de omni sensibili. & de omni intelligibili igitur scientia Mathematica non erit. Respondetur, negando consequẽtiam, quia licet scientia Naturalis quidditatiue consyderet omne sensibile, & Diuina omne intelligibile quidditatiue, hoc tamen est sub ratione communi. & ideo restat specialis consyderatio entis imaginabilis ipsi Mathematico, hoc autem illi videre non potuerunt. Si replices, dicam pariformiter de Naturali, quia ponam q̃ consyderat quidditatiue omne sensibile, cum consyderet de sensu, & dico etiã q̃ quidditatiue consyderat de intellectu. sed dicam quòd consyderat de omni intelligibili, inquantum intelligibile est, & sic non superfluunt aliæ scientiæ. Respondetur, q̃ hoc non potest dici quia Naturalis est artifex specialis. & ratio sua formalis est consyderare res, vt concernũt materiam sensibilem, & motum. quia non abstrahit à materia sua consyderatio, quæ est principium sensus & motus. Vnde Cõmẽ. 7. meta. & Aristotelis dicit q̃ homo nõ potest intelligi sine carnibus & ossibus. vbi Commen. in commen. dicit q̃ impossibile est intelligere quidditates naturales sine sensu & motu. sed ratio intelligibilis, inquantum intelligibile est, & ratio intellectus inquantũ intellectus est, abstrahunt à sensu & motu: & ideo illa ratio formalis consyderandi non potest esse Naturalis, sed est scientiæ Diuinæ appropriata. Vnde ratio entis inquantum ens non est magis abstracta, quam ratio intellectus inquantum intellectus, aut ratio intelligibilis inquantum intelligibile, sunt. n. rationes transcendentes, res enim sicut se habent ad entitatem, ita et ad veritatẽ, ex. 2. primæ philosophiæ, tex cõ. 4. Et confirmatur per Boetium in primo de Trinitate, vbi ponens differentiam inter istas tres scientias speculatiuas penes modos formales consyderandi, inquit q̃ in Naturalibus proceditur rationabiliter, quia est de rebus sensibilibus contingentes & variationi subiectis, in quibus rara est certitudo. in Mathematicis disciplinabiliter, quia procedimus per imaginationem, in Diuinis autem intellectualiter. Idem etiam confirmat dominus Albertus in principio suæ meta. & sententia Arist. expresse in. 6. primæ philosophiæ, in tex. cõ. 2. nam cum scientia Diuina ista dicatur, si alicubi autem, vt asserit, diuinum aut honorabile existit, in tali natura existit, videlicet, quæ est abstracta vtroque modo. modo omne tale est intellectus & intelligibile. & ista ratio est Diuini, non naturalis, licet enã sit de abstractis ſm indifferentiam. Sic igitur patet q̃ intellectus inquantum intellectus, pertinet ad Diuinũ, & omne intelligibile inquantum intelligibile, sicut omne ens inquantum ens. & ita hoc non est Naturalis. Ad aliud respondet q̃ isti æquiuocant. nam natura quandoque sumitur pro omni essentia & substantia, & quandoque sumitur proprie, vt de ea consyderat Naturalis, vt est principium motus. Aliter enim consyderatur natura in scientia Diuina, & aliter in scientia Naturali, vt scribit Commen. in. 5. meta. cõ. 5. Dico igitur q̃ in. 3. de anima. cõ. 17. dum Arist. dicit in omni natura dari vnum, quod est omnia facere, sumitur pro omni substantia, seu essentia. Vnde sic in natura entium est vnũ, quod est omnia fieri vt materia, & vnum, quod est omnia facere. & illo modo primũ motor natura dicitur, quia vt scribit Cõm. 12. meta. cõ. 17. omnes formæ sunt in potẽtia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. tamen primus motor non est natura, vt definit in Physicis, immo ex hoc excluditur à consyderatione Naturali quidditativa, quia non habet in se principium motus, vt patet. 2. physico. commen. 73. illo modo etiam intelligentia dicitur natura. Vnde Com. in principio libri de substantia orbis inquit. Declaratum est corpora cœlestia esse composita ex duabus naturis, sicut corpora generabilia & corruptibilia componuntur. Sed in libro de partibus animalium, quando Philosophus dicit q̃ non omnis anima est natura, sumit naturam proprie, vt est definita in Physicis. quia intellectus medium illo modo natura non est, immo

immo proprie loquendo etiam non est anima. quia, vt diximus, differentia est inter animam & intellectum. Ad illud autem, in quo dicebatur probationes Aristo. non valere, quia probat per hoc non omnẽ animam esse naturã, quia non omnis anima est principium motꝰ, cuius oppositum ipse dixit de intellectu. 3. de anima cõmẽ. 48 & 49. pariformiter dicitur q̃ negauit intellectum esse principium motus, sicut natura definitur, quæ est principium intrinsecum ipsi naturato, in quo est per se. sed intellectꝰ & qualibet intelligentia non est principiũ intrinsecum, cum principia debet de animalibus Naturalis inuestigare, quia illa est intentio Philosophi ibi, sed extrinsecum. Vnde Commen. 1. cœli. cõ. 22. inquit, cũ cœlum sit semper motum, necesse est, vt moueatur per principium extrinsecum nõ corporeum, neque vt sit virtus in corpore. Virtutes igitur naturales, definitæ in libro physicorum, sunt corpora, aut virtutes in corpore, cuiusmodi non est intellectus. Vnde Commen. in. 12. dispu. 2. contra Algazelem inquit in solutione dubij primi. q̃ emanatio Dei benedicti ſm naturam, neque ſm Philosophos recte loquentes non est secundum naturam, neque ſm voluntatem, quæ est in nobis. Et ita isti hallucinati sunt non intelligentes veritatem, neque mentẽ Arist. Albertus autem cognomento Magnus in libro. 11. track. 1. cap. de animalibus, dicit rationes Arist. procedere de intelligentijs cõmuniter, & non de intellectu hominis. Sed cum reuerentia non bene dicit. quia Arist. ibi loquitur de intellectu qui refertur ad intelligibile, sicut sensus ad sensibile. patet autem q̃ iste est intellectus passibilis. 3. de anima. cõ. 2. Si igitur est intelligere sicut sentire. Amplius Arist. ibi adducit tertiam rationem ad eandem conclusionem, vbi probat scientiam Naturalem quidditatiue non consyderare de intellectu. Et videtur mihi, q̃ fiat per locum à maiori negatiue, & est confirmatio nostrorum dictorum. nã scientia Naturalis nulla rẽ abstractam à materia ſm definitionẽ consyderat, sicut sunt entia mathematica. Et hãc ꝓbat, quia Naturalis cõsyderat ea, q̃ à natura fiunt. talibus autem est ratio boni & finis. demonstratum est autem. 2. physi. q̃ natura agit propter finem, sed in talibus entibus in abstractione consistentibꝰ non est ratio boni neque finis, vt asserit, & habetur etiam in. 3. meta. sequitur igitur q̃ multo minus potest consyderare intellectum, qui est omnino abstractus. Vnde ex modo loquẽdi illa est tertia ratio. aliter sermo eius non esset continuus. Et ita est confirmatio omnium dictorum nostrorum superius, quia verum vero consonat ex omni parte. Si dicatur q̃ Commen. 2. physi. cõ. 26. dicit q̃ quidditatiua consyderatio se extendebat vsque ad vltimam formarum materialium. & primam abstractarum. Dic q̃ per vltimam intellexit cogitatiuam. & hoc inclusiue vsque ad materiam abstractarum exclusiue. quia illam quidditatiue non consyderat, quia intellectiua est primus terminus, in quem desinit exclusiue, & ipsa cogitatiua inclusiue. Vnde in sua media dicit, q̃ de anima intellectiua consyderat scientia Naturalis, vt est proportionata materiæ, nõ igitur absolute & in se. Sic glosa dictum est 3. de anima. cõ. 17. & 1. de anima. cõ. 12.

Decimatertia contrad. est in cõ. 20. Dicit Auer. q̃ intellectus in potentia prius applicatur nobis, quàm agens. Huius oppositum patuit cõ. 18. & 16. Nisi esset q̃ intellectus possibilis est prior origine: sed intellectus agens est prior prioritate perfectionis. Aut aliter. cum intellectio, quæ fit in nobis duplex sit, & per intellectum speculatiuũ, & per intellectum adeptum, intellectus possibilis quò ad primam intellectionem, præcedit intellectum agentẽ quò ad secundã. quia secunda primam supponit. 3. de anima 36. licet, vt dictum est, secunda longe perfectior est prima secundum ipsum. 3. de aĩa. com. 20. Solutio.

Decimaquarta contrad. est in cõ. 20. Intellectus ſm Auerro. in libro de anima dicitur quatuor modis videlicet, de intellectu materiali, & de intellectu in habitu, & de intellectu agente, & de virtute imaginatiua. Huius tamen oppositum scribit Alexand. in tracta. de intellectu, qui in principio inquit q̃ intellectus apud Arist. est trimus. primus enim est intellectus materialis, secundus in habitu, & tertius est intellectus agens. Solutur in lellectus proprie, qui est vniuersalium, triplex est, & sic loquitur Alexand. extensiue autem imaginatiua etiam dicitur intellectus respectu particularium. vnde etiam intellectus passiuus dicitur. 3. de anima. tex. cõ. 20. & sic accipit intellectum etiam Arist. ibidem in tex. cõ. 48. vbi dicit. Videntur autem duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, ti quis imaginationẽ posuerit, sicut intelligentia quandã. 3. de aĩa. com. 20. Solutio.

Decimaquinta contrad. est in com. 26. Dicitur q̃ formatio intellectus est semper vera. Sed oppositum habetur in com. 21. vbi dicitur q̃ formatio intellectus non est vera 3. de aĩa. com. 26.

nequ

Universidad de Deusto
Biblioteca

noque falsa. Debes scire q̃ Commē. per formationem hic intellexit primam operationem intellectus, qua quiditas ipsa simplex in se apprehenditur per intellectum. & quia quidditas ipsa forma est, inde ab ipsa formatio dicitur: aut quia intellectio talis mediante specie fit, quæ apud Arabes etiam forma nuncupatur, sicut alias declarauimus. Circa autem talem intellectionem distinctum est. nam aut illud, quod apprehenditur, est conceptus simpliciter simplex, & talis in se cōsyderatus non habet aliquid, per quod possit sciri, & aliquid per quod possit ignorari: & circa talem nulla potest esse deceptio in intellectu, immo ibi veritas est. talis autem veritas in prima operatione intellectus cōsistens non est formalis veritas, quæ scilicet i cōpositione, vel in diuisione consistat, sed solum consistit in hoc, quòd obiectum ita se offerat potentiæ cognoscenti, sicuti ipsum est in se. si autem conceptus fuerit simplex, qui simplici actu intelligentiæ concipi possit, sit tamen conceptus ille resolubilis in quid, & in quale, in talibus potest contingere falsitas virtualis, puta si intelligeretur homo irrationalis. & de hoc loquebatur Philosophus quinto metaphysi. tex. com. 34. quando dicebat q̃ falsa in se ratio nullius est simpliciter ratio, ibi enim falsitas virtualis, virtualem autem falsitatem appello, quando obiectum concipitur in actu simplicis intelligentiæ, sub aliqua ratione sibi repugnante. sed quando esset copula formalis: tunc etiam esset falsitas formalis. Ad propositum ergo primo operatio intellectus est semper vera, seruatis illis conditionibus, & veritas illa consistit in hoc, quòd obiectum ita præsentet se intellectui recti est: veritas enim est adæquatio rei ad intellectum. quando autem dixit Commen. quòd non est vera, neque falsa. intellexit de veritate & falsitate, quæ in compositione, & diuisione consistit, quia talia solum in secunda intellectus operatione habet fieri.

5. de aĩa. com. 27. Decimasexta contradictio est in cōmē 27. Habet Auerr. q̃ scientia in potentia generatur à scientia in actu. Sed huius oppositum habet tertio de anima, commen. 5. in solutione tertiæ quæstionis vbi habet hoc pro inconuenienti, quia tunc scientia, quæ est in magistro, esset generans scientiā, quæ est in discipulo. sicut ignis generat alium ignem sibi similem. Debes scire, q̃ Auerro. hanc consequentiam, & rationem accepit à Themistio super tertio de anima. cap. 32. & 33. & Themistius autem videtur deduxisse illud ex sententia Platonis. inquit enim cap. 32. Quòd si cui extrema opinio incredenda videatur, omnes homines, qui ex actu & potentia conditi dicimur, ad vnicum intellectum agentem referri, vnde cōsistimus sumusque homines, nihil est, quamobrem auersari abstergue debeat, vn de enim communes illæ animi conceptiones, prænotionesque communes omnibus haberentur? vnde ingenita illa impressaque omnium mentibus primorum notitia cōstitisset natura duce, nulla ratione, nulla doctrina? vnde postremo intelligere mutuo & intelligi vicissim possemus? nisi vnus singularisque intellectus fuisset, quem cōmunem omnes homines haberemus. Quo circa verissime illud apud Platonem legitur. Nisi inquit hominibus communia essent multa, sed proprium quid aut impromiscuum contineretur in singulis, non esset admodum facile ostendere, & significare alteri voluntatem suam. hæc ille. Nos autem alias declarauimus Platonis authoritate non procedere de intellectus vnitate, cum totum studium Academicorum sit in purificatione & immortalitate animarum humanarum. sed illud dictum Platonis erat propter ideas ponendas. nam nisi esset vna communis idea, in qua homines conuenirent, non facile alter alteri suos conceptus posset exprimere. Ista autem ratio Themist. & Auerro. vt alias deduxi, multas habet instantias, quas afferre possem. sed quid quid sit pro nunc, dico secundum ipsum, scientiam non posse generari à scientia, sicut ignis generatur ab igne. hoc autem sequitur secundum ponentes pluralitatem in intellectu, vt ipse opinatur. quod quomodo declaratur, non est præsentis negotij, si qua tamen est declaratio, vide quæ dicit Them. & isto modo negauit ipse generari scientia à scientia. tamē q̃ scientia absolute alia via non possit generari quantum ad individuū alicubi ipse dixit hoc. immo præsens commentum est contra illos, qui tenent nostrū ferre esse reminisci secundum Auerro. sed videant quæso com. 2. primi poster. & com. 48. & 49. primi metaphy. & 7. meta. cō. 58 & in fine. 2. poster. & in cō. super lib. de sensu & sensi. in columna. 3. & 3. de anima. cō. 5. & 10. & 8. ethic. cap. 4. & tunc videbunt verū ista fuerit opinio Auer. nec ne. Ista volumus notare, ne verbositas aliquorū mentem Auerro. peruerteret.

Decimaseptima contradictio est in cōm. 29. Habetur q̃ delectatio non est in intellectu. 3. de aĩa. cōm. 29.

Solutio Ieem. Sed huius oppositū habetur. 12. meta. tex. co. 39. Soluitur in intellectu non est delectatio eiusdem rationis cum illa, quæ est in sensu, sed bene alterius rationis potest delectatio esse. Vide Themistium in. 3. de anima. cap. 47. & intelliges hoc.

3. de aĩa. com. 29. Decimaoctaua contradi. est in eodē cō. Fuit oppositum nobis. nam ibi dicit Cō. q̃ proprium appetitus sensitiui & desyderij sensibilis est cum præsentia obiecti sensati: econtra autem est de appetitu intellectuali. Sed huius oppositum inducebatur de animalibus perfectis, quia talia habent imaginationem & desyderium respectu absentiū sensatorum, sicut patet. 2. de anima. 156. & 20. Nec valet si dicatur q̃ ibi loquitur de imaginatione, non autem de desyderio. nā desyderium consequitur imaginationem, sicu tvmbra consequitur corpus. Soluitur. Solutio. ista differentia intelligitur cum precisione: sicut dicitur in simili de vniuersali & singulari, vt sunt obiecta sensus & intellectus.

3. de aĩa. com. 33. Decimanona contradi. est in com. 33. di cit Commen. q̃ cogitatiua non componit intelligibilia singularia. Huius oppositum patet in hoc. 3. cōm. 20. & 22. Confirmatur quia cogitatiua apparet intellectus particularis, eo quia homo per ipsam particulariter discurrit. Soluitur, dictum Cō. hic intelligitur sano modo & sensus est iste: cogitatiua non cōponit singularia, ideest terminos simplices, qui tamen vniuersales sunt, quia hoc pertinet ad intellectū, qui est superior cogitatiua. singulare hic non sumitur, vt distinguitur contra vniuersale, vt intelligit contradicens, sed vt distinguitur contra compositum. Solutio.

3. de aĩa. cōm. 34. Vigesima contradi. est in cō. 34. Dicit q̃ bonum & malum, verum & falsum sunt in eodem genere. Sed oppositum huius patet. 6. meta. tex. cō. vltimi. vbi habet q̃ bonum & malum sunt in rebus, sed verum & falsum sunt in intellectu. Soluitur, q̃ bonum & malum dupliciter possunt sumi. vno modo vt mouent in genere causæ efficientis: alio modo vt mouent in genere causæ finalis. si primo modo, sic bonum & malum sunt in anima sicut verum & falsum: & sic sunt in eodem genere, quia vtrunque est cognitio. nam 12. meta. cōm. 36. balneum in anima mouet vt efficiens, & balneum extra animam mouet vt finis. & ideo, si consyderentur vt mouent in ratione finis, sic habent esse in rebus. de hoc tamen latius dicemus in commento vltimo: sexto metaphysicorum. Solutio.

Vigesimaprima contradi. est in cōm. 36. Auer. in tecirando opinionem Themi. dicit q̃ ponendo intellectum abstractum, tunc hoc verum est q̃ id, quod est magis visibile, magis comprehenditur. Sed oppositū huius patet. 2. meta. cō 1. Soluitur, dictum eius hic intelligitur sic. q̃ si intellectus abstractus intelligit res materiales imperfectas, multo magis aptus est intelligere res abstractas perfectas. hoc tamē non est sibi facile, sed difficile. & ita dixit. 2. meta. cōmen. 1. q̃ exemplum illud Philosophi de visu noctuæ respectu luminis diei non ostendit impossibilitatem, sed difficultatem. dico per locū à minori q̃. si intellectus ista imperfectiora intelligit, multo magis aptus est intelligere res ipso perfectiores, sicut Deus est & abstractæ substantiæ. hoc tſi non est sibi facile, sed laboriosum propter ipsum in cognitione nostra naturali dependere à sensatis. 3. de aĩa. com. 36 Solutio.

Vigesimasecunda contradi. est in eo. cō. 36. In illa parte, in qua reprehendit Alexā. videtur habere pro inconuenienti q̃ æternum in sua actione indigeat aliquo corruptibili, ita q̃ ex eis fiat vna actio. Sed huius oppositum patet. 3. de anima. cō. 18. de intellecm agente & phantasmate similiter. 7 meta. com. 31. & 2. physico. tex. com. 26. vbi dicitur q̃ Sol & homo generant hominem. Soluitur. Cō. negat æternum non posse coniungi corruptibili, eo modo, quo Alexand. ponebat. quia sicut sibi imponit Auer. ipse Alexan. tenuit intellectum possibilem esse generabilem & corruptibilem, & posuit intellectum agentē abstractum esse, quia apud Alex. Deus est. & dixit q̃ in copulatione intellectus adepti Deus vnichebatur formaliter intellectui possibili. hoc aũt non potest intelligere Cōm. nam, si aliquod abstractum informaret corruptibile, aliquo modo à corruptibili dependeret. & ideo cauent, qui ad intentionem eius tenent animam intellectiuam dare esse formaliter homini. Illud autem, quod de phantasmate & hoc allegabat, nihil mouet tū quia phantasma non est materia intellectus agentis, nec virtus informatiua hoc est materia respectu Solis in hominis productione, sicut intellectus possibilis erat materia ſm Alex. respectu intellectus agentis in copulatione: tunc etiam, quia phantasma Socratis & Platonis nō est primum instrumentum intellectus agētis, sed secundariū & extraneū quoquo modo, sicut patet. 3. de anima. 5. 19. & 20. cō. Nā sicut dicit Auic. species est in prima intentione naturæ, non individuum, nisi

per

per accidens, & ita dicendum puto de Sole & homine. sed de hoc latius vide. 8. phy. cō. 2 c. vbi declaratur quomodo nouitas fit in effectu derelicta à volūtate antiqua, & quomodo non.

1. de ala. com. 36. Vigesimatertia contradic. est in eodem commen. 36. in illa parte, in qua ponit opinionem suam, dicit q; intellectus in habitu est, per quem extrahimus intellecta. Huius tamen oppositū supra dixerat contra Alexan. hoc idem opinantem. Soluitur ibidem vbi contra Alexan. arguit, & contra Auem pace ibi. n. dicit. & etiam quomodo attribuitur actio propria intellectui, quæ est facere intellecta intellectu generabili & corruptibili, s. qui est in habitu. Nisi quis ponat q; intellectus, qui est in habitu, sit intellectus agens compositus cum intellectu materiali, vt dicit Them. aut ponat q; forma positiua nobis, qua abstrahimus intellecta, & intelligimus ea, est composita ex intellectu in habitu, & intellectu agente, vt Alexan. & Auempace ponunt, sicut nos ea

Solutio.

reputamus esse apparens ex sermone Arist. in intellectu in habitu. ergo non discordat ab Alexan. nisi pro quanto ponebat intellectum materialem qui est pars ipsius, esse corruptibilē non autem in modo ponendi.

Vigesimaquarta contradi. est in com. 51. 3. de ala. com. 51. Dicit Auerro q; bonum actuale commune omnibus est laudabile Oppositum. 1. æthi. cap. 16. Soluitur. sumitur laudabile æthicorum. 1. structus quam hic quia ibi sumitur vt distinguitur contra honorabile, hic autē lato vocabulo sumptum est. Solutio.

Vigesimaquinta contradi. est in com. 66 3. de ala. com. 66. Dicit Commen. q; tactus cōprehendit sensibile suum sine medio. Huius tamen oppositum patet. 2. de anima. com. 107. 108. 115. Solutio. Soluitur. tactus quantum est merito receptionis non indiget medio, sed per accidēs & merito contactus nihil prohibet ipsum medio indigere.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca
JHS
COLL. MAX. IGNATIANUM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca